PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXVI.

S. GREGORIUS NAZIANZENUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

Digitized by Google



Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI

VULGO *NAZIANZENI*, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, GERMANICOS, ANGLICOS, NEC NON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA ET ILLUSTRATA,
CURA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI,

ACCEDUNT

VARIORUM COMMENTARII ET SCHOLIA IN OMNIA OPERA SANCTI GREGORII;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS SECUNDUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 44 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

Digitized by Google

C550.4

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXVI CONTINENTUR.

Quæ stellula prænotantur, ea nunc primum inter opera S. Gregorii comparent.

S. GREGORIUS THEOLOGUS, ARCHIEPISCOPUS CONSTANTINOPOLITANUS.

Orationes XXVII-XLV. *Col.* 9-623

APPENDIX.

Significatio in Ezechielem. 666

Metaphrasis in Ecclesiasten. 670

De fide orthodoxa. 674

* Fragmentum ex oratione contra astronomos. 675

* Liturgia duplex. 677

* Precatio et exorcismus ad immundos spiritus ejiciendos. 734

Rufini prologus in libros S. Gregorii. 736

* ELIÆ metropolitæ Cretæ commentarius in orationes S. Gregorii XIX, nunc primum ex codice Basileensi editus curis D. Alberti Iahnii theologi et philologi Bernatis-Helvetii. 738

* NICETÆ Serronii commentarius in orationem I et II S. Gregorii, ex edition Christ. Frid. Matthæi. 943

* NONNI abbatis historiæ, ex edit. Montacutii et card. Maii. 985

* BASILII minimi scholia in Gregorii orationem duplicem contra Julianum imp., et de Herone philosopho, edente Boissonadio, et ad orationem funebrem in Cæsarium fratrem edente Lud. de Sinner. 1203

* ANONYMI scholia in easdem orationes contra Julianum imp., ex editione Montacutii. 1245

HARVARD COLLEGE LIBRARY

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

46-45
36 9 2
Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΙ.

—

S. P. N. GREGORII THEOLOGI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

ORATIONES.

—

486 *MONITUM IN QUINQUE SEQUENTES THEOLOGICAS ORATIONES.*

I. Devenimus tandem ad celebres illas Gregorii « De theologia » orationes, quæ ipsi merito quidem egregium « Theologi » cognomen compararunt. In dies enim, ut jam vidimus, increbrescebat Constantinopoli linguarum prurigo; ac timendum erat, ne effrenata impietatis et erroris audacia venerandam fidei ac Trinitatis doctrinam penitus exstingueret. Dudum autem desiderabatur vir, qui morum integritate, ingenii vi et acumine, pietatis et doctrinæ excellentia, cæcutientem populum ab errorum tenebris ad veritatis lumen benigne revocaret. Ad tale tamque arduum opus nemo Gregorio aptior, præstantior nemo; quippe qui, in sacrarum Litterarum studio apprime versatus, abstrusiora quæque circa res divinas mira ingenii facilitate interpretari ac enucleare posset. Jam enim, ex quo Constantinopolitanæ Ecclesiæ regimen susceperat, plurima sane præbuerat tum doctrinæ, tum pietatis argumenta; atque totus in id unum incubuerat, ut, profligata hæresi, labefactatam Trinitatis doctrinam instauraret. Idcirco nunquam in omnibus quas Constantinopoli habuit orationibus, aliquid de Trinitate intexere destitit, nec a labore et inito cum hæreticis prælio conquievit. At ne id quidem satis. Ipsi etiam cominus et aperta fronte cum hoste dimicandum erat; et quas anno præcedenti promiserat (1) « De theologia » orationes, nunc in lucem profert. Tanta fuit illarum vis, ut hæ[illegible], valido prostrata ictu, nusquam exinde caput erigere potuerit.

II. Inter hæreticos quibuscum certamen inierat Gregorius, audaciores se præbebant Eunomiani. Eo enim impietatis ac stultitiæ proruperant, ut « se scire omnia, etiam profunda Dei [1], » eaque docere profiterentur (2). Præterea, ornate dicendi cupiditate flagrantes, tum rerum novitate, tum verborum lenocinio, sibi elegantiæ laudem ambitiose affectabant. Eos primum oppugnat Gregorius, atque hortatur (3), ut, « frenata, si modo queant, aliquandiu lingua, » sibi aures præbeant. Tum in tota orationis serie unice docet, qualem esse oporteat rei theologicæ doctorem ac magistrum; atque assignat (4), « quando, et apud quos, et de quibus, et quousque » de Deo disserendum sit, ne, intempestive loquentes, et ipsi et nobis injuriam inferamus. Hæc est prior « De theologia » oratio, quæ, juxta eruditos, velut cæterarum procemium, seu præfatio habenda est. In altera vero (5), invocata Trinitate, de Deo ipso, licet trepidans, sermonem aggreditur. Dei exsistentiam invictissime statuit, quamvis ipsius naturam nullis quidem verbis explicari, multo minus intellectu comprehendi posse, fateatur. Deinde transit ad idololatriæ originem, qua cæci homines, omnia ad sensus referentes, sibi terrestres, cœlestes ac subterraneos deos stulte ac stolide finxerunt, cum Deus sola rerum naturalium contemplatione cognosci possit. Tertia Theologica (6) « De Filio » inscribitur. Quæcunque ad Christi divinitatem et 487 humanitatem pertinent, fuse ac nervose tractantur. Idem argumentum in quarta (7) prosequitur Gregorius, ac plurima excutiens Scripturæ testimonia, quæ ad

[1] I Cor. II, 10.

(1) Or. XXIII, n. 14.
(2) Or. XXVII, n. 2.
(3) Ibid., n. 2.
(4) Ibid., n. 5.
(5) Or. XXVIII.
(6) Or. XXIX.
(7) Or. XXX.

Digitized by Google

Christum referuntur, singulaque enumerans nomina quæ Christo, tum ut Verbo, tum ut homini conveniunt, ea omnia eorumque causas pie ac erudite exponit. In quinta denique (8), sancti Spiritus divinitatem ac processionem contra Arianos, Eunomianos et præcipue Macedonianos fortiter asserit; idque sapienter observat, non ideo plurima, ex quibus sancti Spiritus divinitas apertissime colligi possit, rejicienda esse, quod ipsa, certas ob causas, non ita expresse sacrarum Litterarum monumentis consignata sit, nec anxie de nominum sono litigandum, cum res ipsas Scripturæ auctoritate comprobatas esse constet.

III. Analyticam istarum orationum synopsim paucis quidem attigimus, ne fusiori sermone illarum aciem, si ita loqui fas est, obtunderemus. Consentiunt eruditi eas Constantinopoli habitas fuisse anno 380. Gregorius ipse nobis hujus rei argumenta suppeditat. In oratione enim quadragesima secunda, sequenti anno pronuntiata, de Scripturæ testimoniis, quæ a Catholicis in hæreticos, vel ab istis in orthodoxos torquebantur, agens, sic loquitur (9) : « Et quidem Scripturæ testimonia, quæ cæcutientibus molestiam exhibent, aliis relinquimus, cum a multis jam sæpe, tum etiam a nobis haud perfunctorie et negligenter litteris mandata fuerint. » Quæ verba, juxta interpretes, non solum theologicas orationes designant, verum eas etiam jam scriptas, summaque cum cura elaboratas indicant. Conjici quoque potest, singulas quidem ipsas, primo pro concione habitas, postea vero maturius digestas, ab ipso Gregorio fuisse litteris consignatas. Hinc illæ orationes non immerito visæ sunt Hieronymo libri formam referre. Scribit enim hac de re (10) : « Adversus Eunomium liber unus, De Spiritu sancto liber unus. » Ex quibus manifestum est, quatuor saltem priores, utpote quæ secum arctissime cohæreant, unica tantum oratione, seu libro, a sancto Doctore comprehendi. Hanc etiam ob causam, neque vulgatum earum ordinem mutare, neque aliam ab alia separare voluimus, licet aliæ interim orationes dictæ et interjectæ videri merito possint.

(8) Or. XXXI.
(9) Or. XLII, n. 18.
(10) *De script. eccl.*, cap. 117, Opp. t. II, col. 707 ed. M.

ORATIO XXVII[a].

THEOLOGICA PRIMA.

Adversus Eunomianos prævia dissertatio.

I. Ad eos, qui ornate dicendi cupiditate flagrant, mihi sermo erit. Et ut Scripturæ verbis exordiar, *Ecce ego adversum te contumeliosam* [1], tam in docendo, quam in audiendo, et cogitando. Sunt enim, sunt quidam, quibus non **488** aures duntaxat, sed etiam lingua atque adeo manus quoque ipsæ, ut video, ad sermones nostros pruriunt,[2] quique inanibus verbis, et contentionibus falso nominatæ scientiæ, ac disputationum pugnis [b], quæ nullam utilitatem afferunt, oblectantur. Sic enim, quidquid in verbis, vel supervacaneum, vel curiosum est, vocat Paulus, ille breviati verbi [3] præco et assertor, ille piscatorum discipulus, ac præceptor. Hi vero de quibus orationem habemus, utinam, quemadmodum linguam volubilem habent, atque nobilioribus et probatioribus verbis insectandis

[1] Jer. L, 31. [2] II Tim. IV, 3. [b] I Tim. VI, 4. [3] Rom. IX, 28.

[a] Alias XXXIII. Quæ autem 27 erat, nunc 36. — Habita anno 380.

(11) *Κατὰ Εὐνομιανῶν.* Reg. a, Colb. 3. Ruf. : Πρὸς Εὐνομιανοὺς προδιάλεξις, καὶ ὅτι οὐ παντὸς τὸ περὶ Θεοῦ διαλέγεσθαι, ἢ πάντοτε· « Prævia in Eunomianos dissertatio, et quod nec continuo, nec omnibus modis de Deo disserendum sit. » Reg. bm : Πρὸς Εὐνομιανούς. Combef. : Κατὰ Εὐνομιανῶν, καὶ περὶ θεολογίας προδιάλεξις· « Contra Eunomianos, et de theologia prædissertatio. » — « Sic inscribitur, ait Leuv., propterea quod in ea quarumdam rerum expositio quasi præmittatur. » Addunt nonnulli, ἐρρέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, « Constantinopoli dicta. »

A

ΛΟΓΟΣ ΚΖ΄.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Κατὰ Εὐνομιανῶν (11) *προδιάλεξις.*

Α΄. Πρὸς τοὺς ἐν λόγῳ κομψοὺς ὁ λόγος. Καὶ ἵνα ἀπὸ τῆς Γραφῆς ἄρξωμαι· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ τὴν ὑβριστριαν*, καὶ παίδευσιν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν(12). Εἰσὶ γὰρ, εἰσί τινες, οἱ τὴν ἀκοὴν (13) προσκνώμενοι καὶ τὴν γλῶσσαν, ἤδη δὲ, ὡς ὁρῶ, καὶ τὴν χεῖρα (14) τοῖς ἡμετέροις λόγοις, καὶ χαίροντες (15) ταῖς βεβήλοις κενοφωνίαις, καὶ ἀντιθέσεσι τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, καὶ ταῖς εἰς οὐδὲν χρήσιμον φερούσαις λογομαχίαις. Οὕτω γὰρ ὁ Παῦλος καλεῖ πᾶν τὸ ἐν λόγῳ περιττὸν καὶ περίεργον, ὁ τοῦ συντετμημένου (16) λόγου κῆρυξ καὶ βεβαιωτὴς, ὁ τῶν ἁλιέων μαθητὴς καὶ διδάσκαλος. Οὗτοι δὲ, περὶ ὧν ὁ λόγος, B εἴθε μὲν, ὥσπερ τὴν γλῶσσαν εὔστροφον ἔχουσι, καὶ δεινὴν ἐπιθέσθαι λόγοις εὐγενεστέροις τε καὶ δοκιμωτέροις, οὕτω τι καὶ περὶ τὰς πράξεις ἠσχολοῦντο. Μικρὸν οὖν, καὶ ἴσως ἧττον ἂν ἦσαν σοφισταὶ καὶ

(12) *Καὶ παίδευσιν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν* Hæc desunt in plerisque codd. Nec ea esse Gregorii putat Billius. Agnoscit tamen Elias.

(13) *Τὴν ἀκοήν.* Forte, τῇ ἀκοῇ. EDIT.

(14) *Καὶ τὴν χεῖρα.* Designat hic Gregorius Eunomianorum improbitatem, qui, cum impares essent Gregorio, ipsum tamen male mulctandi cupiditate ardebant.

(15) *Τοῖς ἡμετέροις λόγοις, καὶ χαίροντες.* Hæc desunt in Reg. a et Or. 2.

C (16) *Συντετμημένου.* Hic alludit ad hunc locum Rom. IX, 28, in quo Paulus Evangelium nominat, « breviatum verbum, » quod res maximas paucis verbis complectatur.

Digitized by Google

κυβισταὶ λόγων (17) ἄτοποι καὶ παράδοξοι, ἵν' εἴπω τι καὶ γελοίως περὶ γελοίου πράγματος.

acrem et vehementem, sic etiam in agendo eamdem operam collocarent! Parum igitur, et minus fortasse cavillatores essent, si id facerent, nec tam absurde atque insolenter in verbis, perinde atque in aleæ ludo, versarentur, ut ridicule de re ridicula loquar.

Β'. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν εὐσεβείας ὁδὸν καταλύσαντες, πρὸς ἓν τοῦτο βλέπουσι μόνον, ὅ τι δήσουσιν ἢ λύσουσι (18) τῶν προβαλλομένων (καθάπερ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τὰ παλαίσματα δημοσιεύοντες, καὶ τῶν παλαισμάτων οὐχ ὅσα πρὸς νίκην φέρει κατὰ νόμους ἀθλήσεως, ἀλλ' ὅσα τὴν ὄψιν κλέπτει τῶν ἀμαθῶν τὰ τοιαῦτα, καὶ συναρπάζει τὸν ἐπαινέτην), καὶ δεῖ πᾶσαν μὲν ἀγορὰν περιβομβεῖσθαι τοῖς τούτων λόγοις, πᾶν δὲ συμπόσιον ἀποκναίεσθαι φλυαρίᾳ καὶ ἀηδίᾳ, πᾶσαν δὲ ἑορτὴν καὶ πένθος ἅπαν, τὴν μὲν ἀνέορτον εἶναι καὶ μεστὴν κατηφείας, τὸ δὲ παραμυθεῖσθαι συμφορᾷ μείζονι (19) τοῖς ζητήμασι, πᾶσαν δὲ διοχλεῖσθαι γυναικωνῖτιν, ἁπλότητι σύντροφον, καὶ τὸ τῆς αἰδοῦς ἄνθος ἀποσυλᾶσθαι τῇ περὶ λόγον ταχυτῆτι· ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω, καὶ τὸ κακὸν ἄσχετον καὶ ἀφόρητον, καὶ κινδυνεύει τεχνύδριον (20) εἶναι τὸ μέγα ἡμῶν μυστήριον· φέρε, τοσοῦτον γοῦν ἡμῶν ἀνασχέσθωσαν οἱ κατάσκοποι (21), σπλάγχνοις πατρικοῖς κινουμένων, καὶ, ὅ φησιν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, σπαρασσομένων τὰ αἰσθητήρια, ὅσον μὴ τραχέως τὸν περὶ τούτων δέξασθαι λόγον, καὶ τὴν γλῶσσαν μικρὸν ἐπισχόντες, ἂν ἄρα καὶ (22) δύνωνται, τὴν ἀκοὴν ἡμῖν ὑποθέτωσαν. Πάντως δὲ οὐδὲν ζημιωθήσεσθε. Ἡ γὰρ εἰς ὦτα ἐλαλήσαμεν ἀκουόντων, καί τινα καρπὸν ἔσχεν ὁ λόγος, τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν (ἐπειδὴ σπείρει μὲν ὁ σπείρων τὸν λόγον ἐπὶ πᾶσαν διάνοιαν, καρποφορεῖ δὲ ἡ καλή τε καὶ γόνιμος)· ἢ ἀπήλθετε καὶ τοῦτο (23) ἡμῶν διαπτύσαντες, καὶ πλείονα λαβόντες ὕλην ἀντιλογίας τε καὶ τῆς καθ' ἡμῶν λοιδορίας, ἵνα καὶ μᾶλλον ὑμᾶς αὐτοὺς ἑστιάσητε. Μὴ θαυμάσητε δὲ, εἰ παράδοξον ἐρῶ λόγον, καὶ παρὰ τὸν ὑμέτερον νόμον, οἱ πάντα εἰδέναι τε καὶ διδάσκειν ὑπισχνεῖσθε λίαν νεανικῶς καὶ γενναίως, ἵνα μὴ λυπῶ λέγων ἀμαθῶς καὶ θρασέως.

II. Quoniam autem, omni pietatis via sublata et deleta, hoc unum sibi proponunt, ut quæstiones vel stringant, vel solvant (quemadmodum, qui in theatris vulgi oculis certamina ostentant, et quidem ejusmodi certaminum genera, quæ non juxta palæstræ leges victoriam comparant, sed imperitorum duntaxat oculos perstringunt, ac laudem a spectatoribus captant); et res huc redit, ut horum disputationibus, et forum omne circumstrepat, et convivia omnia hujusmodi nugarum tædio obtundantur, et festum omne infestivum sit ac mœstitiæ plenum, et luctus omnis majori calamitate, hoc est, quæstionum argutiis, mitigetur, ac denique gynæcea omnia, simplicitatis alumna, turbentur, et pudoris flos præcipiti hac contendendi libidine compiletur; quoniam, inquam, hæc ita se habent, adeoque intoleranda est vis hujus mali, ut periculum sit, ne magnum fidei nostræ mysterium exigua quædam articula esse videatur: age, nos paternis visceribus incitatos, atque, ut Jeremiæ verbis utar [6], sensoriis distortos et laniatos, exploratores isti hactenus perferant, ut. quæ de his rebus dicturi sumus, æquo animo excipiant; ac lingua, si modo queant, aliquandiu frenata, nobis aures præbeant. In qua re nihil profecto est, cur damni quidquid metuatis. Aut enim ego in aures audientium [7] loquar, atque ita fructum aliquem, hoc est, utilitatem vestram. 489 oratio allatura est (quanquam enim is qui verbum Dei seminat [8], in animos omnes seminat, tamen probi duntaxat atque fecundi fructum ferunt); aut ita discesseritis, ut hunc quoque sermonem nostrum explodatis, uberioremque contradicendi, nobisque convitiandi materiam nanciscamini, quo plenius etiam animos vestros pascatis. Nec vero mirum vobis videatur, si quid a vestra opinione, ac lege vestra alienum dixero, qui scire vos omnia et docere profitemini, perquam fortiter ac generose; non enim dicam stulte et temere, ne quid animos vestros offendam.

Γ'. Οὐ παντὸς, ὦ οὗτοι, τὸ περὶ Θεοῦ φιλοσοφεῖν, οὐ παντός· οὐχ οὕτω τὸ πρᾶγμα εὔωνον, καὶ τῶν χαμαὶ ἑρχομένων. Προσθήσω δὲ, οὐδὲ πάντοτε, οὐδὲ πᾶσιν, οὐδὲ πάντα, ἀλλ' ἔστιν ὅτε, καὶ οἷς (24), καὶ ἐφ' ὅσον. Οὐ πάντων μὲν, ὅτι τῶν ἐξητασμένων καὶ διαβεβηκότων ἐν θεωρίᾳ, καὶ πρὸ τούτων, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κεκαθαρμένων, ἢ καθαιρομένων, τὸ μετριώτατον. Μὴ καθαρῷ γὰρ ἅπτεσθαι καθαροῦ τυχὸν οὐδὲ ἀσφαλὲς, ὥσπερ οὐδὲ ὄψει σαθρᾷ ἡλιακῆς

III. Non cujusvis est, o viri, de Deo disserere, non, inquam, cujusvis; non adeo vilis ac protrita hæc res est, et eorum, qui humi adhuc reptant. Addam etiam non cujusvis temporis, nec apud quosvis, nec de quibusvis; sed certo tempore, et apud certos homines, et aliquousque hoc faciendum est. Non cujuslibet quidem, quoniam hoc muneris his duntaxat incumbit, qui exactissime explorati sunt, ac contemplando longe processerunt,

[6] Jer. IV, 19. [7] Eccli. XXV, 12. [8] Matth. XIII, 4.

(17) *Κυβισταὶ λόγων.* « Sermonum urinatores, » id est, « qui se in sermones præcipites devolvunt. » Sic designantur Eunomiani, qui, urinatorum instar, sursum ac deorsum argutando ferantur. In nonnullis, κυβευταί, « aleatores. »

(18) *Δήσουσιν ἢ λύσουσι.* In quibusdam, δήσωσιν ἢ λύσωσι.

(19) *Παραμυθεῖσθαι συμφορᾷ μείζονι.* Id est, βαρύνεσθαι, « gravior, onerosior efficiatur. » Sic enim Job XVI, 2, « onerosos consolatores » amicos appellat.

(20) *Τεχνύδριον.* Billius in prima ed.: « argutatricem quamdam artem. »

(21) *Κατάσκοποι.* Eo nomine falsos episcopos significat.

(22) *Καὶ.* Deest in Regg. a, bm, et Or. 2.

(23) *Τοῦτο.* Or. 1, τοῦτον.

(24) *Καὶ οἷς.* Coisl. 1, καὶ ἐφ' οἷς.

Digitized by Google

priusque etiam, et corpus, et animum a vitiorum sordibus purgarunt, aut, ut parcissime loquar, jam hoc agunt, ut se a vitiorum labe purgent. Impuro enim rem puram attingere, ne periculo quidem fortasse caret, quemadmodum nec ægris oculis solis radios intueri. Quando autem? Tum videlicet, cum ab externo luto ac tumultu quietem agimus, nec princeps nostri pars improbis vagisque simulacris confunditur, dum velut deformibus litteris elegantes litteras, cœnoque unguentum admiscemus. Vacare enim haud dubie oportet, et Deum cognoscere : cumque tempus acceperimus, id agendum est, ut divinæ doctrinæ rectitudinem judicemus. Apud quos porro? Nempe apud eos, qui rem hujusmodi studiose ac serio amplectuntur, quique non ut quidpiam aliud, sic hoc quoque inepta nugacitate prosequuntur, post circenses ludos et spectacula, post cantiones, post denique quam ventri, et iis, quæ sub ventre sunt, indulserint; qui quidem ita perdite affecti sunt, ut hoc quoque in oblectamentorum parte numerent, nimirum de divinis rebus nugari, atque arguta disputatione concertare. Jam de quibus, et quousque disputandum? De his solum, quæ ingenii nostri **490** modulum, atque auditoris captum non excedunt : ne alioqui, ut nimia vocis intentio atque immodicus cibus, aures et corpora labefactat : aut, si mavis, sarcinæ viribus graviores bajulorum humeros, ac crebriores pluviæ terram opprimunt : ita etiam auditores quæstionibus gravioribus ac durioribus oppressi atque confecti, pristinas quoque vires amittant.

A ἀκτῖνος. Ὅτε δέ; Ἡνίκα ἂν σχολὴν ἄγωμεν ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ἰλύος (25) καὶ ταραχῆς, καὶ μὴ τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν συγχέηται τοῖς μοχθηροῖς (26) τύποις καὶ πλανωμένοις, οἷον γράμμασι πονηροῖς ἀναμιγνύντων κάλλη γραμμάτων, ἢ βορβόρῳ μύρων εὐῳδίαν. Δεῖ γὰρ τῷ ὄντι σχολάσαι, καὶ γνῶναι Θεόν (27)· καὶ ὅταν λάβωμεν καιρὸν (28), κρίνειν θεολογίας εὐθύτητα. Τίσι δέ; Οἷς τὸ πρᾶγμα διὰ σπουδῆς, καὶ οὐχ ὡς ἔν τι τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο φλυαρεῖται ἡδέως, μετὰ τοὺς ἱππικοὺς, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ ᾄσματα, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὰ ὑπὸ γαστέρα· οἷς καὶ τοῦτο μέρος τρυφῆς, ἡ περὶ ταῦτα ἐρεσχελία καὶ κομψεία τῶν ἀντιθέσεων. Τίνα δὲ φιλοσοφητέον, καὶ ἐπὶ πόσον; Ὅσα ἡμῖν ἐφικτὰ, καὶ ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ ἀκούοντος ἕξις ἐφικνεῖται (29) καὶ δύναμις· ἵνα μὴ καθάπερ αἱ B ὑπερβάλλουσαι τῶν φωνῶν ἢ τῶν τροφῶν, τὴν ἀκοὴν βλάπτωσιν (30) ἢ τὰ σώματα· εἰ βούλει δὲ, τῶν φορτίων τὰ ὑπὲρ δύναμιν τοὺς ὑποβαίνοντας (31), ἢ τὴν γῆν τῶν ὑετῶν οἱ σφοδρότεροι· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι τοῖς στερροῖς, ἵν' οὕτως εἴπω, τῶν λόγων καταπιεσθέντες, καὶ βαρυνθέντες ζημιωθεῖεν καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν δύναμιν.

IV. Neque vero hæc quisquam ita accipiat, quasi Deum perpetua memoria colendum esse negem, ne rursus adversum nos irruant, qui omnia facile ac statim in calumniam trahunt. Nec enim tam sæpe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus : imo, si hoc etiam dici potest, nihil aliud quam hoc, faciendum. Nam et ego inter eos nomen meum profiteor, qui verbum illud probant, quod nos die ac nocte jubet meditari [9], vespere, et mane, et meridie narrare [10], ac denique benedicere Dominum in omni tempore [11]; sive, ut verbis Moysis utar, dormiamus, sive consurgamus, sive iter faciamus [12], sive quid aliud agamus, atque hac ipsa recordatione ad puritatem informari. Quocirca, ne quis perpetuo Deum memoria teneat, haud veto, sed ne de Deo disputet : imo nec hoc prohibeo, ne de Deo disputes, velut quid impium, sed ne intempestive : nec hoc ago, ut docendi munus explodam, sed ne mediocritatis fines transiliat. An vero, cum mellis quoque ipsius, quantumvis dulcis, satietas vomitum moveat [13], suumque cuique negotio destinatum sit tempus [14], ut ego cum Salomone censeo; cumque ea quæ per se bona sunt, nisi bene tractentur, boni gratiam perdant (non aliter

Δ'. Καὶ οὐ λέγω τοῦτο, μὴ δεῖν πάντοτε μεμνῆσθαι Θεοῦ· μὴ πάλιν ἐπιφυέσθωσαν ἡμῖν οἱ πάντα εὔκολοι καὶ ταχεῖς. Μνημονευτέον γὰρ Θεοῦ μᾶλλον ἢ ἀναπνευστέον· καὶ εἰ οἷόν τε τοῦτο (32) εἰπεῖν, μηδὲ ἄλλο τι ἢ τοῦτο πρακτέον. Κἀγὼ τῶν ἐπαινούντων εἰμὶ τὸν λόγον (33), ὃς μελετᾷν ἡμέρας καὶ νυκτὸς διακελεύεται. καὶ ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγεῖσθαι, καὶ εὐλογεῖν τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ· εἰ δεῖ καὶ τὸ Μωϋσέως εἰπεῖν, κοιταζόμενον, διανιστάμενον, ὁδοιποροῦντα, ὅ τι οὖν ἄλλο πράττοντα, καὶ τῇ μνήμῃ τυποῦσθαι πρὸς καθαρότητα. Ὥστε οὐ τὸ μεμνῆσθαι διηνεκῶς κωλύω, τὸ θεολογεῖν δέ· οὐδὲ τὴν θεολογίαν, ὥσπερ ἀσεβὲς (34), ἀλλὰ τὴν ἀκαιρίαν· οὐδὲ τὴν διδασκαλίαν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν. Ἡ μέλιτος μὲν πλησμονὴ καὶ κόρος ἐμετὸν ἐργάζεται, καίπερ ὄντος μέλιτος, καὶ καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, ὡς Σολομῶντι κάμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸ καλὸν οὐ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται (ὥσπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι παντελῶς ἄωρον, καὶ γυναιξὶ κόσμος ἀνδρεῖος, ἢ γυναικεῖος ἀνδράσι, καὶ πένθει γεωμετρία, καὶ πότῳ δάκρυον), ἐνταῦθα δὲ μόνον τὸν καιρὸν ἀτιμάσομεν, οὗ μάλιστα τιμητέον τὸ εὔκαιρον;

D

[9] Psal. I, 2. [10] Psal. LIV, 18. [11] Psal. XXXIII, 2. [12] Deut. VI, 7. [13] Prov. XXV, 27. [14] Eccle. III, 1.

25) *Ἔξωθεν ἰλύος.* « Ab externo luto. » Id est, « a carnis studio et terrestris negotiis. »

(26) *Μοχθηροῖς.* « Laboris ac molestiæ plenis. »

(27) *Καὶ γνῶναι Θεόν.* Billius : « ut ad Dei cognitionem perveniamus. »

(28) *Λάβωμεν καιρόν*, etc. Alludit ad hæc verba psal. LXXIV, 3 : « Cum accepero tempus, ego justitias judicabo. »

(29) *Ἐφικνεῖται.* Coisl. 1, Or. 1, etc., ἐξικνεῖται.

(30) *Βλάπτωσι.* Reg. bm, βλάπτουσι.

(31) *Ὑποβαίνοντας.* Reg. bm, ὑπερβαίνοντας.

(32) *Τοῦτο.* Deest in Reg. bm et Or. 1.

(33) *Λόγον.* Duo Colb., νόμον, « legem. »

(34) *Ὥσπερ ἀσεβές.* Reg. bm, duo Colb., Coisl. 3, Or. 1, ὅπερ εὐσεβές, « quod pium est. » Sic etiam legit Billius.

Digitized by Google

atque hieme intempestivi sunt flores, nec mulieribus virilis, nec viris muliebris ornatus convenit, nec luctui geometria, nec convivio lacrymæ), hic solum nullam temporis rationem habebimus, ubi maxima ejus ratio habenda est?

Ε'. Μηδαμῶς, ὦ φίλοι καὶ ἀδελφοί· ἀδελφοὺς γὰρ ὑμᾶς ἔτι καλῶ, καίπερ οὐκ ἀδελφικῶς ἔχοντας· μὴ οὕτω διανοώμεθα, μηδὲ καθάπερ ἵπποι οἱ θερμοὶ (35) καὶ δυσκάθεκτοι (36), τὸν ἐπιβάτην λογισμὸν ἀπορρίψαντες, καὶ τὴν καλῶς ἄγχουσαν εὐλάβειαν ἀποπτύσαντες, πόρρω τῆς νύσσης θέωμεν· ἀλλ' εἴσω τῶν ἡμετέρων ὅρων φιλοσοφῶμεν, καὶ μὴ εἰς Αἴγυπτον (37) ἐκφερώμεθα, μηδὲ εἰς Ἀσσυρίους καταυρώμεθα, μηδὲ ᾄδωμεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, πάσης ἀκοῆς λέγω, ξένης τε καὶ ἡμετέρας, ἐχθρᾶς καὶ φιλίας (38), εὐγνώμονος καὶ ἀγνώμονος (39), ἢ λίαν ἐπιμελῶς τηρεῖ τὰ ἡμέτερα, καὶ βούλοιτο ἂν τὸν σπινθῆρα τῶν ἐν ἡμῖν κακῶν γενέσθαι φλόγα, ἐξάπτει τε καὶ ἀναῤῥιπίζει, καὶ εἰς οὐρανὸν αἴρει ταῖς παρ' ἑαυτῆς (40) αὔραις λανθάνουσα, καὶ ποιεῖ τῆς Βαβυλωνίας φλογὸς τὰ κύκλῳ καταφλεγούσης ὑψηλοτέραν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν δόγμασιν ἔχουσι τὴν ἰσχὺν, ἐν τοῖς ἡμετέροις σαθροῖς ταύτην θηρεύουσι, καὶ διὰ τοῦτο, ὥσπερ αἱ μυῖαι τοῖς τραύμασιν, οὕτω τοῖς ἡμετέροις ἐπιτίθενται, εἴτε ἀτυχήμασι χρὴ λέγειν, εἴτε ἁμαρτήμασιν. Ἀλλ' ἡμεῖς γε μὴ ἐπὶ πλεῖον ἡμᾶς αὐτοὺς ἀγνοήσωμεν, μηδὲ τὸ περὶ ταῦτα κόσμιον ἀτιμάσωμεν· ἀλλ' εἰ μὴ τὴν ἔχθραν καταλύσασθαι δυνατὸν, ἐκεῖνό (41) γε συμβῶμεν ἀλλήλοις, μυστικῶς τὰ μυστικὰ φθέγγεσθαι, καὶ ἁγίως τὰ ἅγια, καὶ μὴ ῥίπτειν εἰς βεβήλους ἀκοὰς τὰ μὴ ἔκφορα, μηδὲ σεμνοτέρους ἡμῶν ἀποφαίνωμεν τοὺς προσκυνοῦντας τοῖς δαιμονίοις, καὶ τῶν αἰσχρῶν μύθων καὶ πραγμάτων θεραπευτὰς, οἳ θᾶττον ἂν τοῦ αἵματος, ἢ λόγων ἔστιν ὧν μεταδοῖεν τοῖς ἀμυήτοις· ἀλλ' εἰδῶμεν, ὥσπερ ἐσθῆτος, καὶ διαίτης, καὶ γέλωτος, καὶ βαδίσματος οὖσάν τινα κοσμιότητα (42), οὕτω καὶ λόγου καὶ σιωπῆς, ὅτι καὶ Λόγον πρεσβεύομεν μετὰ τῶν ἄλλων τοῦ Θεοῦ προσηγοριῶν, καὶ δυνάμεων· ἔστω καὶ τὸ φιλόνεικον (43) ἡμῶν ἔννομον.

V. Absit, o amici ac fratres: fratres enim adhuc vos appello, tametsi parum fraterno erga nos animo sitis: absit ut ita sentiamus, ac velut equi feroces et indomiti, ratione, quasi sessore, excussa, religiosaque gravitate, qua præclare compescimur, repudiata, procul extra metam curramus; verum finibus nostris disputationes nostras coerceamus, nec in Ægyptum præcipites feramur, nec ad Assyrios pertrahamur, nec canticum Domini in terra aliena cantemus [15], hoc est, apud quosvis auditores, tam nostrates quam extraneos, tam hostes quam amicos, tam benignos quam malignos ac **491** præposteros, qui summo studio res nostras explorant, nihilque avidius expetunt, quam ut malorum nostrorum scintilla in flammam surgat, quam etiam furtim exsuscitant, atque accendunt, auræque suæ afflatu in cœlum attollunt, et Babylonica flamma [16], in orbem omnia populante, sublimiorem reddunt. Quoniam enim in suis dogmatibus nihil sibi præsidii roborisque constitutum vident, hoc in nostrarum rerum imbecillitate venantur. Ac proinde, quemadmodum muscæ vulneribus, ita nostris calamitatibus, aut, si mavis, erratis imminent. At nos quidem nosmetipsos diutius ne ignoremus, nec moderationem, quæ in his rebus tenenda est, aspernemur. Quod si inimicitias atque odia exstinguere non possumus, illud saltem inter nos conveniat, ut mystica mystice, et sancta sancte proloquamur, nec in profanas aures, quæ in vulgus efferri nefas est, projiciamus, nec patiamur religiosiores quam nos videri eos, qui dæmones adorant, et turpium fabularum ac rerum cultum profitentur; quippe qui iis, qui non iisdem sacris initiati sunt, cruorem potius suum impertirentur, quam sermones, quibus mysteria sua detegerent. Agnoscamus, ut in vestitu, victu, risu, atque incessu, sic in sermone ac silentio modum quemdam ac decorum tenendum esse, præsertim cum inter tot Dei virtutes ac nomina Λόγον quoque, hoc est, Verbum, colamus; atque contingat, ut ipsa etiam contentio nostra legitima sit.

Ϛ'. Τί γέννησιν (44) ἀκούει Θεοῦ καὶ κτίσιν, καὶ Θεὸν ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τομὴν, καὶ διαίρεσιν, καὶ ἀνάλυσιν, ὁ πικρὸς τῶν λεγομένων ἀκροατὴς (45); Τί δικαστὰς τοὺς κατηγόρους καθίζομεν; Τί τὰ ξίφη τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειρίζομεν; Πῶς, οἶει, δέξεται τὸν περὶ τούτων λόγον, ἢ μεθ' οἵας τῆς διανοίας, ὁ τὰς

VI. Cur Dei generationem et creationem, atque Deum ex nihilo ortum, cur sectiones, et divisiones, ac resolutiones ille audit, qui sævo atque infenso animo hujusmodi sermones expendit? Cur accusatores ipsos judices constituimus? Cur hostibus in perniciem nostram gladios porrigimus? Quo pacto,

[15] Psal. cxxxvi, 4. [16] Dan. iii, 22.

(35) *Οἱ θερμοί*. Deest οἱ in Regg. a, bm, Coisl. 3, et Or. 1.

(36) *Καὶ δυσκάθεκτοι*. Sic Reg. bm, Coisl. 3, et Or. 1. In editis, καὶ δυσκάθετος.

(37) *Εἰς Αἴγυπτον*. « In Ægyptum. » Id est, « ne aliena dogmata sectemur. »

(38) *Φιλίας*. Duo Coisl., φίλης.

(39) *Εὐγνώμονος καὶ ἀγνώμονος*. Elias vertit, « recte ratiocinantem, et judicii expertem. »

(40) *Ἑαυτῆς*. Or. 1, ἑαυτοῖς.

(41) *Ἐκεῖνο*. In nonnullis, ἐκείνῳ.

(42) *Κοσμιότητα*. Sic duo Regii. Alii κοσμότητα [mendose].

(43) *Φιλόνεικον*. Billius ad marginem Bas. scripsit, τὸ φιλότιμον. Sic etiam legunt Elias et Leuv. Combef. vero, φιλονεικεῖν ἡμῖν· « ipsum hoc quod contendimus, sit nobis legitimum. »

(44) *Γέννησιν*, etc. Gregorius hic perstringit Eunomianos, qui, apud gentiles, quibus non licebat talia audire, de Deo arroganter et cum ostentatione disserebant, cum ipsi in deorum suorum patrocinium sermones etiam adhibere possent. Nam Eunomiani creatum esse Filium Dei, ortumque de nihilo contendebant, sicque eumdem a Patre quasi dissecatum separabant.

(45) *Ἀκροατής*. « Auditor. » Coislin. 1, ἐξεταστής, « indagator. » Sic etiam legit Billius.

Digitized by Google

quove animo, eos hujusmodi sermonem accepturos censes, qui adulteria, et puerorum stupra laudibus efferunt, qui vitia adorant, nec quidquam supra corpus cogitare possunt, qui heri et nudius tertius deos sibi condiderunt, eosque turpissimis facinoribus claros et nobiles? Annon crasse? Non fœde? Non inepte? Non suo denique more? Nonne deorum suorum ac vitiorum **492** patrocinium a theologia tua haurient? Nam cum his vocibus ipsi per summam calumniam utamur, quo tandem modo illos adducere queamus, ut philosophiam nostram amplectantur? Cumque per se ipsi in commiscendis malis solertes sint, quando tandem ab oblatis abstinebunt? Hæc nobis bellum civile atque intestinum attulit. Hæc illi, qui pro Verbo acrius, quam Verbo ipsi gratum sit, depugnant; nec hominibus furore correptis dissimiles sunt, qui suas domos incendunt, vel liberos dilacerant, vel parentes protrudunt, utpote qui pro alienis eos habeant.

μοιχείας ἐπαινῶν καὶ τὰς παιδοφθορίας, καὶ προσκυνῶν τὰ πάθη, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὸ σῶμα διανοηθῆναι δυνάμενος, ὁ χθὲς καὶ πρώην ἑαυτῷ στήσας θεοὺς, καὶ τούτους ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις γνωριζομένους; Οὐχ ὑλικῶς; Οὐκ αἰσχρῶς; Οὐκ ἀμαθῶς; Οὐχ ὡς εἴωθεν; Οὐ συνήγορον τῶν οἰκείων θεῶν καὶ παθῶν τὴν σὴν θεολογίαν ποιήσεται; Εἰ γὰρ αὐτοὶ (46) ταῖς φωναῖς ταύταις ἐπηρεάζομεν, σχολῇ γ' ἂν ἐκείνους πείσαιμεν φιλοσοφεῖν ἐν τοῖς ἡμετέροις· καὶ εἰ παρ' ἑαυτῶν εἰσιν ἐφευρεταὶ κακῶν, ποτὲ ἂν τῶν διδομένων ἀπόσχοιντο. Ταῦτα ἡμῖν ὁ πρὸς ἀλλήλους πόλεμος· ταῦτα οἱ πλεῖον ὑπὲρ τοῦ Λόγου μαχόμενοι, ἢ ὅσον ἀρέσκει τῷ Λόγῳ, καὶ ταυτὸν πάσχοντες τοῖς μαινομένοις, οἳ τοὺς ἰδίους οἴκους ἀνάπτουσιν, ἢ τοὺς παῖδας σπαράττουσιν, ἢ τοὺς γονέας περιωθοῦσιν, ὡς ἀλλοτρίους νομίζοντες.

VII. Jam vero posteaquam eos, qui a nobis alieni sunt, a divinarum rerum auscultatione submovimus, atque in porcorum gregem numerosam legionem in profundum ruentem ablegavimus [17], sequitur jam, ut nosmetipsos inspiciamus, ac, statuæ cujusdam instar, theologum ad omnem elegantiam expoliamus. Illud vero prius expendendum est, quæ hæc tanta disputandi cupiditas, ac linguæ prurigo? Quis novus hic morbus, aviditasque inexplebilis? Cur manibus vinctis, linguam armavimus? Non hospitalitatem, non fraternam charitatem, non mutuum conjugii amorem, non virginitatem laudamus? Non pauperum alendorum curam, non psalmorum cantum, non nocturnam stationem, non lacrymas admiramur? Non corpus jejuniis premimus? Non per orationem ad Deum peregrinamur? Non, ut eos facere par est, qui justos se humano temperamento judices præbent, deteriorem partem præstantiori, hoc est, pulverem spiritui, subjicimus? Non præsentem hanc vitam mortis meditationem facimus? Non, nobilitatis divinitus inditæ memores, imperium in animi perturbationes arripimus? Non iram intumescentem ac sævientem cicuramus, non dejicientem superbiam, non mœrorem inconsideratum, non stolidam voluptatem, non procacem et meretricium risum, non præcipitem aspectum, non inexplebilem audiendi, non immodicam loquendi libidinem, non absurdas cogitationes, non denique quidquam eorum quæ a nobis contra nos perversus ille hostis

Ζ'. Ἐπεὶ δὲ ἀπεσκευασάμεθα τοῦ λόγου τὸ ἀλλότριον, καὶ εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων ἀπεπεμψάμεθα τὸν πολὺν λεγεῶνα κατὰ βυθῶν χωρήσαντα, ἕ δεύτερόν ἐστι (47), πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἴδωμεν, καὶ ἐσώμεν εἰς κάλλος, ὥσπερ ἀνδριάντα, τὸν θεολόγον. Ἐκεῖνο δὲ πρῶτον (48) λογισώμεθα, τίς ἡ τοσαύτη περὶ τὸν λόγον φιλοτιμία, καὶ γλωσσαλγία; Τίς ἡ καινὴ νόσος αὕτη καὶ ἀπληστία; Τί τὰς χεῖρας δήσαντες, τὰς γλώσσας ὡπλίσαμεν; Οὐ φιλοξενίαν ἐπαινοῦμεν; Οὐ φιλαδελφίαν, οὐ φιλανδρίαν, οὐ παρθενίαν, οὐ πτωχοτροφίαν θαυμάζομεν; Οὐ ψαλμῳδίαν, οὐ πάννυχον στάσιν, οὐ δάκρυον; Οὐ τὸ σῶμα νηστείαις ὑποπιέζομεν; Οὐ δι' εὐχῆς πρὸς Θεὸν ἐκδημοῦμεν; Οὐ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ὑποζεύγνυμεν, τὸν χοῦν λέγω τῷ πνεύματι, ὡς ἂν οἱ τῷ κράματι (49) δικαίως δικάζοντες; Οὐ μελέτην θανάτου τὸν βίον ποιούμεθα; Οὐ τῶν παθῶν δεσπόται καθιστάμεθα, μεμνημένοι τῆς ἄνωθεν (50) εὐγενείας; Οὐ θυμὸν τιθασσεύομεν ἐξοιδοῦντα καὶ ἀγριαίνοντα; Οὐκ ἔπαρσιν καταβάλλουσαν (51), οὐ λύπην ἀλόγιστον, οὐχ ἡδονὴν ἀπαίδευτον, οὐ γέλωτα πορνικὸν, οὐκ ὄψιν ἄτακτον, οὐκ ἀκοὴν ἄπληστον, οὐ λόγον ἄμετρον, οὐ διάνοιαν ἔκτοπον, οὐχ ὅσα παρ' ἡμῶν ὁ Πονηρὸς καθ' ἡμῶν λαμβάνει, τὸν διὰ τῶν θυρίδων, ὡς ἡ Γραφή φησιν, εἴτουν αἰσθητηρίων, εἰσάγων θάνατον; Πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον, καὶ τοῖς ἄλλων πάθεσιν ἐλευθερίαν δεδώκαμεν, ὥσπερ οἱ βασιλεῖς τὰς ἐπινικίους ἀφέσεις (52), μόνον ἂν πρὸς ἡμᾶς νεύσωσι (53), καὶ κατὰ Θεοῦ φέρωνται (54) θρασύτε-

[17] Luc. VIII, 30 seqq.

(46) *Εἰ γὰρ αὐτοί*, etc. Eunomiani, audito « generationis » Filii vocabulo, eam modo naturali et corporeo factam esse objiciebant, ac proinde Christum creatum esse contendebant. Quod disputandi genus plurimum favebat gentilium erroribus, ipsisque scandalum erat, quominus catholicam fidem amplexarentur.

(47) *Ὅ δεύτερόν ἐστι*. Coisl. 1 addit, τοῦτο ποιήσωμεν, « quod secundum est, id faciamus. »

(48) *Πρῶτον*. Regg. a, bm, πρότερον.

(49) *Ὡς ἂν οἱ τῷ κράματι*, etc. Leuv.: « Sicuti debent qui justam de temperamento, quod est in domino, sententiam ferunt. »

(50) *Τῆς ἄνωθεν*. « Nobilitatis quam e cœlo trahimus. »

(51) *Καταβάλλουσαν*. Leuvenk. legit, καταβάλλομεν. Alludit forsan Gregorius ad hæc verba psal. LXXII, 18, « Dejecisti eos dum allevarentur. »

(52) *Ἀφέσεις*. « Vacationes. » Id est, inquit Elias, « quietem a laboribus militiæ, et liberationem ab omni servitute. »

(53) *Νεύσωσι*. Sic Reg. bm, Bas., et Comb. In ed., νεύουσι.

(54) *Φέρωνται*. Sic Coisl. 1, Bas. In ed., φέρονται.

Digitized by Google

ρον, ἢ ἀσεβέστερον (55)· καὶ κακὸν οὐ καλοῦ πράγματος μισθὸν ἀντιδίδομεν, τῆς ἀσεβείας τὴν παῤῥησίαν.

A accipit; per fenestras, ut Scriptura loquitur [18], hoc est, per sensuum organa, mortem introducens? Imo contra omnino facimus, atque **493** aliorum vitiis libertatem damus (non secus ac parta victoria reges militibus suis vacationes concedunt), hac duntaxat lege et conditione, ut in nostras partes propendeant, atque adversus Deum majori cum audacia et impietate ruant; ac malam non bonæ rei mercedem ipsis pendimus, pro impietate nimirum peccandi licentiam ipsis persolventes.

Η'. Καίτοιγε, ὦ διαλεκτικὲ καὶ λάλε, ἐρωτήσω σέ τι μικρόν· σὺ δὲ ἀπόκριναι, φησὶ τῷ Ἰὼβ ὁ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν χρηματίζων. Πότερον πολλαὶ μοναὶ (56) παρὰ τῷ Θεῷ, ὅπερ ἀκούεις, ἢ μία; Πολλαί, δώσεις δηλαδή, καὶ οὐ μία. Πότερον δὲ πληρωθῆναι δεῖ πάσας, ἢ τὰς μὲν, τὰς δὲ οὔ, ὡς εἶναι κενὰς, καὶ μάτην ἡτοιμασμένας; Ναὶ πάσας· οὐδὲν γὰρ B εἰκῇ τῶν παρὰ Θεοῦ γενομένων. Ταύτην δὲ, ὅτι ποτε θήσεις τὴν μονὴν, ἔχοις ἂν εἰπεῖν; Ἆρα τὴν ἐκεῖθεν ἀνάπαυσίν τε καὶ δόξαν τὴν ἀποκειμένην τοῖς μακαρίοις (57), ἢ ἄλλο τι; Οὐκ ἄλλο τι, ἢ τοῦτο. Ἐπειδὴ τοῦθ' (58) ὡμολογήσαμεν, κἀκεῖνο προσεξετάσωμεν· Ἔστι τι τὸ ταύτας προξενοῦν τὰς μονὰς, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἢ οὐδέν; Ἔστι πάντως. Τί τοῦτο; Τὸ διαφόρους εἶναι πολιτείας καὶ προαιρέσεις, καὶ ἄλλην ἀλλαχοῦ φέρειν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ὅπερ καὶ ὁδοὺς ὀνομάζομεν. Πάσας οὖν ὁδευτέον, ἢ τινας τῶν ὁδῶν τούτων; Εἰ μὲν οἷόν τε τὸν αὐτὸν, πάσας (59)· εἰ δὲ μὴ, ὅτι πλείστας· εἰ δὲ μή, τινάς· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο, μέγα κἂν εἰ μίαν διαφερόντως, ὡς γέ μοι φαίνεται. Ὀρθῶς τοῦτο ὑπολαμβάνεις. Τί οὖν; Ὅταν ἀκούσῃς μίαν ὁδὸν εἶναι, καὶ ταύτην C στενὴν, τί σοι φαίνεται δηλοῦν ὁ λόγος; Μίαν μὲν, διὰ τὴν ἀρετήν· μία γὰρ, κἂν εἰς πολλὰ σχίζηται· στενὴν δὲ διὰ τοὺς ἱδρῶτας, καὶ τὸ μὴ πολλοῖς εἶναι βατὴν, ὡς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, καὶ ὅσοι διὰ τῆς κακίας ὁδεύουσιν. Οὕτω κἀμοὶ δοκεῖ. Τί οὖν, ὦ βέλτιστε, εἴπερ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὥσπερ τινὰ πενίαν, καταγνῶντες τοῦ ἡμετέρου λόγου, πάσας τὰς ἄλλας ὁδοὺς ἀφέντες, πρὸς μίαν ταύτην φέρεσθε καὶ ὠθεῖσθε τὴν διὰ λόγου καὶ θεωρίας, ὡς αὐτοὶ οἴεσθε (60), ὡς δὲ ἐγώ φημι, ἀδολεσχίας καὶ τερατείας; Ἐπιτιμάτω Παῦλος ὑμῖν, τοῦτο πικρῶς ὀνειδίζων μετὰ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν χαρισμάτων, ἐν οἷς φησιν· *Μὴ πάντες ἀπόστολοι; Μὴ πάντες προφῆται;* καὶ τὰ ἑξῆς.

VIII. Atqui, o dialectice et loquax, nonnihil te interrogabo: tu vero responde, ut inquiebat ille, qui ad Job per turbinem ac nubes oracula edebat [19]. Multæne apud Deum mansiones sunt, quemadmodum Scriptura docet [20], an una tantum? Multæ, inquies, non una. Recte. Age vero, easne omnes impleri, an quasdam quidem, cæteras autem minime, ut inanes et frustra paratas? Utique omnes. Neque enim a Deo quidquam temere atque incassum factum est. An porro hoc quoque dicere queas, quid tandem sit hæc mansio? Num requies et gloria, quæ beatis in cœlo recondita est, an quid aliud? Nihil aliud, quam hoc, inquies. De hoc igitur quando inter nos constat, illud insuper expendamus: Estne aliquid, quod nobis mansiones has conciliet, ut mea est sententia, an omnino nihil? Est sane, inquis. Quidnam hoc? Hoc nimirum, quod diversa sint vivendi genera et instituta, ita tamen ut omnia sint fidei consentanea, quodque nos *vias* appellamus. Quid ergo? Hisne omnibus incedere necesse est, an quibusdam solum? Omnibus, si quidem unus atque idem hoc possit; sin minus, compluribus; aut certe quibusdam. Quod si ne hoc quidem concedatur, amplum tamen, ut mihi videtur, fuerit, vel unica duntaxat eximie incedere. Recte hoc existimas. Quid igitur? Cum audis viam unam esse, eamque perangustam [21], quid iis verbis significari putas? Unam sane esse, si virtutem spectes; hæc enim unica est, licet in multas partes secetur; verum angustam propter sudores, et quia non a multis teritur, si quidem multitudinem eorum cogites, qui contrario itinere per vitium gradiuntur. Ita mihi quoque videtur. Quid ergo causæ est, vir optime, cum ita se res habeant, quod, cæteras omnes vias repudiantes, tanquam pauperiem, explosa nostra agendi ratione, ferimini ac protrudimini omnes ad hanc unam, quæ per disputationes ac speculationes, ut ipsi putatis, ut **494** autem ego, nugas et præstigias, teritur? Objurget vos Paulus, post gratiarum enumerationem acriter his verbis invehens: *Num omnes apostoli? Num omnes prophetæ* [22]? et quæ sequuntur.

Θ'. Ἔστω δὲ, ὑψηλὸς, σὺ, καὶ ὑψηλῶν πέρα, καὶ D ὑπὲρ τὰς νεφέλας εἰ βούλει, ὁ τῶν ἀθεάτων θεατὴς,

IX. Esto autem: sis ipse altus et sublimis, et sublimibus sublimior, atque ipsis etiam nubibus, si

[18] Jer. IX, 21. [19] Job XXXVIII, 3. [20] Joan. XIV, 2. [21] Matth. VII, 13. [22] I Cor. XII, 29.

(55) Ἀσεβέστερον. Deest in Reg. a, duobus Colb., et Or. 1. Nec Billius vertit.

(56) *Πολλαὶ μοναί. Mansiones multæ.* « Non propter locorum discrimina, » inquit Elias, « sed propter domorum ordinem. Nam ut si unam domum una tantum lucerna splendore suo collustret, quilibet seorsim lucem peculiarem percipit, quanquam lumen in multas faces non dividatur. Sic in futuro sæculo universi homines justi recipientur eodem loco et non separatim, singulis pro suo modo, et eodem lumine spirituali splendorem haurientibus, rationeque sibi conveniente gaudium ac lætitiam capientibus. »

(57) *Μακαρίοις.* Reg. bm, δικαίοις, « justis. »

(58) Ἐπειδὴ τοῦθ'. Reg. bm, et Or. 1, ἐπειδὴ τοῦτο.

(59) Πάσας. Reg. bm, et Or. 1, ἁπάσας.

(60) Ὡς αὐτοὶ οἴεσθε. Hæc desunt in duobus Regg.

Digitized by Google

ita lubet, auditor, rerum, quæ oculorum aspectum superent, spectator, et arcanorum verborum auditor [23], post Eliam in sublime raptus [24], post Moysen Dei conspectione donatus [25], post Paulum in cœlum evectus [26]: quid tandem est, quod alios quoque unius diei momento sanctos fingis, et theologos creas, eruditionemque ipsis velut inspiras, et multa imperite doctorum conciliabula facis? Cur aranearum telis infirmiores illaqueas, ex eoque tibi scitum aliquid ac præclarum facere videris? Cur adversus fidem crabrones excitas? Cur dialecticorum agmen nobis ex tempore producis, non aliter ac fabulæ olim, gigantes? Cur levissimos quosque viros, ac virorum nomine indignos, velut colluviem quamdam in unam voraginem cogens, ac verborum illecebris magis ac magis effeminans, novam ex ipsis impietatis officinam condidisti, astute interim eorum amentia ad utilitatem tuam abutens, atque ex ea messem faciens? Num his refragaris? Num alia pro nihilo reputas? Num linguam tuam omnino dominari necesse est, nec tu parturientem sermonem reprimere potes? Habes etiam alia multa et honorifica disputationis argumenta. Morbum hunc ad hæc utiliter converte.

A ὁ τῶν ἀῤῥήτων ἀκροατής, ὁ μετα Ἠλίαν μετἀῤῥᾱτος, καὶ ὁ μετὰ Μωϋσέα θεοφανείας ἠξιωμένος, καὶ μετὰ Παῦλον οὐράνιος· τί καὶ τοὺς ἄλλους αὐθημερὸν πλάττεις ἁγίους, καὶ χειροτονεῖς θεολόγους, καὶ οἷον ἐμπνεῖς τὴν παίδευσιν, καὶ πεποίηκας λογίων ἀμαθῶν πολλὰ συνέδρια; Τί τοῖς ἀραχνείοις ὑφάσμασι (61) ἐνδεσμεῖς τοὺς ἀσθενεστέρους, ὡς δή τι σοφὸν καὶ μέγα; Τί σφηκίας (62) ἐγείρεις κατὰ τῆς πίστεως; Τί σχεδιάζεις ἡμῖν διαλεκτικῶν ἀνάδοσιν, ὥσπερ οἱ μῦθοι πάλαι τοὺς γίγαντας; Τί τῶν ἐν δρῶν ὅσον κοῦφον, καὶ ἄνανδρον, ὥσπερ τινὰ συρφετὸν, εἰς μίαν χαράδραν συναγαγὼν, καὶ κολακείᾳ πλέον θηλύνας, καινὸν ἐργαστήριον (63) ἐδημιούργησας, οὐκ ἀσόφως τὴν ἄνοιαν αὐτῶν ἐκκαρπούμενος, Ἀντιλέγεις καὶ τούτοις; καὶ οὐδαμοῦ σοι τἄλλα; καὶ τὴν γλῶσσαν δεῖ δυναστεύειν πάντως, καὶ οὐ κατέχεις τὴν ὠδῖνα τοῦ λόγου; Ἔχεις (64) καὶ ἄλλας ὑποθέσεις πολλάς τε καὶ φιλοτίμους· ἐκεῖ τρέψον μετὰ τοῦ χρησίμου τὴν νόσον (65).

X. Pythagoræ silentium, et fabas illas Orphicas insectare, recentemque horum verborum arrogantiam: *Ipse dixit*. Platonis ideas impete, animorumque nostrorum in alia atque alia corpora migrationes et circuitiones, et reminiscentias, ac denique non pulchros amores per pulchra corpora in animum subeuntes. Epicuri impium Numinis contemptum, et atomos, atque alienam philosopho voluptatem exagita; Aristotelis præparcam et angustis finibus circumscriptam **495** Providentiam, et artificium, mortales de anima sermones, atque humana dogmata confuta; Stoicorum supercilium, Cynicorum ingluviem et circumforaneam levitatem incesse. Vacuum item, et plenum, ac quæcunque illi de

Γ'. Βάλλε μοι Πυθαγόρου (66) τὴν σιωπὴν, καὶ τοὺς κυάμους τοὺς Ὀρφικοὺς, καὶ τὴν περὶ τὸ, *Αὐτὸς ἔφα*, καινοτέραν ἀλαζονείαν. Βάλλε μοι Πλάτωνος τὰς ἰδέας (67), καὶ τὰς μετενσωματώσεις, καὶ περιόδους τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὰς ἀναμνήσεις, καὶ τοὺς οὐ καλοὺς διὰ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπὶ ψυχὴν ἔρωτας. Ἐπικούρου τὴν ἀθεΐαν (68), καὶ τὰς ἀτόμους, καὶ τὴν ἀφιλόσοφον ἡδονήν· Ἀριστοτέλους τὴν μικρολόγον Πρόνοιαν (69), καὶ τὸ ἔντεχνον, καὶ τοὺς θνητοὺς περὶ ψυχῆς λόγους, καὶ τὸ ἀνθρωπικὸν τῶν δογμάτων· τῆς Στοᾶς (70) τὴν ὀφρὺν, τῶν Κυνῶν (71) τὸ λίχνον τε καὶ ἀγοραῖον. Βάλλε μοι τὸ κενὸν, τὸ πλῆρες τῶν ληρημάτων, ὅσα περὶ θεῶν ἢ θυσιῶν (72), περὶ εἰδώλων, περὶ δαιμόνων ἀγαθοποιῶν τε (73) καὶ

[23] II Cor. xii, 4. [24] IV Reg. ii, 11. [25] Exod. xxxiii, 22. [26] II Cor. xii, 4.

(61) *Ὑφάσμασι*. Deest in duobus Regg., duobus Colb., et Or. 1.

(62) *Σφηκίας*. « Crabrones, » id est « ethnicos. »

(63) *Ἐργαστήριον*. Coisl. 1, et Or. 1 addunt, ἀσεβείας, « impietatis. » Sic legit Billius.

(64) *Ἔχεις*, etc. Ostendit Gregorius Eunomianis, plura alia ac honorifica esse argumenta, ea scilicet quæ ex gentilium scriptis depromi possunt, tum ut loquendi prurigini satisfaciant, tum ut sibi doctrinæ et eloquentiæ nomen comparent.

(65) *Τὴν νόσον*. « Morbum hunc; » loquendi scilicet ac contradicendi pruritum.

(66) *Πυθαγόρου*, etc. Pythagoras discipulis suis silentium per quinquennium et a fabis abstinentiam præscribebat. Cum autem interrogarentur de quodam ipsius doctrinæ dogmate, nihil aliud respondebant, quam, « Ipse dixit. »

(67) *Πλάτωνος τὰς ἰδέας*. « *Platonis ideas*. Id est, » inquit Billius, « rerum quæ fiunt exemplaria, » seu « exemplares rerum formas. » In hoc erravit Plato, quod ideas extra Deum statuebat, aiebatque Deum, in hæc quasi exempla respicientem, res sensibiles condidisse. Præterea docebat idem philosophus nostrum scire, nihil aliud esse, quam reminisci, quasi animus noster imbutus esset hujusmodi cognitione ac scientia, antequam in corpus immigraret. Vulgavit etiam animarum in alia ex aliis corporibus migrationem. Hoc autem dogma a Pythagora acceperat Plato.

(68) *Ἐπικούρου τὴν ἀθεΐαν*. « Epicuri atheismum. » Deum negavit Epicurus. Summum bonum in voluptate ponebat, id est in absentia omnium dolorum. Providentiam e rebus humanis sustulit.

(69) *Ἀριστοτέλους τὴν μικρολόγον Πρόνοιαν*. Aristoteles docuit cœlestia sola a Deo gubernari, non autem humana, utpote quæ sint parvi momenti. Tradidit etiam animam non esse immortalem.

(70) *Τῆς Στοᾶς*. Athenis erat « porticus, » in qua Zeno philosophus discipulos docebat. Unde philosophi « Stoici » nuncupati sunt, qui antea a Zenone magistro « Zenonici » dicebantur.

(71) *Τῶν Κυνῶν*. Antisthenes primus novum hoc philosophiæ genus introduxit. Dicti sunt « Cynici, » sive a Cynosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur, sive a canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo discrimine invehebantur.

(72) *Ἢ θυσιῶν*. Or. 1, καὶ θυσιῶν. Comb., περὶ θυσιῶν.

(73) *Ἀγαθοποιῶν τε*. Reg. bm, et duo Colb., ἀγαθῶν τε, « bonis et malis. »

Digitized by Google

κακοποιῶν, ὅσα περὶ μαντείας, θεαγωγίας, ψυχαγωγίας, ἄστρων δυνάμεως, τερατεύονται. Εἰ δὲ σὺ ταῦτα μὲν ἀπαξιοῖς λόγου, ὡς μικρά τε καὶ πολλάκις ἐληλεγμένα, περὶ δὲ τὰ σὰ στρέφῃ, καὶ ζητεῖς τὸ ἐν τούτοις (74) φιλότιμον· ἐγώ σοι κάνταῦθα (75) παρέξομαι πλατείας ὁδούς. Φιλοσόφει μοι περὶ κόσμου ἢ κόσμων, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ λογικῶν φύσεων βελτιόνων τε καὶ χειρόνων (76), περὶ ἀναστάσεως, κρίσεως, ἀνταποδόσεως, Χριστοῦ παθημάτων. Ἐν τούτοις γὰρ καὶ τὸ ἐπιτυγχάνειν οὐκ ἄχρηστον, καὶ τὸ διαμαρτάνειν (77) ἀκίνδυνον. Θεῷ δὲ ἐντευξόμεθα, νῦν μὲν ὀλίγα, μικρὸν δὲ ὕστερον ἴσως τελεώτερον, ἐν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας (78). Ἀμήν.

A diis, de sacrificiis, de simulacris, de dæmonibus, tum beneficis, tum maleficis, quæcunque de divinatione, de deorum et animarum evocatione, ac postremo de vi et facultate siderum vanissime disputant. Quod si tu quidem de his rebus, ut parvis, ac sæpe confutatis, disputationem instituere recusas, in tuis vero versari gestis, iisque gloriam ac nominis celebritatem affectas : hîc ego quoque latissimum tibi campum aperiam. De mundo vel mundis philosophare, de materia, de anima, de naturis ratione præditis, tam bonis quam malis, de resurrectione, de judicio, de præmiis ac pœnis, de Christi cruciatibus. In his enim argumentis, et scopum assequi utile est, et aberrare minime periculosum. At vero cum Deo, in hac quidem vita parcius, aliquanto post autem fortasse plenius, commercium habebimus, in ipso Christo Jesu Domino nostro, cui sit gloria in sæcula. Amen.

(74) *Ἐν τούτοις*. Or. 1, ἐν λόγοις.

(75) *Κάνταῦθα*. Reg. bm, καὶ ἐντεῦθεν.

(76) *Βελτιόνων τε καὶ χειρόνων*. Elias id « de bonis et malis angelis » exponit.

eam, quæ habitus est, atque, vel in divinis, vel in humanis rebus contemplandis versatur? Quam porro justitiam et charitatem? Nonne præclaras et cum laude conjunctas affectiones (quarum altera injustitiæ, altera odio adversetur), nunc sese intendentes, nunc remittentes; nunc accedentes, nunc decedentes, ac certa omnino qualitate nos afficientes et immutantes, haud secus ac colores corpora? An potius nobis faciendum est, ut ab his abscedamus, ac numen ipsum sejunctim, quoad ejus fieri potest, perspiciamus, particularem quamdam speciem ex simulacris colligentes? Quænam igitur est hæc molitio, quæ et ex his velut conflatur, et tamen hæc non sit? Aut quomodo id, quod unum est, ac suapte natura compositionis expers, nec ullis rerum simulacris adumbrari potest, hæc omnia et horum unumquodque perfecte fuerit? Ita mens nostra languet ac fatiscit, dum e corporeis et sensibilibus rebus excedere, **506** atque incorporeis citra ullius rei interventum jungi studet, quandiu cum sua infirmitate, ea, quæ ipsius vires superant, speculatur. Etenim Deum, ac principem illam causam, natura quidem omnis rationis particeps appetit; ut autem eam assequatur, ob eas, quas dixi, causas, vires deficiunt. Languens autem desiderio, ac male omnino affecta, ægerrimeque hoc damnum fereus, secundam, ut dici solet, navigationem init, ut scilicet, vel ad res eas, quæ sub oculorum sensum cadunt, oculos flectat, ac quampiam earum pro numine colat, pessimo utique consilio labens (quid enim in omnibus rebus, quæ oculis cernuntur, eo, a quo cernuntur, excelsius et divinius est, ut illud adoretur, hoc vero adoret?); vel per aspectabilium rerum pulchritudinem et ordinem, Dei cognitionem assequatur, atque ad ea percipienda, quæ oculorum obtutum fugiunt, ducibus oculis utatur, non autem per earum rerum, quæ oculis subjectæ sunt, magnificentiam, Dei jacturam faciat.

A καὶ τὴν μὲν τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τοῦ μίσους ἀντίπαλον, ἐπιτεινομένας τε καὶ ἀνιεμένας (61), προσγινομένας τε καὶ ἀπογινομένας, καὶ ὅλως ποιούσας ἡμᾶς καὶ ἀλλοιούσας, ὥσπερ αἱ χρόαι τὰ σώματα; Ἢ δεῖ τούτων ἀποστάντας ἡμᾶς, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ θεῖον (62) ἰδεῖν, ὡς οἷόν τε, μερικήν τινα φαντασίαν ἐκ τῶν εἰκασμάτων συλλεγομένους; Τίς οὖν ἡ μηχανὴ (63) ἐκ τούτων τε, καὶ μὴ ταῦτα; Ἢ πῶς ταῦτα πάντα, καὶ τελείως ἕκαστον, τὸ ἓν (64) τῇ φύσει ἀσύνθετον καὶ ἀνείκαστον; Οὕτω κάμνει ἐκβῆναι τὰ σωματικὰ ὁ ἡμέτερος νοῦς, καὶ γυμνοῖς ὁμιλῆσαι τοῖς ἀσωμάτοις, ἕως σκοπεῖ μετὰ τῆς ἰδίας ἀσθενείας τὰ ὑπὲρ δύναμιν. Ἐπεὶ ἐφίεται μὲν πᾶσα λογικὴ φύσις Θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης αἰτίας· καταλαβεῖν δὲ ἀδυνατεῖ, δι' ἃς εἶπον αἰτίας. Κάμνουσα δὲ τῷ πόθῳ, καὶ οἷον σφαB δάζουσα (65), καὶ τὴν ζημίαν οὐ φέρουσα, δεύτερον ποιεῖται πλοῦν (66), ἢ πρὸς τὰ ὁρώμενα βλέψαι, καὶ τούτων τι ποιῆσαι Θεὸν, κακῶς εἰδυῖα· (τί γὰρ τῶν ὁρατῶν τοῦ ὁρῶντος, καὶ πόσον ἐστὶν ὑψηλότερόν τε καὶ θεοειδέστερον, ἵν' ᾖ τὸ μὲν προσκυνοῦν, τὸ δὲ προσκυνούμενον;) ἢ διὰ τοῦ κάλλους (67) τῶν ὁρωμένων καὶ τῆς εὐταξίας, Θεὸν γνωρίσαι, καὶ ὁδηγῷ τῇ ὄψει, τῶν ὑπὲρ τὴν ὄψιν χρήσασθαι, ἀλλὰ μὴ ζημιωθῆναι Θεὸν διὰ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν ὁρωμένων.

XIV. Hinc alii solem, alii lunam, alii siderum multitudinem, alii cœlum quoque ipsum una cum illis, quibus pro motus qualitate vel quantitate mundi gubernationem administrationemque tribuerunt; alii rursus propter necessarium usum, terram, aquam, aerem, ignem, quod his sublatis humanæ vitæ incolumitas constare non possit; alii denique quidquid ex rebus aspectabilibus temere ipsis occurrit, coluerunt, pulcherrima quæque eorum, quæ cernebant, pro diis sibi constituentes. Nec defuerunt, qui statuas ac figmenta divinis honoribus affecerint, primum quidem propinquorum et necessariorum, ii videlicet, qui vehementiori luctu afflictabantur, corporeisque rebus addictiores erant, atque homines vita functos monumentorum honore prosequebantur: post autem alienorum quo-

ΙΔ'. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν ἥλιον, οἱ δὲ σελήνην, οἱ δὲ ἀστέρων πλῆθος, οἱ δὲ οὐρανὸν αὐτὸν ἅμα τούτοις, οἷς καὶ τὸ πᾶν ἄγειν δεδώκασι κατὰ τὸ ποιὸν ἢ ποσὸν τῆς κινήσεως· οἱ δὲ τὰ στοιχεῖα, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, διὰ τὸ χρειώδες, ὧν ἄνευ οὐδὲ συστῆναι δυνατὸν τὸν ἀνθρώπινον βίον· οἱ δὲ ὅ τι τύχοιεν ἕκαστος τῶν ὁρατῶν ἐσεβάσθησαν, ὧν ἐώρων τὰ κάλλιστα θεοὺς προστησάμενοι. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ εἰκόνας, καὶ πλάσματα, πρῶτα μὲν τῶν οἰκείων, οἵγε περιπαθέστεροι, καὶ σωματικώτεροι, καὶ τιμῶντες τοὺς ἀπελθόντας τοῖς ὑπομνήμασιν· ἔπειτα καὶ τῶν ξένων, οἱ μετ' ἐκείνους, καὶ μακρὰν ἀπ' ἐκείνων, ἀγνοίᾳ τῆς πρώτης φύσεως, καὶ ἀκολουθίᾳ τῆς παραδοθείσης τιμῆς, ὡς ἐννόμου καὶ ἀναγκαίας. Ἐπειδὴ χρόνῳ τὸ ἔθος βεβαιωθὲν, ἐνομίσθη νόμος (68). Οἶμαι δὲ καὶ δυναD στείαν (69) τινὲς θεραπεύοντες, καὶ ῥώμην ἐπαινέ-

(61) *Ἀνιεμένας*. Coisl. 1 aliique, ἀνειμένας.

(62) *Θεῖον*. Duo Regg., tres Colb., Coisl. 1 et Or. 1 addunt, ἐκ τούτων.

(63) *Μηχανή*. Schol.: Ἐκ τούτων μὲν φανταζόμεθα τὴν θείαν φύσιν, οὐ ταῦτα δέ ἐστιν ἡ θεία φύσις· « Ex his divinam naturam effingimus, quæ tamen divina natura minime sit. »

(64) *Τὸ ἕν*. Sic Reg. bm. Sic etiam legit Billius. In ed., τὸ ἐν.

(65) *Σφαδάζουσα*. Schol.: Χαλεπῶς φέρουσα· « Desiderio acrius stimulata, et sui impos, quasi exæstuans. » Coisl. 1, πανουργεύουσα.

(66) *Δεύτερον ποιεῖται πλοῦν*. « Secundam navigationem init. » Id proverbio dicitur, cum quis ad summa pertingere non valens, proxima consectatur. « Quemadmodum, » inquit Billius, « qui mari iter faciunt, cum eum, quem maxime optant, nequeunt, proximum illi tamen, quanquam non adeo commodum, cursum tenere conantur. »

(67) *Ἢ διὰ τοῦ κάλλους*, etc. Id est, « ob eximiam pulchritudinem elegantissimumque rerum sensibilium ordinem, divinitatem rebus ipsis sensibilibus tribuat, ac ita Deum amittat. »

(68) *Ἐνομίσθη νόμος*. Comb., νομος εγενετο.

(69) *Δυναστείαν*. Sic duo Regg., tres Colb., Coisl. 1, Or. 1 et Par. In ed., δυναστείας.

Digitized by Google

σάντες, καὶ κάλλος θαυμάσαντες, θεὸν ἐποίησαν τῷ χρόνῳ τὸν τιμώμενον, προσλαβόμενοί (70) τινα καὶ μῦθον τῆς ἐξαπάτης (71) ἐπίκουρον.

A que, nempe ii, qui multis post eos sæculis exstiterunt, ignoratione videlicet primæ illius naturæ, ac serie per manus ipsis a majoribus traditi cultus, quasi justi et necessarii. Consuetudo enim, temporis longinquitate confirmata, pro lege habita est. Nonnullos etiam fuisse arbitror, qui summam alicujus potestatem omni observantia colentes, et corporis robur laudibus efferentes, ac formæ venustatem admirantes, eum tandem, quem honorabant, in deorum numerum ascripserint, ad hujusmodi imposturæ subsidium et patrocinium, fabulas quasdam assumentes.

ΙΕ'. Οἱ ἐμπαθέστεροι δὲ αὐτῶν καὶ τὰ πάθη θεοὺς ἐνόμισαν, ἢ θεοὺς (72) ἐτίμησαν, θυμὸν, καὶ μιαιφονίαν, καὶ ἀσέλγειαν, καὶ μέθην, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι ἄλλο τῶν τούτοις παραπλησίων· οὐ καλὴν, οὐδὲ δικαίαν ταύτην ἀπολογίαν εὑράμενοι τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων. Καὶ τοὺς μὲν ἀφῆκαν κάτω (73), τοὺς δὲ ὑπὸ γῆν ἔκρυψαν (74), τοῦτο συνετῶς μόνον· τοὺς δὲ B ἀνήγαγον εἰς τὸν οὐρανόν (75). Ὦ τῆς γελοίας κληροδοσίας! Εἶτα ἑκάστῳ τῶν πλασμάτων ὀνομά τι θεῶν ἢ δαιμόνων ἐπιφημίσαντες, κατὰ τὴν ἐξουσίαν καὶ αὐτονομίαν τῆς πλάνης, καὶ ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι, ὧν καὶ τὸ πολυτελὲς δέλεαρ· αἵμασί τε καὶ κνίσσαις, ἔστι δὲ οἵ γε (76), καὶ πράξεσι λίαν αἰσχραῖς, μανίαις τε καὶ ἀνθρωποκτονίαις τιμᾶν τούτους (77) ἐνόμισαν· τοιαύτας γὰρ ἔπρεπεν εἶναι θεῶν τοιούτων καὶ τὰς τιμάς. Ἤδη δὲ καὶ κνωδάλοις (78), καὶ τετραπόδοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ τούτων τοῖς αἰσχίστοις τε καὶ γελοιοτάτοις ἑαυτοὺς καθύβρισαν, καὶ τούτοις φέροντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν προσέθηκαν· ὡς μὴ ῥᾴδιον εἶναι κρῖναι, ποτέρων (79) δεῖ καταφρονεῖν μᾶλλον, τῶν προσκυνούντων, ἢ τῶν προσκυνουμένων· τάχα δὲ καὶ πολὺ πλέον τῶν λατρευόντων, ὅτι λογικῆς ὄντες φύσεως, καὶ χάριν Θεοῦ δεξάμενοι, τὸ C χεῖρον ὡς ἄμεινον προεστήσαντο (80)· καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ τὸ σόφισμα, τῷ καλῷ καταχρησαμένου πρὸς τὸ κακὸν, οἷα τὰ πολλὰ τῶν ἐκείνου κακουργημάτων. Παραλαβὼν γὰρ αὐτῶν τὸν πόθον πλανώμενον (81) κατὰ Θεοῦ ζήτησιν, ἵν' εἰς ἑαυτὸν (82) περισπάσῃ τὸ κράτος, καὶ κλέψῃ τὴν ἔφεσιν· ὥσπερ τυφλὸν χειραγωγῶν ὁδοῦ τινος ἐφιέμενον, ἄλλους ἀλλαχοῦ κατεκρήμνισε, καὶ διέσπειρεν εἰς ἓν τι θανάτου καὶ ἀπωλείας βάραθρον.

507 XV. Jam vitiosissimi quique vitia ipsa fœdosque affectus deos esse censuerunt, aut certe sub deorum nomine coluerunt, iram nimirum, cædem, libidinem, temulentiam, et cætera ejus generis, non æquam, nec honestam hanc scelerum suorum excusationem nacti. Atque eos partim in terra reliquerunt, partim infra terram occultarunt, hoc unum satis consulte, partim in cœlum evexerunt: o ridiculam hæreditatis partitionem! Ac deinde pro erroris libertate et licentia, figmento cuique nomen aliquod, vel deorum, vel dæmonum indiderunt, statuasque insuper erexerunt, easque adeo magnificas et excellentes, ut pretio ipso vulgi animos inescarent. Ad hæc per cruores et carnium nidores, quidam etiam per actiones in primis fœdas, hoc est, furores ac cædes, hujusmodi numina rite coli existimarunt; tales quippe talibus diis honores haberi conveniebat. Eo etiam amentiæ quidam prorupuerunt, ut colendis avibus, et quadrupedibus, et reptilibus [88], atque horum turpissimis quibusque maximeque ridiculis, seipsos contumelia afficerent, iisque Dei gloriam attribuerunt: ut non sit facile constituere, utri magis contemnendi sint, iine qui adorabant, an qui adorabantur. Fortasse vero multo majori contemptu atque ignominia digni erant, qui res hujusmodi adorabant; quoniam, cum natura ratione prædita ornati essent, Deique gratiam accepissent, deterius meliori prætulerunt. Atque hæc fuit pravi illius calliditas et impostura, re bona ad malum abutentis; qualia sunt pleraque illius versuta facinora. Nam cum eorum cupiditatem ad Dei conquisitionem oberrantem accepisset, ut principatum ad se transferret, ac desiderium eorum eluderet, quasi cæcum viæ cujusdam cupiditate flagrantem manuducens, alios alio præcipites egit, atque in unum quoddam mortis exitiique barathrum dispersit.

ΙϚ'. Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα· ἡμᾶς δὲ ὁ λόγος δεξάμενος ἐφιεμένους Θεοῦ, καὶ μὴ ἀνεχομένους τὸ ἀνηγεμόνευτόν τε καὶ ἀκυβέρνητον· εἶτα τοῖς ὁρωμένοις προσβάλλων (83), καὶ τοῖς ἀπαρχῆς ἐντυγχάνων, οὔτε D

XVI. Atque hæc quidem illi. Nos autem, Dei desiderio flagrantes, atque animis ita comparatos, ut universitatem hanc duce atque gubernatore carere nullo modo admittere queamus, ratio excipiens, ac

[88] Rom. I, 23.

(70) *Προσλαβόμενοι*. Comb., προσλαβόντες.

(71) *Ἐξαπάτης*. Coisl. 1, ἐξαπατήσεως.

(72) *Θεούς*. Deest in Or. 1. In ed., θεοῖς.

(73) *Καὶ τοὺς μὲν ἀφῆκαν κάτω*, etc. Alludit Gregorius ad fabulosam partitionem, qua cœlum Jovi, mare Neptuno, inferorum regnum Plutoni in sortem cessisse finxit antiquitas.

(74) *Ἔκρυψαν*. Reg. Cypr., ἀπέῤῥιψαν, « abiecerunt. »

(75) *Τὸν οὐρανόν*. Deest τόν in Or. 1.

(76) *Ἔστι δὲ οἵ γε*. Colb. 4. et Coisl., ἔστι δὲ ὅτε.

(77) *Τιμᾶν τούτους*. Sic Reg. Cypr. In edit. τοῦτο τιμᾶν.

(78) *Κνωδάλοις*. Elias « aves » intelligit. Budæus, « feras » tam terrestres, quam aquaticas et aerias.

(79) *Ποτέρων*. Sic Coisl. 1, et tres Colb. Alii, πότέρον, prave. EDIT.

(80) *Προεστήσαντο*. Reg. Cypr., προετιμήσαντο.

(81) *Πλανώμενον*. Coisl. 1, πλανωμένων.

(82) *Εἰς ἑαυτόν*. Sic duo Regg., tres Colb., Coisl. 1 et 3, Comb. In ed., εἰς ἑαυτήν

(83) *Προσβάλλων*. Reg. a, et Or. 1, προβαλών.

Digitized by Google

deinde in res oculis subjectas intuens, atque adeo ea, quæ ab initio condita sunt, considerans, ne hic quidem **508** gradum fixit. Neque enim rationis erat, iis, quæ, quantum ad sensum, pari nobiscum conditione sunt, principatum dare. Quin potius eorum ope atque adjumento nos ad id, quod his superius est, cujusque beneficio hæc sunt, ducit. Quid enim tandem illud est, quod cœlestia et terrestria, quæque, vel per aerem, vel per aquam feruntur, vel potius ea, quæ his priora sunt, cœlum, terram, aerem, aquam certo ordine collocavit? Quis hæc miscuit ac sejunxit? Quæ mutua horum societas naturæque cognatio et conspiratio? Hoc enim dictum, licet hominis a religione nostra alieni, mihi magnopere probatur: *Quis motum his attulit, ac perpetuo minimeque impedito cursu ea moderatur?* An non eorum artifex et qui rebus omnibus rationem eam indidit, qua universum fertur et gubernatur? Quis porro horum artifex? An non is, qui hæc procreavit atque in rerum naturam produxit? Neque enim proculdubio casui fortunæque hæc vis et facultas ascribenda est. Ut enim hoc demus, casu omnia exstitisse, cui tandem eorum constitutio ac dispositio tribuenda erit? Atque ut hoc quoque ipsum, si ita lubet, casui concedamus, cujusnam, quæso, fuerit, hæc, juxta eas rationes, quibus primum creata sunt, tueri atque conservare? Alteriusne cujuspiam, an casus? Alterius profecto, non casus. Hoc autem quid tandem aliud esse queat, quam Deus? Sic ratio, quæ ex Deo est, et cunctis insita, et prima in pectoribus nostris condita lex, cunctisque mortalibus innexa, nos ab iis rebus, quæ oculis cernuntur, ad Deum subvexit. Ac proinde hoc pacto rursus exordiamur.

XVII. Quid tandem Deus natura sua et essentia sit, nec hominum quisquam unquam invenit, nec invenire potest. An vero aliquando sit inventurus, quærat hoc qui volet, ac perscrutetur. Mea quidem sententia, tum demum hoc inveniet, cum deiforme hoc atque divinum, id est, mens nostra et ratio cum natura cognata conjuncta fuerit, et imago ad exemplar illud suum, cujus nunc desiderio tangitur, ascenderit. Atque illud mihi esse videtur, quod primarium philosophiæ caput est, nempe nos aliquando antum cognituros, quantum cogniti sumus [89.90]. At in hac mortali vita quidquid ad nos usque pertingit, aliud nihil est, quam exiguus quidam rivulus, ac velut **509** parvus magnæ lucis radius. Quamobrem si quis Deum cognovit, aut, Scriptura

μέχρι τούτων ἔστησεν. Οὐ γὰρ ἦν λόγου δοῦναι τὴν ἡγεμονίαν τοῖς ὁμοτίμοις κατὰ τὴν αἴσθησιν (84). Καὶ διὰ τούτων ἄγει πρὸς τὸ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ δι' οὗ (85) τούτοις τὸ εἶναι περίεστιν. Τί γὰρ τὸ τάξαν τὰ οὐράνιά τε (86) καὶ τὰ ἐπίγεια, ὅσα τε δι' ἀέρος, καὶ ὅσα καθ' ὕδατος, μᾶλλον δὲ τὰ πρὸ τούτων, οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ φύσιν ὕδατος; Τίς ταῦτα ἔμιξε καὶ ἐμέρισεν; τίς (87) κοινωνία τούτων πρὸς ἄλληλα, καὶ συμφυΐα, καὶ σύμπνοια; Ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰρηκότα (88), κἂν ἀλλότριος ᾖ· (89) *Τί τὸ ταῦτα κεκινηκὸς, καὶ ἄγον* (90) *τὴν ἄληκτον φορὰν καὶ ἀκώλυτον*; Ἆρ' οὐχ ὁ τεχνίτης τούτων, καὶ πᾶσι λόγον ἐνθεὶς, καθ' ὃν τὸ πᾶν φέρεταί τε καὶ διεξάγεται; Τίς δὲ ὁ τεχνίτης τούτων; Ἆρ' οὐχ ὁ πεποιηκὼς (91) ταῦτα, καὶ εἰς τὸ εἶναι (92) παραγαγών; οὐ γὰρ δὴ τῷ αὐτομάτῳ δοτέον τοσαύτην δύναμιν. Ἔστω γὰρ τὸ γενέσθαι τοῦ αὐτομάτου· τίνος τὸ τάξαι; Καὶ τοῦτο, εἰ δοκεῖ, δῶμεν· τίνος τὸ τηρῆσαι καὶ φυλάξαι καθ' οὓς πρῶτον ὑπέστη λόγους; ἑτέρου τινὸς, ἢ τοῦ αὐτομάτου; Ἑτέρου δηλαδὴ παρὰ τὸ αὐτόματον. Τοῦτο δὲ τί ποτε ἄλλο πλὴν Θεός; Οὕτως ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος καὶ πᾶσι σύμφυτος, καὶ πρῶτος ἐν ἡμῖν (93) νόμος καὶ πᾶσι συνημμένος, ἐπὶ Θεὸν ἡμᾶς ἀνήγαγεν ἐκ τῶν ὁρωμένων. Καὶ δὴ λέγωμεν (94) ἀρξάμενοι πάλιν.

IZ'. Θεὸν, ὅ τί ποτε μέν ἐστι τὴν φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν, οὔτε τις εὗρεν ἀνθρώπων πώποτε, οὔτε μὴν (95) εὑρῃ. Ἀλλ' εἰ μὲν εὑρήσει ποτὲ, ζητείσθω τοῦτο, καὶ φιλοσοφείσθω παρὰ τῶν βουλομένων· εὑρήσει δὲ, ὡς ὁ ἐμὸς (96) λόγος, ἐπειδὰν τὸ θεοειδὲς τοῦτο καὶ θεῖον, λέγω δὲ τὸν ἡμέτερον νοῦν τε καὶ λόγον, τῷ οἰκείῳ (97) προσμίξῃ, καὶ ἡ εἰκὼν ἀνέλθῃ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, οὗ νῦν ἔχει τὴν ἔφεσιν. Καὶ τοῦτο εἶναί μοι δοκεῖ τὸ πάνυ φιλοσοφούμενον, *ἐπιγνώσεσθαί ποτε ἡμᾶς, ὅσον ἐγνώσμεθα*. Τὸ δὲ νῦν εἶναι (98), βραχεῖά τις ἀπορροὴ πᾶν τὸ εἰς ἡμᾶς φθάνον, καὶ οἷον μεγάλου φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα. Ὥστε καὶ εἴ τις ἔγνω Θεὸν, ἢ ἐγνωκέναι μεμαρτύρηται, τοσοῦτον ἔγνω, ὅσον ἄλλου μὴ τὸ ἴσον ἐλλαμφθέντος φανῆναι φωτοειδέστερος· καὶ τὸ ὑπερβάλλον, τέλειον ἐνο-

[89.90] I Cor. XIII, 12.

(84) *Κατὰ τὴν αἴσθησιν.* « Quantum ad sensum. » Schol.: Οὐ κατὰ τὸν νοῦν· « Non quantum ad mentem. »

(85) *Δι' οὗ.* « Cujus. » Schol.: τοῦ Θεοῦ· « Dei. »

(86) *Οὐράνιά τε.* Deest τε in duobus Regg., et Or. 1.

(87) *Τίς.* Duo Regg. addunt, ἡ.

(88) *Τὸν εἰρηκότα.* Schol. τὸν Πλάτωνα· « Platonem. » Quod verisimilius quidem dictum videtur de isto philosopho, quam de Oppiano, ut vult Bilius in notis.

(89) *Τί τὸ ταῦτα... καὶ ἀκώλυτον.* Hæc in Coisl. 3 ad marg. ascribuntur Platoni.

(90) *Καὶ ἄγον*, etc. Reg. Cypr. habet: καὶ ὑπὸ τὴν ἄληκτον φορὰν καὶ ἀκώλυτον ἀγαγόν.

(91) *Ὁ πεποιηκώς.* Sic tres Colb., Or. 1, et Par. D In ed., ὁ πεποιηκός.

(92) *Εἰς τὸ εἶναι.* Par., εἰς τὸ ἓν.

(93) *Ἐν ἡμῖν.* Sic Or. 1. In ed., ἐν ὑμῖν.

(94) *Λέγωμεν.* Sic Combef. In ed., λέγομεν

(95) *Οὔτε μήν.* Reg. bm, Or. 1, Basil., οὔτε μή.

(96) *Ὡς ὁ ἐμός.* Sic duo Regg., et Or. 1. Alii, ὡς ἐμός, minus recte. EDIT.

(97) *Οἰκείῳ.* Sic Reg. bm, Coisl. 3, etc., « cum Deo. » Etenim homo, cum sit ad imaginem Dei creatus, Deo quodam cognationis jure est conjunctus. In ed., οἰσείῳ.

(98) *Τὸ δὲ νῦν εἶναι.* Coisl. 3, et tres Colbert., Τὸ δὲ νῦν γνῶναι, « Quod autem nunc cognoscimus, » etc.

Digitized by Google

μίσθη, οὐ τῇ ἀληθείᾳ, τῇ δὲ τοῦ πλησίον δυνάμει παραμετρούμενον.

ΙΗ'. Διὰ τοῦτο Ἐνὼς μὲν ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι (99) τὸν Κύριον· ἐλπὶς τὸ κατορθούμενον ἦν, καὶ τοῦτο οὐ γνώσεως, ἀλλ' ἐπικλήσεως. Ἐνὼχ δὲ μετετέθη μὲν, οὔπω δὲ δῆλον, εἰ Θεοῦ φύσιν περιλαβὼν, ἢ περιληφόμενος. Τοῦ δὲ Νῶε, καλὸν ἡ εὐαρέστησις, τοῦ καὶ κόσμον ὅλον ἐξ ὑδάτων διασώσασθαι πιστευθέντος, ἢ κόσμου σπέρματα, ξύλῳ μικρῷ φεύγοντι (1) τὴν ἐπίκλυσιν. Ἀβραὰμ δὲ ἐδικαιώθη μὲν ἐκ πίστεως, ὁ μέγας πατριάρχης, καὶ θύει θυσίαν ξένην, καὶ τῆς μεγάλης ἀντίτυπον· Θεὸν δὲ οὐχ ὡς Θεὸν εἶδεν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον ἔθρεψε, καὶ ἐπῃνέθη, σεβασθεὶς ὅσον κατέλαβεν. Ἰακὼβ δὲ, κλίμακα μὲν ὑψηλὴν ἐφαντάσθη τινὰ, καὶ ἀγγέλων ἄνοδον, καὶ στήλην ἀλείφει μυστικῶς (ἴσως ἵνα τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀλειφέντα λίθον παραδηλώσῃ), καὶ οἶκος Θεοῦ (2) τόπῳ τινὶ προσηγορίαν δίδωσιν, εἰς τιμὴν τοῦ ὀφθέντος, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ τῷ Θεῷ προσπαλαίει, ἢ τίς ποτέ ἐστιν ἡ πάλη Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον, ἢ τάχα τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς πρὸς Θεὸν ἀντεξέτασις, καὶ σύμβολα τῆς πάλης ἐπὶ τοῦ σώματος φέρει, τὴν ἥττάν παραδεικνύντα τῆς γεννητῆς (3) φύσεως, καὶ ἄθλον εὐσεβείας τὴν μεταβολὴν τῆς προσηγορίας λαμβάνει, μετονομασθείς, ἀντὶ Ἰακὼβ, Ἰσραὴλ, τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ τίμιον ὄνομα· ἐκεῖνο δὲ, οὔτε αὐτὸς, οὔτε τις ὑπὲρ αὐτὸν μέχρι σήμερον ἐκαυχήσατο τῶν δώδεκα φυλῶν, ὧν πατὴρ ἦν, ὅτι Θεοῦ φύσιν ἢ ὄψιν ὅλην ἐχώρησεν (4).

XVIII. Quocirca Enos quidem spem habuit fore ut Dominum invocaret [61] : ubi vides spem duntaxat in eo laudari, eamque non cognitionis, sed invocationis. Enoch autem, quamvis translatus fuerit [62], nondum tamen constat, an Dei naturam comprehenderit, aut comprehensurus sit. Jam Noe, cui orbis universi ab aquarum periculo conservandi cura credita est [63], vel potius orbis semina commissa, exiguo ligno diluvium fugientia [64], hinc solum laudem consecutus est, quod Deo gratus et acceptus fuisset. Magnus porro ille patriarcha Abraham, ex fide quidem justificatus est [65], ac novam et inauditam victimam, magnæque illius figuram gerentem, obtulit [66] : at Deum non ut Deum conspexit, sed ut hominem aluit [67] ; ac proinde laudatus est, quod, quantum percepit, tantum quoque veneratus est. Nam quid de Jacob dicam, qui licet sublimem quamdam scalam, et ascendentes angelos in somnis conspicatus sit [68], ac columnam non sine mysterio quodam unxerit (fortasse ut lapidem salutis nostræ causa unctum significaret), atque in ejus, quem conspexerat, honorem, loco cuidam domus Dei cognomentum imposuerit, ac cum Deo quasi cum homine luctam inierit, quæcunque tandem illa Dei cum homine lucta esse queat. His enim verbis fortasse nihil aliud indicatur, quam humanæ virtutis cum divina comparatio, luctæque signa, quæ creatam naturam victam esse ostenderent, in corpore tulerit, ac denique pro pietatis præmio nominis commutationem acceperit, pro Jacob nimirum, magno illo et eximio Israelis nomine nuncupatus; hoc tamen nec ipse, nec quisquam eo sublimior, ad hunc usque diem in omnibus duodecim tribubus, quarum pater exstitit, gloriari magnificeque prædicare potuit, se totam Dei naturam animo percepisse.

ΙΘ'. Ἠλίᾳ δὲ, οὔτε πνεῦμα βίαιον, οὔτε πῦρ, οὔτε συσσεισμὸς, ὡς τῆς ἱστορίας ἀκούεις, ἀλλ' ἡ αὔρα τις ὀλίγη τὴν τοῦ Θεοῦ παρουσίαν, καὶ ταῦτα, οὐ φύσιν ἐσκιαγράφησεν. Ἠλίᾳ τίνι; ὃν καὶ ὅρμα πυρὸς ἀνάγει πρὸς οὐρανὸν, δηλοῦν τοῦ δικαίου τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον. Μανωὲ δὲ τὸν κριτὴν πρότερον, καὶ Πέτρον τὸν μαθητὴν ὕστερον, πῶς οὐ τεθαύμακας; τὸν μὲν οὐδὲ ὄψιν φέροντα τοῦ φαντασθέντος Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο, *Ἀπολώλαμεν, ὦ γύναι*, λέγοντα, *Θεὸν ἑωράκαμεν*, ὡς οὐ χωρητῆς οὔσης ἀνθρώποις, οὐδὲ φαντασίας θείας, μὴ ὅτι γε φύσεως· τὸν δὲ καὶ τὸν

XIX. Nec vero Eliæ, vel spiritus vehemens, vel ignis, vel terræ concussio, ut **510** historiæ sacræ monumentis proditum est, sed aura quædam tenuis Dei præsentiam, non autem naturam ipsam, adumbravit [69]. Ipsum Eliam dico, quem igneus quoque currus in cœlum evexit [70], significans, ut opinor, singularem quamdam hominis virtutem, atque humanum fastigium excedentem. Quid? Non te judex ille Manue, ac Petrus apostolus, admiratione afficiunt? Quorum alter ne conspectum quidem Dei, per imaginem ipsi obversantis, ferre poterat, ac

[61] Gen. IV, 26. [62] Gen. V, 24. [63] Gen. VI, 13 sqq. [64] Gen. IX, 1 sqq. [65] Gen. XV, 6; Rom. IV, 3. [66] Gen. XXII, 2 seqq. [67] Gen. XVIII, 2 sqq. [68] Gen. XXVIII, 12. [69] III Reg. XIX, 11 sqq. [70] IV Reg. II, 11.

(99) *Ἐπικαλεῖσθαι*. Vocem hanc in activa significatione accepit Billius. Alii, post Theodoretum, in passiva accipiunt, et vertunt : « Speravit fore ut Dominus invocaretur. »

(1) *Φεύγοντι*. Savil. et Comb., διαφυγόντα. In aliis, διαφυγόντι.

(2) *Καὶ οἶκος Θεοῦ*. « Domus Dei. » Regg. a, bm, duo Colb. et Or. 1, εἶδος Θεοῦ, « facies Dei. » Fatetur Billius in notis se in priori editione sic vertisse auctoritate codicum; neque hanc lectionem improbandam judicat. Sed in secunda ed. prætulit cum Elia, οἶκος Θεοῦ, « domus Dei, » quod « Gregorii verba, de loci nuncupatione, Jacobi cum angelo luctam præcedant. » Si lectionem οἶκος Θεοῦ prætuleris, lege Gen. XXVIII, 12, 17 et 19. Sin alteram εἶδος Θεοῦ, lege Gen. XXXII, 24, 30. Si aperiendum sit quid hac de re sentiamus, aptior nobis videtur lectio « facies Dei, » quam « domus Dei, » quia hic præcipue de visione Dei disputatur.

(3) *Γεννητῆς*. Reg. Cypr., γενητῆς.

(4) *Ἐχώρησεν*. Non bene Bill. : « oculis usurpasse; » nec melius Leuv. « aspiciendo » percepisse, quasi natura divina res esset « oculis » et « aspectui » subjecta.

Digitized by Google

proinde dicebat : Periimus, uxor, Deum vidimus [71], tanquam videlicet homines, ne divini quidem in imagine conspectus, nedum naturæ ipsius, capaces sint : alter conspicuum etiam Christum in naviculam admittere recusabat, atque ablegabat [72]. Quod eo quoque mirabilius videri debet, quod idem ad Christi agnitionem animi ardore alios anteibat, eoque nomine beatus prædicatus est [73], resque maximas in fidem accepit. Quid Isaiam et Ezechielem rerum maximarum spectatorem reliquosque prophetas commemorem? Quorum alter Dominum Sabbaoth in gloriæ throno sedentem vidit [74], eumque a seraphim senis alis præditis in orbem cinctum ac laudatum et tectum, seque ipsum carbone perpurgatum, atque ad obeundum prophetiæ munus adornatum. Alter vehiculum quoque Dei [75], hoc est, cherubinos describit, thronumque ipsis excelsiorem, eoque sublimius firmamentum, atque insuper eum, qui in firmamento sese utcunque conspicandum præbebat, vocesque etiam quasdam, et impetus, atque actiones; idque, sive diurnum quoddam hoc spectrum, solis sanctissimis viris spectabile, sive minime fallax noctis visio, sive prævia quædam mentis impressio, futura tanquam præsentia exhibens, sive arcanum quoddam aliud prophetiæ genus, dicere nequeo; novit hoc prophetarum Deus, et qui hujusmodi afflatibus agitantur. Cæterum neque hi, de quibus loquor, neque quisquam alius ejusdem ordinis, in substantia et essentia Domini, ut Scriptura loquitur [76], stetit, nec Dei naturam, aut vidit, aut aliis prodidit et patefecit.

A φαινόμενον Χριστὸν τῷ πλοίῳ μὴ προστέμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποπεμπόμενον· καίτοιγε θερμότερος τῶν ἄλλων εἰς ἐπίγνωσιν Χριστοῦ Πέτρος, καὶ διὰ τοῦτο μακαριζόμενος, καὶ τὰ μέγιστα πιστευόμενος. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ Ἡσαΐου, καὶ Ἰεζεχιὴλ τοῦ τῶν μεγίστων ἐπόπτου, καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν; ὧν ὁ μὲν τὸν Κύριον Σαββαὼθ (5) εἶδε καθήμενον ἐπὶ θρόνου δόξης, καὶ τοῦτον ὑπὸ τῶν ἑξαπτερύγων σεραφὶμ κυκλούμενον, καὶ αἰνούμενον, καὶ ἀποκρυπτόμενον (6), ἑαυτόν τε τῷ ἄνθρακι καθαιρόμενον, καὶ πρὸς τὴν προφητείαν καταρτιζόμενον· ὁ δὲ καὶ τὸ ὄχημα τοῦ Θεοῦ τὰ χερουβὶμ διαγράφει, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν (6') θρόνον, καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ στερέωμα, καὶ τὸν ἐν τῷ στερεώματι φανταζόμενον, καὶ φωνάς δή τινας, καὶ ὁρμάς, καὶ πράξεις (7)· B καὶ ταῦτα, εἴτε φαντασία τις ἦν ἡμερινὴ, μόνοις θεωρητὴ τοῖς ἁγίοις, εἴτε νυκτὸς ἀψευδὴς ὄψις, εἴτε τοῦ ἡγεμονικοῦ τύπωσις συγγενομένη (8) τοῖς μέλλουσιν ὡς παροῦσιν, εἴτε τι ἄλλο προφητείας εἶδος ἀπόῤῥητον, οὐκ ἔχω λέγειν· ἀλλ' οἶδεν ὁ τῶν προφητῶν Θεὸς, καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐνεργούμενοι. Πλὴν οὔτε οὗτοι περὶ ὧν ὁ λόγος, οὔτε τις ἄλλος τῶν κατ' αὐτοὺς (9), ἔστη ἐν ὑποστήματι (10) καὶ οὐσίᾳ Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐδὲ Θεοῦ φύσιν ἢ εἶδεν ἢ ἐξηγόρευσεν.

XX. Quod si Paulo ea, quæ tertium cœlum [77], atque ad illud usque progressio, vel ascensio, vel assumptio exhibuit, mortalibus evulgare licuisset, amplius quiddam **511** fortasse de Deo cognovissemus, si modo arcana hæc causa erat, cur in cœlum raperetur. Quoniam autem hæc ei in vulgus efferre nefas erat, faciamus nos quoque, ut ea silentio commendemus. Atque hoc duntaxat Paulum dicentem audiamus : *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus* [78]. Hæc, atque ejusmodi fateri non dubitat ille scientia nequaquam imperitus, ille experimentum se daturum minitans loquentis in se Christi, magnus, inquam, ille veritatis propugnator et doctor. Eoque nomine omnem quoque humanam ac terrenam scientiam nihil supra specula et ænigmata [79] esse statuit, utpote quæ D

Κ'. Παύλῳ δὲ, εἰ μὲν ἐκφορὰ (11) ἦν ἅπερ ἔσχεν (12) ὁ τρίτος οὐρανὸς, καὶ ἡ μέχρις ἐκείνου πρόοδος, ἢ ἀνάβασις, ἢ ἀνάληψις, τάχα ἂν τι περὶ Θεοῦ πλέον ἔγνωμεν, εἴπερ τοῦτο ἦν τὸ τῆς ἁρπαγῆς μυστήριον· ἐπεὶ δὲ ἄῤῥητα ἦν, καὶ ἡμῖν σιωπῇ τιμάσθω. Τοσοῦτον δὲ ἀκούσωμεν αὐτοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι *Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν*. Ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁμολογεῖ ὁ μὴ ἰδιώτης τὴν γνῶσιν, ὁ δοκιμὴν ἀπειλῶν τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὁ μέγας τῆς ἀληθείας προαγωνιστὴς, καὶ διδάσκαλος. Διὸ καὶ (13) πᾶσαν τὴν κάτω γνῶσιν οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα καὶ τὰ αἰνίγματα τίθεται, ὡς ἐν μικροῖς τῆς ἀληθείας ἱσταμένην ἐνδάλμασιν. Εἰ δὲ μὴ λίαν δοκῶ τισι περιττὸς καὶ περίεργος τὰ τοιαῦτα ἐξετάζων, οὐδὲ ἄλλα D τινὰ τυχὸν ἢ ταῦτα ἦν, ἃ μὴ δύνασθαι νῦν βασταν-

[71] Judic. XIII, 22. [72] Luc. V, 8. [73] Matth. XVI, 17. [74] Isa. VI, 1. [75] Ezech. I, 4 seqq. [76] Jerem. XXIII, 18. [77] II Cor. XII, 2. [78] I Cor. XIII, 9. [79] ibid. 12.

(5) *Σαββαώθ*. Reg. bm, et Or. 1, Σαβαώθ.

(6) *Ἀποκρυπτόμενον*. Colb. 1 et Or. 1, κρυπτόμενον

(6') *Ὑπὲρ αὐτῶν*. Reg. Cypr., ὑπὲρ αὐτοῦ. Combef. putat legendum, ὑπὲρ αὐτό, nempe, ὄχημα, sicut et mox pro τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ. censet scribendum, ὑπὲρ αὐτόν, scilicet, θρόνον.

(7) *Πράξεις*. Par., τάξεις, « ordines. »

(8) *Συγγενομένη*. Or. 1, συγγενομένου.

(9) *Κατ' αὐτούς*. Duo Regg. et Or. 1, κατὰ τούτους.

(10) *Ἐν ὑποστήματι*. Vox est Jeremiæ XXIII, 18, cui subjungit Gregorius, καὶ οὐσίᾳ, explicationis causa, quasi vox illa « essentiam, » sive « naturam Dei » significet, quod a vero sensu longius abest. Vox enim Hebræa Jeremiæ « consilium » sonat. Hinc Vulgata recte reddit : « Quis enim adfuit consilio Domini? » Septuaginta et Theodotion interpretantur, « substantiam, » seu « subsistentiam; » Aquila, « secretum, » et Symmachus. « sermonem. » Verum voces ὑπόστημα et ὑπόστασις recte verti possunt, « statio » et « consessus, » sicque propius accederent ad genuinum Hebraicæ vocis sensum.

(11) *Ἐκφορά*. Legendum videtur esse, ἔκφορα. Edit.

(12) *Ἔσχεν*. Coisl. 3, παρέσχεν, « exhibuit, suppeditavit. » Bill. : « continet. »

(13) *Διὸ καί*. Reg. a et duo Colb., δὲ καί.

Digitized by Google

χθῆναι, ὁ Λόγος αὐτὸς ὑπηνίσσετο, ὡς (14) ποτε βασταχθησόμενα καὶ τρανωθησόμενα· καὶ ἅπερ (15) μηδ' ἂν αὐτὸν δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν κόσμον (16), Ἰωάννης ὁ τοῦ Λόγου πρόδρομος (17), ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας φωνὴ, διωρίζετο.

A ultra exigua veritatis simulacra minime sese porrigat. Quod nisi me quispiam in hujus generis rebus exquirendis nimis curiose et supervacanee versari existimet, dicere quoque non verear, nec alia quidem fortasse, quam hæc, ea esse, quæ Christus ipse portari in hac vita posse negavit [80], velut aliquando portanda, et declaranda; et quæ ille Verbi præcursor Joannes, et magna veritatis vox, ne a mundo quidem capi posse pronuntiavit [81].

ΚΑ'. Πᾶσα μὲν οὖν ἀλήθεια, καὶ πᾶς λόγος δυστέκμαρτός τε καὶ δυσθεώρητος· καὶ οἷον ὀργάνῳ μικρῷ μεγάλα δημιουργοῦμεν, τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν θηρεύοντες, καὶ τοῖς νοητοῖς (18) προσβάλλοντες μετὰ τῶν αἰσθήσεων· ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεων, ὑφ' ὧν περιφερόμεθα καὶ πλανώμεθα, καὶ οὐκ ἔχομεν γυμνῷ τῷ νοῖ γυμνοῖς τοῖς πράγμασιν ἐντυγχάνοντες, μᾶλλόν τι προσιέναι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὸν νοῦν τυποῦσθαι ταῖς καταλήψεσιν. Ὁ δὲ περὶ Θεοῦ λόγος, ὅσῳ τελεώτερος, τοσούτῳ δυσεφικτότερος, καὶ πλείους τὰς ἀντιλήψεις ἔχων καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας. Πᾶν γὰρ τὸ ἐνιστάμενον, κἂν βραχύτατον ᾖ, τὸν τοῦ λόγου δρόμον ἐπέσχε καὶ διεκώλυσε, καὶ τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν διέκοψεν· ὥσπερ οἱ τοὺς ἵππους τοῖς ῥυτῆρσιν ἀθρόως μεθέλκοντες φερομένους, καὶ τῷ ἀδυκήτῳ τοῦ τιναγμοῦ περιτρέποντες. Οὕτω Σολομὼν μὲν ὁ (19) σοφισάμενος περισσὰ, ὑπὲρ πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθεν, καὶ καθ' ἑαυτὸν, ᾧ τὸ τῆς καρδίας πλάτος δῶρον Θεοῦ, καὶ ἡ ψάμμου δαψιλεστέρα χύσις τῆς θεωρίας, ὅσῳ πλέον ἐμβατεύει τοῖς βάθεσι, τοσούτῳ πλέον ἐλιγγιᾷ, καὶ τέλος τι ποιεῖται σοφίας εὑρεῖν ὅσον διέφυγεν (20). Παῦλος δὲ πειρᾶται μὲν ἐφικέσθαι, οὕπω λέγω τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως, τοῦτο γὰρ ἦδει παντελῶς ἀδύνατον ὄν, ἀλλὰ μόνον τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων. Ἐπεὶ δὲ οὐχ εὑρίσκει διέξοδον, οὐδὲ στάσιν τῆς ἀναβάσεως, οὐδὲ εἴς τι (21) φανερὸν τελευτᾷ πέρας ἡ πολυπραγμοσύνη τῆς διανοίας, ἀεί τινος ὑποφαινομένου τοῦ λείποντος· ὦ τοῦ θαύματος (ἵνα καὶ αὐτὸς πάθω τὸ ἴσον)! ἐμπλήξει περιγράφει τὸν λόγον, καὶ πλοῦτον Θεοῦ, καὶ βάθος τὸ τοιοῦτο καλεῖ, καὶ ὁμολογεῖ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ ἀκατάληπτον, μονονουχὶ τὰ αὐτὰ τῷ Δαβὶδ φθεγγόμενος, ποτὲ μὲν ἄβυσσον πολλὴν ὀνομάζοντι τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ἧς οὐκ ἔστι τὴν ἔδραν ἢ μέτρῳ ἢ αἰσθήσει λαβεῖν, ποτὲ δὲ τεθαυμαστῶσθαι τὴν γνῶσιν ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ συστάσεως (22) λέγοντι, κεκραταιῶσθαί τε πλέον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν καὶ περίδραξιν.

XXI. Verum enim vero cum veritas omnis et disputatio plurimum difficultatis atque obscuritatis habeat; ac nos velut parvo quodam instrumento res magnas efficere moliamur, humanæ videlicet sapientiæ adjumento rerum cognitionem aucupantes, ac res, quæ animi tantum intelligentia comprehenduntur, per sensus cognoscere aggredimur; aut certe non sine sensibus, quibus undique jactamur B et in errorem pertrahimur, nec nuda mente cum nudis rebus versari, atque inde ad veritatem propius accedere, rebusque perceptis ac comprehensis mentem informare possumus. Tum vero disputatio ea, quæ de Deo suscipitur, quo perfectior, eo quoque difficilior est, pluribusque objectationibus patet, in iisque diluendis ac dissolvendis plus negotii facessit. Nihil enim tam levis exiguique ponderis nobis adversari potest, quod non disputationis cursum interrumpat atque comprimat, impediatque quominus ultra progrediamur. Quemadmodum qui equos ad cursum incitatos repente freno retrahunt, ac per inopinatam et repentinam excussionem retrorsum agunt. Sic nimirum Salomon, qui omnibus, cum suæ, tum superioris memoriæ hominibus sapientiæ C laude præstitit [83], et cordis latitudinem Dei beneficio **512** accepit, ac tantam contemplationis copiam et ubertatem [83], ut arenæ numerum excederet, quo altius in has profunditates penetrat, hoc magis æstuat, ac finem quemdam sapientiæ constituit, nimirum quod invenisset, quantum ea a se fugeret [84]. Consimili quoque modo Paulus, non dicam Dei naturam, hoc enim prorsus supra humanas vires esse perspectum habebat, sed Dei solum judicia cognitione assequi conatur. Quoniam autem nec exitum ullum, nec quo ascensum figere ac stabilire posset, reperiebat, nec perspicuo ullo fine curiosa ipsius animi perscrutatio claudebatur, quod videlicet subinde semper aliquid reliqui esse perspiceret: D o rem miram ac stupendam! (ut ipse quoque eodem affectu commovear) orationem admiratione circumscribit, idque Dei opes ac profundum appellat, ac Dei judicia nullius ingenio percipi et comprehendi posse ingenue fatetur [85], iisdem propemodum verbis cum Davide utens, qui nunc judicia Dei abyssum

[80] Joan. XVI, 12. [81] Joan. XXI, 25. [82] III Reg. III, 12. [83] II Par. I, 12. [84] Eccle. VII, 24; VIII, 17. [85] Rom. XI, 33.

(14) Ὡς. Reg. Cypr., ἴσως. Reg. bm, Coisl. 1 et Or. 1, ἅπερ.

(15) *Καὶ ἅπερ.* Plures Regg. et Colb., καὶ ἃ μηδέ.

(16) *Τὸν κόσμον.* Duo Regg., tres Colb. et Or. 1, τὸν κάτω κόσμον. Sic legit Leuv., qui vertit, « mundum hunc inferum. »

17) *Πρόδρομος.* Mirum videri potest Joannem Evangelistam, Verbi præcursorem a Gregorio appellari. Elias hanc, inter alias, affert causam, nempe, « quod et interpres fuerit doctrinæ de Deo. » Billius vero putat Gregorium hic « memoriæ lapsu errasse, quod eum Verbi præcursorem, et Veritatis vocem appellet, quem tonitrui potius filium vocare debuerat. » Addit etiam ita sensisse Maximum.

(18) *Καὶ τοῖς νοητοῖς*, etc. Billius : « ac rebus intellectilibus animum una cum sensibus admoventis. »

(19) *Σολομὼν μὲν ὁ.* Comb., Σολομὼν ὁ.

(20) *Ὅσον διέφυγεν.* Billius: « quantum ea a se effugiet. »

(21) *Οὐδὲ εἴς τι*, etc., « nec ullam perspicuam curiosæ animi perscrutationis metam habebat. »

(22) *Συστάσεως.* Billius : « creatione. »

Digitized by Google

multam vocat[86], cujus fundum, nec mensura, nec sensu capi queat; nunc mirabilem factam esse scientiam ex seipso suique ipsius constitutione pronuntiat[87], atque adeo robustam, ut viribus nostris eam capere et complecti nequeamus.

XXII. Ut enim missa alia faciens, inquit, meipsum omnemque humanam naturam et compagem intuear, quæ hæc mistio nostra est? Quis motus? Quomodo id quod immortale est, cum mortali copulatum est? Quomodo deorsum fluo, et sursum feror? Quomodo anima circumscribitur? Quomodo vitam impertitur, et affectuum fit particeps? Quomodo mens simul et circumscripta est, et nullis terminis inclusa, in nobis manet, et motus fluxionisque celeritate omnia perlustrat? Quomodo sermonis opera percipitur vicissim, et communicatur, ac per aerem grassatur, et cum rebus ipsis ingreditur? Quomodo cum sensibus consuetudinem habet, ac rursus seorsim a sensibus sese colligit? Atque, ut quæ priora sunt dicam, quæ prima nostri effictio et constitutio in naturæ officina? Quæ etiam postrema formatio ac perfectio? Quæ cibi appetitio ac distributio? Quis nos sponte ad primos illos fontes ac vitæ causas duxit? Quomodo corpus cibis, animus contra sermone ac doctrina pascitur? Quæ est illa naturæ vis mutuaque inter parentes et liberos affectio, ut quasi quodam philtro contineantur? Quomodo firmæ ac stabiles sunt species, et interim notis inter se distinctæ, **513** quarum proprietates, cum tanto numero sint, assequi non possumus? Quomodo idem animal mortale simul et immortale est; mortale quidem ratione migrationis, immortale autem ratione procreationis? Ut enim aliud morte subducitur, ita rursus ipsi aliud subrogatur, non secus atque in fluminis tractu, quod simul fluxum est et stabile. Multa de hominis membris et partibus adhuc commemorare possis, ac de mutua earum concinnitate; quippe quæ naturæ lege ac ratione, non minus ad elegantiam, quam ad utilitatem, conjungantur simul et

A

B

C

ΚΒ'. Ἵνα γὰρ τἆλλα ἐάσας, φησὶ, πρὸς ἐμαυτὸν βλέψω, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ σύμπηξιν (23), τίς ἡ μίξις ἡμῶν; Τίς ἡ κίνησις; Πῶς τὸ ἀθάνατον τῷ θνητῷ συνεκράθη; Πῶς κάτω ῥέω, καὶ ἄνω φέρομαι; Πῶς ψυχὴ περιγράφεται (24); πῶς ζωὴν δίδωσι, καὶ πάθους μεταλαμβάνει; Πῶς ὁ νοῦς καὶ περιγραπτὸς καὶ ἀόριστος (25), ἐν ἡμῖν μένων, καὶ πάντα ἐφοδεύων τάχει φορᾶς καὶ ῥεύσεως (26); Πῶς μεταλαμβάνεται λόγῳ καὶ μεταδίδοται, καὶ δι' ἀέρος χωρεῖ, καὶ μετὰ τῶν πραγμάτων εἰσέρχεται; Πῶς αἰσθήσει κοινωνεῖ, καὶ συστέλλεται ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων; Καὶ ἔτι πρὸ τούτων, τίς ἡ πρώτη πλάσις ἡμῶν, καὶ σύστασις ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ (27); Καὶ τίς ἡ τελευταία μόρφωσις καὶ τελείωσις; Τίς ἡ τῆς τροφῆς ἔφεσις καὶ διάδοσις; Καὶ τίς ἦγαγεν ἐπὶ τὰς πρώτας πηγὰς (28), καὶ τοῦ ζῆν ἀφορμὰς αὐτομάτως; Πῶς σιτίοις μὲν σῶμα, λόγῳ δὲ ψυχὴ τρέφεται; Τίς ἡ τῆς φύσεως ὁλκὴ, καὶ πρὸς ἄλληλα σχέσις τοῖς γεννῶσι καὶ τοῖς γεννωμένοις, ἵνα τῷ φίλτρῳ συνέχηται; Πῶς ἑστηκότα τε τὰ εἴδη, καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διεστηκότα, ὧν τοσούτων ὄντων, αἱ ἰδιότητες ἀνέφικτοι; Πῶς τὸ αὐτὸ ζῶον θνητὸν καὶ ἀθάνατον, τὸ μὲν τῇ μεταστάσει (29), τὸ δὲ τῇ γενήσει; Τὸ μὲν γὰρ ὑπεξῆλθε, τὸ δὲ ἀντεισῆλθεν, ὥσπερ ἐν ὁλκῷ ποταμοῦ μὴ ἑστῶτος καὶ μένοντος. Πολλὰ δ' ἂν ἔτι φιλοσοφήσαις (30) περὶ μελῶν καὶ μερῶν, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων εὐαρμοστίας, πρὸς χρείαν τε ὁμοῦ καὶ κάλλος συνεστώτων τε καὶ διεστώτων, προεχόντων τε καὶ προεχομένων, ἐνουμένων τε καὶ σχιζομένων, περιεχόντων τε καὶ περιεχομένων νόμῳ καὶ λόγῳ φύσεως. Πολλὰ περὶ φωνῶν καὶ ἀκοῶν· πῶς αἱ μὲν φέρονται διὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων, αἱ δὲ ὑποδέχονται (31), διὰ τῆς ἐν μέσῳ τοῦ ἀέρος πληγῆς καὶ τυπώσεως ἀλλήλαις ἐπιμιγνύμεναι. Πολλὰ περὶ ὄψεως ἀῤῥήτως κοινωνούσης τοῖς ὁρατοῖς. καὶ μόνῳ

[86] Psal. xxxv, 7. [87] Psal. cxxxviii, 6.

(23) *Σύμπηξιν*. Billius : « constitutionem. »

(24) *Περιγράφεται*. « Circumscribitur. » Sic Coisl. 1, aliique optimæ notæ codd. Hanc lectionem postulant mox opposita, περιγραπτός et ἀόριστος. In ed., περιφέρεται, « circumfertur. »

(25) *Ἀόριστος*. Sic Regg. a, bm, Coisl. 1 et Or. 2. In ed., ἀόρατος, « invisibilis. »

(26) *Ῥεύσεως*. Reg. Cypr. et Or. 1, ῥύσεως.

(27) *Ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ*. Id est, « alvo materna. »

(28) *Πηγάς*. Elias : « fontes lactis. »

(29) *Τὸ μὲν τῇ μεταστάσει*, etc. Reg. Cypr., τὸ μὲν τῇ μεταποιήσει, etc., « mortale quidem ratione migrationis, » seu « immutationis, » aut « interitus; immortale autem ratione procreationis, » seu, « generationis. » Sic optime locum istum interpretantur Billius et Leuvenklaius; quamvis aliter sentiat Combefisius. Vertit enim vir doctus : « Mortale nativitate, immortale migratione. » Forsan ad hanc interpretationem adductus est auctoritate hujus Schol. : Τῇ μὲν γεννήσει θνητὸν, τῇ δὲ μεταστάσει ἀθάνατον· « Generatione quidem mortale, migratione autem, » seu, « ratione discessus e vita, immortale. » Fatetur tamen Billii interpretationem « veram esse de animalibus in genere, quod, uno se subducente, ejus loco subintrat aliud; » sed addit, « illud in homine singulare miraculum esse, quod sit mortali et immortali mistus, terrena substantia et immortalis, nascens mortalis et migrans immortalis. » Verum, ipsius pace dixerim, non satis attendit ad Theologi mentem. Gregorius enim eo loci hominem respicit, non quatenus ex anima et corpore compositus est, sed tantum quatenus est animal, aut, juxta id quod cum cæteris animalibus commune habet. Porro ea ex parte, seu, habita tantummodo corporis ratione, homo, ad Gregorii mentem, « interitu mortalis est, immortalis vero procreatione; » quia videlicet, deficiente uno corpore, aliud nascendo succedit, ita ut nunquam desinat esse corpus humanum, « non secus atque, » ut ait ipse Gregorius, « in fluminis tractu, quod simul fluxum est et stabile. » Unde immortalitas hic a Gregorio sumitur pro speciei perpetuitate, id est, pro perpetua morientium et nascentium hominum successione.

(30) *Φιλοσοφήσαις*. Coisl. 2, σπερμολογήσαις, « nugare, blaterare possis. »

(31) *Ὑποδέχονται*. Coisl. 1 et Comb., ὑπηχοῦνται, « insonant, » seu, « resonant. »

Digitized by Google

τῷ βούλεσθαι, καὶ ὁμοῦ κινουμένης, καὶ ταυτὸ (32) τῷ νοῖ πασχούσης. Μετὰ γὰρ τοῦ ἴσου τάχους, ἐκεῖνός τε μίγνυται τοῖς νοουμένοις, καὶ αὕτη τοῖς ὁρωμένοις. Πολλὰ περὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, αἱ παραδοχαί τινές εἰσι τῶν ἔξωθεν, λόγῳ (33) μὴ θεωρούμεναι. Πολλὰ περὶ τῆς ἐν ὕπνοις ἀναπαύσεως, καὶ τῆς δι' ὀνειράτων ἀναπλάσεως, μνήμης τε καὶ ἀναμνήσεως, λογισμοῦ τε καὶ θυμοῦ, καὶ ἐφέσεως, καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὅσοις ὁ μικρὸς οὗτος κόσμος διοικεῖται, ὁ ἄνθρωπος.

A distinguantur, præcellunt et dignitate inferiores sint, uniantur et distrahantur, contineant et contineantur. Multa etiam de vocibus et auditu : nimirum quomodo illæ per vocalia instrumenta deferantur, hic vero eas excipiat, ac per intermedii aeris percussionem atque impressionem inter se jungantur. Multa item de oculis, qui modo quodam ineffabili cum iis rebus, quas cernimus, commercium habent, ac sola voluntate, simul etiam cum ea moventur, eodemque modo cum mente afficiuntur. Pari enim celeritate, et hæc intellectilibus, et illi visibilibus rebus junguntur. Multa præterea de reliquis sensibus, qui velut admittendis externis rebus destinati sunt, nec ratione percipiuntur. Multa denique de ea, qua in somnis fruimur, quiete atque insomniorum figmentis, de memoria et reminiscentia, de ratione, et ira, et cupiditate, reliquisque, ut uno verbo complectar, quibus parvus hic mundus, id est, homo, gubernatur.

ΚΓ'. Βούλει σοι καὶ τὰς τῶν ἄλλων ζώων διαφορὰς (34) πρός τε ἡμᾶς καὶ πρὸς ἄλληλα, φύσεις τε καὶ γενέσεις, καὶ ἀνατροφὰς, καὶ χώρας, καὶ ἤθη, καὶ οἷον πολιτείας καταριθμήσωμαι; Πῶς τὰ μὲν ἀγελαῖα, τὰ δὲ μοναδικά; τὰ μὲν ποηφάγα, τὰ δὲ σαρκοβόρα; τὰ μὲν θυμοειδῆ, τὰ δὲ ἥμερα; τὰ μὲν φιλάνθρωπα καὶ σύντροφα, τὰ δὲ ἀτίθασσα καὶ ἐλεύθερα; καὶ τὰ μὲν οἷον ἐγγύτερα λόγου τε καὶ μαθήσεως, τὰ δὲ παντελῶς ἄλογα καὶ ἀμαθέστατα (35); τὰ μὲν πλειόνων αἰσθήσεων, τὰ δὲ ἐλαττόνων; τὰ μὲν ἀκίνητα, τὰ δὲ μεταβατικά; τὰ μὲν ταχύτατα, τὰ δὲ παχύτατα (36); τὰ μὲν ὑπερβάλλοντα μεγέθει καὶ κάλλει ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτων, τὰ δὲ βραχύτατα ἢ δυσειδέστατα ἢ καὶ ἀμφότερα; τὰ μὲν ἄλκιμα, τὰ δὲ ἀσθενῆ; τὰ μὲν ἀμυντικὰ, τὰ δὲ ὕποπτα καὶ ἐπίβουλα; τὰ μὲν φυλακτὰ (37), τὰ δὲ ἀφύλακτα; τὰ μὲν φιλεργὰ καὶ οἰκονομικὰ, τὰ δὲ παντάπασιν ἀργὰ καὶ ἀπρονόητα; Καὶ ἔτι πρὸ τούτων, πῶς τὰ μὲν ἐρπυστικὰ (38), τὰ δὲ ὄρθια; τὰ μὲν φιλόχωρα, τὰ δὲ ἀμφίβια; τὰ μὲν φιλόκαλα, τὰ δὲ ἀκαλλώπιστα; συζυγῆ τε καὶ ἄζυγῆ; σώφρονά τε καὶ ἀκόλαστα; πολύγονά τε καὶ οὐ πολύγονα; μακρόβιά τε καὶ ὀλιγόβια; Κάμνοι ἂν ἡμῖν ὁ λόγος τοῖς κατὰ μέρος ἐπεξιών.

B XXIII. Visne aliorum quoque animantium discrimina, quibus, tum a nobis, tum inter se differunt, naturas etiam et ortus, et educationes, et regiones, et mores, ac velut in republica vitæ officia enumerem? Quonam modo alia societate delectantur, alia solivaga sunt? Alia herbis, alia carnibus nutriuntur? Alia sæva et truculenta sunt, alia mansueta? Alia cum hominibus versari atque ali solent, alia indomita et libera sunt? Alia ad rationem et disciplinam **514** propius accedunt, alia a ratione et disciplina prorsus abhorrent? Alia pluribus sensibus, alia paucioribus prædita sunt? Alia motu carent, alia gradiendi facultatem habent? Alia celerrima, alia tardissima sunt? Alia magnitudine, et pulchritudine, aut alterutro horum excellunt, alia C autem perexigua sunt, aut deformissima, aut etiam utroque vitio laborant? Alia strenua sunt, alia imbecilla? Alia injuriam aperto impetu propulsant, alia suspecta et insidiosa sunt? Alia cauta, alia incauta? Alia industriæ reique familiaris administrandi laude florent, alia prorsus inertia sunt et improvida? Quodque prius dicendum erat, qui fit, ut alia humi serpant, alia corpore recto sint? Alia certa sede acquiescant, alia in utroque elemento degant? Alia elegantiæ studiosa sint, alia cultum omnem respuant? Alia conjugata sint, alia a conjugio abhorreant? Alia pudica sint, alia libidini dedita? Alia fecundissima, alia parum fecunda? Alia diuturnæ vitæ, alia brevis? Deficiet me sermo, si sigillatim omnia persequi tentem.

ΚΔ'. Σκέψαι μοι καὶ νηκτὴν φύσιν τῶν ὑδάτων διολισθαίνουσαν, καὶ οἷον ἱπταμένην κατὰ τῆς ὑγρᾶς φύσεως, καὶ τοῦ μὲν ἰδίου σπῶσαν ἀέρος, τῷ ἡμετέρῳ δὲ κινδυνεύουσαν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ὕδασιν· ἤθη τε καὶ πάθη, καὶ μίξεις, καὶ γονὰς, καὶ μεγέθη, καὶ κάλλη, φιλοχωρίας τε καὶ πλάνας, συνόδους τε καὶ ἀποχωρήσεις, καὶ ἰδιότητας μικροῦ τοῖς ἐπιγείοις παραπλησίας, ἔστι δὲ ὧν καὶ κοινωνίας, καὶ ἰδιότητας ἀντιθέτους, ἔν τε εἴδεσι καὶ ὀνό-

D XXIV. Age piscium quoque naturam mihi considera, per aquas labentium, et per liquidum elementum, ut ita dicam, volantium, ac proprium quidem aerem tuto haurientium, in nostro autem periclitantium, quemadmodum nos quoque in aquis solemus : mores etiam eorum, et affectus, et coitus, et generationes, et magnitudines, et pulchritudines, certas item mansiones et oberrationes, congressus ac secessiones et proprietates terrestribus animan-

(32) *Ταυτό.* Reg. bm, duo Colb. et Or. 1, ταυτόν.

(33) *Τῶν ἔξωθεν, λόγῳ,* etc. Reg. Cypr., τῶν ἔξωθεν λόγων. « Vera lectio, » inquit Comb. qua admissa, sic vertit : « De reliquis sensibus, qui sunt quædam admissiones rationum, quæ extra in rebus sunt, cum minime oculis conspiciantur; » vel, « qui (sensus) veluti fenestræ quædam sunt, excipiendis iis rationibus, quæ extrinsecus adveniunt, et quas ratione conspicimus, destinati. »

(34) *Διαφορὰς.* Reg. a, ἀναστροφας.

(35) *Ἀμαθέστατα.* In quibusdam, ἀμετάθετα, « immutabilia. »

(36) *Τὰ μὲν ταχύτατα, τὰ δὲ παχύτατα.* Sic legit Leuvenklains, et ita legendum putamus. In ed. legitur tantum, τὰ δὲ ταχύτατα. Cætera desunt.

(37) *Τὰ μὲν φυλακτά.* Hæc desunt in ed. Sic tamen legendum arbitramur, quamvis deficiat hac in re codicum auctoritas. Antithesis series id postulare videtur.

(38) *Ἑρπυστικά.* Colb. 3 et Or. 1, ἑρπηστικά.

Digitized by Google

tibus pene consimiles, nonnullorum etiam societates, et contrarias, tam in formis quam in nominibus, proprietates. Ad hæc greges avium tecum reputa, quamque varia et multiplici figura sint, varlisque coloribus : qui fiat, ut alia muta sint, alia canora; quæque horum suavissimi cantus sit ratio, et a quo hanc facultatem acceperint ? Quis lyram cicadis in pectore dedit, et cantus illos atque garritus, quos, cum meridiano solis æstu ad musicam incitantur, in arborum ramis fundunt, ac nemora sono implent, et viatorem vocibus prosequuntur? Quis cantum illum cum cygno contexit, quo tempore pennis in auram expansis ejusmodi sibilum edit, qui carminis instar sit? Mitto enim illas vi expressas voces, et quidquid artes adversus veritatem ingeniose comminiscuntur. Qui fit ut arrogans ille et Medicus pavo elegantiam gloriamque adeo affectet, ut quoties aliquem propius accedentem **515** viderit, aut etiam feminis, ut aiunt, sese ostentare voluerit (nec enim pulchritudinis suæ ignarus est), confestim elata cervice, atque alis, quæ aureum quemdam fulgorem referunt, ac siderum splendorem imitantur, in orbem concinnatis, corporis sui pulchritudinem amasiis suis cum superbo quodam incessu, velut in theatro, spectandam proponat? Ac Scriptura quidem sacra mulierum in contexendis telis solertiam his verbis admiratur : Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, rerumque variandarum scientiam[88]? Est enim hoc animantis ratione præditi, eximiaque sapientia instructi, atque ad cœlestia usque grassantis.

XXV. Tu vero mihi naturalem quoque animantium rationis expertium solertiam suspice, rationesque, si potes, declara. Quomodo volucres in petris, et arboribus, ac tectis, non minus elegantes, quam tutos, et alendis pullis accommodatos nidos elaborant? Unde apibus et araneis tantus laboris atque industriæ amor, ut illæ quidem favos construant, ac sexangularum fistularum, sibique invicem ex adverso respondentium, adjumento contineant, et per intermedium parietem, atque angulos rectis lateribus alternatim innexos domicilium suum fulciant, idque in tam caliginosis alvearibus obscurisque figmentis : istæ autem rursus per usque adeo tenuia et subtilia stamina multipliciter intensa sinuosas telas contexant (et quidem ex tam exiguis initiis, ut vix ulla oculorum acie perviderl possint), quæ ipsis et pro eximio quodam domicilio sint, et venandis alimoniæ causa imbecillioribus

A μασιν. Σκέψαι μοι καὶ ὀρνέων (39) ἀγέλας καὶ ποικιλίας, ἔν τε σχήμασι καὶ χρώμασι, τῶν τε ἀλάλων, καὶ τῶν ᾠδικῶν· καὶ τίς τῆς τούτων μελῳδίας ὁ λόγος, καὶ παρὰ τίνος; τίς ὁ δοὺς τέττιγι τὴν ἐπὶ στήθους μαγάδα (40), καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κλάδων ᾄσματά τε καὶ τερετίσματα, ὅταν ἡλίῳ κινῶνται τὰ μεσημβρινὰ μουσουργοῦντες, καὶ καταφωνῶσι τὰ ἄλση, καὶ ὁδοιπόρον ταῖς φωναῖς παραπέμπωσι; Τίς ὁ κύκνῳ συνυφαίνων τὴν ᾠδὴν, ὅταν ἐκπετάσῃ τὸ πτερὸν ταῖς αὔραις, καὶ ποιῇ μέλος τὸ σύριγμα; Ἐῶ γὰρ λέγειν τὰς βιαίους φωνὰς, καὶ ὅσα τέχναι σοφίζονται κατὰ τῆς ἀληθείας. Πόθεν ταὼς, ὁ ἀλαζὼν ὄρνις καὶ Μηδικὸς (41), οὕτω φιλόκαλος καὶ φιλότιμος, ὥστε (καὶ γὰρ αἰσθάνεται τοῦ οἰκείου κάλλους) ὅταν ἴδῃ τινὰ πλησιάζοντα, ἢ ταῖς θηλείαις (42), ὡς φασι, B καλλωπίζεται, τὸν αὐχένα διάρας, καὶ τὸ πτερὸν κυκλοτερῶς περιστήσας τὸ χρυσαυγὲς καὶ κατάστερον, θεατρίζει (43) τὸ κάλλος τοῖς (44) ἐρασταῖς, μετὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος; Ἡ μὲν οὖν θεία Γραφὴ καὶ γυναικῶν θαυμάζει σοφίαν τὴν ἐν ὑφάσμασιν, *Τίς ἔδωκε*, λέγουσα, *γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην;* Ζώου λογικοῦ τοῦτο, καὶ περιττοῦ τὴν σοφίαν, καὶ μέχρι τῶν οὐρανίων (45) ὀδεύοντος.

C ΚΕ'. Σὺ δέ μοι θαύμασον καὶ ἀλόγων φυσικὴν σύνεσιν (46), καὶ τοὺς λόγους, εἰ δύνασαι (47), παράστησον. Πῶς μὲν ὄρνιθες καλιαὶ, πέτραι τε καὶ δένδρα, καὶ ὄροφοι, εἰς ἀσφάλειάν τε ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐξησκημέναι, καὶ τοῖς τρεφομένοις ἐπιτηδείως; Πόθεν δὲ μελίσσαις τε καὶ ἀράχναις τὸ φιλεργὸν καὶ φιλότεχνον, ἵνα ταῖς μὲν τὰ κηρία πλέκηται, καὶ συνέχηται δι' ἐξαγώνων συρίγγων καὶ ἀντιστρόφων, καὶ τὸ ἑδραῖον αὐταῖς, διὰ τοῦ μέσου διατειχίσματος καὶ ἀλλαγῆς ἐπιπλεκομένων ταῖς εὐθείαις τῶν γωνιῶν, πραγματεύηται, καὶ ταῦτα ἐν ζοφεροῖς οὕτω τοῖς σίμβλοις καὶ ἀοράτοις τοῖς πλάσμασιν (48)· αἱ δὲ (49) διὰ λεπτῶν οὕτω καὶ ἀερίων σχεδὸν τῶν νημάτων πολυειδῶς διατεταμένων, πολυπλόκους τοὺς ἱστοὺς ἐξυφαίνουσι (50) (καὶ ταῦτα ἐξ ἀφανῶν τῶν ἀρχῶν), D οἴκησίν τε ὁμοῦ τιμίαν, καὶ θήραν τῶν ἀσθενῶν (51), εἰς τροφῆς (52) ἀπόλαυσιν; Ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα, γραμμαῖς ἐμφιλοσοφῶν ταῖς οὐκ οὖ-

[88] Job xxxviii, 36.

(39) *Ὀρνέων*. Or. 1, ὀρνίθων.

(40) *Μαγάδα*. Schol. : Μαγὰς κυρίως, ἡ τῆς κιθάρας καὶ τῆς λύρας ἡ τὰς νεύρας βαστάζουσα σανίς· « Proprie est tabulatum citharæ vel testudinis chordas sustinens. »

(41) *Μηδικός*. Sic pavo appellatur, quod e Medorum regione sit allatus.

(42) *Ἢ ταῖς θηλείαις*. Hic videtur deesse, ἐπιδείκνυσθαι βούληται, aut simile quid. Edit.

B XXIII. Visne aliorum quoque animantium discrimina, quibus, tum a nobis, tum inter se differunt, naturas etiam et ortus, et educationes, et regiones, et mores, ac velut in republica vitæ officia enumerem? Quonam modo alia societate delectantur, alia solivaga sunt? Alia herbis, alia carnibus nutriuntur? Alia sæva et truculenta sunt, alia mansueta? Alia cum hominibus versari atque ali solent, alia indomita et libera sunt? Alia ad rationem et disciplinam **514** propius accedunt, alia a ratione et disciplina prorsus abhorrent? Alia pluribus sensibus, alia paucioribus prædita sunt? Alia motu carent, alia gradiendi facultatem habent? Alia celerrima, alia tardissima sunt? Alia magnitudine, et pulchritudine, aut alterutro horum excellunt, alia C autem perexigua sunt, aut deformissima, aut etiam utroque vitio laborant? Alia strenua sunt, alia imbecilla? Alia injuriam aperto impetu propulsant, alia suspecta et insidiosa sunt? Alia cauta, alia incauta? Alia industriæ reique familiaris administrandi laude florent, alia prorsus inertia sunt et improvida? Quodque prius dicendum erat, qui fit, ut alia humi serpant, alia corpore recto sint? Alia certa sede acquiescant, alia in utroque elemento degant? Alia elegantiæ studiosa sint, alia cultum omnem respuant? Alia conjugata sint, alia a conjugio abhorreant? Alia pudica sint, alia libidini dedita? Alia fecundissima, alia parum fecunda? Alia diuturnæ vitæ, alia brevis? Deficiet me sermo, si sigillatim omnia persequi tentem.

ΚΔ'. Σκέψαι μοι καὶ νηκτὴν φύσιν τῶν ὑδάτων διολισθαίνουσαν, καὶ οἷον ἱπταμένην κατὰ τῆς ὑγρᾶς φύσεως, καὶ τοῦ μὲν ἰδίου σπῶσαν ἀέρος, τῷ ἡμετέρῳ δὲ κινδυνεύουσαν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ὕδασιν· ἤθη τε καὶ πάθη, καὶ μίξεις, καὶ γονὰς, καὶ μεγέθη, καὶ κάλλη, φιλοχωρίας τε καὶ πλάνας, συνόδους τε καὶ ἀποχωρήσεις, καὶ ἰδιότητας μικροῦ τοῖς ἐπιγείοις παραπλησίας, ἔστι δὲ ὧν καὶ κοινωνίας, καὶ ἰδιότητας ἀντιθέτους, ἔν τε εἴδεσι καὶ ὀνό-

D XXIV. Age piscium quoque naturam mihi considera, per aquas labentium, et per liquidum elementum, ut ita dicam, volantium, ac proprium quidem aerem tuto haurientium, in nostro autem periclitantium, quemadmodum nos quoque in aquis solemus : mores etiam eorum, et affectus, et coitus, et generationes, et magnitudines, et pulchritudines, certas item mansiones et oberrationes, congressus ac secessiones et proprietates terrestribus animan-

(32) *Ταυτό.* Reg. bm, duo Colb. et Or. 1, ταυτόν.

(33) *Τῶν ἔξωθεν, λόγῳ,* etc. Reg. Cypr., τῶν ἔξωθεν λόγων. « Vera lectio, » inquit Comb. qua admissa, sic vertit : « De reliquis sensibus, qui sunt quædam admissiones rationum, quæ extra in rebus sunt, cum minime oculis conspiciantur; » vel, « qui (sensus) veluti fenestræ quædam sunt, excipiendis iis rationibus, quæ extrinsecus adveniunt, et quas ratione conspicimus, destinati. »

(34) *Διαφοράς.* Reg. a, ἀναστροφας.

(35) *Ἀμαθέστατα.* In quibusdam, ἀμετάθετα, « immutabilia. »

(36) *Τὰ μὲν ταχύτατα, τὰ δὲ παχύτατα.* Sic legit Leuvenklaius, et ita legendum putamus. In ed. legitur tantum, τὰ δὲ ταχύτατα. Cætera desunt.

(37) *Τὰ μὲν φυλακτά.* Hæc desunt in ed. Sic tamen legendum arbitramur, quamvis deficiat hac in re codicum auctoritas. Antithesis series id postulare videtur.

(38) *Ἑρπυστικά.* Colb. 3 et Or. 1, ἑρπητικά.

Digitized by Google

tibus pene consimiles, nonnullorum etiam societates, et contrarias, tam in formis quam in nominibus, proprietates. Ad hæc greges avium tecum reputa, quamque varia et multiplici figura sint, varilisque coloribus : qui fiat, ut alia muta sint, alia canora ; quæque horum suavissimi cantus sit ratio, et a quo hanc facultatem acceperint ? Quis lyram cicadis in pectore dedit, et cantus illos atque garritus, quos, cum meridiano solis æstu ad musicam incitantur, in arborum ramis fundunt, ac nemora sono implent, et viatorem vocibus prosequuntur ? Quis cantum illum cum cygno contexit, quo tempore pennis in auram expansis ejusmodi sibilum edit, qui carminis instar sit ? Mitto enim illas vi expressas voces, et quidquid artes adversus veritatem ingeniose comminiscuntur. Qui fit ut arrogans ille et Medicus pavo elegantiam gloriamque adeo affectet, ut quoties aliquem propius accedentem **515** viderit, aut etiam feminis, ut aiunt, sese ostentare voluerit (nec enim pulchritudinis suæ ignarus est), confestim elata cervice, atque alis, quæ aureum quemdam fulgorem referunt, ac siderum splendorem imitantur, in orbem concinnatis, corporis sui pulchritudinem amasiis suis cum superbo quodam incessu, velut in theatro, spectandam proponat ? Ac Scriptura quidem sacra mulierum in contexendis telis solertiam his verbis admiratur : Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, rerumque variandarum scientiam[88] ? Est enim hoc animantis ratione præditi, eximiaque sapientia instructi, atque ad cœlestia usque grassantis.

μασιν. Σκέψαι μοι καὶ ὀρνέων (39) ἀγέλας καὶ ποικιλίας, ἔν τε σχήμασι καὶ χρώμασι, τῶν τε ἀλάλων, καὶ τῶν ᾠδικῶν· καὶ τίς τῆς τούτων μελῳδίας ὁ λόγος, καὶ παρὰ τίνος; τίς ὁ δοὺς τέττιγι τὴν ἐπὶ στήθους μαγάδα (40), καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κλάδων ᾄσματά τε καὶ τερετίσματα, ὅταν ἡλίῳ κινῶνται τὰ μεσημβρινὰ μουσουργοῦντες, καὶ καταφωνῶσι τὰ ἄλση, καὶ ὁδοιπόρον ταῖς φωναῖς παραπέμπωσι ; Τίς ὁ κύκνῳ συνυφαίνων τὴν ᾠδὴν, ὅταν ἐκπετάσῃ τὸ πτερὸν ταῖς αὔραις, καὶ ποιῇ μέλος τὸ σύριγμα ; Ἐῶ γὰρ λέγειν τὰς βιαίους φωνὰς, καὶ ὅσα τέχναι σοφίζονται κατὰ τῆς ἀληθείας. Πόθεν ταὼς, ὁ ἀλαζὼν ὄρνις καὶ Μηδικὸς (41), οὕτω φιλόκαλος καὶ φιλότιμος, ὥστε (καὶ γὰρ αἰσθάνεται τοῦ οἰκείου κάλλους) ὅταν ἴδῃ τινὰ πλησιάζοντα, ἢ ταῖς θηλείαις (42), ὥς φασι, καλλωπίζεται, τὸν αὐχένα διάρας, καὶ τὸ πτερὸν κυκλοτερῶς περιστήσας τὸ χρυσαυγὲς καὶ κατάστερον, θεατρίζει (43) τὸ κάλλος τοῖς (44) ἐρασταῖς, μετὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος ; Ἡ μὲν οὖν θεία Γραφὴ καὶ γυναικῶν θαυμάζει σοφίαν τὴν ἐν ὑφάσμασιν, *Τίς ἔδωκε*, λέγουσα, *γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην ;* Ζώου λογικοῦ τοῦτο, καὶ περιττοῦ τὴν σοφίαν, καὶ μέχρι τῶν οὐρανίων (45) ὀδεύοντος.

XXV. Tu vero mihi naturalem quoque animantium rationis expertium solertiam suspice, rationesque, si potes, declara. Quomodo volucres in petris, et arboribus, ac tectis, non minus elegantes, quam tutos, et alendis pullis accommodatos nidos elaborant ? Unde apibus et araneis tantus laboris atque industriæ amor, ut illæ quidem favos construant, ac sexangularum fistularum, sibique invicem ex adverso respondentium, adjumento contineant, et per intermedium parietem, atque angulos rectis lateribus alternatim innexos domicilium suum fulciant, idque in tam caliginosis alvearibus obscurisque figmentis : istæ autem rursus per usque adeo tenuia et subtilia stamina multipliciter intensa sinuosas telas contexant (et quidem ex tam exiguis initiis, ut vix ulla oculorum acie pervideri possint), quæ ipsis et pro eximio quodam domicilio sint, et venandis alimoniæ causa imbecillioribus

ΚΕ'. Σὺ δέ μοι θαύμασον καὶ ἀλόγων φυσικὴν σύνεσιν (46), καὶ τοὺς λόγους, εἰ δύνασαι (47), παράστησον. Πῶς μὲν ὄρνισι καλιαὶ, πέτραι τε καὶ δένδρα, καὶ δροφοι, εἰς ἀσφάλειάν τε ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐξησκημέναι, καὶ τοῖς τρεφομένοις ἐπιτηδείως ; Πόθεν δὲ μελίσσαις τε καὶ ἀράχναις τὸ φιλεργὸν καὶ φιλότεχνον, ἵνα ταῖς μὲν τὰ κηρία πλέκηται, καὶ συνέχηται δι' ἐξαγώνων συρίγγων καὶ ἀντιστρόφων, καὶ τὸ ἑδραῖον αὐταῖς, διὰ τοῦ μέσου διατειχίσματος καὶ ἀλλαγῆς ἐπιπλεκομένων ταῖς εὐθείαις τῶν γωνιῶν, πραγματεύηται, καὶ ταῦτα ἐν ζοφεροῖς οὕτω τοῖς σίμβλοις καὶ ἀοράτοις τοῖς πλάσμασιν (48)· αἱ δὲ (49) διὰ λεπτῶν οὕτω καὶ ἀερίων σχεδὸν τῶν νημάτων πολυειδῶς διατεταμένων, πολυπλόκους τοὺς ἱστοὺς ἐξυφαίνουσι (50) (καὶ ταῦτα ἐξ ἀφανῶν τῶν ἀρχῶν), οἴκησίν τε ὁμοῦ τιμίαν, καὶ θήραν τῶν ἀσθενῶν (51), εἰς τροφῆς (52) ἀπόλαυσιν ; Ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα, γραμμαῖς ἐμφιλοσοφῶν ταῖς οὐκ οὖ-

[88] Job xxxviii, 36.

(39) *Ὀρνέων*. Or. 1, ὀρνίθων.

(40) *Μαγάδα*. Schol. : Μαγὰς κυρίως, ἡ τῆς κιθάρας καὶ τῆς λύρας ἡ τὰς νεύρας βαστάζουσα σανίς· « Proprie est tabulatum citharæ vel testudinis chordas sustinens. »

(41) *Μηδικός*. Sic pavo appellatur, quod e Medorum regione sit allatus.

(42) *Ἢ ταῖς θηλείαις*. Hic videtur deesse, ἐπιδείκνυσθαι βούληται, aut simile quid. EDIT.

(43) *Θεατρίζει*. Sic Coisl. 1, Or. 1, etc. In ed., θεατρίζειν.

(44) *Τοῖς*. Forte, ταῖς. EDIT.

(45) *Οὐρανίων*. In quibusdam, οὐρανῶν, « ad cœlos tendentis. »

(46) *Σύνεσιν*. Tres Colb., Coisl. 1 et Comb., κίνησιν, « motum. »

(47) *Εἰ δύνασαι*. Deest in pluribus codd.

(48) *Πλάσμασι*. Legendum videtur, πλέγμασι, « textis calathis. » Alvearium enim hæc est descriptio.

(49) *Αἱ δέ*. Or. 1, οἱ δέ.

(50) *Ἐξυφαίνουσι*. Or. 1, ἐξυφαίνωσι.

(51) *Ἀσθενῶν*. Reg. bm, et Or. 1, ἀσθενεστέρων.

(52) *Τροφῆς*. In quibusdam, τρυφῆς, « deliciarum. »

Digitized by Google

σαις (53), καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν; Τίνος Παλαμήδους (54) τακτικὰ κινήματά τε καὶ σχήματα γεράνων, ὥς φασι, καὶ ταῦτα παιδεύματα κινουμένων ἐν τάξει, καὶ μετὰ ποικίλης τῆς πτήσεως; Ποῖοι Φειδίαι, καὶ Ζεύξιδες (55), καὶ Πολύγνωτοι, Παῤῥάσιοί τέ τινες καὶ Ἀγλαόφωντες, κάλλη μεθ' ὑπερβολῆς γράφειν καὶ πλάττειν εἰδότες; Τίς Κνώσσιος (56) Δαιδάλου χορὸς ἐναρμόνιος, νύμφῃ πονηθεὶς εἰς κάλλους περιουσίαν; ἢ λαβύρινθος Κρητικὸς δυσδιέξοδος καὶ δυσέλικτος, ποιητικῶς εἰπεῖν, καὶ πολλάκις (57) ἁπάντων ἑαυτῷ τοῖς τῆς τέχνης σοφίσμασιν; Καὶ σιωπῶ μυρμήκων ταμεῖά (58) τε καὶ ταμίας, καὶ θησαυρισμὸν τροφῆς τῷ καιρῷ σύμμετρον, τἄλλα τε ὅσα περὶ ὁδῶν καὶ περὶ (59) ἡγουμένων, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἔργοις εὐταξίας ἔγνωμεν ἱστορούμενα.

A animantibus inserviant? Ecquis Euclides hoc artificium unquam imitando expressit, de lineis pertractans nusquam exstantibus, atque in demonstrationibus anxio labore desudans? Ecquis Palamedes, qui etiam aciei instruendæ artem, ac motus et figuras, nullis aliis præceptoribus quam gruibus, usus didicisse fertur, cum videlicet eas ordine ac multiplici volatus genere moveri perspexisset? Quinam Phidiæ, et Zeuxides, et Polygnoti, Parrhasii etiam et Aglaophontes, qui incredibili quadam elegantium formarum pingendarum et sculpendarum peritia claruerunt? Quis Gnossius **516** Dædali chorus ad musicos numeros sese movens, in puellæ gratiam ad omnem artis pulchritudinem confectus et expolitus? Quis Cretensis labyrinthus, ut poetarum more loquar, difficiles exitus et ambages habens, identidemque in sese per artis industriam incurrens? Taceo formicarum penuaria eorumque custodes, et alimenti aggestionem, tempori respondentem, ac cætera ea quæ, et de earum viis ac ducibus, et eo ordine, quem in operibus servant, historiarum monumentis consignata sunt.

B

ΚΖ'. Εἰ τούτων ἐφικτὸς ὁ λόγος σοι, καὶ τὴν περὶ ταῦτα σύνεσιν ἔγνως, σκέψαι καὶ φυτῶν διαφοράς, μέχρι καὶ τῆς ἐν φύλλοις φιλοτεχνίας, πρὸς τὸ ἡδιστόν τε ἅμα ταῖς ὄψεσι, καὶ τοῖς καρποῖς χρησιμώτατον. Σκέψαι μοι καὶ καρπῶν ποικιλίαν καὶ ἀφθονίαν, καὶ μάλιστα τῶν ἀναγκαιοτάτων τὸ κάλλιστον. Καὶ σκέψαι μοι καὶ δυνάμεις ῥιζῶν, καὶ χυμῶν, καὶ ἀνθέων, καὶ ὀδμῶν, οὐχ ἡδίστων μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐπιτηδείων, καὶ χρωμάτων χάριτας καὶ ποιότητας, ἔτι δὲ λίθων πολυτελείας καὶ διαυγείας· ἐπειδή σοι πάντα προῴθηκεν, ὥσπερ ἐν πανδαισίᾳ κοινῇ, ὅσα τε ἀναγκαῖα καὶ ὅσα πρὸς ἀπόλαυσιν, ἡ φύσις· ἵν', εἰ μή τι ἄλλο, ἐξ ὧν εὐεργετῇ, γνωρίσῃς θεὸν, καὶ τῷ δεῖσθαι, γένῃ σεαυτοῦ συνετώτερος. Ἐντεῦθεν ἔπελθέ μοι γῆς πλάτη καὶ μήκη, τῆς κοινῆς πάντων μητρὸς, καὶ κόλπους θαλαττίους, ἀλλήλοις τε καὶ τῇ γῇ συνδεδεμένους (60), καὶ ἁλσῶν κάλλη, καὶ ποταμοὺς, καὶ πηγὰς δαψιλεῖς τε καὶ ἀεννάους, οὐ μόνον ψυχρῶν καὶ ποτίμων ὑδάτων, καὶ τῶν ὑπὲρ γῆς (61), ἀλλὰ καὶ ὅσαι ὑπὸ γῆν ῥέουσαι, καὶ σήραγγάς (62) τινας ὑποτρέχουσαι, εἶτ' ἐξωθούμεναι βιαίῳ τῷ πνεύματι καὶ ἀντιτυπούμεναι,

XXVI. Quod si horum omnium rationes assequeris, ac prudentiam eam, qua gubernantur, cognitam et exploratam habes, confer jam animum ad varia stirpium genera, artificiumque etiam illud expende, quod foliis ipsis inest, simulque et maximam oculis voluptatem, et fructibus utilitatem affert. Considera, quæso, et fructuum varietatem et uberrimam copiam, ac præsertim eorum, quæ ad vitam degendam maxime necessaria sunt, summam pulchritudinem. Cogita etiam stirpium et succorum, et florum atque odorum, non modo suavissimorum, verum etiam ad corporis sanitatem aptissimorum, vires et facultates, colorum etiam elegantiam et qualitates, atque insuper gemmarum eximia pretia et splendores; quandoquidem omnia, tam quæ ad necessarios vitæ usus, quam quæ ad delicias spectant, velut in communi convivio natura proposuit; ut, si nihil aliud, ex ipsis saltem beneficiis Deum cognoscas, atque ob penuriam qua laboras, teipso prudentior efficiaris. Hinc mihi facito, ut terræ communis omnium parentis latitudinem longitudinemque percurras, et maris sinus,

C

D

(53) *Γραμμαῖς... οὐκ οὔσαις.* « Lineis nusquam exstantibus : vel quod, » inquit Elias, « in animi consideratione non hæreant, postquam, earum quasi simulacra evanuerint; vel quod, » addit Billius, « oculis cerni nequeant. » Quidni potius, addemus, quod non exstent in rerum natura; quippe quæ a mathematicis sola longitudinis dimensione considerantur, nulla habita ratione latitudinis et profunditatis.

(54) *Παλαμήδους.* Primus Palamedes fertur, gruum compositos motus observando, figuras, secundum quas instruuntur acies, invenisse. Quid de gruibus scripsit Plinius, lege lib. x, c. 24.

(55) *Φειδίαι, καὶ Ζεύξιδες,* etc. « Phidias » Atheniensis, nobilis statuarius, qui in ebore scalpendo citra æmulum claruit. « Zeuxis » Heracleotes pictor sua ætate maximus. « Polygnotus, » patria Thasius, et pictor, nonagesima Olympiade floruit. « Parrhasius, » pictor insignis, qui primus symetriam picturæ dedit. « Aglaophon » pictor nobilissimus, cujus meminit Plinius l. xxxv, c. 9.

(56) *Κνώσσιος,* etc. « Gnossus » urbs Cretæ clarissima, Minois regia, olim « Ceratus » appellata a vicino ejusdem nominis fluvio. Ea fuit apud veteres de Dædalo opinio, quod statuis immobilibus oculos induxerit, atque effecerit, abditis quibusdam nervis, ut huc atque illuc moverentur, adeo scite, ut spectantibus vivere viderentur. Vide Diodorum Siculum lib. v, etc. Idem Dædalus labyrinthum in Creta construxit, multiplici intricata viarum perplexitate irremeabilem. Vide Virgil. *Æn.* v, et Ovid. *Metam.* viii.

(57) *Καὶ πολλάκις,* etc. « Atque artificiosa fraude multoties reciprocatus? »

(58) *Ταμεῖα.* Combef., *ταμιεῖα.*

(59) *Περὶ.* Deest in tribus Colb., et Or. 1.

(60) *Συνδεδεμένους.* Sic Reg. a. In ed., συνδεομένους.

(61) *Καὶ τῶν ὑπὲρ γῆς,* etc. « Quæque super terram, et quæ subtus terram. » Forte significat Gregorius aquas calidas, et eas quæ ex metallis medicaminum vim hauriunt.

(62) *Σήραγγας.* In quibusdam, *σύριγγας.*

Digitized by Google

tum mutuo nexu, tum etiam cum terra velut vinculis quibusdam constrictos, et nemorum pulchritudines, et fluvios, et fontes uberes ac perennes, non modo gelidarum et potabilium aquarum, quæque in terra sunt, sed earum etiam, quæ infra terram fluentes, et specus quosdam subeuntes, ac deinde violento aliquo flatu impulsæ atque repercussæ, postea per conflictus ejusque atque obluctationis vehementiam inflammatæ, quaqua fors tulerit, paulatim erumpunt, hincque calidorum balneorum usum nobis plerisque terræ locis, et cum contraria facultate, suppeditant, gratuitam scilicet medicinam ac **517** sponte promanantem. Dic, obsecro, quomodo et unde hæc? Quænam magna hæc atque artis expers textura? Nec enim ob mutuam eam affectionem, quam inter se habent, minus laudis merentur, quam si seorsim unumquodque consideretur. Quo pacto terra firma et immota constitit? Quidnam pro vehiculo habet? Cujus rei adminiculo fulcitur? Quidque rursus fulturam illam sustinet? Neque enim rationi quidquam, cui innitatur, occurrit, si divinam voluntatem exceperis. Quo pacto ea, partim in montium vertices assurgens, partim in campos subsidens, idque varie et multipliciter, ac denique paulatim alternando commutata, tum ad hominum usus uberior, tum varietate ipsa jucundior? Qui fit, ut partim in domicilia divisa sit, partim inculta et inhabitabilis relinquatur, quantum nimirum excelsissimi quique montes ab ea abscindunt, atque alia ad alium quemdam orbis finem dissecta porrectaque divini opificii magnificentiam luculentissimo argumento declarat?

A εἶτ' ἐκπυρούμεναι τῷ σφοδρῷ τῆς πάλης καὶ τῆς ἀντιθέσεως, ὅπη παρείκοι κατὰ μικρὸν ἀναῤῥήγνυνται, καὶ τὴν τῶν θερμῶν λουτρῶν χρείαν ἐντεῦθεν ἡμῖν χαρίζονται, πολλαχοῦ τῆς γῆς, καὶ μετὰ τῆς ἐναντίας (63) δυνάμεως, ἰατρείαν ἄμισθον καὶ αὐτόματον. Εἰπὲ πῶς καὶ πόθεν ταῦτα; Τί τὸ μέγα τοῦτο καὶ ἄτεχνον (64) ὕφασμα; Οὐχ ἧττον ἐπαινετὰ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως (65), ἢ καθ' ἕκαστον θεωρούμενα. Πῶς γῆ μὲν ἕστηκε παγία καὶ ἀκλινής; ἐπὶ τίνος ὀχουμένη; καὶ τίνος ὄντος τοῦ ὑπερείδοντος; καὶ τίνος ἐκεῖνο πάλιν; Οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος ἔχει, ἐφ' ὃ ἐρεισθῇ, πλὴν τοῦ θείου θελήματος. Καὶ πῶς ἡ μὲν εἰς ὀρῶν κορυφὰς ἀνηγμένη, ἡ δὲ εἰς πεδία καθεζομένη, καὶ τοῦτο πολυειδῶς, καὶ ποικίλως, καὶ ταῖς κατ' ὀλίγον ἐναλλαγαῖς μεθισταμένη, πρός τε τὴν B χρείαν ἐστὶν ἀφθονωτέρα, καὶ τῷ ποικίλῳ χαριεστέρα; καὶ ἡ μὲν εἰς οἰκήσεις νενεμημένη, ἡ δὲ ἀοίκητος, ὅσην αἱ ὑπερβολαὶ τῶν ὀρῶν ἀποτέμνονται, καὶ ἄλλη πρὸς ἄλλο τι πέρας σχιζομένη καὶ ἀποβαίνουσα, τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίας ἐναργέστατόν ἐστι γνώρισμα;

XXVII. Jam vero mare, si non magnitudine sua C mirabile mihi occurreret, lenitatem utique et placiditatem admirarer, simulque quo pacto fiat, ut quamvis liberum ac solutum, finibus tamen suis consistat: quod si non lenitatem, magnitudinem certe suspicerem. Quoniam autem utraque laude excellit, utramque vim et facultatem prædicabo. Quis tantam aquarum molem conjunxit? Quis quasi vinculis quibusdam astrinxit? Qui fit, ut attollatur, et tamen loco suo se contineat, perinde ac vicinam terram reverita? Qui fit, ut cum fluvios omnes excipiat, ob exuberantes tamen opes et copias, aut quo verbo id appellandum sit, nescio, nullam amplitudinis accessionem faciat, sed eadem semper suique similis maneat? Qui fit, ut tantum elementum arenam pro termino habeat [69]? Possuntne hoc D expedire physici, atque inanis eruditionis laude celebres, ac vere cyatho mare, hoc est, res tantas ingenio suo metientes? An faciam ipse, ut paucissimis verbis hoc ex Scriptura sacra explicem, idque probabilius ac verius, quam ipsi cum prolixis suis

ΚΖ'. Θαλάττης δὲ, εἰ μὲν μὴ τὸ μέγεθος εἶχον θαυμάζειν, ἐθαύμασα ἂν τὸ ἥμερον, καὶ πῶς ἵσταται λελυμένη τῶν ἰδίων ὅρων ἐντός· εἰ δὲ μὴ τὸ ἥμερον, πάντως τὸ μέγεθος. Ἐπεὶ δὲ ἀμφότερα, τὴν ἐν ἀμφοτέροις δύναμιν ἐπαινέσομαι. Τί τὸ συναγαγόν; Τί τὸ δῆσαν; Πῶς ἐπαίρεταί τε καὶ ἵσταται, ὥσπερ αἰδουμένη τὴν γείτονα γῆν; Πῶς καὶ δέχεται ποταμοὺς πάντας (66), καὶ ἡ αὐτὴ διαμένει διὰ πλήθους περιουσίαν, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι (67) χρὴ λέγειν; Πῶς ψάμμος ὅριον αὐτῇ, τηλικούτῳ στοιχείῳ; Ἔχουσί τι λέγειν οἱ φυσικοὶ, καὶ σοφοὶ τὰ μάταια, καὶ κυάθῳ μετροῦντες (68) ὄντως τὴν θάλασσαν, τὰ τηλικαῦτα ταῖς ἑαυτῶν ἐπινοίαις; ἢ συντόμως ἐγὼ παρὰ τῆς Γραφῆς τοῦτο φιλοσοφήσω, καὶ τῶν μακρῶν λόγων πιθανώτερόν τε καὶ ἀληθέστερον; *Πρόσταγμα ἔγύρωσεν ἐπὶ πρόσωπον ὕδατος.* Τοῦτο τῆς ὑγρᾶς φύσεως ὁ δεσμός. Πῶς δὲ τὸν χερσαῖον ναυτίλον (69) ἄγει ξύλῳ μικρῷ καὶ πνεύματι; (τοῦτο οὐ θαυμάζεις ὁρῶν; οὐδ' ἐξίσταταί σου ἡ διάνοια;) ἵνα γῆ καὶ θάλασσα δεθῶσι ταῖς χρείαις καὶ ταῖς ἐπιμιξίαις, καὶ εἰς ἓν ἔλθῃ (70) τῷ ἀνθρώπῳ τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων δι-

[69] Jerem. v, 22.

(63) *Μετὰ τῆς ἐναντίας.* « Cum aquis frigidis. » Plerumque enim scaturiunt e propinquo aquæ calidæ cum frigidis.

(64) *Ἄτεχνον.* Hoc universum dicitur « artis expers, » quod nullis sit fabricatum manibus, sed divinitus contextum. Scholium vero sic exponit: Ὕφασμα, vel, ὑφασμὸν τὴν σύμπηξιν τῶν στοιχέων καλεῖ καὶ πρὸς ἄλληλα νεῦσιν· « Texturam appellat elementorum compagem, et mutuam in se propensionem. »

(65) *Τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως.* Leuv. « Non minus laudis merentur collata inter se. »

(66) *Πάντας.* Regg. a, bm, et Or. 1, ἅπαντας.

(67) *Ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι*, etc. Leuv. « Equidem aut nihil habeo quod dicam, aut summam ob vastitatem maris, hoc fieri statuo. »

(68) *Μετροῦντες.* Combef., συμμετροῦντες.

(69) *Χερσαῖον ναυτίλον.* « Terrestrem nautilum. » Sic hominem eleganter appellat Gregorius. « Nautilus » piscis est sic dictus, quod navis speciem præferat.

(70) *Ἔλθῃ.* Combef., συνέλθῃ.

Digitized by Google

εστηκότα κατὰ τὴν φύσιν; Τίνες δὲ πηγῶν αἱ πρῶται πηγαί, ζήτησον, ἄνθρωπε, εἴ τί σοι τούτων ἐξιχνεῦσαι ἢ εὑρεῖν δυνατόν; καὶ τίς ὁ ποταμοῖς (71) σχίσας καὶ πεδία καὶ ὄρη, καὶ δοὺς τὸν δρόμον ἀκώλυτον; καὶ πῶς ἐκ τῶν ἐναντίων τὸ θαῦμα, μήτε θαλάσσης ἐπεξιούσης, μήτε ποταμῶν ἱσταμένων; Τίς δὲ ἡ τῶν ὑδάτων τροφὴ (72), καὶ τί τὸ ταύτης διάφορον, τῶν μὲν ἄνωθεν ἀρδομένων, τῶν δὲ ταῖς ῥίζαις ποτιζομένων, ἵνα τι καὶ αὐτὸς κατατρυφήσω τοῦ λόγου, Θεοῦ τὴν τρυφὴν ἐξιχνεύμενος;

A disputationibus? Præceptum circumdedit super faciem aquæ [90]. Hoc humidæ naturæ vinculum est. Jam quomodo terrestrem nautilum exiguo ligno ac vento ducit? (Hoc tu cum cernis, non admiratione defigeris? Non mens extra se rapitur?) Idque ut mare ac terra commoditatibus et commerciis inter se vinciantur, 518 ac ea, quæ natura adeo inter se dissident, ad hominis usum conjungantur? Qui porro fontium primi fontes, quæras velim, o homo, si quid horum investigare aut invenire potes: tum quis fluviis campos et montes dissecuit, ac liberum cursum eis concessit? Quo etiam pacto ex contrariis rebus miraculum exsistat, dum nec mare unquam regurgitat, nec fluvii subsistunt? Ad hæc quæ aquarum alimonia, quodque hujus discrimen, quippe res quædam sunt, quæ desuper rigantur, quædam rursus, quibus potus per radices suas suppeditatur, ut ipse quoque delicioso dicendi genere utar, dum Dei delicias oratione complector?

ΚΗ'. Ἄγε δὴ γῆν ἀφεὶς, καὶ τὰ περὶ γῆν, πρὸς τὸν ἀέρα κουφίσθητι τοῖς τῆς διανοίας πτεροῖς, ἵνα σοι καθ' ὁδὸν ὁ λόγος προΐῃ· κἀκεῖθεν ἀνάξω σε πρὸς τὰ οὐράνια, καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν, καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανόν. Καὶ τοῖς ἑξῆς ὀκνεῖ μὲν προσβῆναι ὁ λόγος, προσβήσεται δὲ ὅμως ὁπόσον ἔξεστιν. Τίς ὁ χέας ἀέρα, τὸν πολὺν τοῦτον πλοῦτον καὶ ἄφθονον, οὐκ ἀξίαις, οὐ τύχαις μετρούμενον, οὐχ ὅροις κρατούμενον, οὐχ ἡλικίαις μεριζόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ μάννα διανομὴν, αὐταρκείᾳ περιλαμβανόμενον, καὶ ἰσομοιρίᾳ τιμώμενον; τὸ τῆς πτηνῆς φύσεως ὄχημα, τὴν ἀνέμων ἕδραν, τὴν ὡρῶν εὐκαιρίαν, τὴν ζώων ψύχωσιν, μᾶλλον δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα συντήρησιν, ἐν ᾧ σώματα, καὶ μεθ' οὗ λόγος, ἐν ᾧ φῶς καὶ τὸ φωτιζόμενον, καὶ ἡ ὄψις, ἡ δι' αὐτοῦ ῥέουσα; Σκόπει δέ μοι καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ γὰρ συγχωροῦμαι τῷ ἀέρι δοῦναι τὴν ἅπασαν δυναστείαν τῶν τοῦ ἀέρος εἶναι νομιζομένων. Τίνα μὲν ἀνέμων ταμεῖα; τίνες θησαυροὶ χιόνος; Τίς δὲ ὁ τετοκὼς βώλους (73) δρόσου, κατὰ τὸ γεγραμμένον; Ἐκ γαστρὸς δὲ τίνος ἐκπορεύεται κρύσταλλος; Τίς ὁ δεσμεύων ὕδωρ ἐν νεφέλαις, καὶ τὸ μὲν ἱστὰς ἐπὶ τῶν νεφελῶν (ὦ τοῦ θαύματος!) λόγῳ κρατουμένην φύσιν (74) τὴν ῥέουσαν, τὸ δὲ ἐκχέων (75) ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ σπείρων καιρίως καὶ ὁμοτίμως, καὶ οὐδὲ ἀφεὶς ἅπασαν (76) τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἐλευθέραν καὶ ἄσχετον (ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἐπὶ Νῶε κάθαρσις, καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαθήκης οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος), οὔτε ἀνέχων παντάπασιν, ἵνα μὴ πάλιν Ἡλίου τινὸς δεηθῶμεν, τὴν ξηρότητα λύοντος; Ἐὰν κλείσῃ, φησὶ, τὸν οὐρανὸν, τίς ἀνοίξει; ἐὰν δὲ ἀνοίξῃ τοὺς καταράκτας, τίς συνέξει; τίς οἶσει τὴν ἐπ' ἀμφότερα τοῦ ὑετίζοντος ἀμετρίαν, ἐὰν μὴ τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις καὶ σταθμοῖς, διεξαγάγῃ (77) τὰ σύμπαντα; Τί μοι φιλοσοφήσεις περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὦ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ, καὶ οὐδὲ μικροῖς σπινθῆρσι

B XXVIII. Sed jam missa facta terra, rebusque terrenis, indutis animi pennis in aerem convola, ut recto ordine progrediatur oratio: ac deinde te illinc ad cœlestia, cœlumque adeo ipsum, et quæ cœlo superiora sunt, eveham. Quanquam ad ea, quæ deinceps sequuntur, accedere refugit quidem ac reformidat oratio; sed tamen quantum licebit, accedet. Quis aerem fudit, uberem, inquam, hunc et copiosum thesaurum, non pro cujusque dignitate atque fortunis varie dimensum, non finibus ullis inclusum ac circumscriptum, non pro ætatum ratione distributum, verum, quod olim in manna contigit [91], quantum cuique sat sit, impertitum, atque æquabilitatis honore decoratum? Quis, inquam, hoc avium vehiculum, hanc ventorum C sedem, hoc elementum, quo et anni partes temperantur, et animantur animantia, vel anima potius cum corpore conservatur, in quo corpora, et cujus ope atque adjumento loquimur, in quo lumen, et res lumine perfusæ, atque ipse etiam aspectus per eum fluens? Volve jam animo ea quæ sequuntur: nec enim mihi fas est aeri universum earum rerum imperium largiri, quæ aeris esse censentur. Quæ ventorum promptuaria? Qui nivis thesauri? Quis roris stillas, ut cum Scriptura loquar, peperit? E cujus utero glacies egressa est [92]? Quis aquam in nubibus alligat [93], eamque (o rem admirandam!) partim in nubibus figit verbo compressam, tametsi natura sua fluxam et labilem, partim in totius terræ faciem effundit, ac tempestive et D æquali modo spargit: ac neque humidam omnem substantiam liberam et solutam relinquit (sufficit enim purgatio illa, quæ tempore Noe contigit, pactique sui [94] memoriam haudquaquam is abjecit, qui ab omni mendacio est alienissimus), nec rursus omnino inhibet, ne iterum Elia quodam opus

[90] Job XXVI, 10. [91] Exod. XVI, 18 seqq. [92] Job XXXVIII, 28, 29. [93] Psal. CXXXIV, 7. [94] Gen. IX, 12.

(71) *Ποταμοῖς*. Sic codd. In ed., ποταμούς.

(72) *Τροφή*. « Alimonia, » non qua alantur aquæ, sed qua res alias ipsæ aquæ alunt.

(73) *Βώλους*. Sic LXX, et Or. 1. In ed., βόλους.

(74) *Φύσιν*. Reg. Cypr., τὴν φύσιν.

(75) *Ἐκχέων*. Sic duo Regg., Or. 1 et Comb. In ed., ἐκχέον.

(76) *Ἅπασαν*. Reg. Cypr., ἅπασι, quasi, παντάπασι, « omnino, prorsus. »

(77) *Διεξαγάγῃ*. Reg. a, et Or. 1, διεξάγῃ.

Digitized by Google

habeamus, qui siccitatem **519** depellat [95]? Si A τῆς ἀληθείας λαμπόμενε; Τίνας ἀτμοὺς ἀπὸ γῆς 78) αἰτιάσῃ νέφους δημιουργοὺς, ἢ ἀέρος πύκνωσίν τινα, ἢ νεφῶν τῶν μανωτάτων θλῖψιν, ἢ σύῤῥηξιν, ἵνα ἡ μὲν θλῖψις σοι τὴν ἀστραπὴν, ἡ δὲ ῥῆξις τὴν βροντὴν ἀπεργάσηται; ποῖον δὲ πνεῦμα στενοχωρούμενον, εἶτα οὐκ ἔχον διέξοδον, ἵνα ἀστράψῃ θλιβόμενον, καὶ βροντήσῃ ῥηγνύμενον; Εἰ τὸν ἀέρα διῆλθες τῷ λογισμῷ, καὶ ὅσα περὶ ἀέρα, ψαῦσον ἤδη σὺν ἐμοὶ καὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν οὐρανίων. Πίστις δὲ ἀγέτω πλέον ἡμᾶς ἢ λόγος, εἴπερ ἔμαθες τὸ ἀσθενὲς ἐν τοῖς ἐγγυτέρω, καὶ λόγον ἔγνως, τῷ γνῶναι τὰ ὑπὲρ λόγον, ἵνα μὴ παντελῶς ἐπίγειος ᾖς, ἢ περίγειος, ἀγνοῶν καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὴν ἄγνοιαν.

Clauserit cœlum [96], inquit Scriptura, quis aperiet? Si autem cataractas aperuerit [97], quis continebit? Quis enim immodicam, vel pluviam, vel pluviæ retentionem ferret, nisi ille pluviæ parens [98], mensuris suis ac bilancibus omnia regeret ac gubernaret? Quam vero rationem afferes de fulgetris ac tonitruis, tu, inquam, qui e terra tonas, ac ne tenuissimis quidem veritatis igniculis fulges? In quos vapores a terra excitatos hujus rei causam conferes, eosque nebularum parentes et velut architectos esse contendes, aut etiam aeris condensationem quamdam, vel rarissimarum nubium compressionem et fragorem, ut compressio quidem illa fulgur, fragor autem tonitruum tibi pariat? Quemnam etiam flatum astrictum atque compressum, ac postea exitu carentem, ut et compressione ipsa fulgur, et perruptione tonitruum edat? Quod si aerem aereaque omnia cogitatione peragrasti, mecum jam cœlum quoque ac cœlestia contige. Cæterum ducem potius fidem, quam rationem sequamur, si modo ingenii tui imbecillitatem in propinquioribus didicisti, rationisque id esse cognovisti, ut, quænam sunt ea, quæ rationis humanæ captum excedant, cognoscas; ne alioqui prorsus terrenus sis, rebusque terrenis immersus, ipsam quoque ignorantiam tuam ignorans.

XXIX. Quis cœlum circumegit ac tornavit? Quis stellas ordine collocavit? Imo vero, ut quæ priora sunt dicam, quid cœlum ipsum est? Quid stellæ? An dicere hoc potes, o sublimis disputator; qui, cum ea, quæ ante pedes tuos sunt, ignores, ac ne te ipsum quidem metiri queas, ea tamen, quæ naturam tuam superant, curiose perscrutaris, hiantique ore in ea, quæ mensuram omnem excedunt, incumbis? Ut enim tibi concedam, te orbes ac conversiones, accessiones etiam et recessiones, perceptas habere, solis etiam et siderum exortus, gradusque quosdam, et minutias, cæteraque omnia, quibus tu eximiam tuam scientiam magnifice effers; nondum tamen hoc certa rerum comprehensio est, sed motus cujusdam observatio, quæ diuturniori exercitatione confirmata, posteaquam ea, quæ a pluribus observata sunt, in unum collegit, ac deinde rationem eorum excogitavit, ita demum scientiæ nomen est consecuta; quemadmodum lunæ affectiones, in multorum notitiam venere, qui scientiæ principium ab oculis acceperunt. At vero si insigni harum rerum cognitione instructus es, atque optimo jure in admiratione esse studes, **520** dic quæ ordinis hujus motusque causa sit? Unde hoc habeat sol, ut orbi universo, ac omnium oculis, tanquam chori cujusdam coryphæus, præluceat, sidera alia splendore suo magis obscurans, atque occultans, quam quædam illorum ab aliis obducantur? Cujus rei hoc argumentum est, quod cum ea velut certatim fulgeant, ipse tamen splendidius fulget, nec, quod una cum eo oriantur, cognosci sinat, pulcher ut sponsus,

ΚΘ'. Τίς περιήγαγεν οὐρανὸν, ἔταξεν ἀστέρας; μᾶλλον δὲ (79), τί πρὸ τούτων οὐρανὸς καὶ ἀστέρες, ἔχοι; ἂν εἰπεῖν, ὁ μετέωρος, ὁ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, καὶ οὐδὲ σεαυτὸν μετρῆσαι δυνάμενος, τὰ δὲ ὑπὲρ τὴν σὴν φύσιν πολυπραγμονῶν, καὶ κεχηνὼς εἰς τὰ ἄμετρα; Ἔστω γάρ σε κύκλους, καὶ περιόδους, καὶ πλησιασμοὺς, καὶ ἀποχωρήσεις (80) καταλαμβάνειν, ἐπιτολὰς, καὶ ἀνατολὰς, καὶ μοίρας τινὰς, καὶ λεπτότητας, καὶ ὅσοις σὺ τὴν θαυμασίαν σου ταύτην ἐπιστήμην ἀποσεμνύνεις· οὕπω τοῦτο κατάληψις τῶν ὄντων ἐστὶν, ἀλλὰ κινήσεώς τινος ἐπιτήρησις, ἢ πλείονι γυμνασίᾳ βεβαιωθεῖσα, καὶ εἰς ἓν ἀγαγοῦσα τὰ τηρηθέντα πλείοσιν, εἶτα λόγον ἐπινοήσασα, ἐπιστήμη προσηγορεύθη· ὥσπερ τὰ περὶ σελήνην παθήματα (81), γνώριμα γέγονε τοῖς πολλοῖς, τὴν ὄψιν ἀρχὴν λαβόντα τῆς γνώσεως. Σὺ δὲ, εἰ λίαν ἐπιστήμων εἶ τούτων, καὶ δικαίως ζητεῖς θαυμάζεσθαι, εἰπὲ τίς ἡ τῆς τάξεως αἰτία καὶ τῆς κινήσεως. Πόθεν ἥλιος φρυκτωρεῖ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ πάσαις ὄψεσιν, ὥσπερ χοροῦ τινος κορυφαῖος, πλέον τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἀποκρύπτων φαιδρότητι, ἢ τινες ἐκείνων ἑτέρους; Ἀπόδειξις δὲ, οἱ μὲν ἀντιλάμπουσιν, ὁ δὲ ὑπερλάμπει, καὶ οὐδὲ ὅτι συνανίσχουσιν ἐᾷ γνωρίζεσθαι, καλὸς ὡς νυμφίος, ταχὺς ὡς γίγας καὶ μέγας (οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι ἄλλοθεν ἢ τοῖς ἐμοῖς τοῦτον ἀποσεμνύνειν)· τοσοῦτος τὴν δύναμιν, ὥστε ἀπ' ἄλλων ἄκρων ἄλλα τῇ θερμότητι καταλαμβάνειν, καὶ μηδὲν διαφεύγειν αὐτοῦ τὴν αἴσθησιν· ἀλλὰ πᾶσαν πληροῦσθαι καὶ ὄψιν φωτὸς, καὶ σωματικὴν φύσιν θερμότητος· θέροντος (82), ἀλλ' οὐ φλέγοντος, εὐκρασίας ἡμερότητι καὶ τάξει κινήσεως, ὡς

[95] III Reg. XVIII, 44,45. [96] Deut. XI, 17. [97] Gen. VII, 11. [98] Job XXXVIII, 28.

(78) Ἀπὸ γῆς. Or. 1, ἐπὶ γῆς.

(79) *Μᾶλλον δέ.* Schol.: Τὸ ὑπερβατὸν οὕτως, μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων ἔχοις ἂν εἰπεῖν, τί οὐρανὸς, καὶ ἀστέρες· « Imo vero dicere habeas, quid cœlum, quid stellæ, » etc.

(80) Ἀποχωρήσεις. Bas., ὑποχωρήσεις.

(81) *Τὰ περὶ σελήνην παθήματα.* « Lunæ affectiones, » id est « accretiones, diminutiones et defectus. »

(82) *Θέροντος.* Elias, θάλποντος, « calore foveatur, » quod sequitur Leuv.

Digitized by Google

πᾶσι παρόντος, καὶ πάντα ἐπίσης περιλαμβάνοντος (83).

A magnus ac celer ut gigas [99] (neque enim facere possum, ut aliunde, quam ex meis libris, eum coornem ac celebrem); tantam vim et facultatem habens, ut ab aliis extremis alia extrema calore suo complectatur, nec res ulla ejus sensum effugiat: quin potius, et oculus omnis luce, et corporea natura calore compleatur, ac leni quidem sua temperie, motuque ordinato calefaciens omnia, non urens, omnibus præsto est, et omnia æque comprehendit.

Λ'. Ἐκεῖνο δέ σοι (84) πηλίκον, εἰ κατενόησας; *Τοῦτο ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος, ὅπερ ἐν νοητοῖς Θεός*, ἔφη τις τῶν ἀλλοτρίων (85). Αὐτὸς γὰρ ὅψιν φωτίζων, ὥσπερ ἐκεῖνος νοῦν· αὐτὸς καὶ τῶν ὁρωμένων, ἐστὶ τὸ κάλλιστον, ὥσπερ ἐκεῖνος τῶν νοουμένων Ἀλλὰ τί τὸ κινῆσαν αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς; Τί δαὶ (86) τὸ ἀεὶ κινοῦν καὶ περιάγον ἑστῶτα λόγῳ, καὶ μὴ κινούμενον, ὄντως ἀκάμαντα, καὶ φερέσβιον, καὶ φυσίζωον, καὶ ὅσα ποιηταί; ὑμνηται κατὰ λόγον, καὶ B μήτε (87) τῆς ἑαυτοῦ φορᾶς ποτε, μήτε τῶν εὐεργεσιῶν ἱστάμενον; Πῶς ἡμέρας δημιουργὸς ὑπὲρ γῆς, καὶ νυκτὸς ὑπὸ γῆν, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι χρὴ λέγειν ἡλίῳ προσβλέψαντα; Τίς ἡ τούτων (88) πρόσληψίς τε καὶ ἀνθυφαίρεσις, καὶ ἡ τῆς ἀνισότητος ἰσότης, ἵν' εἴπω τι καὶ παράδοξον; Πῶς δὲ ὡρῶν ποιητής τε καὶ μεριστής, εὐτάκτως (89) ἐπιγινομένων τε καὶ ἀπογινομένων, καὶ ὥσπερ ἐν χορῷ συμπλεκομένων ἀλλήλαις καὶ διισταμένων (τὸ μὲν φιλίας νόμῳ, τὸ δὲ εὐταξίας), καὶ κατὰ μικρὸν κιρναμένων, καὶ ταῖς ἐγγύτησι κλεπτομένων ταυτὸν ἡμέραις τε καὶ νυξίν, ἵνα μὴ τῇ ἀηθείᾳ (90) λυπήσωσιν; Ἀλλ' ἴτω μὲν ἥλιος· σὺ δὲ ἔγνως σελήνης φύσιν (91), καὶ πάθη, καὶ μέτρα φωτὸς, καὶ δρόμους; καὶ πῶς ὁ μὲν C ἡμέρας ἔχει τὴν δυναστείαν, ἡ δὲ νυκτὸς προκαθέζεται; καὶ ἡ μὲν θηρίοις δίδωσι παῤῥησίαν, ὁ δὲ ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ ἔργον ἀνίστησιν, ἢ ὑψούμενος, ἢ ταπεινούμενος πρὸς τὸ χρησιμώτατον; Συνῆκας δὲ δεσμὸν Πλειάδος, ἢ φραγμὸν Ὡρίωνος, ὡς ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, καὶ δόξης ἑκάστου διαφορὰν, καὶ τάξιν κινήσεως, ἵνα σοι πιστεύσω διὰ τούτων πλέκοντι τὰ ἡμέτερα, καὶ κατὰ τοῦ κτίστου τὴν κτίσιν ὁπλίζοντι;

XXX. Illud autem quantum tibi videtur, siquidem animadvertisti? *Idem in sensibilibus est sol, quod Deus in intellectilibus*, inquit profanus quispiam [1]. Ut enim hic mentem, ita ille oculos illustrat: atque ut hic res eas omnes, quæ animo et ratione intelliguntur, pulchritudine vincit, ita etiam ille eas, quæ oculorum sensu percipiuntur. Sed quid tandem illi motum initio dedit? Quid eum perpetuo motu agitat ac circumducit, cum interim ratione stabilis sit et motus expers, vere infatigabilis, vitæ dator, animantium pater, et quibuscunque laudum titulis eum non immerito poetæ prosequuntur, ac neque motui unquam suo, nec beneficiis finem constituens? Quomodo diem procreat, cum supra terram est, ac noctem, cum sub terra? Quibus verbis utendum sit, nescio, cum solem intueor. Quodnam hoc dierum ac noctium incrementum, et vicissim quæ diminutio? Quæ inæqualitatis æqualitas, ut novum aliquid et insolens dicam? Quomodo anni partes efficit, et ita dividit, ut certis et constitutis vicibus accedant, et recedant, ac veluti in chorea, complexu quodam inter se hæreant, simulque distinguantur (illud amicitiæ lege, hoc ordinis præscripto), sensimque intermisceantur, ac vicinitate ipsa, perinde atque in diebus ac noctibus fieri videmus, furtim quodammodo **521** irrepant, ac se proripiant? Quod quidem idcirco fit, ne ob insuetudinem molestiam afferant. Sed cursum suum sane sol obeat. Quid? Num lunæ naturam et affectiones, et luminis mensuram ac rursus pernosti? Et quomodo, ut sol diei principatum tenet, sic luna quoque nocti præsideat? Atque, ut hæc feris audaciam affert, ita vicissim ille hominem ad laborem excitet, dum appositissime ad hominum utilitatem, vel sese attollit, vel deprimit? An tu Pleiadis [2] vinculum, aut Orionis maceriam, instar illius, qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat [3], intelligis, ac cujusque gloriæ discrimen perspectum habes, motusque ordinem, ut sit causa, cur tibi fidem habeam, qui per eas humana contexens, creaturam adversus Creatorem armas?

ΛΑ'. Τί λέγεις; ἐνταῦθα στησόμεθα τοῦ λόγου, D μέχρι τῆς ὕλης καὶ τῶν ὁρωμένων; ἢ ἐπειδὴ τοῦ

XXXI. Quid ais? Hic dicendi finem faciemus, nec ultra res eas, quæ materia constant, oculisque

[99] Psal. XVIII, 6 sqq. [1] Plato. [2] Job XXXVIII, 31. [3] Psal. CXLVI, 4.

(83) *Περιλαμβάροντος*. Tres Colb. et Coisl. 1, περιλάμποντος, « collustrat. »

(84) *Ἐκεῖνο δέ σοι*, etc. Billius: « Illud vero nescio an abs te animadversum, quanti tandem æstimandum est, quod profanus quidem auctor scribit, idem in sensibilibus solem esse, quod Deum in intellectilibus? »

(85) *Τίς τῶν ἀλλοτρίων*. « Profanus quispiam, » id est Plato. Hinc Schol. Colb. maximi: Πλάτωνός φασι τοῦτο, ὡς ἀνεγνωκότος τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, καὶ ἐκ τούτου λαβόντος τὴν περὶ τούτου θεολογίαν, καὶ ἕτερα πολλά· « Hoc Platonis esse aiunt, ut qui legem Moysis legerit, atque inde suam ea de re theologiam, aliaque plurima hauserit. »

(86) *Τί δαί*. Duo Regg., et Or. 1, τί δέ.

(87) *Μήτε*. In quibusdam, μήποτε.

(88) *Τίς ἡ τούτων*, etc. Bill. « Quæ delectio ac noctium assumptio? Quæ detractio? »

(89) *Εὐτάκτως*. « Composite ac ordine. »

(90) *Τῇ ἀηθείᾳ*. Par. aliique non pauci, τῇ ἀληθείᾳ. Hanc lectionem agnoscit Elias, quem sequitur Leuv. « Ne si palam ac vere hæc fierent, nonnihil molestiæ nobis crearetur. »

(91) *Φύσιν*. Reg. Cypr., λύσιν, « solutionem, » quod semper mutetur

Digitized by Google

corporis cernuntur, orationem diffundemus? An potius, quoniam Mosaicum illud tabernaculum, mundi totius figuram et imaginem exstitisse docet Scriptura (mundus porro ex visibilibus et invisibilibus constat), idcirco penetrato primo velo; transcensisque rebus illis, quæ sensum movent, in Sancta [4] prospiciemus, hoc est, in supercœlestem naturam, quæque non nisi ratione atque intelligentia percipitur? Sed ne hanc quidem, tametsi corporis expertem, incorporeo modo cernere possumus, quippe quæ ignis, et Spiritus appelletur, aut efficiatur. Deus enim, ut litteris sacris proditum est, angelos suos spiritus facit, et ministros suos flammam ignis [5]; nisi forte hoc loco, facere nihil aliud significet, quam eadem, qua primum procreati sunt, ratione tueri et conservare. Spiritus porro atque ignis angelus appellatur; illud quia intellectili natura est præditus, hoc, quia purgandis animis nostris adhibetur; quandoquidem primaria quoque illa essentia iisdem nominibus in Scriptura nuncupatur. Sed sint sane nobis illi incorporei, aut quam proxime ad hoc accedentes. Vides enim quomodo circa hujusmodi sermonem æstuemus, nec, quo progrediamur, habeamus; aut certe non ultra progredi possimus, quam quod angelos quosdam et archangelos scimus, thronos, potestates, principatus, dominationes, splendores, ascensus, intelligentes virtutes, vel mentes potius, puras naturas, minimeque adulterinas, ad malum immobiles, vel certe non facile mobiles, perpetuos choros circa principem illam causam agitantes; **522** aut (si quid aptius quisquam earum laudibus decantandis afferre queat), purissimo splendore illinc perfusas, aut pro naturæ et ordinis cujusque proportione, alias alio modo collustratas; quæ a summa illa pulchritudine adeo informantur et imprimuntur, ut ipsæ alia quoque lumina efficiantur, ac per primi luminis influxiones et communicationes alios illuminare possint; quæ, cum divinæ voluntatis ministræ sint [6], roboreque non modo naturali, sed etiam adventitio polleant, loca omnia peragrant, omnibus ubique impigre adsunt, tum ob ministerii promptitudinem, tum ob naturæ levitatem; aliæ etiam aliam quamdam orbis partem complectuntur, aut certe aliis quædam pars commissa est, ut novit, qui hæc ordinavit ac distinxit; ad unum

[4] Hebr. IX, 24. [5] Psal. CIII, 4. [6] Hebr. I, 14.

κόσμου παντὸς ἀντίτυπον τὴν Μωσέως σκηνὴν οἶδεν ὁ λόγος, τοῦ ἐξ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων λέγω συστήματος, τὸ πρῶτον καταπέτασμα διασχόντες, καὶ ὑπερβάντες τὴν αἴσθησιν, εἰς τὰ Ἅγια παρακύψωμεν (92), τὴν νοητὴν φύσιν καὶ ἐπουράνιον (93); Οὐκ ἔχομεν οὐδὲ ταύτην ἀσωμάτως ἰδεῖν, εἰ καὶ ἀσώματος, πῦρ καὶ πνεῦμα προσαγορευομένην, ἢ γινομένην. Ποιεῖν γὰρ λέγεται τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· εἰ μὴ ποιεῖν μὲν ἔστι τὸ συντηρεῖν τῷ λόγῳ, καθ' ὃν ἐγένοντο. Πνεῦμα δὲ ἀκούει καὶ πῦρ· τὸ μὲν ὡς νοητὴ φύσις, τὸ δὲ ὡς καθάρσιος (94)· ἐπεὶ (95) καὶ τῆς πρώτης οὐσίας τὰς αὐτὰς οἶδα κλήσεις. Πλὴν ἡμῖν γε ἀσώματος ἔστω, ἢ ὅτι ἐγγύτατα. Ὁρᾷς ὅπως ἱλιγγιῶμεν περὶ τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἔχομεν οἳ προέλθωμεν, ἢ τοσοῦτον ὅσον εἰδέναι ἀγγέλους τινὰς καὶ ἀρχαγγέλους, θρόνους, κυριότητας, ἀρχάς, ἐξουσίας, λαμπρότητας, ἀναβάσεις, νοερὰς δυνάμεις, ἢ νόας, καθαρὰς φύσεις καὶ ἀκιδδήλους, ἀκινήτους πρὸς τὸ χεῖρον, ἢ δυσκινήτους (96) περὶ τὸ πρῶτον αἴτιον ἀεὶ χορευούσας· ἢ πῶς ἄν τις αὐτὰς ἀνυμνήσειεν, ἐκεῖθεν ἐλλαμπομένας τὴν καθαρωτάτην ἔλλαμψιν, ἢ ἄλλως ἄλλην κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς φύσεως καὶ τῆς τάξεως· τοσοῦτον τῷ καλῷ (97) μορφουμένας καὶ τυπουμένας, ὥστε ἄλλα γίνεσθαι φῶτα, καὶ ἄλλους φωτίζειν δύνασθαι ταῖς τοῦ πρώτου φωτὸς ἐπιῤῥοαῖς τε καὶ διαδόσεσιν· λειτουργοὺς θείου θελήματος, δυνατὰς ἰσχύϊ φυσικῇ τε καὶ ἐπικτήτῳ (98), πάντα ἐπιπορευομένας, πᾶσι πανταχοῦ παρούσας ἑτοίμως, προθυμίᾳ τε λειτουργίας, καὶ κουφότητι φύσεως· ἄλλας ἄλλο τι τῆς οἰκουμένης μέρος διειληφυίας, ἢ ἄλλῳ τινὶ (99) τοῦ παντὸς ἐπιτεταγμένας, ὡς οἶδεν ὁ ταῦτα τάξας (1) καὶ διορίσας· πάντα εἰς ἓν ἀγούσας, πρὸς μίαν σύννευσιν τοῦ τὰ πάντα δημιουργήσαντος· ὑμνῳδοὺς θείας μεγαλειότητος, θεωροὺς δόξης ἀϊδίου καὶ ἀϊδίως, οὐχ ἵνα δοξασθῇ Θεὸς (οὐ γάρ ἐστιν ὃ προστεθήσεται τῷ πλήρει, τῷ καὶ τοῖς ἄλλοις χορηγῷ τῶν καλῶν), ἀλλ' ἵνα μὴ λείπῃ τὸ εὐεργετεῖσθαι καὶ ταῖς πρώταις μετὰ Θεὸν φύσεσι. Ταῦτα εἰ μὲν πρὸς ἀξίαν ὕμνηται, τῆς Τριάδος ἡ χάρις, καὶ τῆς μιᾶς ἐν τοῖς τρισὶ θεότητος· εἰ δὲ τῆς ἐπιθυμίας (2) ἐνδεέστερον, ἔχει τὸ νικᾶν καὶ οὕτως ὁ λόγος. Τοῦτο γὰρ ἠγωνίζετο παραστῆσαι, ὅτι νοῦ κρείττων, καὶ ἡ τῶν δευτέρων φύσις, μὴ ὅτι τῆς πρώτης καὶ μόνης, ὀκνῶ γὰρ (3) εἰπεῖν, ὑπὲρ ἅπαντα (4).

(92) *Παρακύψωμεν.* Combefisius censet legendum παρακύψομεν.

(93) *Ἐπουράνιον.* « Cœlestem, » id est « quæ in cœlo versetur. »

(94) *Καθάρσιος.* In quibusdam, κάθαρσις.

(95) *Ἐπεί.* Reg. a, ἐπειδή.

(96) *Ἢ δυσκινήτους.* « Vel certe non facile mobiles. » Id refertur ad Luciferi lapsum. Nunc enim ad malum immobiles sunt angeli per concessam ipsis constantiæ ac perseverantiæ gratiam.

(97) *Τοσοῦτον τῷ καλῷ*, etc. « Quibus tanta pulchritudinis copia sit impressa, ut secundaria quædam lumina sint, ac, per primi luminis rivos et scaturigines ad se manantes, alios illustrare possint. »

(98) *Ἐπικτήτῳ.* « Adventitio robore, » id est « Dei auxilio et gratia, quibus natura perficitur. Adventitium etiam dici potest, » inquit Combefisius, « quod angeli superiores illuminant subjectos, quod illi ipsi a Deo illuminantur, et fiunt robustiores ad cognoscendas certas veritates. »

(99) *Ἢ ἄλλῳ τινί*, etc. « Sive alii cuipiam rerum Universi præpositas; » cujusmodi sunt angeli custodes, quod Billius non satis distinxit.

(1) *Τάξας.* Comb., ἐπιτάξας.

(2) *Ἐπιθυμίας.* « Meæ » scilicet « cupiditati, » vel « aliorum. » Utroque modo Elias id intelligit.

(3) *Ὀκνῶ γάρ.* Elias hunc locum ex aliorum sententia sic exponit : « Vult quidem Gregorius dicere naturam

(4) *Ἅπαντα.* Reg. Cypr., ἅπαντας.

Digitized by Google

rerum omnium Conditoris nutum omnia in unum jungunt; divinæ majestatis laudes canunt, ac sempiternam illam gloriam sempiterne intuentur, non ut inde gloriæ Dei aliquid accrescat (nihil enim est, quod ei, qui plenus est, aliisque bonorum auctor, accrescere queat); sed ne etiam primæ illæ post Deum naturæ beneficio affici desinant. Hæc si pro rei dignitate a nobis prædicata sunt, Trinitati, atque uni in tribus personis divinitati gratia habenda est: sin autem cupiditati minus satis factum est, sic quoque orationi palma parata est. In hoc enim, omni dicendi contentione incubuimus, ut ostenderemus, ne ipsam quidem secundarum rerum naturam, hominis mente atque ingenio comprehendi posse, nedum primam illam ac solam, vereor enim dicere, omnibus rebus excelsiorem.

ΛΟΓΟΣ ΚΘ'.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Περὶ Υἱοῦ.

Α'. Ἃ μὲν οὖν εἴποι τις ἂν ἐπικόπτων τὴν περὶ τὸν λόγον (5) αὐτῶν ἑτοιμότητα, καὶ ταχυτῆτα, καὶ τὸ τοῦ τάχους ἐπισφαλὲς, ἐν πᾶσι μὲν πράγμασι, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, ταῦτά ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ἐπιτιμᾶν, οὐ μέγα· ῥᾷστον γὰρ καὶ τοῦ βουλομένου παντός· τὸ δὲ ἀντεισάγειν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀνδρὸς εὐσεβοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος· φέρε, τῷ ἁγίῳ θαῤῥήσαντες Πνεύματι, τῷ παρ' αὐτῶν μὲν ἀτιμαζομένῳ, παρ' ἡμῶν (6) δὲ προσκυνουμένῳ, τὰς ἡμετέρας περὶ τῆς θεότητος ὑπολήψεις (7), αἵτινές ποτέ εἰσιν, ὥσπερ τινὰ τόκον εὐγενῆ τε καὶ ὥριμον, εἰς φῶς προενέγκωμεν. Οὐδὲ ἄλλοτε μὲν σωπήσαντες (τοῦτο γὰρ μόνον ἡμεῖς νεανικοί τε καὶ μεγαλόφρονες), νῦν δὲ καὶ μᾶλλον παῤῥησιαζόμενοι τὴν ἀλήθειαν· ἵνα μὴ τῇ ὑποστολῇ (8), καθὼς γέγραπται, τὸ μὴ εὐδοκεῖσθαι (9) κατακριθῶμεν. Διττοῦ δὲ ὄντος λόγου (10) παντὸς, τοῦ μὲν τὸ οἰκεῖον κατασκευάζοντος, τοῦ δὲ τὸ ἀντίπαλον ἀνατρέποντος (11)· καὶ ἡμεῖς τὸν οἰκεῖον ἐκθέμενοι πρότερον, οὕτω τὰ τῶν ἐναντίων ἀνατρέψαι πειρασόμεθα· καὶ ἀμφότερα, ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων, ἵν' εὐσύνοπτα γένηται.

ORATIO XXIX[a].

THEOLOGICA TERTIA

De Filio.

I. Hæc quidem sunt, quæ quispiam, ad compescendam eorum disputandi promptitudinem, præcipitemque celeritatem, cum in omnibus rebus, tum maxime in iis disputationibus quæ de Deo habentur, periculosam, afferre possit. Quoniam autem objurgare haud magnum est; perfacile quippe, et cujuslibet hominis: sententiam vero suam subrogare, pii viri est ac mente præditi: age, Spiritus sancti, quem nos **523** quidem adoramus, illi vero contemnunt ac pro nihilo habent, numine atque auxilio freti subnixique, nostram de divinitate fidem, quæcunque tandem illa est, perinde ac generosum quemdam et maturum fetum in lucem producamus. Non quod alias unquam tacuerimus (hac enim una duntaxat in re fortes et magnanimi sumus), sed quod nunc majori quoque libertate ac fiducia veritatem profiteamur: ne alioqui ob timiditatem, ut Scripturæ verbo utar [7], hac pœna multemur, ut Deo minime placeamus. Porro cum omnis sermo duplex sit, alter, quo dogmata nostra confirmamus, alter, quo adversaria subver-

[7] Hebr. x, 38.

naturam divinam exsistere supra universa; sed, ne comparationem instituisse videri possit, veretur. Nam in comparationibus ea est lex, ut ea solum inter se conferantur, quæ sunt ejusdem generis. At increati ad creatum nulla institui potest comparatio, neque Creatoris ad creata. Quapropter ait, metu se impediri, quominus dicat naturam divinam supra universa exsistere, quanquam alioqui hoc verum sit; ne videlicet eum comparare cum aliis videri possit, qui extra comparationem omnem est positus. » Billius vero putat, ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, idem hic esse, ac si dixisset, ἵνα μὴ εἴπω, « ne dicam. »

[a] Alias XXXV. Quæ autem 29 erat, nunc 20. — Habita anno 380.

(5) *Τὸν λόγον.* Coisl. 1, τῶν λόγων.

(6) *Ἡμῶν.* Or. 1 ad marg., ἡμῖν.

(7) *Ὑπολήψεις.* Vocem hanc plerisque in locis, pro « fide certa et persuasione » usurpat Gregorius. Quare non bene Leuvenk. « conjecturas. »

(8) *Τῇ ὑποστολῇ.* Schol.: Τὸ ὑποστέλλεσθαι δέει καὶ φόβῳ· « Quod metu ac timore nos subducimus. » Ubi autem Vulgata habet, Hebr. x, 38, « Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ, » Græci legunt, ἐὰν ὑποστείληται, id est, ut exponit Gregorius: « Si in pietatis causa prævaricatorem egerit, nec in ejus defensionem incubuerit, » etc.

(9) *Εὐδοκεῖσθαι.* Coisl. 1, εὐδοκιμεῖσθαι.

(10) *Διττοῦ δὲ ὄντος λόγου.* Similia leguntur apud Athenagoram lib. *De resurrectione mortuorum*, ad calcem operum S. Justini, novæ ed. p. 315, n. 1: Ὅθεν, οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ ταῦτα πονουμένοις λόγων διττῶν, τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας· καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, ἢ τοὺς ἀμφιβάλλοντας· τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς εὐγνωμονοῦντας, καὶ μετ' εὐνοίας δεχομένους τὴν ἀλήθειαν· « Hinc iis, qui operam in res hujusmodi insumunt, duplici arbitror opus esse sermone, altero pro veritate, altero de veritate; pro veritate quidem adversus incredulos, aut dubitantes; de veritate autem ad eos, qui æquo sunt animo, et veritatem libenter suscipiunt. » Itaque Gregorius cum Athenagora duplicem secernit disputationem, quæ duplicem postulat sermonem. In primo disputationis genere, dogmata credentibus explicantur; in altero vero veritatis defensio suscipitur, dogmata propugnantur, anticipatæ evelluntur opiniones, et adversariorum tricis occurritur. Inter utramque disputationem istud est discrimen, ut cum eodem Athenagora loquar, quod in altera « mendacium refellitur, » in altera « veritas stabilitur. »

(11) *Ἀνατρέποντος.* Gloss., ἀνασκευάζοντος, « confutamus. »

Digitized by Google

timus : nos quoque, posteaquam doctrinam nostram potius exposuerimus, ita demum adversariorum placita confutare ac profligare conabimur : et quidem utrumque, quam fieri poterit, brevissime, ut, quæ a nobis dicentur, quasi uno quodam obtutu perspici facile possint (quemadmodum quem illi isagogicum libellum, ad simpliciorum vel stolidiorum potius fraudem excogitarunt), ac non ob sermonis prolixitatem sensa dilabantur, haud secus atque aqua, quæ non canali coercetur, sed per campos diffunditur ac solvitur.

A ται (12) τὰ λεγόμενα (ὥσπερ ὄν αὐτοὶ λόγον εἰσαγωγικὸν ἐπενόησαν πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων ἢ εὐηθεστέρων), καὶ μὴ τῷ μήκει τοῦ λόγου διαχεθῇ τὰ νοούμενα (13), καθάπερ ὕδωρ οὐ σωλῆνι σφιγγόμενον, ἀλλὰ κατὰ πεδίου χεόμενον καὶ λυόμενον.

(82) *Πειρᾶται ταύτης*. « Ejusque periculum patienda facit. »

(83) *Καὶ πάντα μετρεῖ*, etc. Leuvenk. : « Atque omnia metiatur ex suis passionibus ars illa beneficentiæ. »

(84) *Τοῖς ἑαυτοῦ*. Coisl. 1, τοῖς οἰκείοις.

(85) *Τέχνῃ*. Hervag. τέχνη, « ars. »

Digitized by Google

enim, affectionis animi declaratio est. Nec forte pejus fuerit existimare, quod obedientiam nostram exploret, passionibusque suis omnia metiatur, arte quadam humanitatis et benevolentiæ erga genus nostrum : ita ut ex suis nostra æstimare queat, quantumque, et a nobis exigi et condonari debeat, expensa nimirum **544** cum passionibus virium nostrarum imbecillitate. Nam cum lucem illam, propter corporis tegumentum, in tenebris, hoc est, in hac vita, lucentem, tenebræ aliæ, hoc est, pravus ille ac tentator insectatus sit : quanto magis tenebras ipsas, utpote infirmiores? Et quid mirum, si cum ille hostiles laqueos omnino effugerit, nos quadam tenus saltem comprehendamur? majus quippe illi est, quod hostis eum persecutus sit, quam nobis, quod nos assequatur atque comprehendat, apud eos utique, qui hæc recta ratione perpendunt. Addam illud quoque iis quæ dicta sunt, locum hunc mecum reputans : *In quo enim passus est, ipse tentatus, potest iis, qui tentantur, auxiliari* [12], quod perspicue ad eumdem sensum tendit. Sicut etiam : *Erit autem Deus omnia in omnibus* [13] illo restitutionis tempore ; non utique Pater, resoluto videlicet in ipsum Filio, non secus ac si fax aliqua ad aliquod tempus ab ingenti rogo abstracta, in eum rursus adjungatur (neque enim Sabelliani his verbis abutantur), sed totus Deus ; tum nempe, cum jam non multi erimus, sicut nunc sumus ratione motuum et affectionum, nihil omnino Dei gestantes in nobis, aut saltem parum, sed toti deiformes, totiusque ac solius Dei capaces : hæc enim ea perfectio est, ad quam omni celeritate properamus ; quod quidem Paulus ipse maxime conjicit : quod enim hic de Deo indefinite ait, alio loco apertissimis verbis Christo sigillatim attribuit. Quibus verbis? *Ubi non est Græcus, non Judæus, circumcisio et præputium, barbarus et Scytha, servus et liber : sed omnia et in omnibus Christus* [14].

VII. Tertio loco vocem hanc, *major* [15], numerant : quarto item, *Deum meum et Deum vestrum* [16]. Sane, si major quidem diceretur, non item æqualis, fortasse vim aliquam haberet quod afferunt. Cum autem utrumque inveniri liquido constet, quid tandem generosi homines dicent? Quid roboris habebunt? Quomodo convenient, quæ convenire nequeunt? Idem enim seipso majus, pariterque sibi ipsi æquale, fieri non potest. Nonne ergo perspicuum est majoris vocem ad causam, æqualis autem ad naturam referendam esse? Ac nos istud ingenue admodum et candide confitemur. Fortasse autem

A τοῖς ἑαυτοῦ τὰ ἡμέτερα, καὶ πόσον μὲν ἀπαιτούμεθα, πόσον δὲ συγχωρούμεθα, λογιζομένης μετὰ τοῦ πάσχειν καὶ τῆς ἀσθενείας. Εἰ γὰρ τὸ φῶς ἐδιώχθη διὰ τὸ πρόβλημα φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ, τῷ βίῳ τούτῳ, ὑπὸ τῆς ἄλλης σκοτίας, τοῦ πονηροῦ λέγω καὶ τοῦ πειραστοῦ, τὸ σκότος πόσον, ὡς ἀσθενέστερον; Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐκείνου διαφυγόντος παντάπασιν, ἡμεῖς ποσῶς γε (86) καταληφθείημεν ; μεῖζον γὰρ ἐκείνῳ τὸ διωχθῆναι, ἢπερ ἡμῖν τὸ καταληφθῆναι, παρὰ τοῖς ὀρθῶς ταῦτα λογιζομένοις. Ἔτι δὲ προσθήσω τοῖς εἰρημένοις ἐκεῖνο, ἐνθυμηθεὶς τὸ, *Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν, αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι*, σαφῶς πρὸς τὴν αὐτὴν φέρον διάνοιαν. *Ἔστωι δὲ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν*, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀποκαταστάσεως (87)· B οὐχ ὁ Πατὴρ, πάντως εἰς αὐτὸν ἀναλυθέντος τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ εἰς πυρὰν μεγάλην λαμπάδος πρὸς καιρὸν ἀποσπασθείσης, εἶτα συναφθείσης, μηδὲ γὰρ Σαβέλλιοι τῷ ῥητῷ τούτῳ παραφθειρέσθωσαν (88), ἀλλ' ὅλος Θεὸς, ὅταν μηκέτι πολλὰ ὦμεν, ὥσπερ νῦν (89) τοῖς κινήμασι καὶ τοῖς πάθεσιν, οὐδὲν ὅλως Θεοῦ, ἢ ὀλίγον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς φέροντες, ἀλλ' ὅλοι θεοειδεῖς, ὅλου Θεοῦ χωρητικοὶ καὶ μόνου· τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, πρὸς ἣν σπεύδομεν· τεκμηριοῖ δὲ μάλιστα Παῦλος αὐτός· ὁ γὰρ ἐντοῦθα περὶ Θεοῦ φησιν ἀορίστως, ἀλλαχοῦ σαφῶς περιορίζει Χριστῷ. Τί λέγων; *Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην, οὐδὲ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος· ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός.*

VII. Τρίτον, ἀριθμεῖ τὸ, *μεῖζον* (90)· τέταρτον τὸ, *Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν*. Εἰ μὲν οὖν *μεῖζων* (91) μὲν ἐλέγετο, μὴ ἴσος (92) δὲ, τάχα ἂν ἦν τι τοῦτο αὐτοῖς· εἰ δὲ ἀμφότερα σαφῶς εὑρίσκομεν, τί φήσουσιν οἱ γεννάδαι ; τί τὸ ἰσχυρὸν αὐτοῖς ; πῶς συμβήσεται τὰ ἀσύμβατα ; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως μεῖζον καὶ ἴσον εἶναι, τῶν ἀδυνάτων· ἢ δῆλον, ὅτι τὸ μεῖζον μέν ἐστι τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον, τῆς φύσεως ; καὶ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς. Τάχα δ' ἂν εἴποι τις ἄλλος (93) τῷ ἡμετέρῳ (94) λόγῳ προσφιλονεικῶν (95), μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ ἀναιτίου (96). Τῆς τε

[12] Hebr. II, 18. [13] 1 Cor. XV, 28. [14] Galat. III, 28. [15] Joan. XIV, 28. [16] Joan. XX, 17.

(86) *Ποσῶς γε*. Duo Regg., quinque Colb., ποσῶς καί.

(87) *Ἀποκαταστάσεως*. « Restitutionis, » id est, « resurrectionis, » cum videlicet animæ suis corporibus restituentur.

(88) *Παραφθειρέσθωσαν*. Sav. aliique plures, παρεισφθειρέσθωσαν.

(89) *Ὥσπερ νῦν... φέροντες*. Hæc a Billio, aut typographo omissa.

(90) *Μεῖζον*. Par., μείζων.

(91) *Μείζων*. Tres Regg. et tres Colb., μεῖζον.

(92) *Ἴσος*. Tres Regg. totidemque Colb., ἴσον.

(93) *Ἄλλος*. Unus Reg. et Oxon., ἄλλο.

(94) *Ἡμετέρῳ*. Sic Coisl. 1, Sav. et Comb. In ed., D ὑμετέρῳ.

(95) *Προσφιλονεικῶν*. « Vox ista, » inquit Billius, « non significat eum, qui Gregorii rationem oppugnaret, sed qui acrius in eamdem causam incumberet, Filiique divinitatem tueretur. Nam quod Gregorius fateatur Filium, ratione duntaxat causæ, minorem esse Patre, contenderet fortasse aliquis in eamdem Filii defensionem acrius incumbens, ne in hac quidem ratione minorem eum esse dicendum ; quod non satis animadvertisse videtur Elias. »

(96) *Ἀναιτίου*. Sic tres Regg., duo Coisl., Par., Comb., etc. Sic etiam legit Billius, licet editi habeant, ἐναντίου.

Digitized by Google

γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχοι ἄν, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνάρχου· καὶ πρόσεστιν ἡ γέννησις, πρᾶγμα τοσοῦτο (97), τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ οὕτω (98) σεβάσμιον. Τὸ γὰρ δὴ λέγειν, ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων (99), ἀληθὲς μέν, οὐ μέγα δέ· τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός; Ταῦτα μὲν οὖν (1) εἰρήσθω πρὸς τοὺς τὸ *μεῖζον* κομπάζοντας.

A dixerit alius quispiam, sermonem **545** nostrum acriori animi contentione prosequens, inferius habendum non esse, ab hujusmodi causa, causæ omnis experte, proficisci. Nam et quia ab eo, qui principio caret, originem trahit, ejus quoque gloriæ partem sibi vindicat: et accedit insuper generationis prærogativa, res tanta, tamque veneranda, iis quidem certe, qui mente prædíti sunt. Nam, quod ratione humanitatis Pater Filio major intelligendus sit, vere quidem dici potest, sed non perinde honorifice: quid enim mirum, Deum homine majorem esse? Atque hæc mihi dicta sint adversus eos, qui *majoris* vocem insolentius jactant.

Η'. Θεὸς δὲ λέγοιτο ἄν, οὐ τοῦ Λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ· πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; Ὥσπερ καὶ Πατὴρ, οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ Λόγου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς· ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν (2), τὸ δὲ οὐ κυρίως, ἐναντίως ἢ ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς ὁ Θεὸς (3), οὐ κυρίως δὲ Πατήρ. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐπαλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγκρασιν. Σημεῖον δὲ, ἡνίκα αἱ φύσεις (4) διίστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα. Παύλου λέγοντος ἄκουσον· *Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης.* Χριστοῦ μὲν Θεὸς, τῆς δὲ δόξης Πατήρ· εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἓν (5), ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ τούτων. Τί ἂν γένοιτο γνωριμώτερον;

VIII. Quod autem ad alteram partem attinet, Deus dicitur, non ratione Verbi, sed partis quæ in oculorum sensum cadit (quo enim modo illius, qui proprie Deus est, Deus dici queat?). Quemadmodum Pater, non humanitatis, sed Verbi respectu; B duplici quippe natura constabat; quo fit ut alterum de eo proprie dicatur, alterum improprie: contra quam in nobis se res habet. Deus enim proprie Deus noster est, non autem proprie Pater. Atque hoc est quod hæreticos in errorem inducit, nempe nominum horum conjunctio, permutatis videlicet inter se nominibus propter utriusque naturæ connexionem. Argumento est, quod cum naturæ animo et cogitatione distinguuntur, simul quoque nomina dividuntur. Audi Paulum his verbis loquentem. *Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater ille gloriæ* [17]. Vides quomodo Christi quidem Deus, gloriæ autem Pater dicatur: quamvis enim hæc duo unum efficiant, id tamen non natura fit, sed eorum coitione. Quid his apertius et manifestius esse queat?

Θ'. Πέμπτον λεγέσθω τὸ, λαμβάνειν αὐτὸν ζωὴν, ἢ κρίσιν, ἢ κληρονομίαν ἐθνῶν, ἢ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἢ δόξαν, ἢ μαθητὰς, ἢ ὅσα λέγεται, καὶ τοῦτο (6) τῆς ἀνθρωπότητος. Εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ δοίης (7), οὐκ ἄτοπον· οὐ γὰρ ὡς ἐπίκτητα δώσεις, ἀλλ' ὡς ἀπ' ἀρχῆς συνυπάρχοντα (8), καὶ λόγῳ φύσεως, ἀλλ' οὐ χάριτος.

IX. Quintum numeretur, quod vitam [18], aut judicium [19], aut gentium hæreditatem [20], aut carnis omnis potestatem [21], aut gloriam [22], aut discipulos, cæteraque ejusdem generis, accipere dicitur; hoc quoque ad humanitatem spectat. Quanquam ut hæc etiam Deo tribuamus, nulla inde absurditas consequetur: non enim velut ascititia ei tribuemus, sed velut quæ a principio una cum ipso exstiterint, non ratione gratiæ, sed naturæ.

Ι'. Ἕκτον τιθέσθω τὸ *μὴ δύνασθαι τὸν Υἱὸν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν μηδὲν* (9), *ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα.* Τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ τῶν καθ' ἕνα τρόπον λεγομένων, τὸ *δύνασθαι*, ἢ *μὴ δύνασθαι*· πολύσημον δέ. Τὸ μὲν γάρ τι λέγεται κατὰ δυνάμεως ἔλλειψιν, καὶ ποτὲ, καὶ πρός τι, ὡς τὸ, μὴ δύνασθαι τὸ παιδίον ἀθλεῖν, ἢ τὸ σκυλάκιον βλέπειν, ἢ πρὸς τόνδε διαγωνίζεσθαι· ἀθλήσει γὰρ ἴσως ποτὲ, καὶ βλέψεται, καὶ διαγωνιεῖται πρὸς τόνδε, κἂν πρὸς ἕτερον ἀδυνάτως ἔχῃ. Τὸ δὲ, ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς τό· *Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπ' ἄκρου ὄρους κειμένη.* Τάχα γὰρ ἂν καὶ κρυφθείη τις, ἐπι-

X. Sexto loco ponatur, quod *Non potest Filius a seipso facere quidquam, nisi id viderit Patrem facientem* [23]. Quæ verba ejusmodi sensu explicanda sunt: *Posse*, vel *non posse*, non uno modo dicitur; variam enim ac multiplicem significationem habet. Nonnunquam **546** enim secundum virium defectum D dicitur, et certi temporis ac personæ ratione habita: ut quod puer luctari non possit, aut catulus cernere, aut cum aliquo dimicare: luctabitur enim fortasse aliquando, et cernet, et cum hoc dimicabit, etiamsi cum altero nequeat. Interdum de eo dicitur, quod sæpenumero contingit, ut illud: *Non*

[17] Ephes. I, 17. [18] Joan. V, 26. [19] ibid. 27. [20] Psal. II, 8. [21] Joan. XVII, 2. [22] Apoc. V, 12. [23] Joan. V, 23.

(97) *Τοσοῦτο.* Tres Regg. τοσοῦτον.
(98) *Οὕτω.* Reg. bm, οὗτως.
(99) *Μείζων.* Duo Regg. μεῖζον. Sic etiam in sequenti μείζων.
(1) *Οὖν.* Reg. bm, Coisl. 1, etc., addunt, ἡμῖν.
(2) *Ἐπ' ἀμφοῖν.* « De utroque, » id est, de Verbo, quatenus est Deus, vel quatenus est homo.
(3) *Ὁ Θεός.* Deest ὁ in quatuor Regg., tribus Colb., etc.
(4) *Αἱ φύσεις.* Sic tres Regg. Deest αἱ in ed.
(5) *Ἕν.* Bill.: « personam unam. »
(6) *Τοῦτο.* Comb., ταῦτα.
(7) *Δοίης.* Reg. b, δῴης, « tribuas. »
(8) *Συνυπάρχοντα.* Bill.: « ipsi simul cum Patre adfuerint. » Non recte quidem; cum hic Filii dotes, non cum Patris, sed cum ipsamet Filii exsistentia, sunt componendæ. Filius enim, non gratiæ dono, sed a nativitate, ipsaque vi naturæ, quod genitus sit, a Patre accepit.
(9) *Μηδέν.* Reg. a, οὐδέν

Digitized by Google

potest civitas abscondi supra montem posita [25]. Fieri enim potest, ut quædam civitas abscondatur, majori nimirum aliquo monte ipsius aspectum impediente. Impossibile etiam dicitur, quod minime æquum est, rationique consentaneum; cujus generis est illud: *Non possunt filii sponsi jejunare, quandiu præsens est sponsus* [26]; sive eum intelligas, qui corporeis oculis cernitur (neque enim ærumnæ atque afflictionis tempus erat illud tempus, quo Christus cum discipulis versabatur), sive eum ut Verbum spectes: quid enim eos corporeo modo jejunare necesse est, qui a Verbo purgantur? Quarta significatione hoc fieri non posse dicitur, a quo nostra voluntas abhorret; cujusmodi est illud: *Non poterat illic signa facere propter incredulitatem eorum* [27], qui ea excipiebant: quoniam enim ad morborum depulsiones utrumque accedere necesse est, nempe ut et ægroti fidem, et medici vim et facultatem medendi afferant, idcirco alterum, deficiente altero, minime contingebat. Haud scio autem, an hoc quoque non adjungendum sit, ad id quod rationi consentaneum est: neque enim iis medicinam afferre conveniebat, quibus incredulitas detrimentum allatura erat. Quo etiam in ordine ponendum est illud: *Non potest mundus odisse vos* [28]; et, *Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali* [29]? Quo enim pacto quidquam horum impossibile est, nisi quia voluntas repugnat? Jam illud quoque impossibile dicitur, quod natura quidem impossibile est, Deo autem volenti possibile; quo in genere est illud: Eumdem hominem bis nasci non posse [30], nec acu camelum admitti [31]: quid enim prohibeat quominus hæc fiant, si Dei voluntas ita tulerit?

XI. Præter hos omnes modos impossibile dicitur quod nulla omnino ratione fieri potest, ut quod nunc exquirimus. Ut enim impossibile esse dicimus Deum malum esse, aut omnino non esse (hoc enim Dei impotentiam potius atque imbecillitatem, quam potentiam arguerit); aut ut sit, quod non est, aut ut bis duo simul et quatuor **547** sint et decem: ita nec fieri ullo modo potest, ut Filius aliquid faciat, quod Pater non faciat. *Omnia enim quæ Pater habet, sunt Filii* [32]: quemadmodum rursus omnia, quæ Filius, Patris. Nihil ergo peculiare, quia communia omnia, quandoquidem ipsum quoque esse, commune atque æquale est ipsi cum Patre, licet alioqui hoc a Patre Filius habeat. Quo etiam sensu dictum est: *Ego vivo propter Patrem* [33]; non quod ab illo ipsius vita atque essentia sustineatur, verum quod ex illo citra tempus ullum atque causam exsistat. Sed quomodo illud acci-

προσθοῦντος μείζονος. Τὸ δὲ, ὡς οὐκ εὔλογον, ὡς τό *Οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον ἔστιν ὁ νυμφίος*· εἴτε ὁ σωματικῶς ὁρώμενος (οὐ γὰρ κακοπαθείας, ἀλλ' εὐφροσύνης καιρὸς ὁ τῆς ἐπιδημίας), εἴτε ὡς ὁ Λόγος νοούμενος· τί γὰρ δεῖ νηστεύειν σωματικῶς τοὺς Λόγῳ καθαιρομένους (10); Τὸ δὲ, ὡς ἀβούλητον, ὡς τὸ, *Μὴ δύνασθαι ἐκεῖ σημεῖα ποιῆσαι, διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν δεχομένων*· ἐπειδὴ γὰρ τοῦ συναμφοτέρου χρεία πρὸς τὰς ἰάσεις, καὶ τῆς τῶν θεραπευομένων πίστεως, καὶ τῆς τοῦ θεραπευτοῦ (11) δυνάμεως, οὐκ ἐνεδέχετο τὸ ἕτερον τοῦ συζύγου ἐλλείποντος. Οὐκ οἶδα (12) δὲ, εἰ μὴ καὶ τοῦτο τῷ εὐλόγῳ προσθετέον· οὐ γὰρ εὔλογος ἴασις τοῖς βλαβησομένοις ἐξ ἀπιστίας. Τοῦ δὲ αὐτοῦ λόγου, καὶ τό· *Οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς*· καὶ, *Πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, πονηροὶ ὄντες;* Πῶς γὰρ ἀδύνατόν τι τούτων, ἢ ὅτι ἀβούλητον; Ἔστι δέ τι καὶ τοιοῦτον ἐν τοῖς λεγομένοις, ὃ τῇ (13) φύσει μὲν ἀδύνατον, Θεῷ δὲ δυνατὸν βουληθέντι, ὡς τὸ, μὴ δύνασθαι τὸν αὐτὸν γεννηθῆναι δεύτερον, καὶ ῥαφὶς οὐκ εἰσδεχομένη κάμηλον· τί γὰρ ἂν καὶ κωλύσειε γενέσθαι ταῦτα, Θεοῦ θελήσαντος;

ΙΑ'. Τούτων δὲ πάντων ἐκτὸς, τὸ παντελῶς ἀδύνατον καὶ ἀνεπίδεκτον, ὡς ὃ νῦν ἐξετάζομεν. Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν, πονηρὸν εἶναι Θεόν, ἢ μὴ εἶναι· τοῦτο γὰρ ἀδυναμίας ἂν εἴη μᾶλλον Θεοῦ, ἢπερ δυνάμεως· ἢ τὸ μὴ ὂν εἶναι, ἢ τὰ δὶς δύο καὶ τέσσαρα εἶναι καὶ δέκα (14)· οὕτως ἀδύνατον καὶ ἀνεγχώρητον ποιεῖν τι τὸν Υἱόν, ὧν οὐ ποιεῖ ὁ Πατήρ. *Πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν*· ὡς ἔμπαλιν τὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατρός. Οὐδὲν οὖν ἴδιον, ὅτι κοινά· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι κοινὸν καὶ ὁμότιμον, εἰ καὶ τῷ Υἱῷ παρὰ τοῦ Πατρός. Καθ' ὃ καὶ λέγεται καὶ τό· *Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα*· οὐχ ὡς ἐκεῖθεν αὐτῷ τοῦ ζῆν, καὶ τοῦ εἶναι συνεχομένου, ἀλλ' ὡς ἐκεῖθεν ὑπάρχοντος ἀχρόνως καὶ ἀναιτίως. Βλέπει δὲ τὸν Πατέρα ποιοῦντα, πῶς, καὶ οὕτω ποιεῖ; ἄρα ὡς οἱ τὰς μορφὰς γράφοντες, καὶ τὰ γράμματα, διὰ τὸ μὴ εἶναι τῆς ἀληθείας ἄλλως ἐπιτυχεῖν, εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον βλέποντας, κἀκεῖθεν χειραγωγουμέ-

[25] Matth. v, 14. [26] Matth. ix, 15. [27] Matth. xiii, 58. [28] Joan. vii, 7. [29] Matth. xii, 34. [30] Joan. iii, 4. [31] Matth. xix, 24. [32] Joan. xvi, 15. [33] Joan. vi, 58.

(10) *Τοὺς Λόγῳ καθαιρομένους.* Bill.: « qui sermone purgantur. » Addit etiam in notis, Gregorium alludere ad hæc Christi verba, Joan. xv, 3: « Jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. » Fatetur tamen Eliam per Λόγον, Filium Dei intelligere; cujus sententia nobis etiam magis arridet.

(11) *Τοῦ θεραπευτοῦ.* De Christo enim singulariter hic sermo est, non universe de iis quæ ad morborum depulsiones ex parte ægrotorum ac medicorum requiruntur.

(12) *Οὐκ οἶδα*, etc. Bill.: « Quanquam haud scio, an hoc quoque genus tertio adjungendum sit, quo impossibile nihil aliud significat, quam quod minime rationi consentaneum est. » Sensit Billius legendum esse, οὐκ εὐλόγῳ, « rationi minime consentaneum, » quod nobis quoque visum est. Cum vero particula negans, οὐκ, ab omnibus codd. tum exaratis, tum mss. absit, religioni fuit eam in textum introducere.

(13) *Ὅ τῇ.* Sic tres Regg. et quatuor Colb. In ed., ὅτι.

(14) *Καὶ τεσσαρα εἰναι καὶ δέκα.* Reg., Cypr., τέσσαρες καὶ δέκα εἶναι· « bis duo, quatuordecim esse. »

Digitized by Google

νους (15); Καὶ πῶς ἡ Σοφία δεῖται τοῦ διδάξοντος; ἢ οὐ ποιήσει τι μὴ διδασκομένη; Ποιεῖ δὲ πῶς ὁ Πατὴρ, ἢ πεποίηκεν; Ἆρα ἄλλον προϋπέστησε κόσμον ἀντὶ τοῦ παρόντος, καὶ ὑποστήσει τὸν μέλλοντα, καὶ πρὸς ἐκεῖνα βλέπων ὁ Υἱὸς, τὸν μὲν ὑπέστησε, τὸν δὲ ὑποστήσει; Τέσσαρες οὖν κόσμοι (16) κατὰ τὸν λόγον τοῦτον, οἱ μὲν Πατρὸς, οἱ δὲ Υἱοῦ ποιήματα. Ὦ τῆς ἀλογίας (17)! Καθαίρει δὲ λέπρας, καὶ δαιμόνων, καὶ νόσων ἀπαλλάττει (18), καὶ ζωοποιεῖ νεκροὺς, καὶ ὑπὲρ θαλάσσης ὁδεύει, καὶ τἆλλα ποιεῖ ὅσα πεποίηκεν, ἐπὶ τίνος, ἢ πότε τοῦ Πατρὸς ταῦτα προενεργήσαντος; Ἢ δῆλον, ὅτι τῶν αὐτῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαίνεται μὲν ὁ Πατὴρ, ἐπιτελεῖ δὲ ὁ Λόγος, οὐ δουλικῶς, οὐδὲ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, καὶ οἰκειότερον εἰπεῖν, πατρικῶς; Οὕτω γὰρ ἐγὼ δέχομαι τὸ, *ἅπερ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς γίνεται, ταῦτα καὶ τὸν Υἱὸν ὁμοίως ποιεῖν*· οὐ κατὰ τὴν τῶν γινομένων ὁμοίωσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν (19) τῆς ἐξουσίας ὁμοτιμίαν· καὶ τοῦτο ἂν εἴη τὸ, ἕως ἄρτι καὶ τὸν Πατέρα ἐργάζεσθαι, καὶ τὸν Υἱόν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν, ὧν πεποίηκεν (20), οἰκονομίαν τε καὶ συντήρησιν, ὡς δηλοῖ τὸ, *ποιεῖσθαι τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα*, καὶ, *θεμελιοῦσθαι τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς*· ἅπαξ ἠδρασμένα τε καὶ γενόμενα· καὶ στερεοῦσθαι βροντὴν, καὶ κτίζεσθαι πνεῦμα, ὧν ἅπαξ μὲν ὁ λόγος ὑπέστη, συνεχὴς δὲ καὶ νῦν ἡ ἐνέργεια.

piendum, quod Patrem facientem videre dicitur, atque ita facere [33]? an ut qui formas ac litteras pingunt, eo quod veritatem aliter assequi nequeant, nisi exemplar suum intueantur, atque inde velut manu ducantur? Qui vero quadrat, ut Sapientia magistro opus habeat? nihilne efficiet, nisi edocta? Quid, Paterne aliquid facit, aut fecit? Utrum tandem alium mundum ante hunc coagmentavit, atque alium rursus in posterum coagmentabit, quos Filius sibi ante oculos proponens, alterum quidem jam procreaverit, alterum autem procreaturus sit? Quatuor ergo hac ratione mundi erunt, duo a Patre, duo a Filio effecti? O supinam vecordiam! Age, cum lepras purgat, dæmones et morbos profligat, mortuos ad vitam revocat, mare pedibus peragrat, aliaque omnia facit, in quo tandem, aut quando Pater hæc ante fecit? Nonne perspicuum est, earumdem rerum formas a Patre quidem velut designari, a Filio autem peragi, non serviliter atque indocte, sed perite et heriliter, atque, ut aptius loquar, paterne? In hunc quippe sensum verba hæc accipio: *Quæcunque Pater facit, eadem et Filius similiter facit* [33a]; non quod similia sint utriusque opera, sed quod par sit utriusque potestas atque auctoritas; atque hoc fortasse esse queat, quod et Pater usque modo operari dicitur, et Filius [34]; non autem hoc duntaxat nomine, sed etiam ratione gubernationis et conservationis eorum, quæ facta sunt, ut indicat illud: *Qui facit angelos suos spiritus* [35]; et, *Qui fundat terram super stabilitatem* [36]: cum semel et hæc firmata atque stabilita sit, et illi procreati. Quo etiam pertinet: quod firmare tonitru dicitur [37], et ventum creare [38]: quorum ipsa quidem ratio semel condita est, cæterum nunc quoque perpetua vis est ac facultas.

ΙΒ'. Ἕβδομον λεγέσθω τὸ καταβεβηκέναι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Υἱὸν, οὐχ ἵνα ποιῇ τὸ θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ τοῦ (21) πέμψαντος. Εἰ μὲν οὖν μὴ παρὰ τοῦ κατεληλυθότος αὐτοῦ ταῦτα ἐλέγετο, εἴπομεν ἂν ὡς παρὰ τοῦ ἀνθρώπου τυποῦσθαι τὸν λόγον, οὐ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου (τὸ γὰρ ἐκείνου τέλειον οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον) ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς, ὡς τοῦ ἀνθρωπίνου (22) θελήματος· οὐ πάντως ἑπομένου τῷ θείῳ, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος, ὡς ἐπὶ πολλὰ, καὶ ἀντιπαλαίοντος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο οὕτως ἐνοήσαμεν τό· *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τὸ σὸν ἰσχυέτω θέλημα*. Οὔτε γὰρ, εἰ δυνατὸν, ἦ μὴ, τοῦτο ἀγνοεῖν ἐκεῖνον εἰκὸς, οὔτε τῷ θελήματι ἀντεισφέρειν τὸ θέλημα. Ἐπεὶ δὲ (23), ὡς παρὰ τοῦ προσλαβόντος ὁ λόγος (τοῦτο γὰρ τὸ κατελήλυθὸς), οὐ τοῦ προσλήμματος, οὕτως ἀπαντησόμεθα· οὐχ ὡς ὄντος ἰδίου τοῦ Υἱοῦ (24) θελήματος παρὰ

XII. Septimum proferatur, quod Filius e cœlo descendisse dicitur, non ut voluntatem 548 suam faciat, sed ejus a quo missus est [39]. Sane nisi ab illo ipso, qui descendit, hic sermo haberetur, dicere possemus, hæc verba velut ab homine exprimi, non qui de Salvatore intelligatur (illius enim voluntas, cum tota deificata sit, Deo procul dubio non adversatur); sed qui nostræ conditionis sit. Humana quippe voluntas divinam non continuo sequitur, verum ut plurimum ei resistit atque obluctatur. Nam illud quoque eodem modo intelligimus: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non mea, sed tua voluntas vincat* [40]. Neque enim possibile esset, necne ipsum ignorasse verisimile est, nec voluntati voluntatem opposuisse. Sed quoniam partis illius, quæ assumpsit (hoc enim est, quod descendit), non autem partis assumptæ, hic sermo est, ad hunc modum respondebimus: hæc non ita

[33] Joan. v, 19. [33a] ibid. 33. [34] ibid. 17. [35] Psal. CIII, 4. [36] ibid. 5. [37] Job XXXVIII, 25. [38] Amos IV, 13. [39] Joan. VI, 38. [40] Matth. XXVI, 39.

(15) *Βλέποντας..... χειραγωγουμένους*. Reg., Cypr., βλέποντες... χειραγωγούμενοι.
(16) *Κόσμοι*. Reg. a, οἱ κόσμοι.
(17) *Ὦ τῆς ἀλογίας!* « O amentiam singularem! » Sic Reg. a, et Combefisius. Deest ὦ in editis.
(18) *Ἀπαλλάττει*. Deest in Reg. a.
(19) *Κατὰ ἣν*. Deest κατὰ in Reg. a.
(20) *Πεποίηκεν*. Duo Regg., πεποιήκασιν.
(21) *Τὸ τοῦ*. Sic plures Regg., plures Colb. et Or. 1. Deest τό in ed.
(22) *Ἀνθρωπίνου*. Comb., ἀνθρωπικοῦ.
(23) *Ἐπεὶ δέ*, etc. « Sed quoniam hæc tanquam ab eo, qui assumpsit (is enim est qui descendit), non autem ab assumpto dicuntur, » etc.
(24) *Ἰδίου τοῦ Υἱοῦ*. Reg. b, Or. 1, et Bas., ἰδίου τῷ Υἱῷ. « Tanquam peculiaris sit voluntas Filio, a Patris voluntate distincta. »

Digitized by Google

dici, quasi propriam voluntatem Filius habeat, atque a Patris voluntate separatam, sed potius quod non habeat; ut, quod colligitur, sit hujusmodi: *Non ut faciam voluntatem meam* [41]: nec enim voluntas mea a tua disjuncta est, sed communis utriusque nostrum, quorum, ut una est deitas, ita una quoque voluntas. Permulta enim ex his, quæ ita dicuntur, a communi dicuntur, nec affirmationis modo, sed inficiationis, ut illud: *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum* [41*]. Neque enim dat, nec mensura definitum: nec enim Deus Deum metitur. Ut item illud: *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum* [42]. Non enim, quod in eo peccatum sit, hoc sermone utitur, sed quod non sit. Ac rursus: *Non propter justitias nostras, quas fecimus* [43]. Neque enim fecimus. Quod etiam perspicue colligi potest ex his quæ sequuntur. *Quæ est enim*, inquit, *voluntas Patris mei? Ut omnis qui credit in eum, salutem consequatur* [44], ac postremæ resurrectionis compos fiat. An igitur Patris quidem hæc est voluntas, Filii autem minime? an invitus Evangelium prædicat, fidemque apud homines nanciscitur? Quis vero hoc credat? quandoquidem illud quoque, quod ait Filius, sermonem, qui ab auditoribus excipiatur, suum non esse, sed Patris [45], eamdem omnino vim habet. Quomodo enim hoc cujusquam proprium, aut solius esse queat, quod commune est, licet diu, multumque mecum consid.rem, perspicere nequeo, ac ne alius quidem quisquam, nisi mea me opinio fallit. **549** Si hoc modo voluntatem intelligis, recte intelligis pieque admodum et orthodoxe, ut quidem mea est sententia, imo etiam cujusvis, modo recto judicio præditus sit.

XIII. Octavo illud afferunt: *Ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum* [46]; et, *Nemo bonus, nisi solus Deus* [47]. Cujus argumenti perfacilis mihi videtur esse solutio. Si enim hæc verba, *Solum verum*, Patri duntaxat tribueris, ubi tandem Veritatem ipsam collocabis? Etenim si illud, *Soli sapienti Deo* [48]; aut illud, *Soli immortalitatem habenti, lucemque inaccessibilem habitanti* [49]; aut illud denique, *Regi sæculorum immortali, invisibili, soli sapienti Deo* [50], ad hunc modum intellexeris, peribit utique tibi Filius, vel morte, vel tenebris multatus, vel in hoc condemnatus, ut nec sapiens sit, nec rex, nec invisibilis, imo nec omnino Deus, quod caput est eorum, quæ diximus. Quid autem afferri poterit, quin simul cum cæteris rebus, bonitatis quoque, quæ maxime solius Dei est, jacturam faciat? Verum hæc verba: *Ut cognoscant te solum verum Deum*, ad eorum, qui, quanquam falso, dii tamen appellantur, sublatio-

A τὸ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ὡς οὐκ ὄντος ὁ λόγος· ἵν' ᾖ (25) τε τοιοῦτον τὸ συναγόμενον· *Οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν*· οὐδὲ γάρ ἐστι τὸ ἐμὸν τοῦ σοῦ κεχωρισμένον, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ὧν ὡς μία θεότης, οὕτω καὶ βούλησις. Πολλὰ γὰρ τῶν οὕτω λεγομένων ἀπὸ κοινοῦ λέγεται (26), καὶ οὐ θετικῶς, ἀρνητικῶς δὲ, ὡς τό· *Οὐ γὰρ* (27) *ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα*. Οὔτε γὰρ δίδωσιν, οὔτε μεμετρημένον· οὐ γὰρ μετρεῖται πυρὶ Θεοῦ Θεός. Καὶ τό· *Οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, οὔτε ἡ ἀνομία μου*. Οὐ γὰρ ὡς οὔσης ὁ λόγος, ἀλλ' ὡς οὐκ οὔσης. Καὶ πάλιν τό· *Οὐ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν, ἃς ἐποιήσαμεν*· οὐ γὰρ ἐποιήσαμεν. Δῆλον δὲ τοῦτο κἀν τοῖς ἑξῆς· *Τί γὰρ*, φησὶ, *τὸ θέλημα τοῦ Πατρός; Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν σώζηται*, καὶ τυγχάνῃ τῆς B τελευταίας ἀναστάσεως (28). Ἆρ' οὖν τοῦ Πατρὸς μὲν τοῦτο θέλημα, τοῦ Υἱοῦ δὲ οὐδαμῶς; ἢ ἄκων εὐαγγελίζεται καὶ πιστεύεται; Καὶ τίς ἂν τοῦτο πιστεύσειεν; ἐπεὶ καὶ τὸ, τὸν λόγον τὸν ἀκουόμενον μὴ εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατρὸς δὲ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. Πῶς γὰρ ἴδιόν τινος τὸ κοινὸν, ἢ μόνου, τοῦτο συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πολλὰ σκοπῶν· οἶμαι δὲ, οὐδὲ ἄλλος τις. Ἂν οὕτω διανοῇς (29) περὶ τοῦ θέλειν, ὀρθῶς νοήσεις (30) καὶ λίαν εὐσεβῶς, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, καὶ παντὸς τοῦ εὐγνώμονος.

C ΙΓ'. Ὁδοὺ ἐστιν αὐτοῖς τό· *Ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*· καὶ τό· *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός*. Τοῦτο δὲ καὶ πάντη ῥᾴστην ἔχειν τὴν λύσιν μοι φαίνεται. Εἰ γὰρ τὸ *μόνον ἀληθινὸν* ἐπὶ τοῦ Πατρὸς θήσεις, ποῦ θήσεις τὴν αὐτοαλήθειαν, Καὶ γὰρ εἰ *τῷ μόνῳ σοφῷ Θεῷ*, ἢ *τῷ μόνῳ ἔχοντι ἀθανασίαν, φῶς οἰκοῦντι ἀπρόσιτον*, ἢ *βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ*, καὶ (31) *μόνῳ Θεῷ*, νοήσεις οὕτως, οἰχήσεταί σοι θάνατον κατακριθεὶς ὁ Υἱὸς, ἢ σκότος, ἢ τὸ μὴ σοφὸς εἶναι, μηδὲ βασιλεὺς, μηδὲ ἀόρατος, μηδὲ ὅλως Θεὸς, ὃ τῶν εἰρημένων κεφάλαιον. Πῶς δαὶ οὐκ (32) ἀπολεῖ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν ἀγαθότητα, ἢ μάλιστα μόνου Θεοῦ; Ἀλλ' οἶμαι τὸ μὲν, *Ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον* D *ἀληθινὸν Θεὸν*, ἐπ' ἀναιρέσει λέγεσθαι τῶν οὐκ ὄντων μὲν θεῶν, λεγομένων δέ· οὐ γὰρ ἂν προσέκειτο, *καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν*, εἰ πρὸς ἐκεῖνον (33) ἀντιδιῄρητο τὸ, *μόνον ἀληθινὸν*, ἀλλὰ

[41] Joan. VI, 38. [41*] Joan. III, 34. [42] Psal. CVIII, 5. [43] Dan. IX, 18. [44] Joan. VI, 40. [45] Joan. XIV, 24. [46] Joan. XVII, 3. [47] Luc. XVIII, 19. [48] Joan. XVI, 27. [49] 1 Tim. VI, 16. [50] 1 Tim. I, 17.

(25) *Ἵν' ᾖ*. Sic tres Regg., quatuor Colb., Or. 1, et Comb. In ed., ἵν' ἦτε.

(26) *Ἀπὸ κοινοῦ λέγεται*. Elias, « ratione illius quod colligitur et intelligitur. »

(27) *Οὐ γάρ*, etc. « Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum, » nempe, « Filio. » Spiritus enim semper adest Filio. Non ergo ipsi datur tanquam non habenti; quippe qui ejusdem est naturæ ac Pater: neque etiam Spiritus « secundum mensuram » datur ei, qui mensuram capere nequit, cum sit ipse Deus et infinitus.

(28) *Ἀναστάσεως*. Duo Regg., Coisl. 2, Or. 1, et Comb. addunt, εἴτ' οὖν ἀποκαταστάσεως, « sive in integrum restitutionis. » Sic etiam legit Billius.

(29) *Διανοῇς*. Plures Regg. et Colb., Or. 1, etc., νοῇς.

(30) *Νοήσεις*. Or. 1, νοεῖς.

(31) *Καὶ*. Deest in quinque Regg., Or. 1, et Comb.

(32) *Πῶς δαὶ οὐκ*. Reg. bm, πῶς δ' οὐκ. « Qui non simul amittet, » etc. Mox ἢ. Sic codd. In ed. ἤ.

(33) *Πρὸς ἐκεῖνον*. Coisl. 1, πρὸς τοῦτον.

Digitized by Google

μὴ κατὰ κοινοῦ τῆς θεότητος ἦν ὁ λόγος. Τὸ δὲ, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς*, ἀπάντησιν ἔχει πρὸς τὸν πειράζοντα νομικὸν, ὡς ἀνθρώπῳ, τὴν ἀγαθότητα μαρτυρήσαντα. Τὸ γὰρ ἄκρως ἀγαθὸν, φησὶ (34), μόνου Θεοῦ, κἂν τοῦτο καὶ ἄνθρωπος ὀνομάζηται (35), ὡς τὸ, *Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ προβάλλει τὸ ἀγαθόν*· καὶ, *Δώσω τὴν βασιλείαν τῷ ἀγαθῷ ὑπὲρ σέ*, τοῦ Θεοῦ λόγος (36) πρὸς τὸν Σαοὺλ περὶ τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· καὶ τὸ, *Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς*· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα λέγεται περὶ τῶν ἐν ἡμῖν ἐπαινουμένων, ἐφ' οὓς ἡ ἀπόῤῥοια τοῦ πρώτου καλοῦ, καὶ κατὰ δεύτερον λόγον ἔφθασεν. Εἰ μὲν οὖν πείθοιμεν (37) τοῦτο, ἄριστον· εἰ δὲ μὴ, τί φήσεις πρὸς τοὺς λέγοντας ἑτέρωθι, τὸν Υἱὸν μόνον εἰρῆσθαι Θεὸν, κατὰ τὰς σὰς ὑποθέσεις. Ἐν τίσι τοῖς ῥήμασιν; ἐν ἐκείνοις· *Οὗτός σου Θεὸς* (38), *οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν*. Καὶ μετ' ὀλίγα· *Μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη*. Ὅτι μὲν γὰρ οὐ περὶ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ τοῦ (39) Υἱοῦ τὸ λεγόμενον, ἡ προσθήκη σαφῶς παρίστησιν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ σωματικῶς ὁμιλήσας ἡμῖν, καὶ μετὰ τῶν κάτω γενόμενος. Εἰ δὲ νικήσειε, κατὰ τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι τοῦτο, μὴ τῶν νομιζομένων θεῶν, ἠττήμεθα τὸν Πατέρα, δι' ὧν τοῦ Υἱοῦ (40) κατεσπουδάσαμεν. Καὶ τί (41) ἂν τῆς νίκης ταύτης γένοιτο ἀθλιώτερον ἢ ζημιωδέστερον;

A nem dici existimo: neque enim adjectum fuisset, *et quem misisti, Jesum Christum*, si, ad eum opposita distinctione submovendum, illa, *solum verum*, pertinerent, ac non de communi utriusque divinitate sermo esset. Illa autem Christi verba, *Nemo bonus*, eo spectabant, ut tentatori legisperito, qui bonitatem ipsi, tanquam homini, tribuebat, occurreret. Summe enim bonum esse, inquit, solius Dei est [81]: tametsi hoc quoque nomine homo nuncupetur, ut illud: *Bonus homo de bono thesauro profert bonum* [82], et Deus ad Saulem de Davide verba faciens: *Dabo regnum tuum meliori te* [83]. Tum illud: *Benefac, Domine, bonis* [84]; ac denique ea id genus omnia, quæ de his dicuntur, qui hominum laude ac prædicatione florent, ad quos primi illius boni B rivus secundario cursu dimanavit. Hæc si tibi persuasimus, commodissime se res habet. Sin minus, quid dicturus es ad eos, qui ex altera parte, juxta id, quod pro causæ tuæ fundamento posuisti, Filium solum Deum dictum esse contendunt. In quibus autem verbis? in istis nimirum: *Hic Deus tuus, et non æstimabitur alius præter eum* [85]. Et paucis interjectis: *Post hæc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est* [86]. Nam **550** quod, non de Patre, sed de Filio, sermo habeatur, adjectio hæc aperte declarat. Hic enim est, qui corpoream nobiscum consuetudinem habuit, terrenisque rebus conjunctus est. Quod si illud obtineatur, hæc verba, *Et non æstimabitur alius*, adversus Patrem dici, non adversus eos, qui falsa mortalium opinione dii habentur, quod ad Patrem attinet, per ea utique victi sumus, quibus adversus Filium obnixe contendimus. Qua victoria quid calamitosius et perniciosius esse queat?

ΙΔ'. Ἔννατον ἐκεῖνο φήσουσι τὸ, *Πάντοτε ζῶν, εἰς τὸ ἐντυγχάνειν* (42) *ὑπὲρ ἡμῶν*. Εὖ γε καὶ λίαν μυστικῶς τε καὶ φιλανθρώπως. Τὸ γὰρ *ἐντυγχάνειν*, οὐχ, ὡς ἡ τῶν πολλῶν συνήθεια, τὸ ζητεῖν ἐκδίκησιν ἔχει· τοῦτο γάρ πως καὶ ταπεινότητος (43)· ἀλλὰ τὸ πρεσβεύειν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ λόγῳ τῆς μεσιτείας· ὡς καὶ τὸ Πνεῦμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνειν λέγεται. *Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός*. Πρεσβεύει γὰρ ἔτι καὶ νῦν, ὡς ἄνθρωπος, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς σωτηρίας, ὅτι μετὰ τοῦ σώματός ἐστιν, οὗ προσέλαβεν, ἕως ἂν ἐμὲ ποιήσῃ Θεὸν τῇ δυνάμει τῆς ἐνανθρωπήσεως (44), κἂν μηκέτι κατὰ σάρκα γινώσκηται, τὰ σαρκικὰ λέγω πάθη, καὶ, χωρὶς τῆς ἁμαρτίας, ἡμέτερα. Οὕτω δὲ καὶ *παράκλητον ἔχομεν Ἰησοῦν Χριστὸν* (45), οὐχ ὡς ὑπὲρ ἡμῶν προκαλινδούμενον D τοῦ Πατρὸς, καὶ προσπίπτοντα δουλικῶς. Ἄπαγε τὴν

XIV. Nono illud producent: *Semper vivens ad interpellandum pro nobis* [87]. Optime sane ac perquam mystice et benigne. Interpellatio namque non, vulgi more, id sonat, quod est vindictam quærere (hoc enim humilitatis quodammodo esset); sed idem significat, quod pro nobis, mediationis ratione, supplicare; quemadmodum et Spiritus pro nobis intercedere dicitur. *Unus enim Deus, unus etiam mediator Dei et hominum, homo Jesus Christus* [88]. Intercedit enim nunc quoque, ut homo, pro mea salute; quoniam cum eo corpore est, quod assumpsit, donec me, assumptæ humanitatis virtute, Deum effecerit, tametsi non jam secundum carnem cognoscatur, hoc est, secundum carnales affectiones, ac, citra peccatum, nostras. Eodem modo *advocatum* quoque *habemus Jesum Christum* [89], non ut nostra causa sese ad Patris pedes advol-

[81] Luc. XVIII, 19. [82] Matth. XII, 35. [83] I Reg. XV, 28. [84] Psal. CXXIV, 4. [85] Baruch III, 36. [86] ibid. 38. [87] Hebr. VII, 25. [88] I Tim. II, 5. [89] I Joan. II, 1.

(34) *Φησί*. Comb., φύσει. « Natura summe bonum esse, solius Dei est. »

(35) *Ὀνομάζηται*. Comb., ὀνομάζεται.

(36) *Λόγος*. Deest in tribus Regg., quatuor Colb., Or. 1, etc.

(37) *Πείθοιμεν*. Duo Regg., quatuor Colb., Or. 1, etc., πείθομεν.

(38) *Οὗτός σου Θεός*. Duo Regg., οὗτος ὁ Θεός.

(39) *Ἀλλὰ τοῦ*. In nonnullis, ἀλλὰ περὶ τοῦ.

(40) *Δι' ὧν τοῦ*, etc. Leuvenklaius: « Quibus ad oppugnandum Filium utebamur. » Combefisius vero: « Quibus Filio impense studuimus. » Putat enim vir doctus, Gregorium hic, non in Filium istud retorquere argumentum, sed in Patrem pro Filio, ut hac similitudine, seu, in simili, hæreticorum cavillationem elidat.

(41) *Καὶ*. Deest in Or. 1, aliisque pluribus.

(42) *Τὸ ἐντυγχάνειν*. « Ad interpellandum. » Sic Vulgata et Erasmus. Bill. « Ad intercedendum. »

(43) *Ταπεινότητος*. « Humilitatis. » Id est, ut ait Elias, « imbecillitatis est auxilium quærere. »

(44) *Ἐνανθρωπήσεως*. Sic tres Regg., quinque Colb., Or. 1, etc. In ed., ἀνθρωπήσεως.

(45) *Ἰησοῦν Χριστόν*. Sic Or. 1. Deest Χριστόν in ed.

Digitized by Google

ventem, servilique modo abjicientem. Procul sit ista servilis sane suspicio, Spirituque indigna. Neque enim Patris est hoc exposcere, aut Filii pati: nec de Deo hoc cogitare pium atque æquum est. Sed ex his, quæ humanitus perpessus est, ad tolerantiam me, ut Verbum et exhortator, inducit. Sic ego advocationem hanc intelligendam arbitror.

XV. Decimo loco ignorantiam ponunt, illudque, quod extremum diem atque horam nemo cognoscat, ac ne Filius quidem ipse, sed solus Pater [60]. At qui fieri potest, ut Sapientia quidquam eorum, quæ sunt, ignoret, ille, inquam, sæculorum factor, ille consummator atque immutator, ille eorum quæ facta sunt finis, quique ea, quæ Dei sunt, **551** perinde novit, ac spiritus hominis ea, quæ in ipso sunt [61]? Quid enim hac cognitione plenius ac perfectius? Qui vero constat, ipsum, ea quidem, quæ horam illam antecedunt, ac quæ velut in ipso finis articulo sunt, exactissime scire, ipsam autem horam ignorare? Ænigmati quippe res hæc similis est: perinde videlicet ac si quis ea, quæ ante murum sunt, certissime se nosse affirmet, murum autem ipsum ignorare se fateatur: aut diei finem probe sciens, noctis principium minime cognoscat: ubi alterius cognitio alterum necessario secum ducit. Eccui igitur dubium esse potest, quin horam quidem, ut Deus, cognitam habeat, ignoret autem ut homo, si quis partem aspectabilem ab ea disjungat, quæ mente sola perspici potest? Nam quia absolute hoc loco ac sine relatione, Filii nomen ponitur, nec adjungitur, cujus, idcirco hinc nobis ansa porrigitur ita existimandi, ut ignorantiam hanc sensu maxime pio interpretemur, eamque humanitati, non divinitati ascribamus.

XVI. Si igitur hæc ratio adversariis satisfacit, hic pedem figemus, nec quidquam amplius a nobis inquiratur. Sin secus, hanc secundam expositionem afferemus; quod quemadmodum singula alia, ita rerum quoque maximarum cognitio in Genitoris honorem ad causam ipsam referenda est. Quin ne exiguum quidem mihi intellecturus videtur, qui sic legerit, ut nostræ memoriæ vir quidam litterarum studiosus, nempe Filium non aliter diem illum vel horam nosse, quam ut Pater. Quid enim hinc colligitur? Quoniam Pater cognoscit, ideo etiam Filius: tanquam videlicet nemo hoc cognoscere ac percipere queat, præter principem illam naturam. Superat jam de hoc verbo: Mandatum est, de eo etiam, quod Patris mandata servasse, et, quæ placita sunt ei, semper fecisse dicitur [62]; ac insuper de consummatione et exaltatione, ac de eo, quod ex

A δούλην ὄντως ὑπόνοιαν, καὶ ἀναξίαν τοῦ Πνεύματος. Οὔτε γὰρ τοῦ Πατρὸς τοῦτο ἐπιζητεῖν, οὔτε τοῦ Υἱοῦ πάσχειν, ἢ ὡς (46) περὶ Θεοῦ διανοεῖσθαι δίκαιον· ἀλλ' οἷς πέπονθεν, ὡς ἄνθρωπος, πείθει χαρτερεῖν, ὡς Λόγος καὶ παραινέτης. Τοῦτο νοεῖταί μοι ἡ παράκλησις.

IE'. Δέκατον αὐτοις ἐστιν ἡ ἄγνοια, καὶ το μηδενα γινώσκειν τὴν τελευταίαν ἡμέραν, ἢ ὥραν, μηδὲ τὸν Υἱὸν αὐτὸν, εἰ μὴ τὸν Πατέρα. Καίτοι πῶς ἀγνοεῖ τι τῶν ὄντων ἡ Σοφία, ὁ ποιητὴς (47) τῶν αἰώνων, ὁ συντελεστὴς καὶ μεταποιητὴς, τὸ πέρας τῶν γενομένων, ὁ οὕτω τὰ τοῦ Θεοῦ (48) γινώσκων, ὡς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὰ (49) ἐν αὐτῷ; Τί γὰρ ταύτης τῆς γνώσεως τελεώτερον; Πῶς δαὶ (50) τὰ μὲν πρὸ τῆς ὥρας ἀκριβῶς ἐπίσταται, καὶ τὰ οἷον ἐν χρόνῳ τοῦ τέλους, αὐτὴν δὲ ἀγνοεῖ (51) τὴν ὥραν; Αἰνίγματι γὰρ τὸ πρᾶγμα ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὰ μὲν πρὸ τοῦ τείχους ἀκριβῶς ἐπίστασθαι λέγοι, αὐτὸ δὲ ἀγνοεῖν τὸ τεῖχος· ἢ τὸ τῆς ἡμέρας τέλος εὖ ἐπιστάμενος, τὴν ἀρχὴν τῆς νυκτὸς μὴ γινώσκειν· ἔνθα ἡ τοῦ ἑτέρου γνῶσις, ἀναγκαίως συνεισάγει τὸ ἕτερον. Ἢ πᾶσιν εὔδηλον, ὅτι γινώσκει μὲν, ὡς Θεὸς, ἀγνοεῖν δέ φησιν, ὡς ἄνθρωπος, ἄν τις τὸ φαινόμενον χωρίσῃ τοῦ νοουμένου; Τὸ γὰρ ἀπόλυτον εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὴν προσηγορίαν καὶ ἄσχετον (52), οὐ προσκειμένου τῷ Υἱῷ *τοῦ τινὸς* (53), ταύτην ἡμῖν δίδωσι τὴν ὑπόνοιαν, ὥστε τὴν ἄγνοιαν ὑπολαμβάνειν ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον, τῷ ἀνθρωπίνῳ, μὴ τῷ θείῳ ταύτην λογιζομένους.

IC'. Εἰ μὲν οὖν οὗτος αὐτάρκης ὁ λόγος, ἐνταῦθα στησόμεθα (54), καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητείσθω· εἰ δὲ μὴ, τό γε δεύτερον, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἕκαστον, οὕτω δὴ (55) καὶ ἡ γνῶσις τῶν μεγίστων, ἐπὶ τὴν αἰτίαν ἀναφερέσθω τιμῇ τοῦ γεννήτορος. Δοκεῖ δέ μοί τις, μηδ' ἂν ἐκείνως ἀναγνοὺς, ὡς τῶν καθ' ἡμᾶς φιλολόγων τις (56), μικρὸν ἐννοῆσαι, ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἄλλως οἶδε τὴν ἡμέραν, ἢ τὴν ὥραν, ἢ ὡς ὅτι (57) ὁ Πατήρ. Τὸ γὰρ συναγόμενον, ὁποῖον; Ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ γινώσκει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς, ὡς δῆλον, ὅτι μηδενὶ γνωστὸν τοῦτο, μηδὲ ληπτὸν, πλὴν τῆς πρώτης φύσεως. Ἐλείπετο περὶ τοῦ ἐντετάλθαι, καὶ τετηρηκέναι τὰς ἐντολὰς, καὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ πάντοτε πεποιηκέναι, διαλαβεῖν ἡμᾶς· ἔτι δὲ τελειώσεως, καὶ ὑψώσεως, καὶ τοῦ μαθεῖν, ἐξ ὧν ἔπαθε, τὴν ὑπακοὴν, καὶ ἀρχιερωσύνης τε καὶ προσφορᾶς, καὶ παραδόσεως (58), καὶ δεήσεως τῆς πρὸς τὸν δυ-

B

C

D

[60] Marc. XIII, 32. [61] I Cor. II, 11. [62] Joan. X, 18; XV, 10; VIII, 29.

(46) Ἢ ὡς. Duo Regg. et quatuor Colbert., εἰ ὡς. Comb., οὐδ' ὡς.

(47) Ὁ ποιητὴς... τῶν γενομένων. Hæc et interjecta rejicit Combefisius; atque in iis vertendis male Billium desudasse pronuntiat.

(48) Ὁ οὕτω τὰ τοῦ Θεοῦ. Hæc de Spiritu sancto, non de Filio sunt dicta.

(49) Τά. Or. 1, τό.

(50) Πῶς δαί. Tres Regg. et Or. 1, πῶς δέ.

(51) Ἀγνοεῖ. Coisl. 3, ἀγνοεῖν.

(52) Ἄσχετον. « Absque relatione, nulla illius, cujus est Filius, facta mentione. »

(53) Τοῦ τινός. Deest in Or. 1.

(54) Ἐνταῦθα στησόμεθα. Comb., στησώμεθα. « Hic pedem figamus. »

(55) Δή. Tres Regg. et Or. 1, δέ.

(56) Φιλολόγων τις. Putat Elias hic « Basilium magnum » intelligi.

(57) Ὅτι. Deest in duobus Regg. et duobus Colb.

(58) Παραδόσεως. Alludit ad hæc Apostoli verba, Rom. IV, 25, « Traditus est propter delicta nostra. »

Digitized by Google

νάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, καὶ ἀγωνίας, καὶ θρόμβων, καὶ προσευχῆς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον· εἰ μὴ πᾶσι πρόδηλον ἦν, ὅτι περὶ (59) τὸ πάσχον τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων, οὐ περὶ τὴν ἄτρεπτον φύσιν, καὶ τοῦ πάσχειν ὑψηλοτέραν. Ὁ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀντιθέτων λόγος, τοσοῦτον, ὅσον ῥίζα τις εἶναι καὶ ὑπόμνημα (60) τοῖς ἐξεταστικωτέροις τῆς τελεωτέρας ἐξεργασίας. Ἄξιον δὲ ἴσως, καὶ τοῖς προειρημένοις ἀκόλουθον, μηδὲ τὰς προσηγορίας τοῦ Υἱοῦ παρελθεῖν ἀθεωρήτους, πολλάς τε οὔσας (61), καὶ κατὰ πολλῶν κειμένας τῶν περὶ αὐτὸν νοουμένων· ἀλλ' ἑκάστην αὐτῶν, ὅ τί ποτε βούλεται, παραστῆσαι, καὶ δεῖξαι τὸ τῶν ὀνομάτων μυστήριον.

A his, quæ passus est, obedientiam didicisse scribitur [63], de sacerdotio [64] item, et oblatione [65], et traditione [66], et oratione ad eum qui a morte salvum eum facere poterat; ad hæc de agonia, et sanguineo sudore, atque oratione [67], et si quid aliud ejusdem est generis, pertractare : nisi cuivis exploratum esset, hujusmodi nomina perpetienti humanitati attribuenda esse, non autem immutabili illi naturæ, atque omni dolore et cruciatu sublimiori. Hæc habui, quæ ad diluendas adversariorum **552** objectiones afferrem, ut, velut radicis cujusdam, ac submonitionis instar, iis sint, qui majori inquirendi solertia præditi sunt, ad eamdem materiem plenius exactiusque pertractandam. Operæ pretium autem fortasse, minimeque ab iis, quæ prius diximus, alienum fuerit, cum multa sint Filii nomina, et multis, quæ de eo intelligantur, imposita, hæc sine speculatione non præterire; verum quid quæque appellatio sibi velit, declarare, ac mysticam vim nominum explicare.

ΙΖ'. Ἀρκτέον δὲ ἡμῖν ἐντεῦθεν. Τὸ Θεῖον ἀκατονόμαστον· καὶ τοῦτο δηλοῦσιν, οὐχ οἱ λογισμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἑβραίων οἱ σοφώτατοι καὶ παλαιότατοι, ὅσον εἰκάζειν ἔδωκαν (62). Οἱ γὰρ χαρακτῆρσιν ἰδίοις τὸ θεῖον τιμήσαντες, καὶ οὐδὲ γράμμασιν (63) ἀνασχόμενοι τοῖς αὐτοῖς ἄλλο τι γράφεσθαι τῶν μετὰ Θεὸν, καὶ Θεὸν, ὡς δέον ἀκοινώνητον εἶναι καὶ μέχρι τούτου τὸ Θεῖον τοῖς ἡμετέροις, πότε ἂν δέξαιντο λυομένῃ (64) φωνῇ δηλοῦσθαι τὴν ἄλυτον φύσιν καὶ ἰδιάζουσαν; Οὔτε γὰρ ἀέρα τις ἔπνευσεν ὅλον πώποτε, οὔτε οὐσίαν Θεοῦ παντελῶς, ἢ νοῦς ἐχώρησεν (65), ἢ φωνὴ περιέλαβεν. Ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν σκιαγραφοῦντες τὰ κατ' αὐτὸν, ἀμυδράν τινα καὶ ἀσθενῆ, καὶ ἄλλην ἀπ' ἄλλου (66) φαντασίαν συλλέγομεν. Καὶ οὗτος ἄριστος ἡμῖν θεολόγος, οὐχ ὃς εὗρε τὸ πᾶν, οὐδὲ γὰρ δέχεται τὸ πᾶν ὁ δεσμὸς (67), ἀλλ' ὃς ἂν (68) ἄλλου φαντασθῇ πλέον, καὶ πλεῖον ἐν ἑαυτῷ συναγάγῃ τὸ τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, ἢ ἀποσκίασμα, ἢ ὅ τι καὶ ὀνομάσομεν (69).

B XVII. Hinc porro initium ducendum erit. Deus nullo nomine exprimi potest; idque declarant, non modo ratiocinationes, sed Hebræorum doctissimi atque antiquissimi quique, quantum quidem nobis conjiciendum dederunt. Nam qui propriis notis summum illud nomen honorandum duxerunt, ac ne iisdem quidem litteris aliud quiddam eorum, quæ post Deum sunt, ac Deum ipsum, scribi sustinuerunt (tanquam scilicet Deum huc etiam usque a rerum nostrarum commercio distinctum esse oporteat), ecquando tandem solutili voce naturam illam insolutilem, nec cum aliis communem explicari paterentur? Quemadmodum enim nemo est, qui aerem totum unquam hauserit : ita Dei naturam, nec mens unquam ulla prorsus concepit, nec vox ulla C complexa est. Verum ipsum ex his, quæ in ipso sunt, adumbrantes, obscuram quamdam et imbecillem, atque aliam ex alio speciem colligimus. Ac præstantissimus hic apud nos theologus censetur, non qui in totum, quid Deus sit, invenerit; nec enim vinculum capere hoc totum potest; sed qui ampliorem ipsius speciem mente conceperit, ampliusque veritatis simulacrum, vel adumbrationem, vel quocunque tandem alio vocabulo uti quis malit, in seipso collegerit.

ΙΗ'. Ὅσον δ' οὖν ἐκ τῶν ἡμῖν ἐφικτῶν, ὁ μὲν ὤν, καὶ ὁ Θεὸς, μᾶλλόν πως τῆς οὐσίας ὀνόματα· καὶ τούτων μᾶλλον, ὁ ὤν· οὐ μόνον ὅτι τῷ Μωϋσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους, καὶ τὴν κλῆσιν ἀπαιτούμενος, ἢ (70) τίς ποτε εἴη, τοῦτο προσεῖπεν ἑαυτὸν, *Ὁ ὤν ἀπέσταλκέ με*, τῷ λαῷ κελεύσας εἰπεῖν· ἀλλ'

XVIII. Quantum ergo nobis assequi concessum est, *Ens*, et *Deus*, magis quodammodo essentiæ nomina sunt; ex iisque etiam vox, *Ens*, ad eam indicandam aptior est; non hoc solum nomine, quod ipse, cum Moysi in monte oraculum ederet, quæreretque ille, quo nomine vocaretur, ita seipsum

[63] Hebr. v, 9 et seq. [64] Hebr. vii, 1 sqq. [65] Rom. iv, 25. [66] Galat. ii, 20. [67] Luc. xxii, 44 seq.

(59) *Περί*. Deest in pluribus Regg. et Colb.

(60) *Ὑπόμνημα*. « Commonitorium. »

(61) *Πολλάς τε οὔσας*, etc. Bill.: « Ne ipsa quidem Filii nomina, quæ et multa et multis rebus, quæ mente atque intelligentia percipimus, imposita sunt, » etc.

(62) *Ἔδωκαν*. Sic codd. Mendose in ed., ἔδοκα.

(63) *Γράμμασιν*. Hic יהוה, id est, « Jehova, » intelligitur. Nomen istud « tetragrammaton, » seu « quatuor litteris constans, » vocatur. Significat « ens, » vel « exsistens ab æterno et in æternum. » Tanta erat apud Hebræos istius nominis reverentia, ut ab ejus pronuntiatione abstinentes, pro eo legebant אדני, « Adonai. » Hunc locum sic reddit Leuvenklaius : « Ac ne quidem permiserit, ut ali- D quid eorum, quæ sunt secundum Deum, iisdem litteris scriberetur, quibus Dei nomen. »

(64) *Λυομένῃ*. « Vox, » inquit Elias, « dissolvitur in syllabas, vel elementa, vel in aerem spargitur. »

(65) *Ἐχώρησεν*. Plures Regg. et Colbert., κεχώρηκεν.

(66) *Ἄλλην ἀπ' ἄλλου*. Coisl. 1, ἄλλην ἀπ' ἄλλης, « aliam ex alia. »

(67) *Δεσμός*. « Vinculum, » id est, « corpus, » inquit Elias, « cui animus quasi quodam vinculo est copulatus. »

(68) *Ὃς ἄν*. Tres Regg. ac tres Colb., ὃς ἐάν.

(69) *Ὀνομάσομεν*. Tres Regg., ὀνομάσωμεν.

(70) *Ἤ*. Unus Reg., εἰ.

Digitized by Google

appellavit, edicens videlicet ei, ut ad populum his verbis uteretur : *Qui est, misit me*[68]; sed etiam quia nomen illud magis proprium esse comperimus. Quamvis **553** enim *Dei* vox, vel a verbo θέειν, vel ab αἴθειν, ut putant qui in hoc genere sibi sciti atque arguti videntur, hoc est, a *currendo*, vel ab *urendo*, rationem originis suæ ducat, propter motus perpetuitatem, et quod vitiosos habitus consumat (nam hinc quoque ignis consumens dicitur[69]), ex eorum tamen numero est, quæ ad aliquid referuntur, nec libera et absoluta est; quemadmodum nec vox ista, *Dominus*, quæ *Dei* quoque nomen esse dicitur. *Ego enim*, inquit, *Dominus Deus tuus : hoc meum nomen est*[70]; et, *Dominus nomen ipsi*[71]. At nos naturam ejusmodi exquirimus, quæ ipsum esse per se habeat, ac non cum alio quopiam copuletur. Ejus vero, proprium sane est Dei, ac totum, nec priore aliqua re, nec posteriore (nec enim erat, aut erit), definitum ac circumcisum.

A ὅτι καὶ κυριωτέραν ταύτην εὑρίσκομεν. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ *Θεοῦ*, κἂν ἀπὸ τοῦ *θέειν*, ἢ *αἴθειν*, ἠτυμολόγηται τοῖς περὶ ταῦτα κομψοῖς, διὰ τὸ ἀεικίνητον καὶ δαπανητικὸν τῶν μοχθηρῶν ἕξεων, καὶ γὰρ πῦρ καταναλίσκον ἐντεῦθεν λέγεται, ἀλλ' οὖν τῶν πρός τι λεγομένων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄφετος· ὥσπερ καὶ ἡ *Κύριος* φωνὴ, ὄνομα εἶναι Θεοῦ καὶ αὐτὴ λεγομένη· *Ἐγὼ* γάρ, φησὶ, *Κύριος, ὁ Θεός σου· τοῦτό μου* (71) *ἐστὶν ὄνομα·* καὶ, *Κύριος ὄνομα αὐτῷ*. Ἡμεῖς δὲ φύσιν ἐπιζητοῦμεν, ἥ (72) τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸ, καὶ οὐκ ἄλλῳ συνδεδεμένον· τὸ δὲ ὂν (73), ἴδιον ὄντως Θεοῦ, καὶ ὅλον, μήτε τῷ πρὸ αὐτοῦ, μήτε τῷ μετ' αὐτὸν, οὐ γὰρ ἦν, ἢ ἔσται, περατούμενον ἢ περικοπτόμενον.

XIX. Alia autem nomina partim potestatis esse constat, partim œconomiæ, et quidem duplicis; alterius nimirum corpore sublimioris, alterius cum corpore conjunctæ. Exempli causa, Omnipotens[72], et Rex, vel gloriæ[73], vel sæculorum[74], vel virtutum[75], vel dilecti[76], vel regnantium[77]. Item Dominus vel Sabaoth[78], hoc est, exercituum, vel virtutum[79], vel dominantium[80]. Hæc sine ulla dubitatione potentiam Dei ostendunt. *Deus* rursus, vel salvos faciendi[81], vel ultionum[82], vel pacis[83], vel justitiæ[84], vel Abrahæ, Isaac, et Jacob[85], universique spiritualis Israelis, ac Deum videntis. Hæc utique œconomiæ sunt nomina. Quoniam enim tribus his rebus gubernamur, nempe et supplicii metu, et salutis gloriæque spe, et cultu virtutum, quibus hæc comparantur; ultionum quidem nomine, metus procuratur; salutis autem, spes; virtutum denique, probitatis studium : ut qui aliquid horum assequitur, perinde ac Deum in seipso gerens, ad perfectionem et familiaritatem eam atque cognationem, qua nos virtus ipsi conciliat, majori celeritate festinet. Atque hæc vocabula Deitati communia sunt. Proprium autem ejus, qui principii expers est, nomen, Pater : ejus autem, qui citra ullum principium genitus est, Filius : illius denique, qui citra generationem processit, aut progreditur, Spiritus sanctus. Verum ad Filii nomina, de quibus nobis dicere propositum erat, accedamus.

B Ιθ'. Τῶν δ' ἄλλων προσηγοριῶν, αἱ μὲν τῆς ἐξουσίας εἰσὶ προφανῶς, αἱ δὲ τῆς οἰκονομίας (74), καὶ ταύτης διττῆς· τῆς μὲν ὑπὲρ τὸ σῶμα, τῆς δὲ ἐν σώματι· οἷον ὁ μὲν Παντοκράτωρ, καὶ ὁ Βασιλεὺς, ἢ τῆς δόξης, ἢ τῶν αἰώνων, ἢ τῶν δυνάμεων, ἢ τοῦ (75) ἀγαπητοῦ, ἢ τῶν βασιλευόντων· καὶ ὁ Κύριος, ἢ Σαβαὼθ (76), ὅπερ ἐστὶ στρατιῶν, ἢ τῶν δυνάμεων, ἢ τῶν κυριευόντων. Ταῦτα μὲν σαφῶς τῆς ἐξουσίας. Ὁ δὲ *Θεὸς*, ἢ τοῦ σώζειν, ἢ ἐκδικήσεων, ἢ εἰρήνης, ἢ δικαιοσύνης, ἢ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ (77) παντὸς Ἰσραὴλ τοῦ πνευματικοῦ, καὶ ὁρῶντος Θεόν· ταῦτα δὲ τῆς οἰκονομίας. Ἐπειδὴ γὰρ τρισὶ τούτοις διοικούμεθα, δέει τε τιμωρίας, καὶ σωτηρίας ἐλπίδι, πρὸς δὲ καὶ δόξης, καὶ ἀσκήσει τῶν ἀρετῶν, ἐξ ὧν ταῦτα· τὸ μὲν τῶν ἐκδικήσεων C ὄνομα οἰκονομεῖ τὸν φόβον· τὸ δὲ τῶν σωτηριῶν, τὴν ἐλπίδα· τὸ δὲ τῶν ἀρετῶν, τὴν ἄσκησιν· ἵν' ὡς τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ φέρων, ὁ τούτων τι κατορθῶν, μᾶλλον ἐπείγηται πρὸς τὸ τέλειον, καὶ τὴν ἐξ ἀρετῶν οἰκείωσιν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστι (78) κοινὰ θεότητος τὰ ὀνόματα. Ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ἀνάρχου, Πατήρ· τοῦ δὲ ἀνάρχως γεννηθέντος, Υἱός· τοῦ δὲ ἀγεννήτως προελθόντος (79), ἢ προϊόντος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀλλ' ἐπὶ τὰς τοῦ Υἱοῦ κλήσεις ἔλθωμεν, ὅπερ ὡρμήθη λέγειν ὁ λόγος.

XII. Sed quis, inquies, Spiritum adoravit? Quis, vel veterum, vel recentium? Quis eum oravit? Quo Scripturæ loco eum adorandum aut orandum esse proditum est? Unde hoc hausisti? Nos hujus rei pleniorem causam postea reddemus, cum de non scriptis dogmatibus disseremus. Nunc vero hoc dicere sufficiet. Spiritus est, in quo adoramus, et per quem oramus. *Spiritus enim*, inquit, *est Deus: atque eos, qui ipsum adorant, in Spiritu et veritate oportet adorare* [29]. Ac rursus, *Quid enim oremus, quemadmodum oportet, nescimus. Sed Spiritus ipse interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* [30]. Et alio loco: *Orabo Spiritu, orabo et mente* [31], id est, in mente et Spiritu. Ergo Spiritu adorare, vel orare, mihi nihil aliud esse videtur, quam ipsum sibiipsi orationem vel adorationem offerre. Eamque sententiam quis est qui non comprobaturus sit, de magnis ac divinis viris loquor, quique probe norunt, unius adorationem trium adorationem esse, propter æqualem trium personarum dignitatem ac divinitatem? Sed ne illud quidem extimescam, quod omnia per Filium facta esse dicuntur [32], tanquam in rerum universitatem Spiritus quoque sanctus aggregandus sit. Omnia enim, quæcunque facta sunt, dicit **564** evangelista [33], non omnia simpliciter. Nam ne ipse quidem Pater, nec omnia ea, quæ facta non sunt.

[29] Joan. IV, 24. [30] Rom. VIII, 26. [31] I Cor. XIV, 15. [32] Joan. I, 3. [33] ibid.

(69) *Ταυτόν*. Regg. a, bm et Par., ταῦτα.
(70) *Διαφόρως ὑποστάντα*. « Quæ diversimode nata, » vel, « producta exstiterunt, » etc.
(71) *Παύσῃ*. Or. 1, παῦσαι.
(72) *Ἀπομαχόμενος*. Sav., ἀντιμαχόμενος.
(73) *Οἶμαί σοι*. Quinque Regg., οἶμαί σε, « te bene, » vel « recte affectum puto. »
(74) *Ποῦ δαί*. In nonnullis, ποῦ δέ.
(75) *Ὑπερεντυγχάνει*. Sic textus sacer. In ed., ὑποεντυγχάνει [mendose].
(76) *Φοβηθήσομαι*. Sic duo Regg., Or. 1, Bas., Comb., etc. In ed., φοβήσομαι.
(77) *Δεῖξον*. Quatuor Regg., quatuor Colb., Or. 1, etc., δείξας. « Cum demonstraveris. »

Digitized by Google

Proba ergo Spiritum factum ac procreatum esse, ac tum Filio eum da, et in creaturarum numero colloca. Quandiu autem id probare atque ostendere nequiveris, nihil tibi ad impietatem adjumenti complexio illa allatura est. Si enim factus est, per Christum utique : ne ipse quidem inficias ivero. Si autem factus non est, quomodo, aut rerum universarum numero includetur, aut per Christum factus erit? Proinde desine, et Patrem, in Filii contumeliam male honorare (malus enim honor est, Patrem Filio privare, utcunque eum præstantiorem creaturam esse concesseris), et Filium in Spiritus sancti ignominiam. Non enim conservi opifex est, sed cum eo, qui pari dignitate est, glorificatur. Nihil Trinitati ex teipso tribue, ne a Trinitate excidas. Nullo modo unam illam naturam ac peræque venerandam trunca. Alioqui si quid ex tribus everteris, totum everteris, imo a toto exciderís. Præstat exiguum quoddam unionis illius simulacrum capere, quam profligata quadam audacia in omnem impietatem prorumpere.

A ὅτι γέγονε, καὶ τότε τῷ Υἱῷ δὸς, καὶ τοῖς κτίσμασι συναρίθμησον. Ἕως δ' ἂν μὴ τοῦτο δεικνύεις (78), οὐδὲν τῷ περιληπτικῷ βοηθῇ πρὸς ἀσέβειαν. Εἰ μὲν γὰρ γέγονε, διὰ Χριστοῦ πάντως· οὐδὲ αὐτὸς ἀρνήσωμαι (79). Εἰ δὲ οὐ γέγονε, πῶς ἢ τῶν πάντων ἓν, ἢ διὰ Χριστοῦ; Παῦσαι οὖν καὶ τὸν Πατέρα κακῶς τιμῶν κατὰ τοῦ Μονογενοῦς (κακὴ δὲ τιμὴ κτίσμα διδόντα τὸ τιμιώτερον ἀποστερεῖν Υἱόν), καὶ τὸν Υἱὸν κατὰ τοῦ Πνεύματος. Οὐ γὰρ ὁμοδούλου δημιουργὸς, ἀλλ' ὁμοτίμῳ συνδοξαζόμενος. Μηδὲν μετὰ σεαυτοῦ θῇς τῆς Τριάδος, μὴ τῆς Τριάδος ἐκπέσῃς. Μηδενὶ περικόψῃς τὴν μίαν (80) ὁμοίως σεβάσμιον. Ὡς ὅτι ἂν τῶν τριῶν καθέλῃς, τὸ πᾶν ἔσῃ καθῃρηκὼς, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἐκπεπτωκώς. Βέλτιον μικρὰν τῆς ἑνώσεως φαντασίαν λαβεῖν, ἢ παντελῆ τολμῆσαι δυσσέβειαν.

XIII. Venit jam ad præcipuum disputationis caput oratio; ac quæstionem quidem, quæ jampridem oppressa est et exstincta, atque fidei cessit, hoc tempore renovari doleo et ingemisco : adversus rabulas tamen stare necesse est, ac providere, ne velut deserta causa vincamur, qui Verbum habemus, Spiritusque patrocinium suscipimus. Si Deus, inquiunt, et Deus, et Deus, quid causæ esse potest, quin tres sint dii, aut quin plurium deorum principatum colamus? Quinam hæc? Hi nempe, qui perfectiores in impietate sunt, aut etiam qui secundas partes tenent, hoc est, qui de Filio rectius sentiunt. Sermo enim mihi, partim adversus ambos communis est, partim adversus hos proprius et peculiaris. Ac cum his quidem ad hunc modum agemus. Quid trideitis nobis dicitis, qui Filium colitis, etsi a Spiritu descivistis? Vos autem non bideitæ? Nam si Unigeniti quoque cultum et adorationem abjuratis, haud dubie ab adversariorum partibus statis : ac proinde quid est, quamobrem lenius humaniusque vobiscum agamus, tanquam non omnino mortuis et exstinctis? Si autem colitis, atque **565** hactenus saltem salubriter affecti estis, ex vobis quæremus, qua ratione a bideitatis crimine vosmet vindicare queatis, si quis eam vobis objicial? Si est vobis sermo prudentiæ, respondete, nobisque etiam respondendi ansam præbete. Illæ enim rationes, quibus bideitatis crimen propulsabitis, eædem quoque nobis ad trideitatis crimen propellendum sufficient. Atque ita causam obtinebimus, vos, qui accusatores estis, patronos habituri. Quo quid fortius et generosius?

ΙΓ'. Ἧκει δὲ ἡμῖν ὁ λόγος ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον· καὶ στένω μὲν, ὅτι πάλαι τεθνηκὸς ζήτημα, καὶ τῇ πίστει παραχωρῆσαν, νῦν ἀνακαινίζεται· στῆναι δὲ ὅμως ἀναγκαῖον πρὸς τοὺς λογολέσχας, καὶ μὴ ἐρήμην ἁλῶναι, Λόγον ἔχοντας, καὶ συνηγοροῦντας Πνεύματι. Εἰ Θεὸς, φασὶ (81), καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, πῶς οὐχὶ τρεῖς θεοί; ἢ πῶς οὐ πολυαρχία τὸ δοξαζόμενον; Ταῦτα τίνες; Οἱ τελεώτεροι (82) τὴν ἀσέβειαν, ἢ καὶ οἱ τῆς δευτέρας (83) μερίδος, λέγω δὲ τοὺς περὶ τὸν Υἱόν πως εὐγνώμονας. Ὁ μὲν γὰρ κοινός μοι πρὸς ἀμφοτέρους λόγος, ὁ δὲ πρὸς τούτους ἴδιος. Ὁ μὲν οὖν πρὸς τούτους, τοιοῦτος. Τί φατε τοῖς τριθεΐταις (84) ἡμῖν, οἱ τὸν Υἱὸν σέβοντες, εἰ καὶ τοῦ Πνεύματος ἀφεστήκατε; Ὑμεῖς δὲ οὐ διθεῖται (85); Εἰ μὲν γὰρ ἀρνεῖσθε καὶ τοῦ Μονογενοῦς τὴν προσκύνησιν, σαφῶς τέταχθε μετὰ τῶν ἐναντίων· καὶ τί φιλανθρωπευόμεθα πρὸς ὑμᾶς, ὡς οὐ πάντη νενεκρωμένους; Εἰ δὲ σέβεσθε, καὶ μέχρι τούτου διάκεισθε σωτηρίως (86), ὑμᾶς ἐρωτήσομεν· Τίς ὁ λόγος τῆς διθεΐας ὑμῖν, ἂν τοῦτο ἐγκαλῆσθε; Εἰ ἔστι λόγος συνέσεως, ἀποκρίθητε, δότε καὶ ἡμῖν ὁδὸν ἀποκρίσεως. Οἷς γὰρ ἂν ὑμεῖς τὴν διθεΐαν ἀποκρούσησθε λόγοις, οὗτοι καὶ ἡμῖν κατὰ τῆς τριθεΐας ἀρκέσουσιν· καὶ οὕτω νικῶμεν, ὑμῖν τοῖς κατηγόροις, συνηγόροις χρώμενοι· οὗ τί γενναιότερον;

XIV. At vero quodnam nobis est cum utrisque certamen, et quænam oratio? Nobis Deus unus est,

ΙΔ'. Ὁ δὲ κοινὸς ἡμῖν πρὸς ἀμφοτέρους τίς ἀγὼν τε καὶ λόγος (87); Ἡμῖν εἷς Θεὸς, ὅτι μία θεότης·

(78) *Δεικνύεις*. Tres Regg. et Or. 1, δειχνύῃς.

(79) *Ἀρνήσωμαι*. Reg. bis et alii duo, ἀρνήσομαι.

(80) *Μίαν*. Sic quatuor Regg., totidem Colb., Or. 1, Par., etc. In ed., θείαν, « divinam. »

(81) *Φασί*. Duo Regg., quinque Colb., etc., φησί.

(82) *Οἱ τελεώτεροι*, etc. « Perfectiores in impietate. » Designat hic Gregorius Arianos et Eunomianos, qui in Filium et in Spiritum sanctum impii erant.

(83) *Οἱ τῆς δευτέρας*, etc. « Secundas partes tenebant » Semiariani et Macedoniani, qui tantum in Spiritum sanctum blasphemi erant.

(84) *Τριθεΐταις*. « Trideitis, » id est, « trium deorum cultoribus. »

(85) *Διθεῖται*. « Duorum deorum cultores. »

(86) *Διάκεισθε σωτηρίως*. Bill. : « incolumi salute estis. »

(87) *Λόγος*. Coisl. 1 addit, ἐστί.

Digitized by Google

καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. Οὐ γὰρ, τὸ μὲν μᾶλλον (88), τὸ δὲ ἧττον θεός· οὐδὲ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον· οὐδὲ βουλήσει τέμνεται, οὐδὲ δυνάμει μερίζεται, οὐδέ τι τῶν ὅσα τοῖς μεριστοῖς (89) ὑπάρχει, κἀνταῦθα λαβεῖν ἔστιν· ἀλλὰ ἀμέριστος (90) ἐν μεμερισμένοις, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἡ θεότης· καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων, μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις. Ὅταν μὲν οὖν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν, καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον· ὅταν δὲ πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, καὶ τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως ἐκεῖθεν ὄντα καὶ ὁμοδόξως, τρία τὰ προσκυνούμενα.

A quoniam una deitas; atque ad unum, ea quæ ex eo sunt, referuntur, etiamsi tres personas credamus. Neque enim hoc magis, illud minus est Deus, nec hoc prius, illud posterius. Nec voluntate scinduntur, nec potentia dividuntur, nec denique quidquam eorum, quæ dividuis rebus contingunt, hic quoque reperitur. Sed individua in dividuis, ut uno verbo dicam, est divinitas, ac velut in tribus solibus inter se cohærentibus una lucis commistio et temperatio. Cum ergo ad divinitatem, primamque illam causam, uniusque principatum et imperium respexerimus, unum est quod mentis nostræ oculis obversatur. Cum rursus ad ea, in quibus est divinitas, et quæ ex prima illa causa, citra ullam temporis intercapedinem, ac pari gloria sunt, tria sunt quæ adorantur.

ΙΕ'. Τί δαί; οὐχὶ καὶ παρ' Ἕλλησι, φαῖεν ἄν, μία θεότης, ὡς οἱ τὰ τελεώτερα παρ' ἐκείνοις φιλοσοφοῦντες, καὶ παρ' ἡμῖν ἀνθρωπότης μία, τὸ γένος ἅπαν; Ἀλλ' ὅμως θεοὶ πολλοί, καὶ οὐχ εἷς, ὡς δὴ καὶ ἄνθρωποι; Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ κοινότης τὸ ἓν ἔχει μόνον ἐπινοίᾳ θεωρητόν (91)· τὰ δὲ καθ' ἕκαστον πλεῖστον ἀλλήλων, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ τῇ δυνάμει μεμερισμένα. Ἡμεῖς τε γὰρ οὐ σύνθετοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀντίθετοι, καὶ ἀλλήλοις, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ καθαρῶς μένοντες, μὴ ὅτι τὸν ἅπαντα βίον· ἀλλὰ καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἀεὶ ῥέοντές τε καὶ μεταπίπτοντες. Οὐκ οἶδα δὲ, εἰ μὴ καὶ ἄγγελοι (92), καὶ πᾶσα φύσις ἡ ἄνω, καὶ (93) μετὰ τὴν Τριάδα, κἂν ἁπλοῖ τινες ὦσι, καὶ πρὸς τὸ καλὸν παγιώτεροι, τῇ πρὸς τὸ ἄκρον καλὸν ἐγγύτητι.

B XV. Quid autem, dixerint fortasse, nonne apud ethnicos quoque deitas una est, ut docent qui plenius apud illos perfectiusque philosophantur, atque apud nos genus universum, humanitas una? Et tamen plures sunt dii, et non unus, sicut etiam multi homines? At illic communitas unitatem habet, quæ cogitatione sola considerari possit: singularia autem, et tempore, et affectionibus, atque adeo potentia et facultate plurimum inter se divisa sunt. Nam nos, non solum compositi sumus, sed etiam, tum inter nos mutuo, tum nobis etiam ipsis oppositi; ut qui ne **566** unius quidem diei spatio, nedum toto vitæ curriculo, plane iidem maneamus, verum, et corporibus, et animis, perpetuo diffluamus et immutemur. Atque haud scio, num idem quoque in angelis locum habeat, ac in omni illa

C cœlesti natura, et Trinitati proxima; tametsi alioqui simplici quadam natura præditi sint, atque ob vicinitatem eam, quam ad summum bonum habent, in bonum firmius defixi.

ΙϚ'. Οἵ τε παρ' Ἑλλήνων σεβόμενοι θεοί τε καὶ δαίμονες, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, οὐδὲν ἡμῶν δέονται κατηγόρων, ἀλλὰ τοῖς σφῶν αὐτῶν ἁλίσκονται θεολόγοις (94), ὡς μὲν ἐμπαθεῖς, ὡς δὲ στασιώδεις, ὅσων

XVI. Jam deos illos, quos ethnici colunt, ac dæmones, ut ipsimet vocant, nihil a nobis accusari necesse est, cum a suismet theologis convincantur, quam fœdis affectibus obnoxii, quam turbulenti

(88) *Οὐ γὰρ, τὸ μὲν μᾶλλον*, etc. S. Leo serm. 8, in Nativ. Christi ait: « Gradus in vero divinitate esse non possunt. Quidquid Deo minus est, Deus non est. »

(89) *Μεριστοῖς*. « Dividuis. » Sic tres Regg., quinque Colb., Or. 1, Par., Comb. In ed., μερισταῖς, « partitoribus. »

(90) *Ἀμέριστος*. Vide Damascen. *De orthodoxa fide*, cap. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. « De sancta Trinitate. »

D (91) *Ἑτεροία θεωρητόν*. « Aliud est, » inquit Billius ex Elia, « re quidpiam considerari, aliud ratione et cogitatione. Atque in omnibus quidem rebus creatis, personarum divisio re consideratur. Nam re Petrus a Paulo separatus consideratur. Communitas autem, et conjunctio, et unitas considerantur ratione duntaxat et cogitatione. Nam mente intelligimus Petrum et Paulum ejusdem esse naturæ. Uterque enim animal est rationale, mortale, etc. Personæ autem in se invicem non sunt, sed quælibet earum peculiaris est, hoc est, separatim exsistit, et habet plurima, quæ eam ab alia distinguant. Nam et loco distant, et differunt tempore, voluntate, potestate, temperamento, etc. Eo fit ut duo vel tres homines dicantur et multi (sicut fit etiam in Græcorum diis), quod divisi sint, tempore, loco, judicii sententia, potestate, etc. At in Trinitate contrario modo res se habet. Nam in ea, quod est commune, re consideratur, propter cœternitatem et identitatem essentiæ, propter etiam efficacitatis, voluntatis et sententiæ conspirationem, et potentiæ identitatem. Quod vero in eadem discrimen habet, id cogitatione intelligitur. Nam Deum unum agnoscimus, atque in solis proprietatibus paternitatis, filiationis, et processionis discrimen intelligimus. Nec enim distantiam localem in deitate statuere possumus. Personæ enim sunt in se invicem; non quod confundantur, sed quod cohæreant, juxta illud Joan. x, 38, *Ego in Patre, et Pater in me est*. Non item statuere possumus in Trinitate, vel voluntatis, vel sententiæ, vel efficacitatis aut potentiæ diversitatem, vel cujusquam alius rei, quæcunque realem ac totalem in nobis divisionem gignunt. Itaque nec tres deos dicimus, sed unum, sacrosanctam Trinitatem. »

(92) *Καὶ ἄγγελοι*. « Angeli, » inquit Billius, « ratione arbitrii, natura sua mutari possunt. Verum per gratiam id sunt assecuti, ut jam ne mutari quidem possint. »

(93) *Καί*. Deest in tribus Regg. et quinque Colb.

(94) *Θεολόγοις*. « Græcorum theologi, » inquit Elias, « sunt Hermes, Orpheus, Homerus, Plato et Aristoteles. Maximi tamen inter eos numerantur Plato et Aristoteles. »

Digitized by Google

sint, quot malis scateant, quot mutationes subeant, atque non mutuo solum inter se, sed etiam primis illis causis adversentur, quos Oceanos, et Tethidas, et Phanetas, et nescio quo alio nomine appellant; ac postremo Deum quemdam ob principatus amorem liberis suis infestum, atque alios omnes præ inexplebili cupiditate devorantem, ut et hominum omnium Pater sit, et deorum, quos misere comederit, et evomuerit. Quod si hæc ipsi, ut sermonis turpitudinem fugiant, fabulosa, atque allegorico sensu interpretanda esse contenderint, quid tandem ad illud dicent, *trifariam omnia divisa esse* [34], aliumque alii cuipiam orbis parti præesse, atque et materiis et dignitatibus distinctos esse? At nostræ doctrinæ non eadem est ratio; nec pars hæc Jacob, ut inquit meus theologus [35]. Sed horum quodlibet unitatem habet, non minus ejus, cum quo conjungitur, quam suiipsius respectu, propter essentiæ et potentiæ identitatem. Atque hæc unionis hujus ratio est, quantum quidem ipsi percipimus. Ac si quidem firma est hæc ratio, Deo ob hujusmodi speculationem gratias ago; sin minus, firmiorem aliam conquiremus.

δὲ κακῶν γέμοντες, καὶ μεταβολῶν· καὶ οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς πρώτας αἰτίας ἀντιθέτως ἔχοντες· οὓς δὴ (95) καὶ Ὠκεανοὺς, καὶ Τηθύας, καὶ Φάνητας (96), καὶ οὐκ οἶδα οὕστινας ὀνομάζουσι· καὶ τελευταῖόν τινα θεὸν (97) μισότεκνον διὰ φιλαρχίαν, πάντας καταπίνοντα τοὺς ἄλλους ἐξ ἀπληστίας, ἵνα γένηται πάντων ἀνδρῶν τε θεῶν τε πατὴρ, ἦστυχῶς ἐσθιομένων καὶ ἐμουμένων. Εἰ δὲ ταῦτα μῦθοι, καὶ ὑπόνοιαί τινες, ὡς αὐτοὶ φασι, τὸ αἰσχρὸν τοῦ λόγου διαδιδράσκοντες, τί φήσουσι πρὸς τὸ, *Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται*, καὶ τὸ ἄλλον ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων ἐπιστατεῖν, διηρημένους καὶ ταῖς ὕλαις (98), καὶ τοῖς ἀξιώμασι; Τὸ δὲ ἡμέτερον, οὐ τοιοῦτον· *Οὐδὲ αὕτη μερὶς τῷ Ἰακὼβ* (99), φησὶν ὁ ἐμὸς θεολόγος· ἀλλὰ τὸ ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἔχει πρὸς τὸ συγκείμενον, οὐχ ἧττον ἢ πρὸς ἑαυτὸ, τῷ ταυτῷ τῆς οὐσίας καὶ τῆς δυνάμεως. Καὶ οὗτος ὁ τῆς ἑνώσεως λόγος, ὅσον ἐφ' οἷς (1) ἡμεῖς κατειλήφαμεν. Εἰ μὲν οὖν ἰσχυρὸς οὗτος ὁ λόγος, τῷ Θεῷ χάρις τῆς θεωρίας· εἰ δὲ μὴ, ζητῶμεν τὸν ἰσχυρότερον.

XVII. Tua porro argumenta, quibus nostram illam unionem evertere conaris, statuere nequeo, ludentisne potius, an serio agentis esse dicamus. Quodnam enim est hoc argumentum? Ea, quæ ejusdem essentiæ sunt, connumerantur, inquis (connumerationem videlicet appellans in numerum **567** unum contractionem), quæ autem disparem substantiam habent, minime connumerantur. Unde vos quidem ex eo elabi non potestis, quin juxta hanc rationem, tres deos asseratis. Nobis autem nullum tale periculum imminet. Non enim ea consubstantialia esse profitemur. Respondeo: Unica voce teipsum negotio ac molestia liberasti, malamque victoriam adeptus es: idemque tibi accidit, quod iis, qui mortis metu, sibiipsis laqueo vitam adimunt. Etenim, ne in defendendo unius principatu desudes, deitatem negasti, hostibusque id, quod quærebant, prodidisti. Ego vero, etiam si quid laboris subeundum sit, non tamen prodam id quod adoratur. Quanquam ne hic quidem video, quis labor suscipiendus sit.

ΙΖ'. Τοὺς δὲ σοὺς λόγους, οὐκ οἶδα πότερον παίζοντος εἶναι φήσομεν (2), ἢ σπουδάζοντος, οἷς ἀναιρεῖς ἡμῶν τὴν ἕνωσιν. Τίς γὰρ δὴ καὶ ὁ λόγος; Τὰ ὁμοούσια συναριθμεῖται (3), φῂς (συναρίθμησιν λέγων τὴν εἰς ἀριθμὸν ἕνα συναίρεσιν)· οὐ συναριθμεῖται δὲ τὰ μὴ ὁμοούσια. Ὥστε ὑμεῖς μὲν οὐ φεύξεσθε τὸ λέγειν τρεῖς θεοὺς κατὰ τὸν λόγον τοῦτον· ἡμῖν δὲ οὐδὲ εἷς κίνδυνος· οὐ γὰρ ὁμοούσια λέγομεν. Σὺ μὲν οὖν ἀπήλλαξας σεαυτὸν πραγμάτων μιᾷ φωνῇ, καὶ τὴν κακὴν νίκην νενίκηκας· ὅμοιόν τι ποιήσας τοῖς διὰ θανάτου φόβον ἀπαγχομένοις. Ἵνα γὰρ μὴ κάμῃς τῇ μοναρχίᾳ συνιστάμενος, ἠρνήσω θεότητα, καὶ προδέδωκας τοῖς ἐχθροῖς τὸ ζητούμενον. Ἐγὼ δὲ κἄν τι δέῃ καμεῖν, οὐ προήσομαι τὸ προσκυνούμενον. Ἐνταῦθα δὲ, οὐδὲ ὁρῶ τίς ὁ πόνος.

XVIII. Connumerantur, inquis, ea, quæ eamdem substantiam habent: quæ autem substantia inter se differunt, singularem indicationem habent. Unde hoc, et a quibus doctoribus aut fabulatoribus accepisti? Illudne te fugit, numerum omnem hanc vim habere, ut subjectorum quantitatem, non item rerum naturam, explicet? Ego vero ita simplex,

ΙΗ'. Συναριθμεῖται, φῂς, τὰ ὁμοούσια· τὰ δὲ οὐχ (4) οὕτως ἔχοντα, μοναδικὴν ἔχει τὴν δήλωσιν. Πόθεν σοι τοῦτο, καὶ παρὰ τίνων δογματιστῶν καὶ (5) μυθολόγων; Ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι πᾶς ἀριθμὸς, τῆς ποσότητος τῶν ὑποκειμένων ἐστὶ δηλωτικὸς, οὐ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων; Ἐγὼ δὲ οὕτως ἀρχαίως ἔχω, μᾶλλον δὲ ἀμαθῶς, ὥστε τρία μὲν ὀνομάζω τὰ τοσαῦτα τῷ

[34] *Homer. Iliad.* XIV, *vers.* 189. [35] Jer. x, 16.

(95) *Οὓς δή.* Sic Reg. bm, Bas., aliique plures. In ed. deest δή.

(96) *Ὠκεανοὺς... Τηθύας... Φάνητας.* Per «Oceanos, Tethydas et Phanetas, » intelligit Gregorius deos, qui, juxta poetas, « mari, terræ vitalique facultati » præsidere finguntur.

(97) *Τινα θεόν*, etc. Hic designatur Saturnus. Dicitur « filios devorans, » quod saxum fasciis involutum pro Jove devorasse fingitur.

(98) *Ὕλαις.* « Materiis, » id est, « elementis. »

(99) *Μερὶς τῷ Ἰακώβ.* « Pars hæc Jacob. » Verba sunt Jeremiæ x, 16, quem Gregorius suum appellat theologum, eumque Græcorum theologis opponit. « Pars Jacob, » juxta Eliam, designat « doctrinam eorum qui recte et orthodoxe sentiunt. »

(1) *Ἐφ' οἷς.* Bas., ἐν οἷς.

(2) *Φήσομεν.* Coisl. 1, φήσαιμεν.

(3) *Συναριθμεῖται.* Hoc argumentum cæteraque omnia, sanctus Basilius, in libro *De Spiritu sancto*, plenissime refellit.

(4) *Οὐχ.* Duo Regg., μή.

(5) *Καὶ.* Reg. a, ἤ.

Digitized by Google

ἀριθμῷ, κἂν διέστηκε τὴν φύσιν· ἓν δὲ, καὶ ἕν, καὶ ἕν, ἄλλως τὰς τοσαύτας μονάδας, κἂν τῇ οὐσίᾳ συνάπτωνται, οὐ πρὸς τὰ πράγματα μᾶλλον ἀφορῶν, ἢ τὸ ποσὸν τῶν πραγμάτων, καθ' ὧν ἡ ἀρίθμησις (6). Ἐπεὶ δὲ λίαν περιέχῃ τοῦ γράμματος, καίτοιγε πολεμῶν τῷ γράμματι (7), ἐκεῖθέν μοι λάβε τὰς ἀποδείξεις· *Τρία* ἐν ταῖς; Παροιμίαις *ἐστὶν, ἃ εὐόδως πορεύεται· λέων, καὶ τράγος, καὶ ἀλεκτρυών·* καὶ; *βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει* (8), τὸ τέταρτον· ἵνα μὴ λέγω τὰς ἄλλας ἐκεῖ τετράδας ἀριθμουμένας, τῇ δὲ φύσει διῃρημένας. Καὶ δύο τῷ Μωσεῖ χερουβὶμ (9) εὑρίσκω μοναδικῶς ἀριθμούμενα. Πῶς οὖν, ἢ ἐκεῖνα τρία, κατὰ τὴν σὴν τεχνολογίαν, τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπερρηγμένα ταῖς φύσεσιν; ἢ ταῦτα μοναδικὰ, τοσοῦτον ἀλλήλοις ὁμοφυῆ καὶ συγκείμενα; Εἰ γὰρ λέγοιμι Θεὸν καὶ Μαμωνᾶν, δύο κυρίους εἰς ἓν ἀριθμουμένους, τοσούτῳ μακρὰν ὄντας ἀλλήλων, τάχα ἂν καὶ μᾶλλον γελασθείην τῆς συναριθμήσεως.

vel imperitus potius sum, ut tria quidem ea nominem, quæ totidem numero sunt, etiamsi substantia differant : unum autem, et unum, et unum, totidem unitates, etiamsi substantia conjungantur, non magis videlicet res ipsas intuens, quam rerum quantitatem, juxta quam enumeratio ipsa sit. Quoniam autem mordicus litteram retines, etsi alioqui litteræ bellum inferens, illinc mihi probationes hasce accipe. *Tria* in Proverbiis *sunt, quæ recte incedunt, leo, hircus, et gallus;* et quarto loco, *rex apud populares suos concionem habens*[36]; ut reliquas illas natura distinctas quaternitates, quæ illic recensentur, silentio præteream. Duos etiam cherubim apud Moysem invenio, qui separatim numerantur[37]. Quomodo ergo, vel illa tria sunt, sicut ars tua præscribit, cum natura atque substantia adeo inter se discrepent : aut hæc singularia, quæ natura inter se adeo æqualia sunt, et copulata? Nam si dominos illos duos Deum et mammonam[38] commemorare velim, qui numero uno efferuntur, cum usqueadeo inter se disjuncti sint, magis quoque fortasse me ob hanc connumerationem ridendum propinarem.

ΙΘ'. Ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν, ἐκεῖνα συναριθμούμενα λέγεται, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, οἷς συνεκφωνεῖται καταλλήλως, καὶ τὰ ὀνόματα· οἷον, ἄνθρωποι τρεῖς, καὶ θεοὶ τρεῖς, οὐχὶ τρία τάδε, καὶ τάδε (10). Τίς γὰρ ἡ ἀντίδοσις (11); τοῦτο νομοθετοῦντός ἐστι τοῖς ὀνόμασιν, οὐκ ἀληθεύοντος. Ἐπεὶ κἀμοὶ Πέτρος, καὶ Παῦλος, καὶ Ἰωάννης, οὐ τρεῖς, οὐδὲ ὁμοούσιοι. ἕως ἂν μὴ τρεῖς Πέτροι, καὶ τρεῖς Παῦλοι, καὶ Ἰωάνναι τοσοῦτοι λέγονται (12). Ὃ γὰρ σὺ τετήρηκας ἐπὶ τῶν γενικωτέρων ὀνομάτων, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀπαιτήσομεν ἐπὶ τῶν εἰδικωτέρων (13) κατὰ τὴν σὴν ἀνάπλασιν· ἢ ἀδικήσεις, μὴ διδοὺς ὅπερ εἴληφας. Τί δαὶ ὁ Ἰωάννης; Τρεῖς εἶναι τοὺς μαρτυροῦντας λέγων ἐν ταῖς Καθολικαῖς, τὸ Πνεῦμα, τὸ ὕδωρ, τὸ αἷμα (14), ἆρά σοι ληρεῖν φαίνεται; Πρῶτον μὲν, ὅτι τὰ μὴ ὁμοούσια συναριθμῆσαι τετόλμηκεν, ὃ τοῖς ὁμοουσίοις σὺ δίδως. (Τίς γὰρ ἂν εἴποι ταῦτα μιᾶς οὐσίας;) Δεύτερον δὲ, ὅτι μὴ καταλλήλως ἔχων ἀπήντησεν· ἀλλὰ τὸ τρεῖς ἀῤῥενικῶς προθεὶς, τὰ *τρία* οὐδετέρως ἐπήνεγκε, παρὰ τοὺς σοὺς, καὶ τῆς σῆς (15) γραμματικῆς ὅρους καὶ νόμους. Καίτοι τί διαφέρει, ἢ τρεῖς προθέντα, ἕν, καὶ ἕν, καὶ ἓν ἐπενεγκεῖν, ἢ ἕνα, καὶ ἕνα, καὶ ἕνα λέγοντα, μὴ τρεῖς, ἀλλὰ *τρία* προσαγορεύειν; ὅπερ αὐτὸς ἀπαξιοῖς ἐπὶ τῆς θεότητος. Τί δαί σοι ὁ καρκίνος, τό τε ζῶον, τό τε ὄργανον, ὅ τε ἀστήρ; τί δαὶ ὁ κύων, ὅ τε χερσαῖος, καὶ ὁ ἔνυδρος, καὶ ὁ οὐράνιος; οὐ τρεῖς λέγεσθαί σοι δοκοῦσι καρκῖνοι καὶ κύνες; Πάντως γε. Ἆρα οὖν παρὰ τοῦτο καὶ ὁμοούσιοι; Τίς φήσει τῶν νοῦν ἐχόντων; Ὁρᾷς,

XIX. At, inquis, ea connumerari dicuntur, ejusdemque essentiæ esse, quibus nomina ipsa respondent, cum efferuntur : **568** ut homines tres, et dii tres, non autem tria hæc, aut illa. Quæ enim est hæc relata responsio? Nimirum hoc jam hominis est legem nominibus præscribentis, non verum dicere instituentis. Alioqui mihi quoque pari eadem ratione Petrus, et Paulus, et Joannes non tres erunt, nec consubstantiales, quandiu non tres Petri, aut tres Pauli, aut totidem Joannes non dicentur. Quod enim tu in generalibus nominibus retinuisti, hoc nos quoque juxta commentum tuum in specialibus postulamus. Injuste enim feceris, nisi, quod accepisti, dederis. Quid Joannes? Cum in Catholicis epistolis suis tres esse ait[39], qui testimonium dant, Spiritum, aquam, et sanguinem, videturne tibi delirare? Primum, quia res substantia diversas connumerare ausus est, quod tu consubstantialibus tantum tribuis. Quis enim hæc unius ejusdemque substantiæ esse dixerit? Alterum, quia modo minime congruenti voces sequentes subjunxerit; sed cum tres masculino genere proposuisset, tria neutro genere subjunxit, contra quam tuæ, atque ipsius etiam grammaticæ leges ferant. Verum quid interest, aut cum tres masculino genere præposueris, unum, et unum, et unum subjicere : aut cum unum, et unum, et unum dixeris, non tres, sed tria appellare? Id quod tu in deitate admittere gravaris. Jam, quid tibi cancer, qui et animal est, et

[36] Prov. xxx, 29, 30. [37] Exod. xxxvii, 7 sqq. [38] Matth. vi, 24. [39] I Joan. v, 8.

(6) *Ἡ ἀρίθμησις.* Coisl. 1, Par. et Comb., ἡ ἀπαρίθμησις.

(7) *Γράμματι.* Coisl. 1, πράγματι.

(8) *Δημηγορῶν ἐν ἔθνει.* Sic plerique codd. et Bas. Mendose in Par. ed., δημιουργῶν ἔθνει.

(9) *Χερουβίμ.* Reg. bm, χερουβεῖμ.

(10) *Τρία τάδε, καὶ τάδε.* Sic quatuor Regg., quinque Colb., Or. 1, etc. Deest καὶ τάδε in ed.

(11) *Ἀντίδοσις.* Billius in interpretatione : « redditio; » in notis : « congruentia. »

(12) *Λέγονται.* Duo Regg. et Or. 1, λέγωνται.

(13) *Εἰδικωτέρων.* Reg. a et Comb., ἰδικωτέρων.

(14) *Τὸ ὕδωρ, τὸ αἷμα.* In nonnullis, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα.

(15) *Τῆς σῆς.* Sic Coisl. 1. « Contra tuas, et tuæ ipsius grammaticæ definitiones et leges. » Deest σῆς in ed.

Digitized by Google

organum, et sidus? Quid canis, qui terrestris est, et marinus, et cœlestis? Nonne tres cancri, aut canes tibi dici videntur? Ita profecto. An ergo proinde quoque consubstantiales sunt? Quis sanus hoc dixerit? Videsne quomodo tibi hoc connumerationis argumentum, tot tantisque rationibus confutatum, corruerit? Nam cum nec consubstantialia semper connumerentur, et quæ disparis essentiæ sunt, interdum connumerentur, et tamen in utrisque nomina simul efferri perspiciamus, ex tuis dogmatibus quid tibi accessit?

A ὅπως σοι διαπέπτωκεν ὁ περὶ τῆς συναριθμήσεως λόγος, τοσούτοις ἐληλεγμένος; Εἰ γὰρ μήτε τὰ ὁμοούσια πάντως συναριθμεῖται, καὶ συναριθμεῖται τὰ μὴ ὁμοούσια, ἥ τε τῶν ὀνομάτων(16) συνεκφώνησις ἐπ' ἀμφοῖν, τί σοι πλέον ὧν ἐδογμάτισας;

XX. Quin illud etiam expendo, nec fortasse temere atque absurde. Unum et unum, nonne composita duo constituunt? Duo rursus, nonne in unum et unum resolvuntur? Ita sane. Si ergo consubstantialia quidem sunt, quæ componuntur, ut ipse argutaris, diversæ autem substantiæ sunt, quæ secantur, quid ex eo consequetur? Nimirum res B easdem, et ejusdem, et diversæ essentiæ esse. Nec vere facere possum, **569** quin tuas prænumerationes ac subnumerationes rideam, quibus tu perinde gloriaris, ac si res ipsæ in vocabulorum ordine sitæ sint. Nam si ita est, quid impedit, quominus eadem ratione, quoniam eadem, propter æqualem naturæ præstantiam, in sacra Scriptura nunc priori, nunc posteriori loco numerantur, sint quoque ipsa seipsis, tum excellentiora, tum abjectiora? Quod idem dicendum etiam habeo de his vocibus, *Deus* et *Dominus;* atque insuper de his præpositionibus, *ex quo*, *per quem*, et *in quo*[a], quibus tu divinum illud nomen ad artis præscriptum exigis, primam scilicet Patri, alteram Filio, tertiam Spiritui sancto assignans. Quid enim fecisses, si quælibet ex his præpositionibus unicuique personæ constanter tribueretur; cum, tametsi omnes cum omnibus promiscue construantur, ut studiosis et accuratis lectoribus perspicuum est, tantam ipse per eas, et dignitatis, e naturæ diversitatem inducas? Sufficiunt hæc quidem hominibus non nimis iniquis ac præposteris. Sed quia C tibi difficile est, cum semel in Spiritum sanctum insilieris, impetum comprimere, ac non potius, ferociorum aprorum instar, ad extremum usque pertinaciter contendere, teque in gladium ipsum impellere, quoad totum vulnus pectore exceperis: age, quæ tibi ratio supersit, videamus.

Κ'. Σκοπῶ δὲ κἀκεῖνο, καὶ ἴσως οὐκ ἔξω λόγου. Τὸ ἕν, καὶ τὸ ἕν, οὐκ εἰς δύο συντίθεται; τὰ δύο δὲ, οὐκ εἰς ἕν, καὶ ἕν, ἀναλύεται; Δῆλον ὅτι (17). Εἰ οὖν ὁμοούσια μὲν τὰ συντιθέμενα κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἑτερούσια (18) δὲ τὰ τεμνόμενα, τί συμβαίνει; Τὰ αὐτὰ ὁμοούσια τε εἶναι καὶ ἑτεροούσια. Γελῶ σου καὶ τὰς προαριθμήσεις, καὶ τὰς ὑπαριθμήσεις, αἷς (19) σὺ μέγα φρονεῖς, ὥσπερ ἐν τῇ τάξει τῶν ὀνομάτων, κειμένων τῶν πραγμάτων. Εἰ γὰρ τοῦτο, τί κωλύει κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ καὶ προαριθμεῖται, καὶ ὑπαριθμεῖται παρὰ τῇ θείᾳ (20) Γραφῇ, διὰ τὴν ἰσοτιμίαν τῆς φύσεως, αὐτὰ ἑαυτῶν εἶναι τιμιώτερά τε καὶ ἀτιμότερα; Ὁ δὲ αὐτός μοι, καὶ περὶ τῆς *Θεὸς* φωνῆς καὶ *Κύριος*, λόγος· ἔτι δὲ τῶν προθέσεων, τῆς *ἐξ οὗ*, καὶ *δι' οὗ*, καὶ *ἐν ᾧ*, αἷς σὺ κατατεχνολογεῖς ἡμῖν τὸ θεῖον, τὴν μὲν τῷ Πατρὶ διδοὺς, τὴν δὲ τῷ Υἱῷ, τὴν δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Τί γὰρ ἂν ἐποίησας, παγίως ἑκάστου τούτων ἑκάστῳ νενεμημένου· ὁπότε πάντων πᾶσι συντεταγμένων, ὡς δῆλον τοῖς φιλοπόνοις, τοσαύτην σὺ διὰ τούτων εἰσάγεις καὶ τῆς ἀξίας, καὶ τῆς φύσεως ἀνισότητα; Ἀπόχρη καὶ ταῦτα τοῖς μὴ λίαν ἀγνώμοσιν. Ἐπειδὴ δέ (21) σε τῶν χαλεπῶν ἐστιν, ἅπαξ ἐπιπηδήσαντα τῷ Πνεύματι, τῆς φορᾶς σχεθῆναι, ἀλλὰ μὴ, καθάπερ τῶν συῶν τοὺς θρασυτέρους, εἰς τέλος φιλονεικεῖν, καὶ πρὸς τὸ ξίφος ὠθίζεσθαι, μέχρις ἂν πᾶσαν εἴσω τὴν πληγὴν ὑπολάβῃς· φέρε, σκεψώμεθα τὶς ἔτι σοι λείπεται λόγος.

XXI. Identidem sæpiusque nobis inculcas, Spiritus sancti divinitatem nullo Scripturæ loco proditam haberi. Enimvero quod nec novus ac peregrinus, nec introductitius ipse sit, verum et a priscis, et hujus ætatis hominibus agnitus, ac patefactus, quanquam a compluribus jam ostensum est, qui de D hac re disseruerunt, atque in divinis Scripturis, nec ignave nec perfunctorie versati sunt, sed litteram penetrantes, atque intro prospicientes, reconditam pulchritudinem divino beneficio viderunt, scientiæque luce collustrati sunt: tamen nos quoque cursim, quantum res patitur, ostendemus; ne

ΚΑ'. Πάλιν καὶ πολλάκις ἀνακυκλεῖς (22) ἡμῖν τὸ ἄγραφον. Ὅτι μὲν οὖν οὐ ξένον τοῦτο, οὐδὲ παρεισακτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πάλαι καὶ τοῖς νῦν γνωριζόμενον καὶ παραγυμνούμενον, δέδεικται μὲν ἤδη πολλοῖς τῶν περὶ τούτου διειληφότων, ὅσοι μὴ ῥᾳθύμως, μηδὲ παρέργως ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐντυχόντες (23), ἀλλὰ διασχόντες τὸ γράμμα, καὶ εἴσω παρακύψαντες, τὸ ἀπόθετον κάλλος ἰδεῖν ἠξιώθησαν, καὶ τῷ φωτισμῷ τῆς γνώσεως κατηυγάσθησαν· δηλώσωμεν (24) δὲ καὶ ἡμεῖς ἐξ ἐπιδρομῆς, ὅσον ἐνδέχεται, τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι περιττοί τινες, μηδὲ φιλοτιμότεροι τοῦ δέοντος, ἐποικοδομοῦντες (25) ἐπὶ θεμέλιον ἀλλό-

[a] Rom. xi, 36.

(16) *Ἥ τε τῶν ὀνομάτων*, etc. « Et in utrisque vocabula similiter enuntiantur. »

(17) *Δῆλον ὅτι*. Sic plures Regg. et Colb. In ed. conjunctim, δηλονότι.

(18) *Ἑτερούσια*. Reg. bm et Hervag., ἑτεροούσια.

(19) *Αἷς*. Comb., ἐν αἷς.

(20) *Θείᾳ*. Deest in quibusdam.

(21) *Ἐπειδὴ δέ*. Duo Regg. et Comb., ἐπεὶ δέ.

(22) *Ἀνακυκλεῖς*. Reg. b, ἀνακύκλοις [f. pro ἀνακυκλοῖς].

(23) *Ἐντυχόντες*. Colb 3 et Comb., ἐντυγχάνοντες.

(24) *Δηλώσωμεν*. Reg. b et Comb., δηλώσομεν.

(25) *Ἐποικοδομοῦντες*. Reg. b, Colb. 5, οἰκοδομοῦντες.

Digitized by Google

τριον. Εἰ δὲ τὸ μηλίαν σαφῶς γεγράφθαι Θεὸν, μηδὲ πολλάκις ὀνομαστὶ, ὥσπερ τὸν Πατέρα πρότερον, καὶ τὸν Υἱὸν ὕστερον, αἴτιόν σοι γίνεται βλασφημίας, καὶ τῆς περιττῆς ταύτης γλωσσαλγίας καὶ ἀσεβείας· ἡμεῖς σοι λύσομεν ταύτην τὴν βλάβην, μικρὰ περὶ πραγμάτων καὶ ὀνομάτων, καὶ μάλιστα παρὰ τῇ τῆς Γραφῆς συνηθείᾳ φιλοσοφήσαντες.

A alioqui supervacaneam quamdam operam sumere, ac plus æquo ambitioni indulgere videamur, super fundamentum alienum ædificantes. Quod si, quia non admodum dilucide in Scriptura, nec sæpe nominatim Deus appelletur, quemadmodum Pater prius, et postea Filius, blasphemiæ, ac supervacaneæ hujus loquacitatis et impietatis ansam præbet: nos tibi hoc incommodum depellemus, posteaquam de rebus et nominibus, ac potissimum de Scripturæ more atque usu nonnihil dixerimus.

ΚΒ'. Τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν οὐκ ἔστι, λέγεται δέ· τὰ δὲ ὄντα, οὐ λέγεται· τὰ δὲ οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται· τὰ δὲ ἄμφω, καὶ ἔστι, καὶ λέγεται. Τούτων ἀπαιτεῖς με τὰς ἀποδείξεις; παρασχεῖν ἕτοιμος. Ὑπνοῖ τῇ Γραφῇ Θεὸς, καὶ γρηγορεῖ, καὶ ὀργίζεται, καὶ βαδίζει, καὶ θρόνον ἔχει τὰ χερουβίμ· καίτοι, B πότε γέγονεν ἐμπαθής; πότε δὲ σῶμα Θεὸν ἀκήκοας; Τοῦτο οὐκ ὂν ἀνεπλάσθη. Ὠνομάσαμεν γὰρ, ὡς ἡμῖν ἐφικτὸν, ἐκ τῶν ἡμετέρων τὰ τοῦ Θεοῦ. Τὸ μὲν ἠρεμεῖν αὐτὸν ἀφ' ἡμῶν, καὶ οἷον ἀμελεῖν, δι' ἃς αὐτὸς οἶδεν αἰτίας, ὑπνοῦν. Τὸ γὰρ ἡμέτερον (26) ὑπνοῦν τοιοῦτον, ἀνενέργητόν τε καὶ ἄπρακτον. Τὸ δὲ ἀθρόως εὖ ποιεῖν ἐκ μεταβολῆς, γρηγορεῖν. Ὕπνου γὰρ λύσις, ἐγρήγορσις, ὥσπερ ἀποστροφῆς, ἐπίσκεψις. Τὸ δὲ κολάζειν, ὀργίζεσθαι πεποιήκαμεν· οὕτω γὰρ ἡμῖν ἐξ ὀργῆς ἡ κόλασις. Τὸ δὲ νῦν μὲν (27) τῇδε, νῦν δὲ τῇδε ἐνεργεῖν, βαδίζειν. Ἡ γὰρ ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλο μετάβασις, βαδισμός. Τὸ δὲ ἀναπαύεσθαι (28) ταῖς ἁγίαις δυνάμεσι, καὶ οἷον ἐμφιλοχωρεῖν, καθέζεσθαι καὶ θρονίζεσθαι, καὶ τοῦτο ἡμέτερον. Οὐδενὶ γὰρ οὕτως, ὡς τοῖς ἁγίοις τὸ θεῖον ἐναναπαύεται (29). Τὸ δὲ C ὀξυκίνητον, πτῆσιν· τὴν δὲ ἐπισκοπὴν, πρόσωπον· τὸ διδόναι δὲ καὶ προσίεσθαι (30), χεῖρα· καὶ ἄλλη τις ὅλως τῶν τοῦ Θεοῦ δυνάμεων ἢ ἐνεργειῶν, ἄλλο τι τῶν σωματικῶν ἡμῖν ἀνεζωγράφησεν.

570 XXII. Rerum ergo aliæ non sunt, sed dicuntur; aliæ cum sint, minime dicuntur; aliæ nec sunt, nec dicuntur; aliæ denique et sunt et dicuntur. Horum probationes a me exposcis? Impiger exhibebo. Dormit [41] in Scriptura Deus, et vigilat [42], et irascitur [43], et proficiscitur [44], et pro throno cherubinos [45] habet. Quid audio? Fuitne unquam ille affectionibus obnoxius? Quando Deum esse corpus audisti? Ergo hoc, cum non sit, effictum est. Ex nostris enim rebus ea, quæ Dei sunt, ut potuimus, nominavimus. Cum seorsim quidem a nobis quiescit, ac velut nostri curam, ob eas, quas ipse perspectas habet, causas, abjicit, dormire dicitur. Nam nos quoque, dum dormimus, omni agendi facultate caremus. Idem, cum repentina mutatione beneficiis nos afficit, vigilare dicitur. Somni enim depulsio est vigilia, quemadmodum aversationis visitatio. Jam cum in aliquem animadvertit, irasci eum finximus. Sic enim nos ira ad puniendum incitamur. Quod autem nunc hic, nunc illic operatur, incedere dicitur. Ab alio enim ad aliud transitus, profectio est. Quod vero in sanctis illis et cœlestibus mentibus conquiescat, ac velut libenter immoretur, sedere atque in throno esse nuncupavimus; quod ipsum quoque nostrum est. Deus enim nulla in re perinde ut in sanctis, acquiescit. Jam levitatem ejus motusque celeritatem, volatum appellat Scriptura; visitationem, vultum, largitionem etiam et acceptionem, manum; atque, ut in summa dicam, alia quædam Dei vis et facultas, aliud quidpiam rerum corporearum nobis depinxit.

ΚΓ'. Πάλιν σὺ πόθεν τὸ ἀγέννητον λαβὼν ἔχεις, ἢ τὸ (31) ἄναρχον, τὰς σὰς ἀκροπόλεις, ἢ καὶ ἡμεῖς, τὸ ἀθάνατον; Δεῖξον ταῦτα ὀνομαστὶ, ἢ ἀθετήσομεν, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται (32), ἢ διαγράψομεν. Καὶ τέθνηκας ἐκ τῶν σῶν ὑποθέσεων, καθαιρεθέντων σοι τῶν ὀνομάτων, καὶ τοῦ τείχους τῆς καταφυγῆς ἐφ' ᾧ (33) ἐπεποίθεις. Ἡ δῆλον, ὅτι ἐκ τῶν ταῦτα συναγόντων, D

XXIII. Rursum undenam tu arces illas tuas, ingenitum aut anarchum (hoc est principii expers), accepisti, aut nos etiam immortalis vocem? Hæc nominatim et expresse ostende, ea vel rejiciemus, quia in Scriptura non exstant, vel expungemus. Atque ita tuismet ipse principiis oppressus interibis, eversis nimirum tibi vocabulis illis, perfugiique

[41] Psal. LXXVII, 65. [42] Dan. IX, 14. [43] Isa. V. 25. [44] Gen. XI, 5. [45] Isa. XXXVII, 16.

(26) *Τὸ γὰρ ἡμέτερον*, etc. « Talis est enim somnus noster, iners ac operationis expers. »

(27) *Τὸ δὲ νῦν μέν*, etc. « Quod autem nunc hic, nunc illic operatur, » etc. Non bene Billius, « nunc hoc modo, nunc alio. » Nec enim de « modo » agitur; sed de « incessu. » « Incessus » vero « est ab uno ad aliud transitus. »

(28) *Ἀναπαύεσθαι*. Reg. bm et Or. 1, ἀναπαύεται.

(29) *Ἀναπαύεται*. Or. 1, ἐπαναπαύεται.

(30) *Προσίεσθαι*. Comb. et Sav., προΐεσθαι, « erogare, tribuere, largiri, » et quasi « projicere; » vox rite adjuncta voci διδόναι, ejusque vim augens, quod Gregorio familiare est. Sic « manus » Dei, id est, « munificentia, largitionem » recte repræsentat.

(31) *Ἢ τό*. Sic plerique codd. et Bas. Deest ἢ in ed.

(32) *Ἢ ἀθετήσομεν, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται*. Sic in ed. Par. 1609, et sic legendum putamus, licet plures editi, cum Elia, verbis illis præponant particulam καί. Totum hoc membrum ex Elia refert Billius, et addit: « Quæ lectio mihi non admodum probatur. Etenim nullo modo quadrat copulativa, καί, cum his quæ præcedunt, et περιττολογίαν quamdam redolent hæ duæ disjunctivæ. » Billii conjuncturæ favet Reg. bm optimæ notæ, in quo desunt hæc verba: Καὶ ἢ ἀθετήσομεν, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται.

(33) *Ἐφ' φ*. Reg. om, ἐφ' ὅ.

Digitized by Google

mœnibus, in quibus confidebas. Nonne perspicuum est, hæc de iis sumpta esse, ex quibus colliguntur, tametsi minime dicantur? Quibus tandem? *Ego sum primus, et ego post hæc* [46]. Et, *Ante me non est alius Deus, et post me non erit* [47]. Totum enim illud *est*, meum est; nec principium habens, nec **571** finem habiturum. His a Scriptura acceptis, illud quidem, quod ante eum nihil sit, nec antiquiorem ullam ipse causam habeat, anarchum et ingenitum appellasti: quod autem nunquam esse desiturus sit, immortale, atque interitus expers. Ac duo prima rerum genera ad hunc modum se habent. Quænam autem, nec sunt, nec dicuntur? Improbus Deus, quadrata sphæra, præteritum tempus præsens est, homo compositus non est. Ecquem enim unquam eo stuporis progressum cognovisti, ut aliquid tale, vel cogitare vel pronuntiare ausus sit? Reliquum est ut ostendam quæ sint ea quæ et sunt et dicuntur. Deus, homo, angelus, judicium, vanitas, qua hujusmodi argumenta conficiuntur, fideique subversio, et mysterii evacuatio.

A κἂν μὴ ταῦτα λέγηται; Τίνων τούτων; *Ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα·* καὶ, *Πρὸ ἐμοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεός, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται.* Ὅλον γὰρ τὸ *ἔστιν*, ἐμόν· οὔτε ἠργμένον, οὔτε παυσόμενον. Ταῦτα λαβὼν, τὸ μὲν, μὴ εἶναί τι πρὸ αὐτοῦ, μηδὲ πρεσβυτέραν αἰτίαν ἔχειν, ἄναρχον προσηγόρευσας, καὶ ἀγέννητον· τὸ δὲ, μὴ στήσεσθαι τοῦ εἶναι, ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. Αἱ μὲν δὴ πρῶται συζυγίαι, τοιαῦται, καὶ οὕτως ἔχουσαι. Τίνα δὲ οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται; Πονηρὸν τὸ θεῖον, ἡ σφαῖρα τετράγωνος, τὸ παρελθὸν ἐνέστηκεν, οὐ σύνθετον ὁ ἄνθρωπος (34). Τίνα γὰρ εἰς τοσοῦτον ἐμπληξίας ποτὲ ἀφικόμενον ἔγνως, ὥστε τι τοιοῦτον, ἢ ἐννοῆσαι τολμῆσαι, ἢ ἀποφήνασθαι; Λείπεται δεῖξαι τίνα καὶ ἔστι, καὶ λέγεται· Θεὸς, ἄνθρωπος, ἄγγελος, κρίσις, ματαιότης (35), B οἱ τοιοῦτοι συλλογισμοὶ, καὶ τῆς πίστεως ἀνατροπὴ, καὶ τοῦ μυστηρίου κένωσις.

XXIV. Cum ergo in nominibus et rebus tantum discrimen reperiatur, quid causæ est, cur litteræ tantopere servias, Judaicæque sapientiæ teipsum adjungas, relictisque rebus syllabas consecteris? Quod si te bis quinque, aut bis septem dicente, decem aut quatuordecim ex verbis tuis colligerem; aut ex eo, quod animal ratione præditum et mortale diceres, hominem esse concluderem, an tibi nugari viderer? Et quo pacto id fieri posset, cum tua dicam? Neque enim verba magis sunt ejus qui loquitur, quam illius qui loquendi necessitatem affert. Quemadmodum igitur hic, non ea magis quæ dicuntur, quam quæ intelliguntur, respicerem; eodem modo nec, si quid aliud eorum, quæ vel nullo modo, vel certe non satis aperte dicuntur, ex Scriptura tamen intelligi colligique reperirem, adeo te vocabulorum sycophantam pertimescerem, ut ab enuntiatione ipsa refugerem. Atque ad hunc modum adversus eos stabimus, qui dimidia ex parte recte sentiunt. Tibi enim, qui Filio quoque bellum indicis, ne hoc quidem dicere liceat. Nam qui tot tamque perspicuas ipsius appellationes abnegas, ne his quidem proculdubio moveris, etiam si multo plures apertioresque cognosceres. Sed jam altius aliquanto sermonem repetens, vobis, tametsi sapientibus et eruditis, omnis ænigmatici sermonis causam explicabo.

ΚΔ'. Τοσαύτης οὖν οὔσης διαφορᾶς ἐν τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς πράγμασι, πῶς οὕτω σὺ λίαν δουλεύεις τῷ γράμματι, καὶ γίνῃ μετὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς σοφίας, καὶ συλλαβαῖς ἀκολουθεῖς, ἀφεὶς τὰ πράγματα; Εἰ δὲ σοῦ τὰ δὶς πέντε λέγοντος, ἢ τὰ δὶς ἑπτὰ, τὰ δέκα συνῆγον, ἢ τέσσαρες καὶ δέκα ἐκ τῶν λεγομένων· ἢ ἐκ τοῦ, ζῶον (36) λογικὸν, θνητὸν, τὸν ἄνθρωπον, ἄρα ἂν σοι ληρεῖν ἐνομίσθην; καὶ πῶς, τὰ σὰ λέγων; Οὐ γὰρ τοῦ λέγοντος μᾶλλον οἱ λόγοι, ἢ τοῦ λέγειν συναναγκάζοντος. Ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὰ λεγόμενα μᾶλλον ἐσκόπουν, ἢ τὰ νοούμενα· οὕτως οὐδὲ εἴ τι (37) ἄλλο τῶν μὴ λεγομένων, ἢ μὴ σαφῶς ἐκ τῆς Γραφῆς νοούμενον (38) εὕρισκον, ἔφυγον ἂν τὴν ἐκφώνησιν (39), φοβούμενος σὲ τὸν συκοφάντην τῶν ὀνομάτων. Οὕτω μὲν οὖν στησόμεθα πρὸς τοὺς ἐξ ἡμισείας εὐγνώμονας. Σοὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἔξεστι λέγειν. Ὁ γὰρ τὰς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας, οὕτως ἐναργεῖς οὔσας καὶ τοσαύτας, ἀρνούμενος, οὐδ' ἂν ταύτας ἠδέσθης δηλονότι, καὶ εἰ πολλῷ σαφεστέρας καὶ πλείους ἐγίνωσκες. Ἤδη δὲ καὶ τὴν αἰτίαν δηλώσω τῆς πάσης ἐπικρύψεως, καίπερ σοφοῖς οὖσιν ὑμῖν, βραχύ τι τὸν λόγον ἀναγαγών.

XXV. Duæ ex omni ævo illustres vitarum mutationes exstiterunt, quæ etiam duo Testamenta, atque, ob rei celebritatem, *terræ motus* appellantur: altera a simulacrorum **572** cultu ad legem, altera a lege ad Evangelium. Ac tertium etiam

ΚΕ'. Δύο γεγόνασι μεταθέσεις βίων ἐπιφανεῖς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, αἳ καὶ δύο Διαθῆκαι καλοῦνται, καὶ σεισμοὶ γῆς, διὰ τὸ τοῦ πράγματος (40) περιβόητον· ἡ μὲν ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν νόμον, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον. Καὶ τρίτον σεισμὸν (41)

[46] Isa. XLI, 4. [47] Isa. XLIII, 10.

(34) Ἄνθρωπος. Deest in Or. 1.

(35) *Ματαιότης*. Reg. Cypr., ἀνταπόδοσις, « retributio. » Vult Gregorius « vanitatem » vere esse et dici, eas ratiocinationes, quibus hæretici Spiritus sancti divinitatem impugnabant.

(36) *Ζῶον*. Sic Coisl. 1 et 2, Par., etc. In ed., ζῶν.

(37) *Οὐδὲ εἴ τι*. Or. 1, οὐδ' εἰ μή τι.

(38) *Νοούμενον*. Sic quatuor Colb. Sic etiam Bill. et Leuvenk. In ed., νοουμένων.

(39) Ἔφυγον ἂν τὴν ἐκφώνησιν, etc. « Non defugerem idipsum efferre, te vocabulorum sycophantam pertimescens. » Id est, non abstinerem Spiritum sanctum Deum aperte prædicare, etiamsi alioqui non ita fortasse dilucide in Scripturis Spiritus sanctus dicatur Deus, ut Pater et Filius; quandoquidem id pluribus Scripturæ locis colligi possit.

(40) *Πράγματος*. Sic tres Regg., quatuor Colb., duo Coisl., etc. In ed., γράμματος.

(41) *Τρίτον σεισμόν*. Primus terræ motus fuit in monte Sina, cum lex Moysi data est (*Exod.* XIX,

Digitized by Google

εὐαγγελιζόμεθα, τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ ἐκεῖσε μετάστασιν, τὰ μηκέτι κινούμενα, μηδὲ (42) σαλευόμενα. Ταυτὸν δὲ αἱ δύο Διαθῆκαι πεπόνθασιν. Τί τοῦτο; Οὐχ ἀθρόως μετεκινήθησαν, οὐδὲ ὁμοῦ τῇ πρώτῃ κινήσει τῆς ἐγχειρήσεως. Τίνος ἕνεκα (43); (εἰδέναι γὰρ ἀναγκαῖον.) Ἵνα μὴ βιασθῶμεν, ἀλλὰ πεισθῶμεν. Τὸ μὲν γὰρ ἀκούσιον, οὐδὲ μόνιμον· ὥσπερ ἃ βίᾳ κατέχεται τῶν ῥευμάτων, ἢ τῶν φυτῶν. Τὸ δὲ ἑκούσιον, μονιμώτερόν τε καὶ ἀσφαλέστερον. Καὶ τὸ μὲν τοῦ βιασαμένου, τὸ δὲ ἡμέτερον· καὶ τὸ μὲν ἐπιεικείας Θεοῦ, τὸ δὲ τυραννικῆς ἐξουσίας. Οὐκοῦν ᾤετο δεῖν ἄκοντας εὖ ποιεῖν, ἀλλ' ἑκόντας εὐεργετεῖν. Διὰ τοῦτο παιδαγωγικῶς τε καὶ ἰατρικῶς, τὸ μὲν ὑφαιρεῖ τῶν πατρίων, τὸ δὲ συγχωρεῖ, μικρόν τι τῶν πρὸς ἡδονὴν ἐνδιδούς· ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν, ἵνα ἡ φαρμακεία παραδεχθῇ διὰ τῆς τέχνης φαρματτομένη τοῖς χρηστοτέροις. Οὐ γὰρ ῥᾴστη τῶν ἐν ἔθει καὶ τῷ (44) μακρῷ χρόνῳ τετιμημένων μετάθεσις. Λέγω δὲ τί; Ἡ πρώτη τὰ εἰδώλα περικόψασα, τὰς θυσίας συνεχώρησεν· ἡ δευτέρα τὰς θυσίας περιελοῦσα, τὴν περιτομὴν οὐκ ἐκώλυσεν· εἶτα ὡς ἅπαξ ἐδέξαντο τὴν ὑφαίρεσιν, καὶ τὸ συγχωρηθὲν συνεχώρησαν· οἱ μὲν τὰς θυσίας, οἱ δὲ τὴν περιτομήν· καὶ γεγόνασιν, ἀντὶ μὲν ἐθνῶν, Ἰουδαῖοι· ἀντὶ δὲ τούτων, Χριστιανοί, ταῖς κατὰ μέρος μεταθέσεσι κλαπέντες ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον. Πειθέτω σὲ τοῦτο Παῦλος, ἐκ τοῦ περιτέμνειν (45) καὶ ἀγνίζεσθαι προελθὼν ἐπὶ τὸ λέγειν· *Ἐγὼ δὲ, ἀδελφοὶ, εἰ περιτομὴν κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι;* Ἐκεῖνο τῆς οἰκονομίας, τοῦτο τῆς τελειότητος

terræ motum Scriptura nobis annuntiat, [48] nempe migrationem ab hac vita ad alteram illam motus omnis et jactationis expertem. Idem porro duobus Testamentis accidit. Quid illud? Non subito, nec ad primam aggressionis impulsionem commutata sunt. Quamobrem? (Id enim scire operæ pretium est.) Ut ne vi pertraheremur, sed persuasione adduceremur. Quod enim voluntarium non est, ne diuturnum quidem est; quemadmodum nec fluenta, aut stirpes, quæ per vim retinentur. Quod autem voluntarium est, tum diuturnius est, tum certius. Atque alterum ejus est, qui vim intulit; alterum nostrum. Alterum divinæ benignitatis; alterum tyrannicæ potestatis. Quocirca Deus minime faciendum sibi duxit, ut invitos beneficiis afficeret, sed ut de volentibus bene mereretur. Ac proinde pædagogi cujusdam et medici more patrios ritus, partim subtrahit, partim concessit, nonnihil videlicet eorum voluptati indulgens, quemadmodum medici ægrotantibus, ut medicamentum, suavioribus rebus arte temperatum et edulcatum, admittant. Neque enim facile est ab iis, quæ longo usu et diuturno tempore in honore ac pretio fuerunt, ad alia transilire. Ergo prima lex sublatis idolis sacrificia permisit; secunda submotis sacrificiis circumcisionem minime prohibuit: ac postea, ut semel subtrahi sibi aliquid æquo animo tulerunt homines, rebus etiam sibi concessis, hoc est, illi sacrificiis, hi circumcisione, abstinuerunt, atque, ut ex ethnicis Judæi, ita ex Judæis Christiani facti sunt, per mutationes quasi furtim ad Evangelium perducti. Hujus rei tibi fidem faciat Paulus, qui ex eo quod circumcidebat [49], ac purificabatur [50] eo tandem progressus est, ut diceret: *Ego autem, fratres, si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutionem patior* [51]? Illud dispensationis erat; hoc perfectionis.

ΚΖ'. Τούτῳ τὸ τῆς θεολογίας εἰκάζειν ἔχω, πλὴν ὅσον ἐκ τῶν ἐναντίων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὑφαιρέσεων ἡ μετάθεσις· ἐνταῦθα δὲ διὰ τῶν προσθηκῶν ἡ τελείωσις. Ἔχει γὰρ οὕτως· ἐκήρυσσε φανερῶς ἡ Παλαιὰ τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν ἀμυδρότερον. Ἐφανέρωσεν ἡ Καινὴ τὸν Υἱὸν, ὑπέδειξε τοῦ Πνεύματος τὴν θεότητα. Ἐμπολιτεύεται νῦν τὸ Πνεῦμα, σαφεστέραν ἡμῖν παρέχον τὴν ἑαυτοῦ δήλωσιν. Οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλὲς, μήπω τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ὁμολογηθείσης, τὸν Υἱὸν ἐκδήλως κηρύττεσθαι· μηδὲ τῆς τοῦ Υἱοῦ παραδεχθείσης, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵν' εἴπω τι καὶ τολμηρότερον, ἐπιφορτίζεσθαι· μὴ καθάπερ τροφῇ, τῇ ὑπὲρ δύναμιν, βαρηθέντες (46), καὶ ἡλιακῷ φωτὶ σαθροτέραν ἔτι προσβαλόντες (47) τὴν ὄψιν, καὶ εἰς τὸ κατὰ δύναμιν κινδυνεύσωσιν· ταῖς δὲ κατὰ μέρος προσθήκαις, καὶ, ὡς εἶπε Δαβὶδ, ἀναβάσεσι, καὶ ἐκ δόξης εἰς δόξαν προόδοις καὶ προκοπαῖς, τὸ τῆς Τριά-

XXVI. Huic exemplo divinitatis doctrina comparari potest, nisi quod contrario modo res procedit. Illic enim ex subtractione mutatio fiebat: hic autem ex accessione atque incremento ad perfectionem ventum est. Sic enim se res habet: Vetus Testamentum Patrem aperte prædicabat, Filium obscurius. Novum autem nobis Filium perspicue ostendit, et Spiritus divinitatem subobscure quodammodo indicavit. Nunc vero Spiritus ipse nobiscum versatur, **573** seseque nobis apertius declarat. Neque enim tutum erat, Patris divinitate nondum confessa, Filium aperte prædicari: nec, Filii divinitate nondum admissa, Spiritum sanctum, velut graviorem quamdam, si ita loqui fas est, sarcinam nobis ingeri: ne alioqui, velut cibis ultra vires gravati, ac solis radiis hebetes oculos adjicientes, iis quoque, quibus præditi eramus, viribus

[48] Hebr. XII, 26. [49] Act. XVI, 3. [50] Act. XXI, 26. [51] Gal. V, 11.

18 et seqq.); secundus, cum, Christo moriente, lex gratiæ cessit (*Matth.* XXVII, 51); tertius denique et postremus in fine mundi futurus est, de quo Apostolus (*Hebr.* XII, 26).

(42) *Μηδέ.* Duo Regg., μήτε.

(43) *Ἕνεκα.* Tres Regg., quatuor Colb. et Or. 1, ἕνεκεν

(44) *Τῷ.* Deest in tribus Regg. et Or. 1.

(45) *Περιτέμνειν.* Comb., περιτεμεῖν.

(46) *Βαρηθέντες.* Hœsch., βαρυνθέντες.

(47) *Προσβαλόντες.* Or. 1, προβαλόντες. In quibusdam, προσβάλλοντες.

Digitized by Google

periclitaremur : quin tacitis potius accessionibus, et, ut David loquitur, ascensionibus [52], atque e claritate in claritatem progressionibus et incrementis, Trinitatis lumen splendidioribus illuceret. Ob hanc causam, ut opinor, ad discipulos quoque sigillatim se confert, ad excipientium videlicet captum modulumque sese impertiens [53]; nimirum in Evangelii principio virtutes perficiens, post Christi passionem insufflatus [54], post ascensum in igneis linguis apparens [55]. Quinetiam ab ipso Jesu paulatim declaratur, ut ipse quoque comperies, si animum diligentius adverteris. *Rogabo* enim *Patrem*, inquit, *et alium Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis* [56]. Quæ quidem verba eo dixit, ne adversarius quispiam Dei esse, aut quasi de alia quadam potestate sermonem facere videretur. Hic, omissa voce, *rogabo*, vocem, *mittet*, retinuit. Tum denique, *veniet* [59] : quo verbo Spiritus potestas indicatur.

δος φῶς ἐκλάμψῃ (48) τοῖς λαμπροτέροις. Διὰ ταύτην, οἶμαι, τὴν αἰτίαν, καὶ τοῖς μαθηταῖς κατὰ μέρος ἐπιδημεῖ, τῇ τῶν δεχομένων δυνάμει παραμετρούμενον, ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, μετὰ τὸ πάθος, μετὰ τὴν ἄνοδον, τὰς δυνάμεις ἐπιτελοῦν, ἐκφυσώμενον, ἐν γλώσσαις πυρίναις φαινόμενον. Καὶ ὑπὸ Ἰησοῦ (49) κατ' ὀλίγον ἐκφαίνεται (50), ὡς ἐπιστήσεις (51) καὶ αὐτὸς ἐντυγχάνων ἐπιμελέστερον· *Ἐρωτήσω*, φησί, *τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον πέμψει ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας*· ἵνα μὴ ἀντίθεος εἶναι δόξῃ τις, καὶ ὡς ἀπὸ ἄλλης τινὸς ἐξουσίας ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. Εἶτα, *πέμψει* μὲν, *ἐν* δὲ *τῷ ὀνόματί μου*. Τὸ *ἐρωτήσω* παρεὶς, τὸ *πέμψει* τετήρηκεν· εἶτα, *πέμψω*, τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα· εἶτα, *ἥξει*, ἡ τοῦ Πνεύματος ἐξουσία.

Postea, *mittet* quidem, cæterum *in nomine meo* [57]. Mox, *mittam* [58] : ut propriam auctoritatem ostendat. Tum denique, *veniet* [59] : quo verbo Spiritus potestas indicatur.

XXVII. Vides illuminationes paulatim nobis affulgentes, theologiæque ordinem, quem nobis quoque tenere præstiterit, ut nec repente atque confertim omnia in lucem efferamus, nec in finem usque occultemus. Illud enim inconsultum atque ab arte alienum fuerit, hoc impium : illud alienos offendere ac vulnerare queat, hoc nostros a nobis abalienare. Enimvero id, quod quibusdam quoque aliis fortasse in mentem venit, ego tamen animi mei fetum esse existimo, superioribus adjungam. Habebat quædam Salvator, quæ a discipulis, licet alioqui multiplici doctrina implerentur, tunc tamen portari posse negabat, ob eas fortasse, quas attuli, causas, atque idcirco ea ipsis occultabat. Ac rursus dicebat fore, ut ab adveniente Spiritu omnia edocerentur[60]. Ergo unum ex eorum numero esse censeo, ipsam Spiritus sancti **574** Deitatem, in posterum apertius declarandam, tum videlicet, cum jam post Salvatoris in integrum restitutionem, matura et perceptibilis esset ipsius cognitio, utpote cui ob tam insigne miraculum fides non jam abrogaretur. Quid enim hoc majus, vel ille polliceri, vel Spiritus docere potuisset? Si modo magnum aliquid existimandum est, vel quod docebatur.

ΚΖ'. Ὁρᾷς φωτισμοὺς κατὰ μέρος ἡμῖν ἐλλάμποντας, καὶ τάξιν θεολογίας, ἣν καὶ ἡμᾶς τηρεῖν ἄμεινον, μήτε ἀθρόως ἐκφαίνοντας, μήτε εἰς τέλος κρύπτοντας. Τὸ μὲν γὰρ ἄτεχνον, τὸ δὲ ἄθεον (52)· καὶ τὸ μὲν τοὺς ἀλλοτρίους πλῆξαι δυνάμενον, τὸ δὲ ἀλλοτριῶσαι τοὺς ἡμετέρους. Ὃ δὲ ἴσως μὲν ἦλθεν ἤδη τισὶν (53) ἐπὶ νοῦν καὶ τῶν ἄλλων, ἐγὼ δὲ τῆς ἐμαυτοῦ (54) διανοίας ὑπολαμβάνω καρπὸν, προσθήσω τοῖς εἰρημένοις. Ἦν τινα τῷ Σωτῆρι, καὶ εἰ πολλῶν ἐνεπίμπλαντο μαθημάτων, ἃ μὴ δύνασθαι τότε βασταχθῆναι τοῖς μαθηταῖς ἐλέγετο, δι' ἃς εἶπον ἴσως αἰτίας, καὶ διὰ τοῦτο παρεκαλύπτετο. Καὶ πάλιν, πάντα διδαχθήσεσθαι ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐνδημήσαντος. Τούτων (55) ἓν εἶναι νομίζω, καὶ αὐτὴν τοῦ Πνεύματος τὴν θεότητα τρανουμένην εἰς ὕστερον (56), ὡς τηνικαῦτα ὡρίμου καὶ χωρητῆς ἤδη τυγχανούσης τῆς γνώσεως, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀποκατάστασιν, οὐκέτι ἀπιστουμένου (57) τῷ θαύματι. Τί γὰρ ἂν τούτου μεῖζον, ἢ ἐκεῖνος ὑπέσχετο, ἢ τὸ Πνεῦμα ἐδίδαξεν; εἴπερ τι μέγα οἴεσθαι χρὴ, καὶ Θεοῦ μεγαλοπρεπείας ἄξιον, τὸ ὑπισχνούμενον, ἢ τὸ διδασκόμενον.

Deique magnificentia dignum, quod promittebatur, vel quod docebatur.

XXVIII. Ac de his ita sentio, utinamque sentiam, et quisquis mihi amicus est, colamusque Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, tres proprietates, unam divinitatem, nec gloria, nec honore, nec essentia, nec regno divisam, ut quispiam, diviho numine afflatus, non ita pridem philosopha-

ΚΗ'. Ἔχω μὲν οὕτω περὶ τούτων, καὶ ἔχοιμι, καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλος, σέβειν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, θεότητα μίαν, δόξῃ, καὶ τιμῇ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην, ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν (58) θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν· ἢ μὴ ἴδοι ἐωσφόρον ἀνατέλ-

[52] Psal. LXXXIII, 6. [53] Luc. IX, 1. [54] Joan. XX, 22. [55] Act. II, 3. [56] Joan. XIV, 16, 17. [57] ibid. 26. [58] Joan. XVI, 7. [59] ibid. 8. [60] ibid. 12; XIV. 26.

(48) *Ἐκλάμψῃ*. Reg. Cypr., σαφῶς ἐκλάμπειν. Comb., ἐκλάμπειν, vel, ἐκλάμψαι. « Splendidioribus lucis suæ radiis coruscaret. »

(49) *Ὑπὸ Ἰησοῦ*. Reg. Cypr., ὑπὸ Χριστοῦ. Coisl. 2. et sex Colb., ὑπὸ Υἱοῦ.

(50) *Ἐκφαίνεται*. Sav., ἐμφαίνεται.

(51) *Ἐπιστήσεις*. Comb., ἐπιστήσῃ.

(52) *Τὸ μὲν γὰρ ἄτεχνον, τὸ δὲ ἄθεον*. Hæc desunt in Coisl. 1.

(53) *Ὃ δὲ ἴσως μὲν ἦλθεν ἤδη τισίν*. Tres Regg., et Or. 1, Ὃ δ' ἴσως μὲν ἤδη τισὶν ἦλθεν.

(54) *Τῆς ἐμαυτοῦ*. In nonnullis, τῆς ἐμῆς.

(55) *Τούτων*. Reg. bm, Τοῦτον.

(56) *Εἰς ὕστερον*. Reg. Cyprian., εἰς τοῖς ὕστερον.

(57) *Ἀπιστουμένου*. Reg. a, ἀπιστομένην [f. pro ἀπιστουμένην].

(58) *Ὡς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν*. Tres Colb., ὥς τις τῶν μικρὸν ἔμπροσθεν. Juxta Eliam, Gregorius Thaumaturgus hic designatur, qui in sua *Apocalypsi* his verbis utitur.

Digitized by Google

λοντα, ὡς φησιν ἡ Γραφὴ, μηδὲ δόξαν τῆς ἐκεῖθεν λαμπρότητος, ὅστις οὐχ οὕτως ἔχει, ἢ συμφέρεται τοῖς καιροῖς, ἄλλοτε ἄλλος γινόμενος καὶ περὶ τῶν μεγίστων σαθρῶς βουλευόμενος. Εἰ μὲν γὰρ οὐ (59) προσκυνητὸν, πῶς ἐμὲ θεοῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος; εἰ δὲ προσκυνητὸν, πῶς οὐ σεπτόν; εἰ δὲ σεπτὸν, πῶς οὐ Θεός; Ἔν ἤρτηται τοῦ ἑνὸς, ἡ χρυσῆ τις (60) ὄντως σειρὰ καὶ σωτήριος. Καὶ παρὰ μὲν τοῦ Πνεύματος ἡμῖν, ἡ ἀναγέννησις· παρὰ δὲ τῆς ἀναγεννήσεως, ἡ ἀνάπλασις· παρὰ δὲ τῆς ἀναπλάσεως, ἡ ἐπίγνωσις τῆς ἀξίας τοῦ ἀναπλάσαντος.

ΚΘ'. Ταῦτα μὲν οὖν εἴποι τις ἂν τὸ ἄγραφον ὑποθέμενος (61)· ἤδη δὲ ἥξει σοι καὶ ὁ τῶν μαρτυριῶν ἰσμὸς, ἐξ ὧν, ὅτι καὶ λίαν ἔγγραφος, ἡ τοῦ Πνεύματος θεότης ἐπιδειχθήσεται τοῖς μὴ λίαν σκαιοῖς, μηδὲ ἀλλοτρίοις τοῦ Πνεύματος. Σκόπει δὲ οὕτως· Γεννᾶται (62) Χριστὸς, προτρέχει· βαπτίζεται, μαρτυρεῖ· πειράζεται, ἀνάγει (63)· δυνάμεις ἐπιτελεῖ, συμπαρομαρτεῖ· ἀνέρχεται, διαδέχεται. Τί γὰρ οὐ δύναται τῶν μεγάλων, καὶ ὧν Θεός; τί δαὶ οὐ προσαγορεύεται ὧν Θεὸς, πλὴν ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως; Ἔδει γὰρ τὰς ἰδιότητας μεῖναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἵνα μὴ σύγχυσις ᾖ παρὰ τῇ θεότητι, τῇ καὶ τἄλλα εἰς τάξιν ἀγούσῃ καὶ εὐκοσμίαν (64). Ἐγὼ μὲν φρίττω τὸν πλοῦτον ἐννοῶν τῶν κλήσεων, καὶ καθ' ὅσων ὀνομάτων ἀναισχυντοῦσιν οἱ τῷ Πνεύματι ἀντιπίπτοντες. Πνεῦμα Θεοῦ λέγεται, Πνεῦμα Χριστοῦ, νοῦς Χριστοῦ, Πνεῦμα Κυρίου, αὐτὸ Κύριος, Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀληθείας, ἐλευθερίας· Πνεῦμα σοφίας, συνέσεως, βουλῆς, ἰσχύος, γνώσεως, εὐσεβείας, φόβου Θεοῦ· καὶ γὰρ ποιητικὸν τούτων ἁπάντων, πάντα τῇ οὐσίᾳ πληροῦν, πάντα συνέχον, πληρωτικὸν κόσμου κατὰ τὴν οὐσίαν (65), ἀχώρητον κόσμῳ κατὰ τὴν δύναμιν, ἀγαθὸν, εὐθὲς, ἡγεμονικὸν, φύσει οὐ θέσει ἁγιαζόμενον, μετροῦν, οὐ μετρούμενον, μετεχόμενον, οὐ μετέχον, πληροῦν, οὐ πληρούμενον, συνέχον, οὐ συνεχόμενον, κληρονομούμενον, δοξαζόμενον, συναριθμούμενον, ἐπαπειλούμενον, δάκτυλος Θεοῦ, πῦρ ὡς Θεὸς, εἷς ἔμφασιν, οἶμαι, τοῦ ὁμοουσίου· Πνεῦμα τὸ ποιῆσαν, τὸ ἀνακτίζον διὰ βαπτίσματος, δι' ἀναστάσεως· Πνεῦμα τὸ γινῶσκον ἅπαντα, τὸ διδάσκον, τὸ πνέον

tus est. Nec luciferum exorientem, videat, ut cum Scriptura loquar [61], nec cœlestis splendoris gloriam, quisquis aliter sentit, aut tempori obsequitur, aliam aliamque subinde formam assumens, putidumque de maximis rebus consilium capiens. Si enim Spiritus adorandus non est, quomodo me deum per baptismum [62] effecit? Si autem adorandus, annon colendus et venerandus? Si porro venerandus, annon Deus? Unum uni cohæret, ac vere aurea quædam et salutaris est hæc catena. Et quidem a Spiritu regenerationem habemus, a regeneratione instaurationem, ab instauratione cognitionem dignitatis illius, a quo instaurati sumus.

XXIX. Hæc quidem sunt, quæ ab eo afferri queant, qui spiritus divinitatem nullo Scripturæ loco niti concesserit. Jam vero tibi auctoritatum examen prodibit, ex quibus Scripturæ testimonio admodum confirmatam esse Spiritus divinitatem ostendetur, iis quidem certe, qui non nimis stolidi et obtusi fuerint, atque a Spiritu aversi. Sic autem expende : Nascitur Christus [63] : præcurrit Spiritus [64]. Baptizatur ille [65] : hic testimonium affert [66]. Tentatur ille [67] : hic abducit [68]. Miracula edit ille [69] : hic comitatur [70]. Ascendit ille [71] : hic succedit [72]. Quid enim adeo magnum et divinum est, quod non ipse possit? Quod tam divinum nomen est, quo non, excepto Ingeniti et Geniti nomine, appelletur? Patris enim et Filii proprietates incolumes atque integras ipsis manere conveniebat, ne alioqui apud divinitatem, quæ **575** alia quoque in ordinem et concinnitatem adduxit, confusio exsisteret. Equidem ipse ad tantam nominum copiam, adversus quam frontem perfricant, qui Spiritui adversantur, totus cohorresco. Spiritus Dei [73] dicitur, Spiritus Christi, mens Christi [74], Spiritus Domini [75], ac Dominus ipse [76], Spiritus adoptionis [77], veritatis [78], libertatis [79] ; Spiritus sapientiæ, prudentiæ, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis, timoris Dei [80], utpote horum omnium efficiens, omnia essentia sua implens, omnia continens, mundum quantum ad essentiam implens, interim ipse major quam ut mundus vim illius et potentiam capere possit [81] : bonus [82], rectus, principalis [83], natura non

[61] Job xi, 17. [62] Matth. xxviii, 19. [63] Luc. ii, 7. [64] Luc. i, 35. [65] Luc. iii, 21. [66] ibid. 23. [67] Luc. iv, 1. [68] ibid. 18. [69] Matth. xii, 22. [70] ibid. 28. [71] Act. i, 9. [72] Act. ii, 4. [73] I Cor. ii, 11. [74] Rom. viii, 9 sqq.; II Cor. iii, 18. [75] Sap. i, 7. [76] Thren. iv, 20. [77] Rom. viii, 15. [78] Joan. xiv, 17; xv, 26; xvi, 13. [79] II Cor. iii, 17. [80] Isa. xi, 2 sqq. [81] Sap. i, 7-10. [82] Psal. cxlii, 10. [83] Psal. l, 10, 12.

(59) *Οὐ*. Or. 1, οὐδέ.
(60) *Χρυσῆ τις*. Reg. bm, χρυσῖτις.
(61) *Ὑποθέμενος*. Reg. a, ὑποτιθέμενος.
(62) *Γεννᾶται*. « Generatur, concipitur. » Nam legitur, Luc. i, 35. « Spiritus sanctus superveniet in te, » etc.
(63) *Ἀνάγει*. Par., ἁγιάζει, « sanctificat. »
(64) *Εὐκοσμίαν*. Sic tres Regg., Coisl. 1, Orat. 1, etc. In ed., ἀκοσμίαν. Sic legit Billius, et vertit : « Quæ alia quoque, atque adeo confusionem ipsam, in ordinem adduxit, confusio exsisteret. »
(65) *Πληρωτικὸν κόσμου κατὰ τὴν οὐσίαν*. Schol. : Ὅρα μὴ ἐναλλάξει τὸ ῥητὸν κατὰ δύναμιν καὶ οὐσίαν. Καὶ γὰρ ὁ Βασίλειος ἐν τῷ θ' τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ Πνεύματος οὕτω φησίν· Πάντα μὲν πληροῦν τῇ δυνάμει, μόνοις δὲ ὂν μεθεκτὸς τοῖς ἀξίοις. Καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος τάδε αὐταῖς λέξεσι λέγει· Ἐκτὸς μέν ἐστι τοῦ παντὸς κατ' οὐσίαν, ἐν πᾶσι δέ ἐστι ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσι· « Vide ne immunitatis vocibus scriptum sit, quantum ad potentiam et essentiam. Etenim Basilius cap. 9 ad Amphilochium, de Spiritu sancto sic ait : Omnia virtute implens ac potentia, sed ab iis solum, qui digni sunt, percipi potest. Sanctus etiam Athanasius iisdem verbis loquitur : Extra hanc rerum universitatem est, si essentiam spectes; in omnibus autem est, sua ipsius potestate. »

Digitized by Google

gratia sanctificans[84], non sanctificatus, metiens, non dimensus, impertiens, non particeps, implens, non impletus, continens, non contentus, hæreditate acceptus[85], glorificatus, Patri et Filio connumeratus[86], minaciter denuntiatus, Dei digitus[87], ignis[88] tanquam Deus, ad ostendendum, ut opinor, quod ejusdem essentiæ sit : Spiritus qui condidit, qui per baptismum et resurrectionem denuo creat[89] : Spiritus omnia cognoscens[90], docens, ubi vult et quantum vult spirans[91], ducatum præbens[92], loquens[93], mittens[94], segregans[95] : Spiritus qui ad iram incitatur, qui tentatur[96], qui revelat, qui lucem ac vitam affert; imo qui ipsamet lux et vita est : qui templa efficit, deificat, perficit ita ut, et baptismum antevertat, et post baptismum requiratur : qui omnia efficit, quæcunque Deus ipse, qui in igneis linguis dividitur[97], qui dona distribuit, qui apostolos, prophetas, evangelistas, pastores et doctores facit : Spiritus intelligens, multiplex, apertus, clarus, incontaminatus, minimeque impeditus[98] (quod idem valet ac si dicerem, sapientissimus, agendique facultate varius ac multiplex, omnia explicans ac declarans, arbitrii libertate præditus, et immutabilis), omnipotens, omnia lustrans, per omnes spiritus penetrans[99], intelligentes, puros, tenuissimos (hoc est, per angelicas, ut opinor, virtutes), quemadmodum et per propheticos et apostolicos, eodem temporis momento, nec tamen in iisdem locis (alii enim eorum alibi fusi ac sparsi erant), quod quidem perspicue ostendit, eum nullius loci circumscriptione coerceri.

A ὅπου θέλει καὶ ὅσον, ὁδηγοῦν, λαλοῦν, ἀποστέλλον, ἀφορίζον, παροξυνόμενον, πειραζόμενον, ἀποκαλυπτικόν, φωτιστικόν, ζωτικόν· μᾶλλον δὲ, αὐτοφῶς καὶ ζωὴ, ναοποιοῦν, θεοποιοῦν, τελειοῦν· ὥστε καὶ προλαμβάνειν τὸ βάπτισμα, ἐπιζητεῖσθαι (66) μετὰ τὸ βάπτισμα· ἐνεργοῦν ὅσα Θεὸς, μεριζόμενον ἐν γλώσσαις πυρίναις, διαιροῦν χαρίσματα, ποιοῦν ἀποστόλους, προφήτας, εὐαγγελιστὰς, ποιμένας, καὶ διδασκάλους, νοερὸν, πολυμερὲς, σαφὲς, τρανὸν, ἀμόλυντον, ἀκώλυτον (ὅπερ (67) ἴσον δύναται, τὸ (68) σοφώτατον καὶ πολύτροπον ταῖς ἐνεργείαις, καὶ σαφηνιστικὸν πάντων, καὶ τρανωτικὸν, καὶ αὐτεξούσιον (69), καὶ ἀναλλοίωτον), παντοδύναμον, παντεπίσκοπον, διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων, νοερῶν, καθαρῶν, λεπτοτάτων (ἀγγελικῶν, οἶμαι, δυνάμεων), ὥσπερ καὶ B προφητικῶν καὶ ἀποστολικῶν, κατὰ ταυτὸν (70), καὶ οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις (ἄλλων δὲ ἀλλαχοῦ νενεμημένων), ᾧ δηλοῦται τὸ ἀπερίγραπτον.

576 XXX. Qui hæc dicunt, ac docent, atque insuper Paracletum alium [1], velut alium Deum, nominant, qui blasphemiam solam adversus eum prolatam inexpiabilem [2] esse sciunt, qui denique Ananiæ et Saphiræ, postquam Spiritui sancto mentiti essent perinde ac Deo, non homini, mentiti essent [3], tam horribilem infamiæ notam inusserunt; quid tandem tibi videntur, Spiritumne Deum prædicare, an aliud quid? Quam crassi es ingenii, atque a Spiritu procul remoti, si de hac re dubitas, ac doctore opus habes! Ac tot nominibus, tam vivis, et expressis, in Scriptura Spiritus appellatur. Quid enim testimonia ipsa tibi ad verbum producere attinet? Quæcunque autem hic quoque humilius dicuntur, velut quod detur [4], mittatur [5], distribuatur [6], charisma etiam [7], donum [8], insufflatio [9], pollicitatio [10], intercessio [11], ac si quid aliud hujusmodi, ne singula commemorem, ad primam causam referri debent, ut, ex quo sit, ostendatur, ac non tria principia divisa, proindeque plures dii admittantur. D

Λ'. Οἱ ταῦτα λέγοντες καὶ διδασκοντες, καὶ πρός γε (71) ἄλλον Παράκλητον, οἷον ἄλλον Θεὸν, ὀνομάζοντες, οἱ τὴν εἰς αὐτὸν (72) βλασφημίαν μόνην εἰδότες ἀσυγχώρητον, οἱ τὸν Ἀνανίαν καὶ τὴν Σάπφειραν οὕτω φοβερῶς στηλιτεύσαντες, ἐπειδὴ ἐψεύσαντο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς Θεὸν ψευσαμένους, οὐκ ἄνθρωπον· οὗτοι τί σοι δοκοῦσι, πότερον Θεὸν τὸ Πνεῦμα κηρύσσειν (73), ἢ ἄλλο τι; Ὡς λίαν ὄντως παχύς τις εἶ, καὶ πόρρω τοῦ Πνεύματος, εἰ τοῦτο ἀπορεῖς, καὶ δέῃ τοῦ διδάξοντος (74). Αἱ μὲν οὖν κλήσεις, τοσαῦται, καὶ οὕτως ἔμψυχοι. Τί γὰρ δεῖ σοι τὰς ἐπὶ τῶν (75) ῥημάτων μαρτυρίας παρατίθεσθαι; Ὅσα δὲ κάνταῦθα λέγεται ταπεινότερον τὸ δίδοσθαι, τὸ ἀποστέλλεσθαι, τὸ μερίζεσθαι, τὸ χάρισμα, τὸ δώρημα, τὸ ἐμφύσημα, ἡ ἐπαγγελία, ἡ ὑπερέντευξις, εἴτε τι ἄλλο τοιοῦτον, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον (76) λέγω, ἐπὶ τὴν πρώτην αἰτίαν ἀνενεκτέον, ἵνα τὸ ἐξ οὗ δειχθῇ, καὶ μὴ τρεῖς ἀρχαὶ μεμερισμέναι πολυθέως παραδεχθῶσιν (77). Ἴσον γὰρ εἰς ἀσέβειαν, καὶ Σαβελλίως

[84] Rom. VIII, 14 sqq. [85] Ephes. I, 13, 14. [86] Matth. XXVIII, 19. [87] Luc. XI, 20. [88] Act. II, 3. [89] Joan. III, 5. [90] I Cor. II, 10-12. [91] Joan. III, 8 [92] Psal. CXLII, 10. [93] Act. X, 19. [94] Act. XIII, 4. [95] ibid. 2. [96] Act. XVI, 6, 7. [97] Act. II, 3. [98] Sap. VII, 22. [99] I Cor. II, 10. [1] Joan. XIV, 16. [2] Matth. XII, 31. [3] Act. V, 3 sqq. [4] Luc. XI, 13. [5] Joan. XVI, 7. [6] Hebr. II, 4. [7] I Cor. XII, 30. [8] Act. II, 38. [9] Joan. XX, 22. [10] Gal. III, 14. [11] Rom. VIII, 26.

(66) *Ἐπιζητεῖσθαι.* Sic Regg. et Colb. plures, Coisl. 1, Or. 1, etc. In ed., ἐπιζητεῖται.

(67) *Ὅπερ.* Sic plures Regg., duo Coisl., Par., Comb., etc. In ed., ᾧπερ.

(68) *Τό.* Duo Regg., τῷ.

(69) *Αὐτεξούσιον.* « Liber, » vel etiam, « cujus voluntati nihil resistit. »

(70) *Ταυτόν.* Or. 1, τοῦτο. In nonnullis, ταυτό.

(71) *Πρός γε.* Reg. a, πρὸς ἔτι. Coisl. 1, πρὸς ἔτι γε.

(72) *Εἰς αὐτόν.* Coisl. 1 aliique plures, εἰς αὐτό.

(73) *Κηρύσσειν.* Reg. a et Coisl. 1, κηρύττουσι.

(74) *Διδάξοντος.* Reg. Cypr., δικάζοντος, « quasi qui ejus juris causam disceptet. »

(75) *Τὰς ἐπὶ τῶν.* Reg. Cypr., τὰς ἐκ τῶν.

(76) *Μὴ καθ' ἕκαστον.* Comb., μὴ τὰ καθ' ἕκαστον.

(77) *Παραδεχθῶσιν.* Reg. Cypr., παραδειχθῶσιν.

Digitized by Google

συνάψαι, καὶ Ἀρειανῶς διαστῆσαι, τὸ μὲν τῷ προσώπῳ, τὸ δὲ (78) ταῖς φύσεσιν.

A Paris enim impietatis est, vel Sabellii more personas connectere, vel Arii instar naturas distinguere ac separare.

ΛΑ'. Ὡς ἔγωγε πολλὰ διασκεψαμενος πρὸς ἐμαυτὸν (79) τῇ φιλοπραγμοσύνῃ τοῦ νοῦ, καὶ πανταχόθεν τὸν λόγον εὐθύνας, καὶ ζητῶν εἰκόνα τινὰ τοῦ τοσούτου πράγματος, οὐκ ἔσχον ᾧτινι χρὴ τῶν κάτω (80) τὴν θείαν φύσιν παραβαλεῖν. Κἂν γὰρ μικρά τις ὁμοίωσις εὑρεθῇ, φεύγει με τὸ πλέον, ἀφὲν κάτω (81) μετὰ τοῦ ὑποδείγματος. Ὀφθαλμόν τινα, καὶ πηγὴν, καὶ ποταμὸν ἐνενόησα, καὶ γὰρ καὶ ἄλλοι (82), μὴ τῷ μὲν ὁ Πατὴρ, τῷ δὲ ὁ Υἱὸς, τῷ δὲ (83) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναλόγως ἔχῃ (84). Ταῦτα γὰρ οὔτε χρόνῳ διέστηκεν, οὔτε ἀλλήλων ἀπέῤῥηκται τῇ συνεχείᾳ· κἂν δοκεῖ (85) πως τρισὶν ἰδιότησι τέμνεσθαι. Ἀλλ' ἔδεισα, πρῶτον μὲν ῥύσιν τινὰ θεότητος παραδέξασθαι στάσιν οὐκ ἔχουσαν· δεύτερον δὲ μὴ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ διὰ τῆς εἰκασίας ταύτης εἰσάγηται. Ὀφθαλμὸς (86) γὰρ, καὶ πηγὴ, καὶ ποταμὸς ἕν ἐστιν ἀριθμῷ, διαφόρως σχηματιζόμενα.

XXXI. Enimvero cum mentis curiositate multum diuque mecum considerassem, atque orationem undecunque explorassem, rei tantæ imaginem quamdam exquirens, cui tandem rerum inferarum divina illa natura comparanda sit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam similitudinem invenerim, major tamen me pars fugit, humique me cum meo exemplo relinquit. Oculum quemdam, et fontem, et fluvium mihi proposui, quemadmodum alii quoque, ut viderem, num Pater cum oculo, Filius cum fonte, Spiritus cum fluvio proportione quadam conveniret. Hæc enim, nec tempore distinguuntur, nec ob continuitatem a se invicem abrumpuntur; ac tribus insuper proprietatibus quodammodo scindi videntur. Sed subiit me timor, primum ne fluxio quædam divinitatis stabilitatis expers admittatur. Deinde ne per hanc similitudinem unum numero introducatur. Oculus enim, et fons, et fluvius unum sunt numero, varie efformata.

B

ΛΒ'. Πάλιν (87) ἥλιον (88) ἐνεθυμήθην, καὶ ἀκτῖνα, καὶ φῶς. Ἀλλὰ κἀνταῦθα δέος, πρῶτον μὲν, μὴ σύνθεσίς τις ἐπινοῆται τῆς ἀσυνθέτου φύσεως, ὥσπερ ἡλίου καὶ τῶν ἐν ἡλίῳ· δεύτερον δὲ, μὴ τὸν Πατέρα μὲν οὐσιώσωμεν, τἄλλα δὲ μὴ ὑποστήσωμεν, ἀλλὰ δυνάμεις Θεοῦ ποιήσωμεν ἐνυπαρχούσας, οὐχ ὑφεστώσας. Οὔτε γὰρ ἀκτὶς, οὔτε φῶς, ἄλλος ἥλιος, ἀλλ' ἡλιακαί τινες ἀπόῤῥοιαι, καὶ ποιότητες οὐσιώδεις. Καὶ ἅμα τὸ εἶναι, καὶ τὸ μὴ εἶναι, τῷ Θεῷ (89) δῶμεν ἐν τούτοις, ὅσον ἐκ τοῦ ὑποδείγματος, ὃ καὶ τῶν εἰρημένων (90) ἀτοπώτερον. Ἤκουσα δέ τινος καὶ τοιοῦτον ὑπογράφοντος λόγον· Μαρμαρυγήν τινα ἡλιακὴν τοίχῳ προσαστράπτουσαν, καὶ περιτρέμουσαν ἐξ ὑδάτων κινήσεως, ἣν ἡ ἀκτὶς ὑπολαβοῦσα διὰ τοῦ ἐν μέσῳ ἀέρος, εἶτα σχεθεῖσα (91) τῷ ἀντιτύπῳ (92), παλμὸς ἐγένετο καὶ (93) παράδοξος. Ἅττει (94) γὰρ πολλαῖς καὶ πυκναῖς ταῖς κινήσεσιν, οὐχ ἓν οὖσα μᾶλλον, ἢ πολλὰ, οὐδὲ πολλὰ μᾶλλον, ἢ ἓν, τῷ τάχει τῆς συνόδου καὶ τῆς διαστάσεως, πρὶν ὄψει κρατηθῆναι, διαδιδράσκουσα.

XXXII. Solem rursus, et radium, et lucem cogitavi. Verum hic quoque metuendum est; primum, ne incompositæ naturæ compositio quædam excogitetur, quemadmodum solis, et eorum, quæ soli insunt; deinde, ne Patri quidem essentiam tribuamus, reliquos autem subsistere negemus, sed facultates quasdam Dei constituamus, quæ ipsi quidem insint, non autem per se subsistant. Neque enim radius, aut lux, alii soles sunt, sed solis velut rivi quidam, et substantiales qualitates. Ac præterea, ne simul, et esse, et non esse, Deo in his demus (quantum ex hoc exemplo colligi potest), id quod superioribus etiam absurdius fuerit. Quin etiam aliquem audivi hujusmodi similitudinem adumbrantem. Fingebat splendorem quemdam solarem parieti affulgentem, atque ex aquarum motu tremiscentem, quem, cum radius per intermedium aerem susceperit, postea solido ac renitente corpore repressus, mirabilis quædam subsultatio exsistit. Multis enim crebrisque agitationibus subsilit, ita ut non magis unum sit, quam multa, nec rursus magis multa, quam unum; ac tanta celeritate coit vicissim, et dissociatur, ut prius quam oculis teneatur, fuga se proripiat.

C

ΛΓ'. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο (95) θέσθαι δυνατὸν ἐμοὶ, δι' ἓν μὲν, ὅτι τὴν μὲν τὸ κινῆσαν (96) καὶ πάνυ δῆ-

D XXXIII. Sed ne hoc quidem ipse constituere possum: primum quoniam, quid splendori illi motum

(78) *Τὸ μὲν... τὸ δέ.* Tres Colb., τῷ μὲν... τῷ δέ.
(79) *Πρὸς ἐμαυτόν.* Deest in Reg. a.
(80) *Χρὴ τῶν κάτω.* Sic tres Regg. et tres Colb. In ed. deest τῶν.
(81) *Φεύγει με τὸ πλέον, ἀφὲν κάτω.* Plerique codd., φεύγει τὸ πλεῖον ἀφέν με κάτω.
(82) *Καὶ ἄλλοι.* Deest καί in Or. 1.
(83) *Τῷ δέ.* Duo Regg. et Coisl. 1, τῇ δέ
(84) *Ἔχῃ.* Regg. a, b, ἔχει.
(85) *Κἂν δοκεῖ.* Reg. a, κἂν δοκῇ. Tres Colb., Bas., Bill. et Leuvenk., καὶ δοκεῖ.
(86) *Ὀφθαλμός.* « Hoc loco, » inquit Bill. ex Elia, « significat principium fontis, e quo, tanquam ab oculo lux, promanat e terra prorumpens. »
(87) *Πάλιν.* Tres Regg. et Comb. ἢ πάλιν.
(88) *Ἥλιον.* Sic codd. Prave in ed., ἥλιος.
(89) *Τῷ Θεῷ.* Duo Coisl. addunt, μόνῳ, et Reg. a, μόνῳ τῷ Πατρί.
(90) *Εἰρημένων.* Duo Coisl., προειρημένων
(91) *Σχεθεῖσα.* Elias, χεθεῖσα, « diffusa. »
(92) *Ἀντιτύπῳ.* Coisl. 1, ἀντιτοίχῳ, « pariete. »
(93) *Ἐγένετο καί.* Comb., ἐγένετό τις. Sic etiam legit Bill.
(94) *Ἅττει.* Sic duo Coisl., Par., Comb., etc. In ed., ἅπτει.
(95) *Τοῦτο.* Tres Colb., τούτῳ,
(96) *Τὸ κινῆσαν.* « Qui hunc splendorem moveat (nempe ventus), notum est. »

Digitized by Google

afferat, admodum perspicuum est : at Deo nihil antiquius est, quod ipsi motum dederit. Ipse quippe omnium causa est, nec antiquiorem causam habet. Deinde quod hic earumdem rerum suspicio occurrit, nimirum compositionis, diffusionis, incertæque et instabilis naturæ, quarum nihil de divinitate cogitandum est. In summa nihil est in quo mens mea gradum figere queat, dum, quod imaginor, in exemplis considero ; ni forte quispiam ea animi æquitate sit, ut cum unum aliquid ex proposita imagine acceperit, reliqua projiciat. Postremo itaque hoc mihi consultissimum visum est, ut, missis factis imaginibus illis, atque umbris, ut fallacibus, plurimumque a veritate remotis, piam ipse cogitationem, fidemque mordacius retineam, atque in paucis verbis insistens, duceque Spiritu sancto utens, quemque hic splendorem accepi, hunc ad extremum usque, tanquam fidum socium et congerronem custodiens, ævum hoc trajiciam, aliosque pro viribus adducam, ut Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adorent, unam divinitatem ac potentiam ; quoniam ipsi omnis gloria, honor, imperium in sæcula sæculorum. Amen.

λον· Θεοῦ δὲ οὐδὲν πρεσβύτερον, ἵν' ᾖ τι τὸ τοῦτον κεκινηκός· αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων αἰτία, αἰτίαν δὲ πρεσβυτέραν οὐκ ἔχει. Δεύτερον δὲ, ὅτι κάνταῦθα τῶν αὐτῶν ὑπόνοια, συνθέσεως, χύσεως, ἀστάτου καὶ οὐ παγίας φύσεως, ὧν οὐδὲν ἐννοητέον περὶ θεότητος. Καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν ὃ μοι τὴν διάνοιαν ἵστησιν ἐπὶ τῶν ὑποδειγμάτων θεωροῦντι τὸ φανταζόμενον· πλὴν εἴ τις ἓν τι λαβὼν τῆς εἰκόνος, ὑπ' εὐγνωμοσύνης, τὰ λοιπὰ ῥίψειεν. Τέλος οὖν ἔδοξέ μοι κράτιστον εἶναι, τὰς μὲν εἰκόνας χαίρειν ἐᾶσαι, καὶ σκιὰς, ὡς ἀπατηλὰς, καὶ τῆς ἀληθείας πλεῖστον ἀποδεούσας, αὐτὸν δὲ τῆς εὐσεβεστέρας ἐννοίας ἐχόμενον, ἐπ' ὀλίγων ῥημάτων ἱστάμενον, ὁδηγῷ τῷ Πνεύματι χρώμενον, ἣν ἐντεῦθεν ἐλλαμψιν ἐδεξάμην, ταύτην εἰς τέλος διαφυλάσσοντα, ὡς γνησίαν κοινωνὸν (97) καὶ συνόμιλον, τὸν αἰῶνα τοῦτον διαπορεύεσθαι διατέμνοντα (98), καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν εἰς δύναμιν, προσκυνεῖν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν (99)· ὅτι αὐτῷ πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(97) *Κοινωνόν.* Sic codd. Mendose in ed., κοινωνῶν.

(98) *Διατέμνοντα.* Deest in tribus Colb.

(99) *Καὶ δύναμιν.* Reg. a, καὶ βασιλείαν, καὶ δύναμιν, « et regnum, et potentiam. »

578 MONITUM IN ORATIONEM XXXII.

I. Theologicis orationibus egregiam, « De moderatione in disputationibus servanda, » subjungimus orationem. Hæc siquidem ad theologicas, et argumento, et tempore proxime accedit. Dudum enim, ut jam sæpe in præcedentibus monitis vidimus, hæreticorum furor varios ac ingentes Constantinopoli tumultus excitarat. Sacra et pretiosa Christi tunica undequaque sacrilegis impiorum manibus dilacerabatur ; atque adeo tristis et calamitosa erat his temporibus Ecclesiæ facies, ut confusa omnia et perturbata viderentur. Cum igitur Gregorius in theologicis orationibus dilucide ac invictissime Trinitatis doctrinam propugnasset, ac sæpe sæpius totis viribus linguarum pruritum penitus compescere tentasset, nunc demum de moderatione, quæ in disputationibus servanda est, tractare aggreditur. Ac primo quidem tumultuum et dissensionum originem ducit ab animorum petulantia, et a temeritate, quam « inscitiæ filiam » nominat (n. 3). Ex his enim fontibus dimanat quidquid tum in doctrina, tum in disputationibus vitiosum est. Idcirco ex rerum creatarum ordine, pastores simul et gregem ad justitiæ ordinisque leges amanter invitat ; atque ex eleganti corporis cum membris similitudine, ostendit diversos esse in Ecclesia ordinis gradus, et diversa membrorum officia. « Alii, inquit (n. 11), dominantur et præsunt, alii parent ac reguntur ; et quemadmodum inter eos qui subsunt permagnum reperitur discrimen, ita etiam inter præfectos non parva differentia est. » Quod quidem probat ex Apostolo, qui ait [12] : « Quosdam posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, » etc.

II. Deinde silentii donum eo magis extollit, quod nos ab ampliori et graviori periculo retrahat. Arduum quippe est ac perdifficile, non solum res divinas mente consequi, et verbis explicare, verum etiam purgatas aures nancisci. Non inde tamen ad omne disputationis genus aditum occludendum putat ; sed jubet a pertinaci contentione abstinere, ac præter legem et ordinem docere omnino vetat. Quemadmodum enim nimia in divinis rebus tarditas, ita nimia etiam festinatio eodem periculo laborat. Bona quidem spiritualia, quæ tum in veteri, tum in nova lege reconduntur, sunt omnibus hominibus communia. Ex his unusquisque pro modulo haurire debet ; sed maxime cavendum, ne quis animi elatione novitatem affectans, et ad cœlum ascendere cupiens, præceps in abyssum corruat. « Melior est » enim « pauper ambulans in simplicitate sua, » quam fatuus labiisque perversus, qui contentionibus et argumentis inepte atque imperite confidit [13]. Nam si quis linguam freno coercere non potest, ipsi certe furere ac insanire continget. Hinc omnes, et prælatos et subditos, ad humilitatis virtutem cohortatur, eosque stimulat, ut, in omni-

[12] I Cor. XII, 28. [13] Prov. XIX, 1.

Digitized by Google

bus de doctrina disputationibus, Christi veri pastoris mansuetudinem ac benignitatem imitentur; et sicut « in domo Patris mansiones multæ sunt [14], » ita unusquisque **579** per viam sibi propriam ac peculiarem gradiatur. Alia plura erudite pertractat, quæ utinam omnium animis et cordibus essent inscripta, ac præcipue eorum, qui « philosophiæ artificia et apparatus, velut Ægyptiacas plagas, » ut ait Theologus (n. 25), « in Ecclesiam inferunt. » Tunc namque contentiones, schismata et hæreses procul facesserent, ac pura veritas puris mentibus ab omnibus tractaretur.

III. Inconcussum videri debet, hanc orationem Constantinopoli, in frequenti hominum cœtu habitam fuisse. Hac in re consentiunt eruditi. Verum non ita perspicuum est, utrum anno 380 aut sequenti; utrumne etiam in Anastasia, in qua primum conciones habuit Gregorius, aut in majori Constantinopolitanæ urbis ecclesia, post redditas Catholicis ecclesias, ut conjectant nonnulli, pronuntiata fuerit. Hanc ultimam sententiam, ut verisimiliorem, secuti sunt Hermant (1) et Tillemontius (2). Idcirco orationem istam ad annum 381 referendam arbitrantur. Elias vero aliter sensisse videtur. Nam de hac oratione loquens, ait : « Hæretici ecclesias omnes Constantinopoli occupatas tenebant, ubi Gregorium hanc orationem pronuntiasse tradunt. » Hinc si rem æqua lance perpendere volumus, Eliæ opinioni ultro accedendum fatebimur. Id enim suadent hæc istius orationis verba (n. 1) : « Exiguus et pauper sum pastor, pastoribusque aliis, ut parce dicam, nondum gratus et acceptus; quod, rectone judicio, an animi malevolentia fiat, nescio. » Quæ profecto non dixisset Gregorius, si, expulsis hæreticis, ecclesiæ jam a Theodosio Magno traditæ Catholicis fuissent. Magnum argumentum est hac in re Theologi silentium. Præterea idem prorsus in ista oratione, ac in theologica prima scopus declaratur. Gregorius enim utrobique ostendit, nec cujusvis hominis, nec cujusvis temporis esse de Deo disputare; sed qua moderatione id faciendum sit, in hac præcipue, tum suo ipsius, tum aliorum exemplo ac ratione demonstrat. Unde nobis verisimilius videtur hanc orationem, unam esse ex iis, quas in præcedenti monito « inter theologicas, dictas et interjectas » (3) monuimus; ac proinde Constantinopoli, in Anastasia, circa medium annum 380 habitam fuisse putamus.

[14] Joan. xiv, 2.

(1) T. IX, art. 66, p. 464.
(2) T. II, l. ix, c. 12, p. 209.
(3) *Monit. ad theol. or.*, n. 3.

ΛΟΓΟΣ ΛΒ'.

Περὶ τῆς (4) ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας, καὶ ὅτι οὐ παντὸς ἀνθρώπου, οὔτε παντὸς καιροῦ τὸ περὶ Θεοῦ διαλέγεσθαι.

Α'. Ἐπειδὴ συνελήλυθατε προθύμως, καὶ πολυάνθρωπος ἡ πανήγυρις (5), καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα καιρὸς ἐργασίας (6), φέρε τι δῶμεν ὑμῖν ἐμπόρευμα, εἰ καὶ μὴ τῆς προθυμίας ἄξιον τῆς κοινῆς, ἀλλά γε τῆς δυνάμεως τῆς ἡμετέρας μὴ ἐνδεέστερον. Ἡ μὲν γὰρ ἀπαιτεῖ τὰ μείζω, ἡ δὲ εἰσφέρει τὰ μέτρια· καὶ κρεῖσσον τὸ κατὰ δύναμιν εἰσενεγκεῖν, ἢ τὸ πᾶν ἐλλείπειν (7). Οὐ γὰρ ὁ μὴ δυνηθεὶς τὰ τοιαῦτα ὑπεύθυνος, ἀλλ' ὁ μὴ βουληθεὶς ὑπαίτιος, κἂν τοῖς θείοις ὁμοίως, κἂν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν. Εἰμὶ μὲν ποιμὴν ὀλίγος καὶ πένης, καὶ οὕπω τοῖς ἄλλοις ἀρέσκων ποιμέσιν· οὕτω γὰρ εἰπεῖν μέτριον, εἴτε τὴν εὐδοκίαν (8) καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον, εἴτε διὰ μικροψυχίαν καὶ ἔριν, οὐκ οἶδα τοῦτο· Ὁ Θεὸς οἶδε,

ORATIO XXXII [a]

De moderatione in disputationibus servanda, et quod non sit cujusvis hominis, nec cujusvis temvoris de Deo disputare.

I. Quoniam prompto animo convenistis, ac dies hic festus maxima hominum frequentia celebratur, ob idque potissimum negotiandi occasio se offert, age, merces quasdam vobis offeramus, si minus communi huic vestræ animorum alacritati **580** pares, viribus certe nostris haudquaquam inferiores. Illa enim majora postulat, hæ autem mediocria solum præstant atque afferunt. Porro satius est, id, quod per facultates licet, afferre, quam officio prorsus deesse. Non enim qui hujusmodi res non potuit, in judicium vocandus est; sed, qui noluit, in culpa hæret, sive de divinis, sive de humanis loquamur. Atque ipse quidem exiguus et pauper sum pastor, pastoribusque aliis, ut parce dicam, nondum gratus atque ac-

[a] Alias XXVI. Quæ autem 32 erat, nunc 42. — Habita anno 380.

(4) *Περὶ τῆς*, etc. Or. 2 aliique nonnulli codices habent tantum : Περὶ τῆς εὐταξίας ἐν ταῖς διαλέξεσιν· « De moderatione in disputationibus. » In quibusdam : Περὶ θεότητος, « De divinitate. »

(5) *Ἡ πανήγυρις.* « Dies festus. » Hæc oratio pronuntiata est in festo quopiam martyrum. Sed, quinam fuerint isti martyres, ignoratur. Eos enim nullibi in toto istius orationis decursu nominat Theologus.

(6) *Καιρὸς ἐργασίας.* « Negotiandi tempus. Mos est, » inquit Elias, « apud homines, in celebritatibus ac mercatibus publicis, quædam inter se mercimonia contrahere, de quibus aliquod ipsis lucrum accedit. »

(7) *Ἐλλείπειν.* In nonnullis, ἐλλιπεῖν, « quam prorsus deficere. »

(8) *Εἴτε τὴν εὐδοκίαν*, etc. Or. 1, εἴτε δι' εὐδοκίαν. Aptior Combefisio videtur vox εὐδοξίαν, « ob celebritatem. » Ego vero crediderim, Gregorium alludere ad hæc verba Apostoli, Philipp. i, 15 : Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν· τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν· « Quidam quidem et propter invidiam et contentionem; quidam autem propter bonam voluntatem, » etc. Unde hæc verba, εἴτε τὴν εὐδοκίαν καὶ ὀρθὸν λόγον, sic reddenda censemus : « sive propter bonam voluntatem rectamque doctrinam. »

Digitized by Google

ceptus; quod rectone judicio ac ratione, an animi malevolentia et contentionis studio fiat, nescio : *Deus scit* [15], inquit Apostolus, idque revelationis dies perspicue declarabit, ignisque ille postremus [16], quo nostra omnia expendentur, aut purgabuntur. Enitar tamen, quantum potero, daboque operam, ne gratiam divinitus acceptam premam atque occultem, ac lucernam sub modio ponam [17], talentumque in terra defodiam [18] (hæc enim a vobis sæpe audivi, cum mihi cessationem atque desidiam probro verteretis, ac silentium nostrum graviter et iniquo animo ferretis), verum ut veritatis doctrina vos erudiam ac per Spiritum concordes reddam.

A φησιν ὁ Θεῖος Ἀπόστολος, καὶ δηλώσει σαφῶς ἡ τῆς ἀποκαλύψεως ἡμέρα, καὶ τὸ τελευταῖον πῦρ, ᾧ πάντα κρίνεται ἢ καθαίρεται τὰ ἡμέτερα. Πειράσομαι δ' ὅμως εἰς δύναμιν μὴ κατακρύπτειν τὸ χάρισμα, μηδ' ὑπὸ τὸν μόδιον τιθέναι τὸν λύχνον, μηδὲ καταχωννύειν τὸ τάλαντον (ἃ πολλάκις ἤκουσα παρ' ὑμῶν τὴν ἀργίαν ὀνειδιζόντων, καὶ δυσχεραινόντων τὴν σιωπὴν [9]), ἀλλὰ λόγοις ἀληθείας ἐκπαιδεύειν καὶ συναρμόζειν τῷ Πνεύματι.

II. Unde igitur vos instruere incipiam, fratres mei? Aut qua oratione athletas, quorum est præsens hæc celebritas, ornabo? Quid primum dicam, B aut quid maximum? Quid animabus vestris maxime profuturum? Aut quid huic tempori commodissimum? Id vero hac demum ratione perspiciemus. Quidnam in nostra doctrina præstantissimum est? Pax. Addam etiam utilissimum. Contra, quid turpissimum ac perniciosissimum? Discordia. Quoniam autem hanc quæstionem proposui, eique respondi, quod secundum est, insuper sciscitabor. Quidnam præcipue illam sustulit, et hanc invexit? Ut, quemadmodum in corporum morbis, causis prius circumcisis, ac turbulentarum animi permotionum fontibus obstructis aut exsiccatis, ita demum profluentes hinc rivulos effectusque simul amputemus. Neque enim fieri potest, ut, principiis non recte consideratis, quidquam de fine præclare cognoscamus. Vultis C igitur vos ipsi utriusque rei causam proferre ac declarare? An mihi potius, medici munere fungenti, eam indicandam et corrigendam relinquitis? Ego enim, et **581** dicere paratus sum, si ita voluntas vestra ferat, et dicentes audire paratior. Sed nihil dubito, quin dicendi munus mihi concedatis; quem non omnino imperitum et contemnendum morborum hujusmodi medicum, aut in curandis animis ignarum fortasse existimatis : sive id recte, sive secus arbitremini. Nec vero mirum vobis videatur, si novam, et ab animorum vestrorum sensibus alienam orationem attulero. Quanquam enim ab exspectatione et opinione vestra, non tamen a veritate discrepabit, ut quidem ipse affirmo, ac vos assentiemini, si ad extremum usque audire sustinueritis, ac non ipsum, quod objicio, vobis usu veniat, nimirum ut præ animorum fervore, antequam ad calcem oratio pervenerit, exsurgatis.

Β'. Πόθεν οὖν ἄρξομαι καταρτίζειν ὑμᾶς (10), ἀδελφοί; Καὶ τίσι λόγοις τιμήσω τοὺς ἀθλητὰς (11), ὧν ἡ παροῦσα πανήγυρις; Τί πρῶτον εἴπω (12), ἢ τί μέγιστον; Τί μάλιστα συμφέρον ταῖς ὑμετέραις (13) ψυχαῖς; Ἢ τί τῷ παρόντι καιρῷ χρησιμώτατον; Γνοίημεν δ' ἂν οὕτω· Τί τοῦ ἡμετέρου (14) λόγου τὸ κάλλιστον; Ἡ εἰρήνη· προσθήσω δ', ὅτι καὶ τὸ λυσιτελέστατον. Τί δαὶ τὸ αἴσχιστον καὶ τὸ βλαβερώτατον; Ἡ διχόνοια (15). Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἠρώτησα, καὶ ἀπεκρινάμην, προσερήσομαι καὶ τὸ δεύτερον· Τί τὸ μάλιστα λῦσαν ἐκείνην; Καὶ τί τὸ ταύτην εἰσαγαγόν; Ἵν', ὥσπερ ἐν τοῖς νοσήμασι, τὰ αἴτια περικόψαντες, καὶ τὰς πηγὰς τῶν παθῶν ἐμφράξαντες, ἢ ἀποξηράναντες, οὕτω καὶ τὰ ἐκεῖθεν ῥεύματα καὶ ἀποτελέσματα συνεκκόψωμεν. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε γνῶναί τι (16) περὶ τῆς τελευτῆς καλῶς, μὴ περὶ τῆς ἀρχῆς ὀρθῶς σκεψαμένους. Βούλεσθε οὖν ὑμεῖς τὴν αἰτίαν (17) εἰπεῖν καὶ γνωρίσαι; Ἢ ἐμοὶ τῷ θεραπευτῇ παραχωρεῖτε, καὶ δηλῶσαι ταύτην, καὶ διορθώσασθαι; Καὶ γὰρ εἰπεῖν βουλομένων ἕτοιμος, καὶ ἀκούειν λεγόντων ἑτοιμότερος. Παραχωρεῖτε μὲν, εὖ οἶδ' ὅτι· καὶ γὰρ οὐ φαύλους ἰατροὺς ἡμᾶς τῶν τοιούτων ἴσως ὑπολαμβάνετε, οὐδ' (17*) ἀμαθεῖς θεραπείας ψυχῶν· εἴτε οὖν φαύλως, εἴτε ὀρθῶς τοῦτο ὑπολαμβάνοντες. Μὴ θαυμάσητε δὲ, εἰ παράδοξον ἐρῶ λόγον· καὶ γάρ ἐστι παράδοξος μὲν, ἀληθὴς δὲ, ὡς ἔγωγέ φημι, καὶ ὑμεῖς συμφήσετε, ἂν (18) διὰ τέλους μαθεῖν ἀναμείνητε, ἀλλὰ μὴ, ὃ ἐγκαλῶ, πάθητε, καὶ προεξαναστῆτε τοῦ λόγου διὰ θερμότητα.

III. Ingenia magna et ferventia tumultus istos, in D quibus versamur, excitarunt, non illa quidem simpliciter magna et ferventia (nec enim ii sumus, qui animorum acrimoniam in vitio ponamus, sine qua nemo magnum aliquod pietatis aut cujusquam alius

Γ'. Φύσεις θερμαὶ καὶ μεγάλαι, τῆς ταραχῆς ταύτης αἴτιον (19)· οὔτιγε ἁπλῶς διάπυροι καὶ μεγάλαι (μήπω γὰρ καταγινώσκομεν τῆς θερμότητος, ἧς δίχα μέγα τι κατορθωθῆναι πρὸς εὐσέβειαν ἢ ἀρετὴν ἄλλην ἀμήχανον), ἀλλὰ γενναῖαι σὺν ἀλογίᾳ, καὶ

[15] II Cor. XII, 2. [16] I Cor. III, 13. [17] Matth. V, 15. [18] Matth. XXV, 18.

(9) *Τὴν σιωπήν.* Coisl. 1, et Comb., τῇ σιωπῇ.

(10) *Ὑμᾶς.* Sic duo Regg. et Or. 1. In ed., ἡμᾶς.

(11) *Ἀθλητάς.* « Martyres, » quorum dies festus celebrabatur magno populorum concursu.

(12) *Εἶπω.* Or. 1, εἰπών.

(13) *Ὑμετέραις.* Or. 1, ἡμετέραις.

(14) *Τί τοῦ ἡμετέρου*, etc. « Quid in Christiana professione pulcherrimum? Pax. »

(15) *Διχόνοια.* Bill., « Voluntatum disjunctio. »

(16) *Τί.* Dest in duobus Regg. et Or. 1.

(17) *Αἰτίαν.* « Utriusque rei causam, » id est, « pacis ablatæ, et discordiæ inductæ. » Nam Gregorius hic utrumque quærit. Billius : « contentionis hujusce causam. »

(17*) *Οὐδ'.* Or. 1, οὐδέ. In quibusdam, οὔτε.

(18) *Ἂν.* Reg. b, ἐάν

(19) *Αἴτιον.* Duo Regg. et Or. 1, τὸ αἴτιον, « hujus perturbationis causa. »

Digitized by Google

ἀμαθίᾳ, καὶ τῷ ταύτης ἐκγόνῳ κακῷ, θράσει· θράσος γὰρ (20) ἀμαθίας ἔκγονον. Αἱ μὲν γὰρ ἀσθενεῖς, καὶ πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς κακίαν ὁμοίως νωθεῖς, (21) καὶ δυσκίνητοι, καὶ οὐδ' ἑτέρωσε μέγα νεύουσαι, οἷα τὰ τῶν ναρκώντων κινήματα. Αἱ γενναῖαι δὲ, λόγου μὲν αὐτὰς παιδαγωγοῦντος καὶ διευθύνοντος, μέγα τι χρῆμα πρὸς ἀρετήν· ἐπιλειπούσης δὲ ἐπιστήμης καὶ λόγου, τὸ ἴσον εἰς κακίαν εὑρίσκονται. Ἐπεὶ καὶ ἵππον θυμοειδῆ μὲν εἶναι χρὴ καὶ γενναῖον, τὸν ἐσόμενον νικηφόρον, εἴτε πολεμιστήριον (22), εἴτε ἀμιλλητήριον· εἶη δ' ἂν ὁ αὐτὸς οὐδὲν (23) ἀγαθοῦ, μὴ χαλινῷ παιδευθεὶς, καὶ γυμνασίᾳ φιλοπονωτέρᾳ μαθὼν ἡμερότητα.

A virtutis munus exsequi potest); sed quæ cum generositate imprudentiam, et inscitiam, et, qui malus ipsius fetus est, temeritatem conjunctam habeant; siquidem inscitiæ fetus, est temeritas. Infirmi enim et imbecilles animi, tam ad virtutem, quam ad vitium segnes et tardi sunt, neque in alterutram partem magnopere inclinantur: non secus scilicet atque hominum torpore laborantium incessus. At fortes et generosi, quemadmodum si ratione gubernentur et coerceantur, magnum ad virtutem pondus afferunt; ita, si a scientia et ratione deserantur, non minus momenti ad vitium habituri sunt. Sic nimirum equum acris esse ac generosæ naturæ necesse est, qui quidem, sive in bellis atque acie, sive in ludicro cursu et certamine victor sit discessurus: at idem tamen nullum unquam egregium sui usum præbuerit, nisi freno eruditus, et accuratiori exercitatione domitus et cicuratus fuerit.

Δ'. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὃ διέσπασε μέλη, διέστησεν ἀδελφοὺς, πόλεις ἐτάραξε, δήμους ἐξέμηνεν, ὅπλισεν ἔθνη, βασιλεῖς ἐπανέστησεν, ἱερεῖς λαῷ καὶ ἀλλήλοις, λαὸν ἑαυτῷ καὶ ἱερεῦσι, γονεῖς τέκνοις, τέκνα γονεῦσιν, ἄνδρας γυναιξὶ, γυναῖκας ἀνδράσι. Πάντα τὰ τῆς εὐνοίας ὀνόματα, δούλους καὶ δεσπότας ἀλλήλους (24), ἀλλήλους διδασκάλους καὶ μαθητὰς, πρεσβύτας καὶ νέους, καὶ τὸν τῆς αἰδοῦς ἀτιμάσαν νόμον, τοῦ μεγίστου πρὸς ἀρετὴν βοηθήματος, τὸν τῆς αὐθαδείας εἰσήνεγκεν· καὶ γεγόναμεν οὐ φυλὴ, καὶ φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, ὃ πάλαι ὁ Ἰσραὴλ ὠνειδίζετο· οὐδὲ Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδας, τὰ δύο καὶ ἑνὸς ἔθνους καὶ μικροῦ τούτου τμήματα, κατ' οἴκους δὲ καὶ συζυγίας τὰς ἀναγκαίας, καὶ οἷον πρὸς ἑαυτὸν ἕκαστος, ἐμερίσθημεν, ἡ οἰκουμένη πᾶσα, καὶ γένος ἅπαν ἀνθρώπων, ὅσον ὁ θεῖος λόγος ἐπέδραμεν· καὶ γέγονεν ἀναρχία, ἡ πολυαρχία, καὶ διεσκορπίσθη τὰ ὁστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην· καὶ ἐχρῆν (25), ἐπειδὴ τῶν ἐκτὸς ἐχθρῶν ἐκρατήσαμεν (26), ὑπ' ἀλλήλων ἡμᾶς καταλυθῆναι, καὶ, καθάπερ τοὺς μαινομένους, τῶν ἰδίων σαρκῶν ἁπτομένους, μηδὲ αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ (27) χαίρειν τῷ κακῷ πλέον, ἢ εἰρηνεύοντες ἕτεροι, καὶ κέρδος ποιεῖσθαι τὴν συμφοράν, καὶ ἡγεῖσθαι λατρείαν εἰσφέρειν τῷ Θεῷ (28) τὴν κατάλυσιν, καὶ διαιρεθῆναι, καὶ ἐμπρησθῆναι, οὐ τὴν ἐπαινετὴν διαίρεσιν, ἀλλὰ τὴν ψεκτὴν, οὐδὲ τὸν καθάρσιον ἐμπρησμὸν, ἀλλὰ τὸν ὀλέθριον. Οὐ γὰρ ὁ τομὸς διαιρεῖ λόγος, ἡ Χριστοῦ μάχαιρα, τοὺς πιστεύοντας ἀπὸ τῶν ἀπίστων, οὐδὲ πῦρ βάλλεται, καὶ ἀνάπτεται, ἡ δαπανῶσα τὴν ὕλην καὶ ἐσθίουσα πίστις, καὶ ἡ ζέσις (29) τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ἐναντίως ἢ πρότερον, δαπανώμεθα καὶ τεμνόμεθα.

B IV. Atque hoc, ut plurimum est, quod membra laceravit et distraxit, fratres divulsit, urbes perturbavit, populos in furorem præcipites egit, gentes armavit, reges in mutuum exitium concitavit, sacerdotes cum plebe, et secum etiam ipsos, plebem rursus non minus ipsam secum, quam cum sacerdotibus commisit, parentes cum liberis, liberos cum parentibus, viros cum uxoribus, uxores cum viris. Hoc omnia benevolentiæ nomina permiscuit, atque confudit, **582** servos et dominos, discipulos et præceptores, senes et juvenes: convulsaque et proculcata pudoris lege, quo nullum majus adjumentum ad virtutem excogitari potest, contumaciæ arrogantiæque legem induxit: factique sumus, non jam tribus ac tribus separatim, quod olim Israeli C objectabatur; nec Israel et Juda, duo, inquam, illa unius ejusque perangustæ gentis segmenta; verum per domos et familias, et necessaria sodalitia, velutque in se quisque, divisi sumus, universus orbis terrarum, universum hominum genus, quod Dei verbum fideique doctrina peragravit; multorumque imperium in effrenem quamdam atque imperii expertem licentiam recidit, atque ossa nostra secus infernum dissipata sunt[19]; quasi vero necessum esset, nos, exteris hostibus domitis, mutuo alios ab aliis opprimi, et furentium ritu in proprias carnes sævire, ac ne id quidem sentire, verum majorem ex hoc malo, quam alii ex pace et concordia, voluptatem capere, calamitatemque lucro ducere, atque existimare per eversionem nostram obsequium Deo D præstari[20], ac dividi et incendi, non recta et laudabili divisione, sed turpi et vituperanda, nec incendio illo, quo animæ labes expiantur, sed funesto et exitiali. Non enim acutus ille sermo[21], hoc est, Christi gladius, pios ab impiis dividit, nec ignis jacitur et accenditur[22], hoc est, fides, et Spiritus fervor, id quod terrenum est absumens ac devorans: sed contrario plane, ac prius, modo, scindimur et consumimur.

[19] Psal. CXL, 7. [20] Joan. XVI, 2. [21] Hebr. IV, 12. [22] Luc. XII, 49.

(20) *Θράσος γάρ.* Or. 1, θράσος δέ.
(21) *Ὁμοίως νωθεῖς.* In quibusdam, ὁμοίως εἰσὶ νωθεῖς.
(22) *Πολεμιστήριον.* Or. 1, πολεμητήριον.
(23) *Οὐδέν.* Reg. b, Or. 1 et Comb., μηδέν. In aliis, μηδενός.
(24) *Ἀλλήλους.* Duo Regg. et Or. 1, ἀλλήλοις. Mox iterum, ἀλλήλοις, pro ἀλλήλους.
(25) *Ἐχρῆν.* Or. 1, χρῆν.
(26) *Ἐκρατήσαμεν.* Or. 1, κεχρατήκαμεν.
(27) *Ἀλλὰ καί.* Sic Or. 1. Deest ἀλλὰ in ed.
(28) *Εἰσφέρειν τῷ Θεῷ.* Sic Or. 1. In ed., προσφέρειν Θεῷ.
(29) *Καὶ ἡ ζέσις.* Or. 1, et Bill. ad marg. Edit. Bas., καὶ ζέσις.

Digitized by Google

V. Hoc nimirum est, quod Ecclesiam, quæ una est, in multas partes discidit, atque disjunxit, non in unum Paulum, aut Cepham, aut Apollo[23], aut aliquem plantatorem, vel rigatorem, sed in multos Paulos, et Cephas, et Apollones, a quibus jam ipsi, non ab eximio illo et novo Christi nomine appellamur, et eorum esse dicimur. Atque utinam mihi hoc solum dicere liceret. Verum, et multos Christos (horresco referens), pro uno produxit, genitum, creatum, a Maria incipientem, eo, unde in ortum prodiit, relabentem, hominem mentis expertem, revera exsistentem, et specie tenus adumbratum. Consimili modo multos quoque Spiritus, increatum, et creatum, et honore parem, et vim atque facultatem, et simplex ac nudum Spiritus nomen. At unum Deum Patrem **583** agnoscere oportebat principii expertem et ingenitum, et unum Filium ex Patre genitum, et unum Spiritum ex Deo substantiam habentem, concedentem Patri ingeniti proprietatem, Filio vero generationem; de cætero autem ejusdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ. Hæc, inquam, agnoscere oportebat, hæc confiteri, hic gradum figere, prolixas autem nugas ac profanas verborum novitates ad otiosos homines amandare. Quid hæc omnia excitavit? Animorum fervor, qui sine ratione ac scientia cohiberi nequit, fideique navigium gubernatore carens.

VI. Quod cum perspectum habeamus, fratres, demus operam, ut nec ad bonum pigri simus, sed Spiritu ferveamus, ne alioqui paulatim in mortem obdormiamus, aut, dormientibus nobis, prava zizania hostis superserat[24]; pigritia enim somno conjuncta est; nec rursus cum temeritate et cæco nostri amore acres ac fervidi, ne alioqui in transversum abripiamur, viaque regia excidamus; atque in horum alterum necessario incidamus, ut vel calcaribus propter tarditatem opus habeamus, vel propter animorum fervorem in præceps ruamus. Quin potius, cum ex utroque, id, quod utile ac fructuosum est, collegerimus, hoc est, ex illa mansuetudinem, ex hoc autem zelum; quod in utroque noxium ac perniciosum est, fugiamus, illius nempe pigritiam, hujus vero temeritatem; ut nec ob defectum steriles et infrugiferi simus, nec ob excessum periclitemur. Æque enim inutiles sunt, iners ac supina segnities, et imperitus fervor: illa ad bonum minime accedens, hic autem ulterius cadens, ac dextro dexterius aliquid efficiens. Atque id probe cognitum et exploratum habens divinus Salomon: *Ne declines,*

[23] I Cor. III, 4. [24] Matth. XIII, 25.

Ε'. Τοῦτό ἐστιν ὃ πολλὰ εἶναι μέρη τὴν μίαν Ἐκκλησίαν πεποίηκε, καὶ διέστησεν, οὐκ εἰς ἕνα Παῦλον, ἢ Κηφᾶν, ἢ Ἀπολλώ, ἢ τὸν δεῖνα φυτευτὴν, ἢ τὸν δεῖνα ποτιστήν (30)· πολλοὺς δὲ ἀνέδειξε Παύλους, καὶ Ἀπολλῶς, καὶ Κηφᾶς, ἀφ' ὧν ἀντὶ Χριστοῦ καλούμεθα, τὸ μέγα καὶ καινὸν (31) ὄνομα, καὶ ὧν εἶναι λεγόμεθα· καὶ εἴθε τοσοῦτον εἶχον εἰπεῖν· ἀλλὰ καὶ πολλοὺς (ὃ φρίττω λέγων) Χριστοὺς ἀνθ' ἑνὸς, τὸν γεννώμενον, τὸν κτιζόμενον, καὶ τὸν ἀπὸ Μαρίας ἀρχόμενον, καὶ τὸν ἀναλύοντα ὅθεν εἰς τὸ εἶναι προῆλθε, καὶ τὸν ἄνουν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ὄντα, καὶ τὸν φαινόμενον. Ὡς δὲ καὶ πολλὰ Πνεύματα, τὸ ἄκτιστον (32), καὶ τὸ κτίσμα, καὶ τὸ ὁμότιμον, καὶ τὸ ἐνέργημα, καὶ τὸ ψιλὸν ὄνομα. Δέον ἕνα Θεὸν Πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον, καὶ ἀγέννητον, καὶ Υἱὸν ἕνα γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα ἓν ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν Πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, Υἱῷ δὲ γεννήσεως· τὰ δὲ ἄλλα συμφυὲς, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ ὁμότιμον· ταῦτα εἰδέναι, ταῦτα ὁμολογεῖν, μέχρι τούτων ἵστασθαι, τὴν δὲ πολλὴν φλυαρίαν, καὶ τὰς βεβήλους κενοφωνίας τῶν λόγων, τοῖς σχολὴν ἄγουσιν ἀποπέμπεσθαι (33). Τί τὸ ταῦτα πάντα κεκινηκός; Θερμότης χωρὶς λόγου καὶ ἐπιστήμης ἄσχετος, καὶ πίστεως πλοῦς ἀκυβέρνητος.

Ϛ'. Τοῦτο οὖν εἰδότες, ἀδελφοὶ, μήτε νωθεῖς ὦμεν πρὸς τὸ καλὸν, ἀλλὰ τῷ Πνεύματι ζέωμεν, μήποτε ὑπνώσωμεν κατ' ὀλίγον εἰς θάνατον, ἢ, καθεύδουσιν ἡμῖν, ἐπισπείρῃ τὰ πονηρὰ σπέρματα ὁ ἐχθρός· νωθεῖα γὰρ ὕπνῳ (34) σύζυγος· μήτε διάπυροι σὺν ἀλογίᾳ καὶ φιλαυτίᾳ, ἵνα μὴ ἐκφερώμεθα, μηδὲ τῆς ὁδοῦ τῆς βασιλικῆς ἔξω πίπτωμεν· ἔν γέ τι πταίοντες πάντως, ἢ κέντρων δεόμενοι διὰ τὴν νωθείαν, ἢ κρημνιζόμενοι διὰ τὴν θερμότητα. Ἀμφοτέρων δὲ ὅσον χρήσιμόν ἐστι λαβόντες, τῆς μὲν τὸ πρᾶον, τῆς δὲ τὸν ζῆλον· ἀμφοτέρων ὅσον ἐστὶ βλαβερὸν διαφύγωμεν, τῆς μὲν τὸν ὀκνον, τῆς δὲ τὸ θράσος· ἵνα μήτε τῷ ἐλλείποντι ὦμεν ἄκαρποι, μήτε τῷ περιττεύοντι κινδυνεύωμεν. Ὁμοίως γὰρ ἄχρηστα, καὶ νωθρότης ἄπρακτος, καὶ θερμότης ἀπαίδευτος· ἡ μὲν οὐκ ἐγγίζουσα τῷ καλῷ, ἡ δὲ ὑπερπίπτουσα, καὶ τοῦ δεξιοῦ ποιουμένη τι δεξιώτερον. Ὅπερ καὶ ὁ θεῖος Σολομὼν καλῶς (35) ἐπιστάμενος, *Μὴ ἐκκλίνῃς*, φησὶν, *εἰς τὰ δεξιὰ, μηδ' εἰς τὰ ἀριστερά*· μηδὲ διὰ τῶν ἐναντίων εἰς κακὸν ἴσον ἐμπέσῃς (36), τὴν ἁμαρτίαν. Καίτοιγε τὸ φύσει δεξιὸν ἐπαινῶν, *Ὁδοὺς γὰρ*, φησὶ, *τὰς ἐκ δεξιῶν οἶδεν ὁ Θεός·*

(30) *Ποτιστήν*. Reg. bm, Or. 1, aliique nonnulli addunt, ἢ τὸν δεῖνα, « aut alium quemdam. »

(31) *Καινόν*. Sic plures optimæ notæ codd. et ed. Regius tamen bm et Or. 1 habent, κοινόν. « commune; » sed ad marg. scribitur καινόν, « novum. » Hanc ultimam lectionem præfert Combefisius, utpote ab Isaia LXII, 2, expressam. Ea ratione ab Elia probata fuerat, ut a Billio adnotatur. Ipse tamen Billius, κοινόν, prætulit, et vertit: « communi Christi nomine. »

(32) *Ἄκτιστον, καὶ τὸ κτίσμα, καὶ τὸ ὁμότιμον, καὶ τὸ ἐνέργημα*. Sic Reg. bm et Or. 1. In ed., ἄκτιστον, καὶ τὸ ὁμότιμον, καὶ τὸ κτίσμα, καὶ τὸ ἐνέργημα.

(33) *Ἀποπέμπεσθαι*. Bas. et Comb., ἀποτίθεσθαι.

(34) *Ὕπνῳ*. Coisl. 1 et Comb., ὕπνου.

(35) *Καλῶς*. Deest in Or. 1.

(36) *Ἐμπέσῃς*. Duo Regg., πέσῃς.

Digitized by Google

διεστραμμέναι δέ εἰσιν αἱ ἐξ ἀριστερῶν. Πῶς οὖν ἐπαινεῖ τὸ δεξιὸν, καὶ ἀπάγει πάλιν τοῦ δεξιοῦ (37); Τούτου δηλαδὴ τοῦ φαινομένου δεξιοῦ, καὶ οὐκ ὄντος. Πρὸς ὃ βλέπων ἑτέρωθι, *Μὴ γίνου δίκαιος πολύ*, φησὶ, *μηδὲ σοφίζου περισσά.* Τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ περὶ δικαιοσύνην, καὶ περὶ σοφίαν πάθος, θερμότης, περὶ πρᾶξιν καὶ λόγον, ἔξω τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς δι' ὑπερβολὴν (38) πίπτουσα. Ἦ καὶ τὸ ἐνδέον καὶ τὸ ὑπερβάλλον ὁμοίως λυμαίνεται, ὥσπερ καὶ τῷ κανόνι πρόσθεσις ἢ ὑφαίρεσις (39).

A inquit[25], *ad dexteram, neque ad sinistram :* nec per contraria in æquale malum, hoc est, in peccatum, incidas. Quanquam alioqui, quod natura dextrum est, his verbis laudat : *Vias enim, quæ a dextris sunt, novit Deus : perversæ autem sunt, quæ a sinistris sunt*[26]. Qui fit igitur, ut qui dextrum laudat, idem rursum a dextro nos abducat? Intelligit profecto quod dextri speciem habet, cum revera tale non sit. Quod etiam spectans alio loco inquit : *Ne magnopere justus sis, nec supra modum sapiens*[27]. Par etenim justitiæ atque sapientiæ detrimentum affert animi impetus, a bono nempe et a virtute propter excessum excidens. Hanc enim defectus et excessus peræque labefactant, non secus ac regulam additio aliqua aut subtractio.

Ζ'. Μηδεὶς οὖν ἔστω πλέον ἢ καλῶς ἔχει σοφὸς, μηδὲ τοῦ νόμου νομιμώτερος, μηδὲ λαμπρότερος τοῦ φωτὸς (40), μηδὲ τοῦ κανόνος εὐθύτερος, μηδὲ τῆς ἐντολῆς ὑψηλότερος. Ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; Ἐὰν εἰδῶμεν κόσμον (41), καὶ ἐπαινῶμεν φύσεως νόμον, καὶ ἐπώμεθα λόγῳ, καὶ μὴ ἀτιμάζωμεν εὐταξίαν. Ἐμβλέψατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω, καὶ ἐννοήσατε, πῶς συνέστη τὸ πᾶν, καὶ ὅθεν, καὶ τί πρὸ τῆς διακοσμήσεως ἦν, καὶ τί νῦν ὄνομα τῷ παντί. Τάξει τὰ πάντα διεκοσμήθη, καὶ, ὁ διακοσμήσας Λόγος· καίτοιγε ὡς ἓν τὰ πάντα καὶ ἀθρόως ὑποστῆναι δυνατὸν ἦν (ὁ γὰρ (42) τοῖς οὐκ οὖσι τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τοῖς γενομένοις τὰς ἰδέας καὶ τὰ σχήματα, οὐδ' ὁμοῦ τὸ πᾶν ἀναδεῖξαι καὶ διακοσμῆσαι ἀσθενὴς ἦν)· ἀλλὰ διὰ τοῦτο πρῶτόν τι καὶ δεύτερον ἀριθμεῖται, καὶ τρίτον, καὶ τὰ ἑξῆς, ἵνα τάξις εὐθὺς συνεισέλθῃ τοῖς κτίσμασι.

B VII. Nemo igitur sapientior sit, quam conveniat, nec lege exactior, nec luce splendidior, nec norma rectior, nec præcepto sublimior. Id vero qua tandem ratione consequemur? Nempe si ordinem noverimus, et naturæ leges comprobemus, et rationem ducem sequamur, et disciplinam non aspernemur. Respicite in cœlum sursum, et in terram deorsum[28], atque animadvertite, quo pacto tota hæc rerum moles constructa et coagmentata fuerit, unde originem habuerit, quid ante earum concinnitatem erat, et quo jam nomine universum appelletur. Ordine omnia concinnata et distincta sunt, et quidem concinnatore Verbo : non quod, ut una res, ita omnes simul produci non possent (nam qui ea quæ non erant, in ortum produxit, productisque formam et speciem dedit, idem profecto nequaquam infirmitate prohibebatur, quominus omnia simul in lucem ederet et exornaret); verum ob hanc causam, aliud primum, aliud secundum, aliud tertium numeratur, ac sic deinceps, ut simul cum rebus creatis ordo statim ingrediatur.

C

XXII. Quid autem est, quamobrem grave et acerbum putes, si non in omni disputatione domineris, atque in omni problemate aut quæstione primariam sedem obtineas, verum alii te, vel doctiores, vel audaciores inveniantur? Deo gratiæ habeantur, quod, ut eximia largitur, ita per communia saluti hominum consulere norit. Atque hoc miraculum non in doctrina tantum ac disputationibus, sed in ipsa quoque mundi effectione locum habere comperies, si animum adverteris. Neque enim in rebus creatis excellentissima quæque nonnullorum duntaxat, sed omnium sunt, atque ad unum idemque creaturarum genus communis Dei gratia dimanat : neque in fidei ratione, ea, quæ salutem afferunt, potentiorum sunt, sed volentium. Quid pulchrius aere, igne, aqua, terra, pluviis, fructibus, sativis juxta et agrestibus, tecto, indumentis? Atqui hæc sunt ejusmodi, ut omnes iis communiter utantur; partim quidem omnino communiter, partim ad quamdam mediocritatem : nec quisquam adeo tyrannus est, ut communi beneficio solus fruatur. Deus enim solem suum æque omnibus oriri facit [87]; divitibus ac pauperibus pluit; communis diei noctisque alternatio et vicissitudo, commune donum sanitas, communis vitæ terminus, communis mensura et gratia corporis, communis sensuum vis et facultas; ac fortasse hoc nomine, meliori quoque conditione pauper est, quod pro his beneficiis 595 ampliores Deo gratias agat, jucundiusque communibus, quam potentiores superfluis minimeque ad vitam necessariis, fruatur. Atque hæc quidem communia, omnibusque exposita sunt, Deique justitiam perspicuo argumento testantur. At aurum, et pellucidi ac deamati lapides, et molles ac nimis exquisitæ vestes, et mensa deliciis turgens ac libidinem accendens, et redundantes opes, quæ dominos labore conficiunt, paucorum hominum ornamenta sunt.

B ΚΒ'. Τί σοι δεινὸν, ἐὰν μὴ πᾶσι λόγοις ἐνδυναστεύσῃς, καὶ τὴν προεδρίαν ἔχῃς ἐπὶ παντὸς προβλήματος, ἢ ζητήματος, ἀλλ' ἕτεροί σου φανῶσιν, ἢ σοφώτεροι, ἢ θρασύτεροι; Τῷ Θεῷ χάρις, ὅτι καὶ τὰ ἐξαίρετα δίδωσι, καὶ διὰ τῶν κοινῶν, σώζειν ἐπίσταται. Καὶ τοῦτο οὐ περὶ λόγους μόνον (21) τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν δημιουργίαν αὐτὴν, εἴ ποτε κατενόησας. Οὔτε ἐν τοῖς κτίσμασι τὰ πρωτεῖά (22) τινών ἐστιν, ἀλλὰ πάντων, καὶ κοινὴ χάρις τοῦ ἑνὸς πλάσματος· οὔτε ἐν τῇ πίστει τὰ σώζοντα τῶν δυνατωτέρων, ἀλλὰ τῶν βουλομένων. Τί κάλλιον ἀέρος, πυρὸς, ὕδατος, γῆς, ὑετῶν, καρπῶν ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων, στέγης, ἐνδύματος; Τούτων ἡ μετουσία κοινὴ, τῶν μὲν καὶ παντάπασι, τῶν δὲ μετρίως· καὶ οὐδεὶς οὕτω τ[ύ]ραννος, ὥστε μόνος ἀπολαῦσαι τῆς κοινῆς χάριτος. Ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ὁμοτίμως, βρέχει πλουσίοις καὶ πένησι· κοινὴ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐναλλαγὴ, κοινὸν δῶρον ὑγίεια, κοινὸς ὅρος (23) ζωῆς, κοινὸν μέτρον καὶ χάρις σώματος, κοινὸν αἰσθήσεων δύναμις· τάχα δὲ καὶ πλεῖον (24) ὁ πένης ἔχει, τὸ ἐπὶ τούτοις πλεῖον εὐχαριστεῖν, καὶ ἀπολαύειν ἥδιον τῶν κοινῶν, ἢ τῶν ἐκ περιουσίας οἱ δυνατώτεροι. Ταῦτα μὲν οὖν κοινὰ, καὶ ὁμότιμα, καὶ Θεοῦ δικαιοσύνης γνωρίσματα· ὁ χρυσὸς δὲ, καὶ οἱ διαφανεῖς λίθοι καὶ ἀγαπώμενοι, καὶ τῆς ἐσθῆτος ὅση μαλακὴ καὶ περίεργος, καὶ ἡ φλεγμαίνουσα (25) καὶ ἐκμαίνουσα τράπεζα, καὶ τὰ περιττὰ τῆς κτήσεως, ὁ πόνος (26) τῶν κεκτημένων, ὀλίγων ἐστὶν ἐγκαλλωπίσματα.

C

D

XXIII. Hoc autem etiam circa fidem ipse animadverto. Communia sunt, lex, prophetæ, Testamenta, Testamentorum oracula, gratia, puerilis institutio, perfectio, Christi passiones, nova crea-

ΚΓ'. Τοῦτο καὶ περὶ τὴν πίστιν ἐγὼ θεωρῶ. Κοινὰ, νόμος, προφῆται, Διαθῆκαι, λόγια Διαθηκῶν, χάρις (27), παιδαγωγία, τελείωσις, πάθη Χριστοῦ, καινὴ κτίσις, ἀπόστολοι, Εὐαγγέλια, διανομὴ Πνεύματος,

[86] Eccli. v, 1. [87] Matth. v, 45.

(20) *Εἴ ποτε*. Reg. bm, ὅποτε.

(21) *Λόγους μόνον*. Duo Regg., λόγον τὸ θαῦμα μόνον.

(22) *Τὰ πρωτεῖα*. Or. 1, τὰ πρῶτα.

(23) *Κοινὸς ὅρος*. Reg. b, κοινὸν ὅρος. « Hoc dixit, » inquit Elias, « respectu necessitatis moriendi. »

(24) *Πλεῖον*. Reg. b, πλέον.

(25) *Καὶ ἡ φλεγμαίνουσα*. Sic duo Regg., Coisl. 1, et Comb. Desunt in ed., καὶ ἡ.

(26) *Πόνος*. Coisl. 2, Comb., etc., κόπος.

(27) *Χάρις*. « Gratia, » inquit Elias, « quæ a Deo proficiscitur, quam dividit in puerilem institutionem a lege profectam, et in perfectionem, quæ fit per Evangelium. »

Digitized by Google

πίστις, ἐλπίς, ἀγάπη εἰς Θεόν τε καὶ ἐκ Θεοῦ, καὶ οὐ πρὸς μέτρον, ὡς ἡ τοῦ μάννα ποτὲ δωρεὰ τῷ ἀχαρίστῳ Ἰσραὴλ καὶ ἀγνώμονι· ἀλλὰ καθ' ὅσον ἕκαστος βούλεται, ἀνάβασις, ἔλλαμψις, ὀλίγη μὲν ἡ ἐντεῦθεν, τραχυτέρα δὲ ἡ ἐλπιζομένη (28)· τὸ μέγιστον, ἡ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπίγνωσις, καὶ ὁμολογία τῆς πρώτης ἡμῶν ἐλπίδος. Τούτων τί μεῖζον; τί δὲ κοινότερον; Τὰ δὲ ὑπὲρ ταῦτα, κἂν τῷ σπανίῳ τὸ τιμιώτερον ἔχῃ, ἀλλὰ τῷ γε ἀναγκαίῳ τὸ δεύτερον· ὧν γὰρ ἄνευ τὸ (29) εἶναι Χριστιανὸν οὐχ οἷόν τε, ταῦτα τῶν ὀλίγοις ἐφικτῶν χρησιμώτερα.

A tio, apostoli, Evangelia, Spiritus distributio, fides, spes, charitas, eaque tum erga Deum, tum ex Deo, nec ea ad mensuram data, quemadmodum olim manna illud ingrato et improbo Israeli donatum [88], sed ad uniuscujusque voluntatem, ascensus item, illuminatio, subobscura quidem hæc, quæ in hac vita contingit, clarior autem illa, quam spe conceptam habemus; denique, quod maximum est, Patris, et Filii, et Spiritus sancti agnitio, ac primariæ nostræ spei confessio. Quid his majus ac sublimius? Quid rursus communius? At quæ ultra hæc sunt, tametsi ob raritatem præstantiora sint, tamen, si necessitatem spectemus, posteriores partes tenent. Nam ea, sine quibus nullus potest esse Christianus, iis utiliora sunt, quæ a paucis duntaxat attingi atque percipi possunt.

ΚΔ'. Ὁ μέν τις πλουτεῖ θεωρίᾳ, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς αἴρεται, καὶ πνευματικὰ συγκρίνει πνευματικοῖς, καὶ ἀπογράφεται τρισσῶς (30), ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας (31), τὸν πάντας οἰκοδομοῦντα λόγον, καὶ τὸν πολλοὺς, καὶ τὸν τινὰς ἀντὶ πλειόνων ἢ πάντων, καὶ οὐκ ἀνέχεται πένης ὤν, καὶ (32) ἐμβατεύει τοῖς βάθεσιν. Ἄνιτω, καὶ ὁδηγείσθω, καὶ ὑπὸ τοῦ νοῦ φερέσθω, καὶ, εἰ βούλεται, μέχρις οὐρανοῦ τρίτου, κατὰ τὸν Παῦλον· μόνον σὺν λόγῳ καὶ ἐπιστήμῃ, καὶ μὴ καταπιπτέτω διὰ τὴν ἔπαρσιν, μηδὲ πτεροῤῥυείτω διὰ τὸ ὕψος τῆς πτήσεως. Τίς φθόνος ἐπαινετῆς ἀναβάσεως; Καὶ τί πτῶμα τοιοῦτο, οἷον ἐπάρσει περιπαρῆναι (33), καὶ μὴ γνῶναι τῆς ἀνθρωπίνης ἀνανεύσεως (34) τὴν ταπείνωσιν, καὶ ὅσον ἔτι λείπεται τοῦ ἀληθινοῦ ὕψους ὁ πάντων ἀνώτατος;

B XXIV. Enimvero alius contemplationis opibus affluit, ac supra vulgus assurgit, et spiritualia cum spiritualibus comparat, atque in cordis latitudine tripliciter describit [89], nimirum, et eam doctrinam, quæ omnes instruat, et eam quæ multos, et eam quæ non omnes, nec multos, sed paucos duntaxat; nec pauper esse sustinet, verum in altissima et abstrusissima quæque penetrat. Ascendat vero ille, ac viæ ducem se præbeat, atque a mente feratur, vel ad tertium usque cœlum, si ita libeat, quemadmodum Paulo contigit [90]: cæterum cum ratione et scientia, ne propter animi elationem cadat, pennisque propter volatus sublimitatem liquefactis, misere corruat. Quid enim ob laudabilem ascensum cuiquam invidia conflctur? Quæ rursus fœdior prolapsio, quam ejus hominis, qui animi elatione transfixus est, nec humanæ mentis, quæ ad cœlestia erigitur, humilitatem intelligit, quantumque adhuc a vero fastigio absit, qui mortales omnes sublimitate antecedit?

C

ΚΕ'. Ὁ δὲ ὀλίγος ἐστὶ τὴν διάνοιαν, καὶ πένης τὴν γλῶτταν, καὶ οὐκ οἶδε λόγων στροφὰς, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα, καὶ τὰς Πυῤῥώνος ἐνστάσεις, ἢ ἐφέξεις, ἢ ἀντιθέσεις, καὶ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν τὰς διαλύσεις, ἢ τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν τὴν κακοτεχνίαν, ἢ τῆς Πλάτωνος εὐγλωττίας (35) τὰ γοητεύματα, οἱ κακῶς εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἡμῶν εἰσέφησαν (36), ὥσπερ Αἰγυπτιακαί τινες μάστιγες. Ἔχει καὶ οὗτος ὅθεν σωθῇ. Καὶ διὰ τίνων ῥημάτων; Οὐδὲν τῆς χάριτος (37) πλουσιώτερον. Οὐδὲν δεῖ σοι, φησὶν, *εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν, ἵν' ἐκεῖθεν ἐλκύσῃς Χριστόν· οὐδὲ εἰς τὴν ἄβυσσον κατελθεῖν*, ἵν' ἐντεῦθεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀνασπάσῃς (38), ἢ τὴν πρώτην πολυπραγμονῶν φύσιν, ἢ τὴν τελευταίαν οἰκονομίαν. *Ἐγγύς σου*, φησὶ, *τὸ ῥῆμά ἐστιν*· ἡ διάνοια τοῦτον ἔχει τὸν θησαυρὸν, καὶ ἡ γλῶσσα· ἡ μὲν πιστεύουσα, ἡ δὲ ὁμολογοῦσα.

596 XXV. Alius contra exiguo ingenio est, et lingua pauper, nec verborum flexus et captiones novit, nec sapientum dicta et ænigmata, nec Pyrrhonis instantias, aut assensus retentiones, aut oppositiones, nec syllogismorum Chrysippi solutiones, aut pravum artium Aristotelis artificium, aut Platonis facundiæ præstigias; qui velut Ægyptiacæ quædam plagæ in Ecclesiam nostram irrepserunt. At hic quoque habet, unde salutem consequatur. Quibus tandem verbis? O mirificas divinæ gratiæ opes! Nihil, inquit, tibi necesse est *in cœlum ascendere, ut Christum illinc trahas: nec in abyssum descendere* [91], ut hinc eum a mortuis extrahas, nimirum, vel primam ipsius naturam curiosius investigans, vel postremam carnis assumptæ dispensationem. *Prope te*, inquit [92], *verbum est:* mens et lingua thesaurum hunc habent; illa videlicet cre-

D

[88] Exod. xxi, 16. [89] Prov. xxii, 20. [90] II Cor. xii, 2. [91] Rom. x, 6, 7. [92] ibid. 8.

(28) Ἡ ἐλπιζομένη. Reg. bm, et Or. 1, ἣν ἐλπίζομεν.

(29) Τό. Deest in Reg. bm.

(30) Ἀπογράφεται τρισσῶς. « Trifariam describit. » Elias intelligit de triplici Scripturæ sensu, « historico » scilicet, « morali, et anagogico, » id est, « mystico. »

(31) Τὸ πλάτος τῆς καρδίας. Duo Regg., et Or. 1, πλάτος καρδίας.

(32) Καί. Reg. hu, et Or. 1, ἀλλά.

(33) Περιπαρῆναι. In nonnullis, περιπαρεῖναι.

(34) Ἀνανεύσεως. In quibusdam, ἀναβάσεως.

(35) Εὐγλωττίας. Reg. Cypr., εὐτεχνίας, « sapientiæ et eruditionis. »

(36) Εἰσέφησαν. Orat. 1, aliique, εἰσεφθάρησαν. Quod interpretatur Scholiastes: « certa pernicie irrepsere. »

(37) Οὐδὲν τῆς χάριτος, etc. « Nihil gratia ditius. »

(38) Ἀνασπάσῃς. Or. 1, et Combefis., ἀναστήσῃς.

Digitized by Google

dendo, hæc confitendo. Quid his divitiis compendiosius? Quid hoc beneficio facilius et expromptius? Confitere Jesum Christum, eumque a morte ad vitam rediisse crede, et salutem consequeris. Etenim justitia quidem est, vel solum credere; at perfecta salus in eo sita est, ut etiam confiteamur, ac cognitioni dicendi libertatem adjungamus. Tu majus aliquid salute quæris, nempe alterius vitæ gloriam et splendorem; mihi vero salutem consequi maximum est, et futuras pœnas vitare. Tu viam minime tritam et inaccessam ingrederis; ego tritam atque calcatam, et qua multi ad salutem pervenerunt.

XXVI. Nihil fide nostra, fratres, iniquius fingi posset, si in eruditos tantum dicendique facultate ac logicis demonstrationibus præstantiores caderet; popularis autem multitudo, ut auro et argento, aliisque omnibus rebus, quæ hic in pretio habentur, atque a plerisque avidissime expetuntur, sic hac quoque frustraretur; ac Deus id, quod altum et excelsum est, atque ad paucos pertingit, gratum acceptumque haberet; contra, quod propinquius est, nec vulgi captum superat, aspernaretur et rejiceret. Nam ne in moderatiores quidem homines hoc cadit, ut non quales ipsis haberi honores possunt, exigant, sed excellentibus tantum eximiisque delectentur, nedum in Deum; qui, cum multis nominibus admirabilis **597** nobis et suspiciendus occurrat, nihil tamen tam proprium habet, quam omnes beneficiis afficere. Usitata ne spernas, novitatem ne captes, ut nominis splendorem tibi apud vulgus concilies. Eruditi te consilio Salomon: *Melior est*, inquit, *exigua pars cum securitate, quam magna cum infirmitate et incertitudine*[93]. Et, *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua*[94] (nam insignis quoque et erudita est hæc paræmia), et qui sermonis ac scientiæ inopia laborat, simplicibusque verbis innititur, atque in illis, tanquam in parva et tenui rate, salutem assequitur, quam fatuus labiisque perversus, qui disputationibus et argumentis inepte atque imperite confidit, ac Christi crucem, rem omni sermone sublimiorem, per disserendi facultatem evacuat, ubi probationis et argumentorum infirmitas veritatem imminuit et labefactat.

XXVII. Quid in cœlum provolas, cum pedes sis? Quid turrim exstruis, cum iis rebus careas, quæ ad eam perficiendam requiruntur[95]? Quid ipse quoque manu aquam metiris, et cœlum palmo[96], terramque omnem pugillo, elementa magna, et ejusmodi, ut ea Creator solus dimetiri possit? Primum teipsum cognosce: quæ in manibus sunt, intellectu

[93] Prov. xvi, 8. [94] Prov. xix, 1. [95] Luc. xiv, 28.

(39) *Ταύτης*. Deest in duobus Regg., et Or. 1.

(40) *Ἰησοῦν Χριστόν*. Hæc desunt in duobus Regg., et Or. 1.

(41) *Παντελής*. Or. 1, παντελῶς.

(42) *Σὺ μεῖζόν τι σωτηρίας ζητεῖς*. Sic plerique codd. In ed., σὺ τί μεῖζον σωτηρίας ζητεῖς;

(43) *Μόνον*. Coisl. 1, μόνους.

(44) *Δή*. Deest in Or. 1.

(45) *Τὸ καινόν*. Coisl. 1, τὸ κενόν.

(46) *Εὐδοκιμήσῃς*. Orat. 1, et Combef., εὐδοκιμῇς.

A Τί τούτου συντομώτερον τοῦ πλούτου; τί ταύτης (39) τῆς δωρεᾶς εὐκολώτερον; Ὁμολόγησον Ἰησοῦν Χριστὸν (40), καὶ πίστευσον, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, καὶ σωθήσῃ. Δικαιοσύνη μὲν γάρ, καὶ τὸ πιστεῦσαι μόνον· σωτηρία δὲ παντελὴς (41), τὸ καὶ ὁμολογῆσαι, καὶ προσθεῖναι τῇ ἐπιγνώσει τὴν παῤῥησίαν. Σὺ μεῖζόν τι σωτηρίας ζητεῖς (42), τὴν ἐκεῖθεν δόξαν τε καὶ λαμπρότητα· ἐμοὶ καὶ τὸ σωθῆναι μέγιστον, καὶ τὰς ἐκεῖθεν φυγεῖν βασάνους. Σὺ βαδίζεις τὴν ἀτριβῆ καὶ ἀπρόσιτον· ἐγὼ τὴν τετριμμένην, καὶ ἣ πολλοὺς ἔσωσεν.

B Κζ'. Οὐδὲν ἂν ἦν τῆς πίστεως ἡμῶν, ἀδελφοί, ἀδικώτερον, εἴ γε εἰς τοὺς σοφοὺς ἔπιπτε μόνον (43), καὶ τοὺς περιττοὺς ἐν λόγῳ, καὶ ταῖς λογικαῖς ἀποδείξεσι· τοὺς πολλοὺς δὲ ἔδει, καθάπερ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα τίμια κάτω, καὶ περισπούδαστα τοῖς πολλοῖς, οὕτω δὴ (44) καὶ ταύτης ἀποτυγχάνειν· καὶ τὸ μὲν ὑψηλόν τε καὶ εἰς ὀλίγους φθάνον, φίλον ἦν Θεῷ καὶ οἰκεῖον· τὸ δὲ ἐγγυτέρω, καὶ τοῖς πολλοῖς ἐφικτὸν, ἀπόπτυστον καὶ ἀπόβλητον. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἀνθρώπων οἱ μετριώτεροι τοῦτο πάθοιεν ἄν, ὥστε μὴ τὰς κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖν τιμάς, ἀλλὰ χαίρειν μόνον ταῖς προεχούσαις, μήτιγε δὴ Θεός· οὗ πολλῶν ὄντων ἐφ' οἷς θαυμάζεται, οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ πάντας εὐεργετεῖν, ἰδιώτατον. Μὴ ἀτίμαζε τὸ εἰωθὸς, μὴ θήρευε τὸ καινὸν (45), ἵν' εὐ δοκιμήσῃς (46) ἐν τοῖς πλείοσι. *Κρείσσων* (47) *μικρὰ μερὶς μετὰ ἀσφαλείας, ἢ μεγάλη μετὰ σαθρότητος*, παιδευέτω σε τῇ συμβουλῇ Σολομών· καὶ, C *Κρείσσων ἄπορος πορευόμενος ἐν ἁπλότητι* (48) *αὐτοῦ* (μία καὶ αὕτη τῶν παροιμιῶν σοφῶς ἔχουσα), ὁ πένης ἐν λόγῳ καὶ γνώσει, καὶ τοῖς ἁπλοῖς ῥήμασιν ἐπερειδόμενος, καὶ ἐπὶ τούτων ὥσπερ ἐπὶ λεπτῆς σχεδίας διασωζόμενος, ὑπὲρ στρεβλόχειλον ἄφρονα, τὸν ἀποδείξει λόγου θαῤῥοῦντα σὺν ἀμαθίᾳ, καὶ κενοῦντα (49) τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, πρᾶγμά τι λόγου κρεῖττον, διὰ τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως, ἔνθα τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀποδείξεως, τῆς ἀληθείας ἐστὶν ἐλάττωσις.

D Κζ'. Τί πρὸς οὐρανὸν ἀνίπτασαι, πεζὸς ὤν; Τί πύργον οἰκοδομεῖς, τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν οὐκ ἔχων; Τί καὶ σὺ μετρεῖς τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακὶ, στοιχεῖα μεγάλα, καὶ μόνῳ μετρητὰ τῷ ποιήσαντι; Γνῶθι σαυτὸν πρῶτον· τὰ ἐν χερσὶ κατανόησον· τίς εἶ, καὶ πῶς ἐπλάσθης, καὶ πῶς συνέστης, ἵν' εἰκὼν ἧς (50)

[96] Isa. xl, 12.

(47) *Κρείσσων*. Sic duo Regg. In ed., κρεῖσσον.

(48) *Ἁπλότητι*. In quibusdam, ταπεινότητι, « humilitate. »

(49) *Κενοῦντα*. Schol.: Κένωσις τοῦ σταυροῦ, τὸ δυνατὸν τοῦ λόγου· « Crucis evacuatio, verbi potentia. » Alludit Gregorius ad hæc Apost. verba I Cor. I, 17, « Non in Sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi. »

(50) *Ἧς*. Sic cod. In ed., ᾖς. Mox, κινῆσάν. Or. 1, νικῆσάν.

Digitized by Google

Θεοῦ, καὶ τῷ χείρονι συνδεθῇς, καὶ τί τὸ κινῆσάν σε, τίς ἡ περὶ σὲ σοφία καὶ τί τῆς φύσεως τὸ μυστήριον· πῶς μετρῇ τόπῳ, καὶ νοῦς οὐχ ὁρίζεται (51), ἀλλ' ἐν ταυτῷ μένων πάντα ἐπέρχεται· πῶς ὄψις ἀλίγη, καὶ ἐπιπλεῖστον φθάνουσα, καὶ πότερον παραδοχή τίς ἐστι τοῦ ὀφθέντος, ἢ πρὸς ἐκεῖνο διάβασις· πῶς τὸ αὐτὸ καὶ κινεῖ (52), καὶ κινεῖται, διὰ βουλήσεως κυβερνώμενον· τίς δαὶ παῦλα κινήσεως· τίς ὁ τῶν αἰσθήσεων μερισμός, καὶ πῶς διὰ τούτων ὁ νοῦς ὁμιλεῖ (53) τοῖς ἔξω, καὶ τὰ ἔξωθεν παραδέχεται· πῶς ἀναλαμβάνει τὰ εἴδη· καὶ τίς ἡ τήρησις τοῦ ἀναληφθέντος, ἢ μνήμη· καὶ τίς ἡ τοῦ ἀπελθόντος ἀνάληψις, ἢ ἀνάμνησις· πῶς λόγος νοῦ γέννημα, καὶ γεννᾷ λόγον ἐν ἄλλῳ νοΐ, καὶ πῶς λόγῳ νόημα διαδίδοται (54)· πῶς τρέφεται (55) διὰ ψυχῆς σῶμα, καὶ πῶς ψυχὴ διὰ σώματος κοινωνεῖ πάθους· πῶς πήγνυσι φόβος, καὶ λύει θάρσος (56), καὶ συστέλλει λύπη, καὶ διαχεῖ ἡδονή, καὶ τήκει φθόνος, καὶ μετεωρίζει τῦφος, καὶ κουφίζει ἐλπίς· πῶς ἐκμαίνει θυμός, καὶ αἰδὼς ἐρυθραίνει δι' αἵματος, ὁ μὲν ζέσαντος, ἡ δὲ ἀναχωρήσαντος· καὶ πῶς οἱ χαρακτῆρες τῶν παθῶν ἐν τοῖς σώμασι· τίς ἡ τοῦ λογισμοῦ προεδρία, καὶ πῶς πᾶσι τούτοις ἐπιστατεῖ καὶ ἡμερεῖ τὰ τῶν παθῶν κινήματα· πῶς αἵματι κρατεῖται καὶ πνοῇ τὸ ἀσώματον· καὶ πῶς ἡ τούτων ἔκλειψις, ψυχῆς ἐστιν ἀναχώρησις. Ταῦτα, ἢ τούτων τι κατανόησον, ὦ ἄνθρωπε· οὔπω γὰρ λέγω φύσιν, ἢ κίνησιν οὐρανοῦ, καὶ τάξιν ἀστέρων, καὶ μίξιν στοιχείων, καὶ ζώων διαφοράς, καὶ δυνάμεων οὐρανίων ὑποβάσεις (57) καὶ ὑπερθέσεις, καὶ πάντα εἰς ὅσα ὁ δημιουργικὸς (58) λόγος καταμερίζεται, καὶ λόγους προνοίας καὶ διοικήσεως· καὶ τότε οὔπω λέγω, Θάρρησον· ἀλλ', Ἔτι φοβήθητι προσθῆναι τοῖς ὑψηλοτέροις, καὶ τοῖς μᾶλλον ὑπὲρ τὴν σὴν δύναμιν.

assequere : quis sis, et quomodo effictus, ita ut simul et imago Dei sis, et deteriori astringaris; quid illud sit, quod tibi motum attulit, quæ in te sapientia eluceat, quod naturæ arcanum : quomodo loco circumscriberis, ac mens nullo limite includitur, sed in eodem loco manens, omnia lustrat ac pervagatur. Quomodo, cum tantillus sit oculus, tam longe pertingit; utrum quod rem visam admittat, an potius quod ad eam transeat : quomodo idem et movet et movetur, ac per voluntatem gubernatur : quæ motus quies, quæ sensuum partitio, quomodo mens eorum opera cum externis versatur, atque externa excipit : quomodo formas recipit; quæ assumptæ rei conservatio, vel memoria : quæ elapsæ recuperatio, vel reminiscentia : quomodo sermo mentis fetus est, atque in alia mente sermonem procreat, et quomodo cogitatio sermone distribuitur : quomodo corpus per animam alitur, et quomodo anima per corpus affectuum particeps fit : quomodo eam timor constringit, præfidentia solvit, mœror contrahit, lætitia diffundit, livor tabe afficit, **598** superbia effert, spes erigit : quomodo iracundia eam in furorem agit, et pudor rubore suffundit; hæc quidem, ebulliente sanguine, hic vero, recedente : quomodo perturbationum signa corporibus imprimuntur; quomodo ratio præsidet, quomodo hæc omnia regit et moderatur, affectuumque motus lenit ac sedat; quomodo a sanguine et spiratione, id, quod corpore vacat, tenetur; quomodo horum defectio, animæ discessio est. Hæc, aut horum aliquid, o homo, cognitione comprehende (nondum enim cœli naturam aut motum, nec siderum ordinem, nec elementorum permistionem, nec animantium discrimina, nec cœlestium virtutum inferiores gradus et sublimiores, atque omnia, in quæ artifex ratio distribuitur, nec denique providentiæ gubernationisque rationes commemoro) : ac tum nondum dicam, Aude; verum, Adhuc time ad ea, quæ sublimiora sunt, viresque tuas magis superant, accedere.

ΚΗ'. Μάλιστα μὲν γὰρ (59), γυμνασία τῆς περὶ τὰ μείζω φιλονεικίας, ἅπας λόγος δύσερις καὶ φιλότιμος (60)· καὶ δεῖ, καθάπερ τοὺς παῖδας πλάττομεν ἐν τοῖς πρώτοις ἤθεσιν, ἵνα τὴν ὕστερον μοχθηρίαν φύγωσιν· οὕτω δὴ καὶ (61) τῷ λόγῳ, μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ φαίνεσθαι θρασὺν καὶ ἀπαίδευτον, ἵνα μὴ περὶ τὰ μείζω τῇ μελέτῃ καταχρησώμεθα. Ῥᾴον γὰρ ἀπ' ἀρχῆς μὴ ἐνδοῦναι κακίᾳ, καὶ προσιοῦσαν διαφυγεῖν, ἢ προβαίνουσαν ἀνακόψαι καὶ φανῆναι ταύτης ἀνώτερον· ὥσπερ καὶ πέτραν (62) ἀπ' ἀρχῆς ἐρεῖσαι καὶ κατασχεῖν, ἢ φερομένην ἀνώσασθαι (63). Εἰ δὲ ἀπληστότερος εἶ, καὶ κατέχειν τὴν

XXVIII. Ac maxime quidem, ita comparatum est, ut omnis sermo contentiosus et cum ambitione conjunctus, exercitatio quædam sit, qua ad contendendum de rebus gravioris momenti provehamur. Proinde nobis curæ esse debet, ut quemadmodum pueros in primis moribus et prima institutione fingimus, ut insequentis ætatis improbitatem fugiant; ita nos quoque ne in levibus quidem parvique momenti disputationibus, audaciæ atque ineptiæ significationem præbeamus, ne ea tandem diuturna consuetudine in majoribus abutamur. Minoris enim laboris est primum improbitati non cedere, ac eam

(51) *Οὐχ ὁρίζεται.* Sic plerique codd. In ed., οὐ χωρίζεται.
(52) *Καὶ κινεῖ.* Deest καί in Reg. bm.
(53) *Ὁ νοῦς ὁμιλεῖ.* Sic duo Regg., Coisl. 1 et 2, Or. 1, et Comb. In ed. deest, ὁ νοῦς.
(54) *Διαδίδοται.* Duo Regg., δίδοται.
(55) *Τρέφεται.* In nonnullis, στρέφεται, « vertitur, movetur. »
(56) *Θάρσος.* Reg. bm, et Combef., θράσος.
(57) *Ὑποβάσεις.* Sic plerique codd. In ed., καὶ ὑποβάσεις.
(58) *Δημιουργικός.* Reg. b, δημιουργός.
(59) *Γάρ.* Deest in tribus Regg., et Or. 1.
(60) *Φιλότιμος.* Or. 1 ad marg., φιλόνεικος, « contentiosus. »
(61) *Καί.* Reg. b, Gabr., et Comb., κἄν, « quamvis. »
(62) *Πέτραν.* Sic plures Regg. Coisl. 1, et Or. 1. In ed., πέτραις.
(63) *Ἀνώσασθαι.* Coisl. 1, ἀπώσασθαι.

Digitized by Google

accedentem fugere, quam progressam exscindere, A seque ea superiorem præbere : non secus videlicet ac facilius est petram initio firmare et retinere, quam ruentem sursum retrahere. Sin autem tam immodico et inexplebili disputandi studio flagras, nec morbum sistere ac reprimere potes, hæc meditare, in his esto : ambitionem istam in iis rebus, in quibus periculi nihil subest, effunde.

νόσον ἀδυνατεῖς, ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· κενούσθω σοι (64) τὸ φιλότιμον ἐν τοῖς ἀκινδύνοις.

XXIX. Quod si hoc repudias, nec linguam freno coercere, animique impetum frangere ac comprimere potes, sed tibi furere atque insanire certum est, ac primis potestatibus minime cedere (nisi tamen iis quoque cognitionis modus est), altiusque **599** omnino assurgere, quam ex utilitate tua sit : at illud saltem tibi impera, ut fratrem non condemnes, nec timiditati impietatis nomen imponas, nec temere ac præcipiti judicio eum condemnes, aut salutem ejus pro desperata habens discedas, qui B animi facilitatem ac morum suavitatem profiteris. Quin potius, hic humilem te præbe, dum licet : hic nullo cum tuo detrimento fratrem tibi antepone, ubi condemnare et contemnere, nihil aliud est, quam a Christo, ac sola spe ejicere, atque exturbare, occultumque triticum, et quidem triticum fortasse te præstantius, una cum zizaniis exscindere[97]. Hanc rationem tene, ut illum quidem corrigas, idque leniter et humane, non ut hostis, nec ut durus et rigidus medicus, nec ut sectionibus tantum et cauteriis adversus morbum grassari sciens; teipsum autem, ac tuam infirmitatem agnoscas. Quid enim si lippientibus oculis, aut alio quopiam morbo laborantibus, obscurum solem aspicias? Quid si omnia verti ac sursum deorsumque ferri putes, ipse nauC sea correptus, aut vino obrutus, ignorantiamque tuam aliis attribuas? Multum diuque ante versandus atque contorquendus est animus, multa ferenda, quam ut alium impietatis damnemus.

ΚΘ'. Οὐ δέχῃ τοῦτο, οὐδὲ ἡ γλῶσσά σου χαλινὸν ἔχει, οὐδὲ κρείττων εἶ τῆς φορᾶς, δεῖ δὲ ἀπονοεῖσθαι πάντως, καὶ ταῖς πρώταις δυνάμεσι μὴ ὑφίεσθαι, εἴπερ μὴ κἀκείναις (65) μέτρον ἐστὶ τῆς γνώσεως, καὶ πλέον (66) εἶναι μέγαν, ἢ ὅσον συμφέρον (67)· σὺ δὲ μὴ κατακρίνῃς τὸν ἀδελφὸν, μηδὲ τὴν δειλίαν ἀσέβειαν ὀνομάσῃς, μηδὲ ἀπέλθῃς προπετῶς καταγνοὺς, ἢ ἀπογνοὺς (68), ὁ τὴν ἐπιείκειαν ὑπισχνούμενος. Ἀλλ' ἐνταῦθά μοι φάνηθι ταπεινὸς, ἕως ἔξεστιν· ἐνταῦθα τὸν ἀδελφὸν προτίμησον, μὴ μετὰ τῆς σεαυτοῦ βλάβης, ἵνα τὸ κατακρῖναι καὶ ἀτιμάσαι, ἐκβαλεῖν ἐστι Χριστοῦ καὶ τῆς μόνης ἐλπίδος, καὶ τὸν λανθάνοντα σῖτον, καὶ σῖτον ἴσως σου τιμιώτερον, συνεκκόψαι τοῖς ζιζανίοις. Ἀλλὰ τὸ μὲν, ἐκεῖνον διόρθωσαι, καὶ τοῦτο πράως καὶ φιλανθρώπως, μὴ ὡς ἐχθρὸς, μηδὲ ὡς ἀπότομος ἰατρὸς, μηδὲ ὡς (69) ἐν τοῦτο μόνον εἰδὼς τὴν καῦσιν καὶ τὴν τομήν· τὸ δὲ, σεαυτοῦ κατάγνωθι, καὶ τῆς ἀσθενείας τῆς σῆς. Τί γὰρ εἰ λημῶν, ἢ ἄλλο (70) τι πάσχων τὰς ὄψεις, ἀμυδρὸν βλέπεις τὸν ἥλιον; Τί δαὶ εἰ στρέφεσθαί σοι τὸ πᾶν δοκεῖ, ναυτιῶντι τυχὸν, ἢ μεθύοντι, καὶ τὴν σὴν ἄγνοιαν ἑτέρων ὑπολαμβάνεις; Πολλὰ δεῖ στραφῆναι καὶ παθεῖν, πρὶν ἄλλου καταγνῶναι δυσσέβειαν.

XXX. Non idem est stirpem, aut brevem quemdam et caducum florem evellere, atque hominem exscindere. Imago Dei es, et imaginem quoque Dei alloqueris, tuque qui judicas, ipse judicaberis[98]; et quidem alienum servum judicas[99], et quem alius moderatur. Sic fratrem tuum explora, quasi ipse ad eamdem mensuram expendendus. Quocirca, ne cito ac temere membrum seces ac projicias, cum incertum sit, an hac ratione partes quoque sanæ perniciem aliquam contracturæ sint. Verum argue, increpa, obsecra [1]. Habes medicinæ regulam. Christi discipulus es, mitis ac benigni [2], et qui nostras infirmitates portavit [3]. Si primum obluctetur, leniter exspecta : si secundo, ne spem abjicias; nondum enim curationis tempus effluxit; si tertio, beD

Λ'. Οὐκ ἔστιν ἴσον φυτὸν ἐκτεμεῖν, ἢ ἄνθος τι τῶν προσκαίρων, καὶ ἄνθρωπον. Εἰκὼν εἶ Θεοῦ, καὶ εἰκόνι Θεοῦ διαλέγῃ, καὶ κρίνῃ αὐτὸς (71) ὁ κρίνων· καὶ κρίνεις ἀλλότριον οἰκέτην, καὶ ὃν ὁ ἄλλος οἰκονομεῖ. Οὕτω δοκίμαζε τὸν ἀδελφόν σου, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῖς μέτροις κρινόμενος. Διὰ τοῦτο μὴ ταχέως τέμῃς, μηδὲ ἀλλοτριώσῃς τὸ μέλος, ἄδηλον, εἰ μὴ διὰ τούτου προσλυμανῇ τι (72) τῷ ὑγιαίνοντι· ἀλλὰ νουθέτησον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον. Ἔχεις ἰατρείας κανόνα (73). Χριστοῦ μαθητὴς εἶ, τοῦ πράου καὶ φιλανθρώπου, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσαντος. Κἂν τὸ πρῶτον ἀντιβῇ, μακροθύμησον· κἂν τὸ δεύτερον, μὴ ἀπελπίσῃς, ἔτι καιρὸς θεραπείας· κἂν τὸ τρίτον, γενοῦ φιλάνθρωπος γεωργός· ἔτι τοῦ Δεσπότου δεήθητι, μὴ ἐκκόψαι,

[97] Matth. XIII, 27. [98] Matth. VII, 1. [99] Rom. XIV, 4. [1] II Tim. IV, 2. [2] Matth. XI, 29. [3] Isa. LIII, 4; I Petr. II, 24.

(64) *Σοι.* Reg. b, et Or. 1, σου.

(65) *Εἴπερ μὴ κἀκείναις*, etc. Deest μή in Coisl. 1, aliisque nonnullis. Id fatetur Billius; sed vulgatam lectionem præfert. Elias vero censet Gregorium hic affirmanter pronunciare, et εἴπερ idem sonare, ac ἐπειδήπερ, « quandoquidem. » Hinc, si expungatur particula negativa, μή, locus iste sic verti potest : « siquidem illæ (potestates) certam cognitionis mensuram habent. »

(66) *Πλέον.* Duo Regg., πλεῖον.

(67) *Συμφέρον.* Duo Regg., Coisl. 1 et 2, aliique, συμφέρει.

(68) *Ἢ ἀπογνούς.* Tres Regg., et Orat. 1, καὶ ἀπογνούς.

(69) *Μηδὲ ὡς.* Sic Regius bm. In ed., μὴ ὡς.

(70) *Ἢ ἄλλο.* Sic tres Regg., et Or. 1. In ed., εἰ ἄλλο.

(71) *Καὶ κρίνῃ αὐτός.* Sic plures codd. In ed., κρίνῃ καὶ αὐτός.

(72) *Προσλυμανῇ τι.* Duo Regg., Orat. 1, etc., προσλυμανεῖται.

(73) *Κανόνα.* Reg. bm, κανόνας.

Digitized by Google

μηδὲ μισῆσαι τὴν ἄκαρπον συκῆν καὶ ἀνόνητον, ἀλλ' ἐπιστρέψαι, καὶ θεραπεῦσαι, καὶ (74) περιβαλεῖν κόπρια, τὴν δι' ἐξαγορεύσεως, καὶ τῆς εἰς τὸ φανερὸν αἰσχύνης, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς, ἐπανόρθωσιν (75). Τίς οἶδεν, εἰ μεταβαλεῖ, καὶ καρποφορήσει, καὶ θρέψει τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ Βηθανίας ἐπανερχόμενον;

A nignum illum et humanitate prædituni agricolam imitare, cum Domino adhuc age, ne inutilem et infructuosam ficum exscindat [4] atque odio habeat, verum emendet et curet, ac stercus injiciat, hoc est, eam correctionem, quæ per confessionem ac publicam ignominiam, contemptioremque victus rationem efficitur. Quis scit, an mutabitur, ac fructum feret, **600** Jesumque a Bethania redeuntem pascet?

ΛΑ'. Ἐνεγκέ τι τῆς τοῦ ἀδελφοῦ δυσωδίας, ἢ οὔσης, ἢ δοκούσης, ὁ τῷ πνευματικῷ μύρῳ συγκεχρισμένος, τῷ συντεθειμένῳ τέχνῃ μυρεψικῇ, ἵνα μεταδῷς τούτῳ τῆς σῆς εὐωδίας. Οὐκ ἔστιν ἐχίδνης ἰὸς (76) ἡ κακία, ἵν' ὁμοῦ τῷ πληγῆναι περιδληθῇς ὀδύναις, ἢ καὶ διαφθαρῇς, καὶ διὰ τοῦτο ᾖ σοι συγγνώμη φεύγοντι (77) τὸ θηρίον, ἢ ἀποκτείνοντι. Ἀλλ' εἰ μὲν εἶ δυνατὸς, κἀκεῖνον θεράπευσον· εἰ δὲ μὴ, τό γε ἀσφαλὲς ἔχεις, ἐν τῷ μηδὲν αὐτὸς (78) τῆς μοχθηρίας μεταλαβεῖν. Ὀσμή τίς ἐστιν ἀηδὴς τὸ ἐκείνου πάθος, ἣν ἀπελάσει τυχὸν τὸ σὸν εὐῶδες ὑπερνικῆσαν. Ταχὺ ἂν ἐδέξω τι τοιοῦτον ὑπὲρ τοῦ ὁμοδούλου καὶ συγγενοῦς, οἷον Παῦλος ὁ ζηλωτὴς, καὶ διανοηθῆναι, καὶ εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ἑαυτοῦ, εἰ οἷόν τε, τὸν Ἰσραὴλ ἀντεισαχθῆναι Χριστῷ, διὰ τὸ συμπαθές· ὃς γε καὶ ἐξ ὑπονοίας πολλάκις μόνης, ἀποτέμνεις τὸν ἀδελφόν. Ὃν ἴσως ἐκέρδανας ἂν τῇ χρηστότητι, τοῦτον ἀπολλύεις (79) τῇ θρασύτητι, τὸ σὸν μέλος, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανεν. Εἰ τοίνυν καὶ ἰσχυρὸς εἶ, φησὶν ὁ Παῦλος περὶ βρωμάτων διαλεγόμενος, καὶ θαῤῥεῖς τῷ λόγῳ καὶ τῷ γενναίῳ τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν οἰκοδόμησον. Μὴ τῷ βρώματί σου κατάλυε τὸν ὑπὸ Χριστοῦ τῷ κοινῷ πάθει τετιμημένον. Καὶ γὰρ εἰ τὸ πρᾶγμα ἕτερον, ἀλλ' ὅ γε τῆς παραινέσεως λόγος ὁμοίως χρήσιμος.

XXXI. Tu, qui spirituali illo unguento arte unguentaria confecto delibutus es, fraterni fetoris nonnihil perfer, sive verus sit fetor ille, sive ita tibi videatur: ut ipse vicissim boni tui odoris illi aliquid impertiaris. Viperæ virus non est improbitas, ut simul atque ictus fueris, doloribus crucieris, aut etiam intereas, ob eamque causam tibi bestiam fugienti, vel interimenti, venia parata sit. Verum, si quidem a te fieri potest, eum quoque morbo libera; sin minus, ipse certe ita demum in tuto versaberis, si improbitatis illius particeps nequaquam factus fueris. Insuavis quidam odor est illius morbus, quem fortasse fragrantia tua vincet atque depellet. Libenter scilicet ac prompte hujusmodi quiddam conservi et cognati tui causa susciperes, quale Paulus ille zelo et æmulatione flagrans, præ commiseratione, non modo cogitare, sed etiam dicere ausus est; nimirum ut, si fieri posset, Israel, in ipsius locum subrogatus, ad Christum introduceretur [5]; cum sola plerumque suspicione ductus, fratrem præscindas. Quem fortasse lucrari benignitate potuisses, eum audacia tua perimis, membrum tuum, pro quo Christus mortem oppetiit [6]. Proinde, si firmus ac robustus es, ait Paulus de cibis disserens [7], atque ob doctrinam fideique firmitatem confidis: fratrem quoque ut ædifices, cura. Noli cibo tuo eum, quem Christus communi passione honestavit, evertere. Etsi enim res diversa est, consilii tamen admonitionisque ratio peræque utilis est.

ΛΒ'. Χρῆν (80) δὲ καὶ νόμον κεῖσθαι παρ' ἡμῖν, καθάπερ τοῖς πάλαι σοφοῖς Ἑβραίων, ἔστιν ἃς τῶν ἱερῶν βίβλων μὴ ἀνεῖσθαι τοῖς νέοις, ὡς οὐ λυσιτελούσας ταῖς ἀστηρίκτοις ἔτι καὶ ἀπαλωτέραις ψυχαῖς· οὕτω καὶ μηδὲ παντὶ (81), μηδὲ πάντοτε, ἀλλ' ἔστιν ὅτε, καὶ οἷς, τὸν περὶ πίστεως συγχωρεῖσθαι λόγον, τοῖς μὴ παντελῶς ὀλιγώροις (82) λέγω, καὶ νωθροῖς τὴν διάνοιαν, ἢ τοῖς μὴ λίαν ἀπλήστοις, καὶ φιλοτίμοις (83), καὶ θερμοτέροις τοῦ δέοντος εἰς εὐσέβειαν· καὶ τοὺς μὲν τάττειν ἐνταῦθα, οὗ μήτε

XXXII. Ac profecto legem quoque apud nos constitutam esse oportebat, quæ juberet, ut, quemadmodum olim apud sapientes Hebræos, a quibusdam Scripturæ sacræ libris juvenes arcebantur, utpote tenerioribus adhuc minimeque firmis animis haudquaquam profuturis; eodem quoque modo, non quibuslibet, nec semper, sed certo tempore, ac certis hominibus, de fide disputandi potestas fieret, iis nimirum, qui nec ingenio sunt omnino segni et ignavo; nec rursum iis, qui inexplebili quadam

[4] Luc. XIII, 8. [5] Rom. IX, 3. [6] I Cor. VIII, 12. [7] Rom. XIV, 15.

(74) *Ἐπιστρέψαι, καὶ θεραπεῦσαι, καὶ*, etc. Sic Reg. bm, et Or. 1. In ed., ἐπιστρέψαι, καὶ περιβαλεῖν κόπρια, θεραπεῦσαι τήν, etc.

(75) *Ἐπανόρθωσιν*. Sic Reg. bm, Coisl. 1 et 2, etc. In ed., ἐπανόρθωσον.

(76) *Ἐχίδνης ἰός*, etc. « Viperæ virus non est improbitas. » Hinc Elias: « Frater tuus non est bellua venenosa, ut præ metu, ne quid mali tibi ab eo accidat, vel fugiendus sit, vel occidendus, quod certe fieret, si eum a pietate, aut ab Ecclesia, tanquam alienum excluderes. »

(77) *Φεύγοντι*. Plures codd., φεύγοντι καὶ ἀποκτείναντι.

(78) *Αὐτός*. Sic tres Regg., Coisl. 1, Comb., etc. In ed., αὐτόν.

(79) *Ἀπολλύεις*. Unus Reg., et duo Colb., ἀπολλύς.

(80) *Χρῆν*. Sic plures Regg., et Colb., Coisl. 2, et Or. 1. Billius autem ad marg. Bas. edit. scripsit, χρῆναι, quod secutus est Morellus. Par. ed.

(81) *Οὕτω καὶ μηδὲ παντί*. Sic tres Regg., Coisl. 1, Or. 1, etc. Prave in ed., οὐ τῷ μὴ παντί.

(82) *Ὀλιγώροις*. Gloss., ἀσθενεστέροις, « imbecillioribus. »

(83) *Φιλοτίμοις*. Gloss., ἤτοι φιλοδόξοις.

Digitized by Google

aviditate laborant, gloriæque studio ducuntur, atque in pietate 601 ferventiores sunt quam par sit, atque hi quidem illic collocarentur, ubi nec sibi ipsis, nec aliis noxii essent; iis autem, qui in disputationibus modesti, ac vere compositi et temperantes essent, libera disputandi facultas daretur: promiscua vero multitudo ab hac via, et loquacitatis morbo hac tempestate vigente, abducta et aversa, et aliud virtutis genus minus periculosum detrimentum afferret, et insaturabilis aviditas pietatis traduceretur, ubi et segnities minorem labem ac laudem mereretur.

XXXIII. Etenim si, ut *unus Dominus, una fides, unum baptismum, unus Deus, Pater omnium, et per omnia, et in omnibus* [a], ita una quædam esset per disputationem et contemplationem ad salutem via, ut qui ab ea exciderent, iidem a toto quoque aberrarent, atque a Deo, ac spe salutis æternæ præcipites ejicerentur, nihil sane periculosius esset, quam vel hujusmodi consilium dare, vel huic parere. At si, ut in rebus humanis, multa et diversa sunt vitarum genera et instituta, alia majora, alia minora, alia illustriora, alia obscuriora, sic in divinis quoque, non una salutis ratio est, nec una quædam virtutis via, sed plures; atque hujus pervulgati dicti omniumque linguis celebrati, nimirum, multas apud Deum mansiones esse [b], nulla alia causa est, quam quod multæ sint viæ eo ferentes, quarum aliæ periculosiores et splendidiores sint, aliæ abjectiores et tutiores; cur, tutioribus relictis, ad unam hanc nos convertimus, adeo lubricam et periculosam, ac nescio quo ferentem? An idem quidem cibus non omnibus congruet, sed alius alii, pro diversa ætatum et constitutionum ratione; eadem autem vita, aut disputatio cunctis conducet? Hoc ipse quidem non dixerim, nec dicentibus assentiar. Quare si mihi obtemperandum duxeritis, juvenes et senes, præfecti et subditi, monachi et qui in sodalitio vivitis, supervacaneas et inutiles ostentationes valere jubebitis; atque id potius curabitis, ut per morum probitatem, et honestam vitæ rationem, ac sermones periculo vacuos ad Deum appropinquantes, ad alterius sæculi veritatem et contemplationem perveniatis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Ephes. IV, 5, 6. [b] Joan. XIV, 2.

ΛΓ'. Εἰ μὲν γὰρ, ὥσπερ εἷς Κύριος, *μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς, ὁ Πατὴρ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν*, οὕτω καὶ μία τις ἦν σωτηρίας ὁδὸς, ἡ διὰ λόγου καὶ θεωρίας, καὶ ταύτης ἐκπεσόντας, ἔδει τοῦ παντὸς ἁμαρτεῖν, καὶ ἀπορριφθῆναι (87) Θεοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐλπίδος· οὐδὲν ἂν ἦν, οὔτε τοῦ συμβουλεύειν τὰ τοιαῦτα, οὔτε τοῦ πείθεσθαι σφαλερώτερον. Εἰ δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις, πολλαὶ διαφοραὶ βίων καὶ προαιρέσεων, μειζόνων τε καὶ ἡττόνων, λαμπροτέρων καὶ ἀφανεστέρων (88), οὕτω κἀν τοῖς θείοις, οὐχ ἓν τι τὸ σῶζόν ἐστιν, οὐδὲ μία τῆς ἀρετῆς ὁδὸς, ἀλλὰ πλείονες, καὶ τοῦ (89) πολλὰς εἶναι μονὰς παρὰ τῷ Θεῷ, τούτου δὲ (90) τοῦ θρυλλουμένου, κἀν ταῖς πάντων κειμένου γλώσσαις, οὐκ ἄλλο τι ἢ τοῦτο αἴτιον, τὸ πολλὰς εἶναι τὰς ἐκεῖσε φερούσας ὁδοὺς, τὰς μὲν ἐπικινδυνοτέρας τε καὶ λαμπροτέρας, τὰς δὲ ταπεινοτέρας τε καὶ ἀσφαλεστέρας· τί τὰς ἀσφαλεστέρας ἀφέντες, ἐπὶ μίαν ταύτην τρεπόμεθα, τὴν οὕτως ἐπισφαλῆ καὶ ὀλισθηρὰν, καὶ οὐκ οἶδ' ὅποι (91) φέρουσαν; Ἡ τροφὴ μὲν οὐχ ἡ αὐτὴ πᾶσι κατάλληλος, ἄλλῳ δὲ ἄλλη κατὰ τὴν διαφορὰν καὶ (92) τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν ἕξεων· βίος δὲ ὁ αὐτὸς πᾶσι συμφέρων, ἢ λόγος; Οὐκ ἔγωγε τοῦτο εἴποιμ' ἂν (93), οὐδὲ προσθοίμην τοῖς λέγουσιν. Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, νέοι καὶ γέροντες, ἄρχοντες λαῶν (94) καὶ ἀρχόμενοι, μοναστὰι καὶ μιγάδες, τὰς μὲν περιττὰς καὶ ἀχρήστους φιλοτιμίας χαίρειν ἐάσατε· αὐτοὶ δὲ διὰ βίου, καὶ πολιτείας, καὶ λόγων τῶν ἀκινδυνοτέρων τῷ Θεῷ πλησιάζοντες (95), τεύξεσθε τῆς ἐκεῖθεν ἀληθείας καὶ θεωρίας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα (96) εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(84) *Βλάψωσι.* Plures codd., βλάφουσι.
(85) *Ἀπάγειν.* In nonnullis, ἀπαγαγόντας.
(86) *Καὶ.* Deest in pluribus Regg., et Or. 1.
(87) *Ἀπορριφθῆναι.* Reg. bm, et Or. 1, ἀπορριφῆναι.
(88) *Λαμπροτέρων καὶ ἀφανεστέρων.* Plures Regg., et Or. 1, λαμπροτέρων τε καὶ σφαλερωτέρων. Billius ad marg. Bas. ed., quæ habet, σφαλεστέρων, scripsit : « Putamus legendum, ἀφανεστέρων, ut opponatur λαμπροτέροις, quemadmodum τὰ ἧττω τοῖς μείζοσι, quod etiam satis ostendunt quæ sequuntur. »
(89) *Καὶ τοῦ.* Comb., καὶ τό.
(90) *Τούτου δέ*, etc. Sic Reg. bm, et Or. 1. Sic etiam Billius ad marg. Bas. edit. scripsit. Coisl. 1, τοῦτο δὲ τὸ θρυλλούμενον... κείμενον. In ed., τοῦτο δὴ τοῦ, etc.
(91) *Ὅποι.* Reg. bm, ὅπη.
(92) *Καὶ.* Deest in tribus Regg., et Or. 1
(93) *Εἴποιμ' ἄν.* Regius bm, συμβουλεύσαιμεν, « suaserim. »
(94) *Λαῶν.* Hanc vocem respuit Combefisius.
(95) *Πλησιάζοντες.* In nonnullis, πλησιάσαντες.
(96) *ὯΙ ἡ δόξα.* Plures codices sic desinunt : ᾧ πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν· « cui omnis gloria in sæcula. Amen. »

Digitized by Google

602 MONITUM IN ORATIONEM XXXIII.

I. Arianorum jactantiam, injurias et cavillationes in hac oratione, oratorie quidem, sed fortiter retundit Gregorius. Quasi ex abrupto sic exordiatur : « Ubi tandem sunt, qui paupertatem nobis exprobrant, qui opes suas insolenter jactant, qui Ecclesiam multitudine definiunt, et pusillum gregem aspernantur, qui divinitatem metiuntur, et populum velut ad lancem appendunt? » Hinc ablegatam pacem, et exitiosas domesticarum in fide dissensionum calamitates deplorat; atque Arianorum persecutiones, facinora, cædes et sacrilegia, longa partium enumeratione, percurrens, ostendit quam longissime ipsi a suis et Catholicorum moribus ac lenitate distent. Deinde puerilibus ac ineptis respondet cavillationibus, quibus obtrectatores eum in contemptum adducere conabantur. Objiciebant enim, quod « ex ignobili oppido oriundus esset (n. 6), » quod « nec lepidus, nec urbanus, quod peregrinus et externus (n. 8), » aliaque permulta (n. 11), quæ profecto in adversariorum potius, quam Gregorii contumeliam recidebant. Tum profanam illorum multitudinem cum gregis sui exiguitate conferens, hunc extollit, illos deprimit. « Hi, inquit (n. 15), ædes habent, nos hospitem; hi templa, nos Deum; hi populos, nos angelos; hi aurum et argentum, nos repurgatam doctrinam; » quæ omnia merito vanis ac insulsis hæreticorum opibus pretiosiora et præstantiora erant. Nihil ergo mirum, si charissimum gregem, licet exiguum, ampliori præferat; utpote qui hunc facilius conspicere, atque a luporum voracitate tueri ac servare posset. Verum interim prophetico velut afflatus spiritu, non dubitat quin aliquando eum latiorem visurus sit. « Multos enim, » addit (n. 15), « ex his, qui nunc in luporum numero sunt, inter oves, ac fortasse etiam inter pastores recensendos habeo. » Quod vaticinium eventus postea confirmavit. Demum ex baptismi forma, Arianorum et Eunomianorum errores, qui Filium et Spiritum sanctum creatos esse asserebant, coarguens, eleganti ac eximiæ orationi finem imponit.

II. Ex his quæ jam diximus, nemo est qui non fateatur hanc orationem Constantinopoli habitam fuisse anno 380. Plura etiam adhuc ex hac oratione ad id confirmandum colligi possunt. Nondum enim Gothos, a Deo « in solutæ Trinitatis pœnam » collectos et coadunatos (n. 2) debellarat Theodosius. Nondum ecclesiæ erant Catholicis restitutæ, cum agnoscat ipse Gregorius (n. 15), « exiguum adhuc esse gregem et caulam angustam. » Quæ quidem satis indicant annum 380, vel, ut cum Tillemontio loquar [97], illud temporis spatium quod « inter vicesimum Aprilis anni 379 et vicesimum sextum Novembris anni 380 intercedit. » Nulla enim est hac de re inter eruditos controversia. At idem quoque desideraretur animorum consensus, ad dignoscendum quis fuerit ille senex de quo sic loquitur Gregorius (n. 5) : « Hesternam meam victimam posco, senem illum, quem exsilio redeuntem, **603** medio die, media in urbe, saxis excepistis. » Licet enim de isto facto apud scriptores mentio fiat, attamen incertum adhuc quidem est, ad quem senem id certo referri possit. Censet Elias Eusebium Samosatensem hic a Gregorio designari. Hæc revera Theodoretus ac Nicephorus [98] narrant de isto Eusebio, cui « Dolicham ingredienti, mulier quædam Ariana labe maculata, tegulam e superiori ædium parte immisit, ejusque caput obtrivit. » Addunt etiam, quod ab ipso quoque Gregorio observatur, Eusebium morientem, eos qui aderant jurejurando obstrinxisse, ne a muliere pœnas hujus facti ullas exigerent. » Quamvis autem hæc non ignoraret Tillemontius, conjecit tamen vir eruditus [99], « senem illum fuisse Eustathium presbyterum, » a Valente imperatore in oppidum Thraciæ Biznam relegatum, quod anno 370 Evagrium Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopum præfici curasset. At Socrates et Sozomenus [1], qui Eustathii exsilium referunt, nihil tamen de ipsius in urbem Constantinopolim reditu ac inexspectata morte commemorant. Baronius etiam [2], qui hunc orationis locum sic exscripsit : « Hominem meum posco, quem hesterno die trucidastis, senem illum, quem ab exsilio redeuntem, et huc appellentem, » etc., videtur quidem his ultimis verbis Constantinopolim designare voluisse; sed nihil de isto sene indicavit. Cum igitur historica monumenta Gregorii narrationi optime consonent, nos quoque cum Elia hunc locum de Eusebio Samosatensi intelligendum arbitramur.

(97) T. IX, pag. 728.
(98) Theodoret. *Hist.* lib. v, c. 3; Nicephor. *Hist.* lib. XII, c. 5
(99) T. IX, not. XXIX, p. 714.
(1) Socr. *Hist.* l. IV, c. 15, p. 226; Sozom. *Hist.* l. VI, c. 13, p. 655.
(2) Anno 380, § VI, p. 441.

ΛΟΓΟΣ ΛΓ'.

Πρὸς Ἀρειανοὺς, καὶ εἰς ἑαυτόν.

Α'. Ποῦ ποτέ εἰσιν, οἱ τὴν πενίαν ἡμῖν ὀνειδίζοντες, καὶ τὸν πλοῦτον κομπάζοντες; Οἱ πλήθει τὴν

ORATIO XXXIII [a].

Adversus Arianos, et de seipso.

I. Ubi tandem sunt qui paupertatem nobis exprobrant, opesque suas insolenter jactant? Qui

[a] Alias XXV quæ autem 33 erat, nunc 27. — Habita Constantinopoli circa medium annum 380.

Digitized by Google

Ecclesiam multitudine definiunt, ac parvum gregem aspernantur? Qui et divinitatem metiuntur, et populum velut ad lancem appendunt? Qui arenam in pretio habent, et mundi lumina contumeliis afficiunt? Qui denique lapides aggerunt, et gemmas contemnunt? Non enim norunt, quod quanto arena stellis copiosior est, et lapides pellucidis lapidibus, tanto vicissim hæc illis puriora et præstantiora sunt. Rursus indignaris? Rursus arma induis? Rursus contumeliam infers? Num nova fides? Parumper, quæso, minas istas comprime, ut loquar. Non injuriam inferemus, sed coarguemus: non minas intendemus, sed exprobrabimus: non feriemus, sed medicinam afferemus. **604** Istudne quoque tibi contumelia videtur? O insignem superbiam! Etiamne hic eum, qui tibi dignitate par est, in servilem ordinem cogis? Verum, si non ita se res habet, fac nostram dicendi libertatem æquo animo feras. Nam et frater cum fratre expostulat, quoties ab eo æqua portione fraudatur.

Ἐκκλησίαν (3) ὁρίζοντες, καὶ τὸ βραχὺ διαπτύοντες ποίμνιον; οἱ καὶ θεότητα μετροῦντες (4), καὶ λαὸν σταθμίζοντες; οἱ τὴν ψάμμον τιμῶντες, καὶ τοὺς φωστῆρας ὑβρίζοντες; οἱ τοὺς κάλλικας θησαυρίζοντες, καὶ τοὺς μαργαρίτας ὑπερορῶντες (5); Οὐ γὰρ ἴσασιν, ὅτι οὐ τοσοῦτον ψάμμος ἀστέρων ἀφθονωτέρα, καὶ λίθων διαυγῶν κάλλικες, ὅσον ταῦτα ἐκείνων καθαρώτερά τε καὶ τιμιώτερα. Πάλιν ἀγανακτεῖς; πάλιν ὁπλίζῃ; πάλιν ὑβρίζεις (6); ἡ καινὴ (7) πίστις; Μικρὸν ἐπίσχες τὴν ἀπειλὴν, ἵνα φθέγξωμαι. Οὐχ ὑβρίσομεν, ἀλλ' ἐλέγξομεν (8)· οὐκ ἀπειλήσομεν, ἀλλ' ὀνειδίσομεν (9)· οὐ πλήξομεν, ἀλλ' ἰατρεύσομεν. Ὕβρις σοι καὶ τοῦτο δοκεῖ; Τῆς ὑπερηφανίας! Κάνταῦθα δοῦλον ποιεῖς τὸν (10) ὁμότιμον; Εἰ δὲ μὴ, δέξαι μου τὴν παῤῥησίαν. Καὶ ἀδελφὸς ἀδελφὸν ἐλέγχει πλεονεκτούμενος.

II. Visne te verbis illis alloquar, quibus Deus rebellem et obdurum Israelem affatur[10]? *Populo meus, quid feci tibi*, aut quid te læsi, *aut quid tibi molestus fui?* Imo vero ad te, qui contumeliis in me uteris, orationem ipse habebo. Male omnino alii aliorum tempora observamus, ac soluta per sententiæ diversitatem animorum concordia, majori pene audacia et crudelitate nos ipsos mutuo insectamur, quam, qui nunc bello nos lacessunt, barbari, quos Trinitas soluta conjunxit. Quin hoc quoque nomine sceleratiores sumus, quod non exteros exteri, nec ignotos ignoti (quæ res nonnihil etiam calamitatem levat), verum nosipsos mutuo, et quasi domestici domesticos, populamur, et incessimus; aut, si mavis, ejusdem corporis membra, consumimus invicem atque consumimur. Neque id grave et indignum est, quanquam alioqui pergrave; sed quod animis ita comparati sumus, ut imminutionem nostram, accessionem, atque incrementum esse existimemus. Quoniam autem ad hunc modum affecti sumus, atque ad temporum rationem fidem nostram accommodamus, age, tem-

Β'. Βούλει σοι τὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ φθέγξομαι (11), τραχηλιῶντα καὶ σκληρυνόμενον; *Λαός μου, τί ἐποίησά σοι, ἢ τί ἐλύπησά σε, ἢ τί παρηνώχλησά* (12) *σοι;* Μᾶλλον δὲ, πρὸς σέ μοι τὸν ὑβριστὴν ὁ λόγος. Κακῶς μὲν τοὺς ἀλλήλων ἐπιτηροῦμεν καιροὺς, καὶ τὸ σύμψυχον (13) τῷ ἑτεροδόξῳ λύσαντες, μικροῦ καὶ τῶν νῦν πολεμούντων ἡμῖν βαρβάρων (14), οὓς ἡ Τριὰς λυομένη συνέστησεν. Γεγόναμεν ἀλλήλοις ἀπανθρωπότεροι καὶ θρασύτεροι, πλὴν ὅσον οὐ ξένοι βάλλομεν ξένους, οὐδὲ ἀλλογλώσσους ἀλλόγλωσσοι (ὃ καὶ βραχεῖα παραμυθία τῆς συμφορᾶς), ἀλλήλους δὲ, καὶ οἷον οἱ τῆς αὐτῆς οἰκίας, φέρομέν τε καὶ ἄγομεν· εἰ βούλει δὲ, τὰ τοῦ αὐτοῦ σώματος μέλη δαπανῶμεν καὶ δαπανώμεθα· καὶ οὐχὶ τοῦτό που δεινὸν (15), καίπερ ὂν τηλικοῦτον, ἀλλ' ὅτι καὶ προσθήκην νομίζομεν τὴν ὑφαίρεσιν. Ἐπεὶ δὲ οὕτως ἔχομεν, καὶ μετὰ τῶν καιρῶν πιστεύομεν, ἀντιθῶμεν τοὺς καιροὺς ἀλλήλοις· σὺ τὸν σὸν βασιλέα, κἀγὼ τοὺς ἐμούς· σὺ τὸν Ἀχαὰβ (16), ἐγὼ τὸν Ἰωσίαν (17). Διήγησαί μοι τὴν σὴν ἐπιείκειαν, κἀγὼ τὴν ἐμὴν θρασύτητα. Μᾶλλον δὲ, τὴν μὲν σὴν, πολλαὶ καὶ βίβλοι καὶ

[10] Mich. vi, 6.

(3) *Ἐκκλησίαν*, etc. Ecclesiæ definitionem ex multitudine deductam irridet Gregorius; non quod vera Christi Ecclesia, locorum et temporum universitate, ac membrorum multitudine, præ aliis societatibus, quæ Ecclesiæ titulo gloriantur, Catholica non sit; sed quia Ariani veram se Constantinopolis Ecclesiam esse jactabant. Risu id magis, quam confutatione dignum erat, cum Regiæ civitatis Orthodoxi, omni pene terrarum orbi, ejusdem communionis et fidei societate, jungerentur.

(4) *Θεότητα μετροῦντες*. Ariani Trinitatis personas in dispares gradus dividebant. Juxta illos, Spiritus sanctus erat « magnus, » Filius « major, » et Pater « maximus. »

(5) *Ὑπερορῶντες*. Or. 1, περιορῶντες. Reg. hu, περιορίζοντες. In quibusdam, ὑπερορίζοντες.

(6) *Πάλιν ὑβρίζεις*. Reg. hu, Or. 1, etc., πάλιν ὕβρις.

(7) *Καινὴ*. Reg. a, et Coisl. 2, κενὴ, « vana. »

(8) *Ἐλέγξομεν*. Reg. bm, ἐλέγξωμεν.

(9) *Ὀνειδίσομεν*. Reg. bm, ὀνειδίσωμεν.

(10) *Τόν*. Sic Regg. a, bm. In ed., τό.

(11) *Φθέγξομαι*. Comb., φθέγξωμαι.

(12) *Παρηνώχλησα*. In quibusdam, παρηνόχλησα.

(13) *Τὸ σύμψυχον*. Sic tres Regg., et quatuor Colb. In ed., τὸν σύμψυχον.

(14) *Βαρβάρων*. Gothos, ut arbitramur, intelligit, qui anno 377 Thraciam populati sunt; idque in pœnam solutæ pacis, ac errorum circa sanctissimam Trinitatem.

(15) *Καὶ οὐχὶ τοῦτό που δεινόν*. Sic plures codd. In Or. 1, Par., et Coisl. 1, καὶ οὐχὶ τοῦτό πως. Comb., οὐ τοῦτό πως δεινὸν, εἰ καὶ δεινόν. Prave in ed., καὶ οὐχὶ τοῦ τόπου δεινόν.

(16) *Ἀχαάβ*. Schol.: Οὐαλέντα λέγει· « Valentem dicit. »

(17) *Ἰωσίαν*. Schol.: Θεοδόσιον τὸν Μέγαν οἶμαι λέγειν· « Theodosium Magnum, ut arbitror, intelligit. »

Digitized by Google

γλῶσσαι φέρουσιν, ἃς καὶ ὁ μέλλων ὑπολήψεται χρόνος, ἐμοὶ δοκεῖν, ἡ ἀθάνατος στήλη τῶν πράξεων· ἐγὼ δὲ τὴν ἐμαυτοῦ διηγήσομαι.

A pora cum temporibus committamus. Regem tuum profer : ego proferam meos. Tu Achab : ego Josiam. Tuam mihi humanitatem et mansuetudinem commemora : ego item meam audaciam et importunitatem exponam. Quin potius, tuam quidem inhumanitatem, et multi libri, et linguæ circumferunt, quas etiam posteritas omnis exceptura est, æternam, nisi me opinio fallit, rebus a te gestis ignominiæ notam inustura : meam vero ipse oratione complectar.

Γ'. Τίνα δῆμον ἐπήγαγόν σοι θράσει φερόμενον; Τίνας ὁπλίτας παρέταξα; Τίνα στρατηγὸν θυμῷ ζέοντα (18), καὶ τῶν ἐπιτασσόντων (19) θρασύτερον, καὶ τοῦτον οὐδὲ Χριστιανὸν, ἀλλ' οἰκείαν θρησκείαν προσάγοντα τοῖς ἑαυτοῦ δαίμοσι, τὴν καθ' ἡμῶν ἀσέβειαν; Τίνας εὐχομένους ἐπολιόρκησα, καὶ τὰς χεῖρας πρὸς τὸν Θεὸν αἴροντας; Τίνας ψαλμῳδίας σάλπιγξιν ἔστησα; Τίνων μυστικὸν αἷμα φονικοῖς αἵμασιν ἔμιξα; Τίνων οἰμωγὰς θρήνοις ἔπαυσα, πνευματικὰς ὀλεθρίοις (19'), καὶ δάκρυσι τραγῳδίας, δάκρυα κατανύξεως; Ποῖον (20) προσευχῆς οἶκον πεποίηκα πολυάνδριον; Ποῖα λειτουργικὰ σκεύη, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄψαυστα, χερσὶν ἀνόμων ἐξέδωκα, ἢ Ναβουζαρδὰν τῷ ἀρχιμαγείρῳ, ἢ Βαλτάσαρ τῷ κακῶς ἐν τοῖς ἁγίοις τρυφήσαντι, καὶ μέντοι καὶ δίκας εἰσπραχθέντι τῆς ἀπονοίας ἀξίας; Θυσιαστήρια ἠγαπημένα, ὡς φησιν ἡ θεία (21) Γραφὴ, νυνὶ δὲ καθυβρισμένα· ὑμῶν δὲ ποῖον (22) δι' ἡμᾶς κατωρχήσατο μειράκιον ἀσελγὲς, αἰσχρὰ λυγιζόμενον (23), καὶ καμπτόμενον; μᾶλλον δὲ, διὰ τίνος ἐγὼ τοιούτου (24) τὸ μέγα μυστήριον καὶ θεῖον ἐξωρχησάμην (25); Καθέδρα τιμία, καὶ τιμίων ἀνδρῶν ὕβρυμα καὶ ἀνάπαυμα, καὶ πολλοὺς εὐσεβεῖς ἀμείψασα ἱερέας, ἄνωθεν τὰ θεῖα μυσταγωγήσαντας· ἐπὶ δὲ σὲ τίς ἀνέβη δημηγόρος Ἕλλην, καὶ γλῶσσα πονηρὰ, τὰ Χριστιανῶν στηλιτεύουσα; Παρθένων αἰδὼς καὶ σεμνότης, ὄψεις ἀνδρῶν μηδὲ σωφρόνων φέρουσα, σὲ δὲ τίς ἡμῶν ἤσχυνε καὶ καθύβρισε μέχρι τῶν ἀθεάτων, καὶ ἀσεβῶν ὄψεσι προὔθηκε θέαν ἐλεεινὴν, καὶ τοῦ Σοδομιτικοῦ (26) πυρὸς ἄξιαν; Ἐῶ γὰρ θανάτους λέγειν τῆς αἰσχύνης ἀνεκτοτέρους.

XVII. Has voces mihi concedat quisquis mihi hodie minitatur: alias autem, qui volent, sibi vindicent. Pater Filio privari non sustinet, nec Filius Spiritu **615** sancto. Id autem contingat necesse est, si tempori subjiciantur, et si creati sunt. Neque enim Deus est, quod creatur. Ne ipse quidem perfectionis detrimento affici sustineo: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma* [50]. Hoc si mihi irritum reddatur, a quo tandem alterum habiturus sum? Quid ad hæc dicitis, qui submergitis, vel remergitis? An quisquam sine Spiritu spiritualis esse potest? An Spiritus particeps est, qui Spiritum non honorat? An honorat, qui in creatum et conservum baptizatur? Minime profecto; nec id, multa verba profundens, persuadere poteris. Fidem tibi datam non fallam, Pater, principii expers: fidem non fallam, Verbum unigenitum; fidem non fallam, Spiritus sancte. Scio quid professus fuerim, cui renuntiarim, et cui me adjunxerim. Non patior, cum fidelis hominis vocibus imbutus sim, ut infidelis sim, discere; cum veritatem confessus sim, mendacio jungi; cum perfectionis adipiscendæ causa descenderim, imperfectior ascendere; cum, ut victurus, baptizatus sim, in aquis emori, quemadmodum fetus qui inter ipsos partus dolores exstinguuntur, eodemque momento, quo nati sunt, morte opprimuntur. Quid me simul beatum et miserum, recenti luce perfusum et lucis expertem, divinum et Deo orbatum facis, ut regenerationis quoque spem quasi naufragio amittam? Breviter dicam: Confessionem tuam memoria tene. In cujus nomine baptizatus es? Patris? Recte: verum id adhuc Judaicum. Filii? Præclare; hoc

ΙΖ'. Τούτων παραχωρείτω μοι τῶν φωνῶν πᾶς ὁ ἀπειλῶν σήμερον· τῶν δὲ ἄλλων μεταποιείσθωσαν οἱ βουλόμενοι. Οὐκ ἀνέχεται (29) Πατὴρ Υἱὸν ζημιούμενος, οὐδὲ Υἱὸς (30) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ζημιοῦται δὲ, εἰ ποτὲ, καὶ εἰ κτίσματα (31). Οὐ γὰρ Θεὸς τὸ κτιζόμενον. Οὐ φέρω ζημιούμενος, οὐδὲ ἐγὼ τὴν τελείωσιν. *Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα.* Εἰ τοῦτο ἀκυρωθείη μοι, παρὰ τίνος ἕξω τὸ δεύτερον; Τί φατὲ, οἱ καταβαπτίζοντες (32), ἢ ἀναβαπτίζοντες; Ἔστιν εἶναι πνευματικὸν δίχα Πνεύματος; Μετέχει δὲ Πνεύματος ὁ μὴ τιμῶν τὸ Πνεῦμα; Τιμᾷ δὲ ὁ εἰς κτίσμα καὶ ὁμόδουλον βαπτιζόμενος; Οὐκ ἔστιν, οὐχ οὕτω, πολλὰ ἐρεῖς (33). Οὐ ψεύσομαί σε, Πάτερ ἀναρχε· οὐ ψεύσομαί σε, μονογενὲς Λόγε· οὐ ψεύσομαί σε, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οἶδα τίνι ὡμολόγησα (34), καὶ τίνι ἀπεταξάμην, καὶ τίνι συνεταξάμην. Οὐ δέχομαι τὰς πιστοῦ φωνὰς διδαχθῆναι, καὶ μαθεῖν ἀπίστους (35)· ὁμολογῆσαι ἀλήθειαν, καὶ γενέσθαι μετὰ τοῦ ψεύδους (36)· ὡς τελειούμενος (37) κατελθεῖν, καὶ ἀνελθεῖν ἀτελέστερος· ὡς ζησόμενος βαπτισθῆναι, καὶ ἐννεκρωθῆναι τῷ ὕδατι (38), καθάπερ τὰ ταῖς ὠδῖσιν ἐναποθανόντα κυήματα, καὶ σύνδρομον λαβόντα τῇ γεννήσει τὸν θάνατον. Τί με ποιεῖς μακάριον ἐν ταυτῷ καὶ ἄθλιον, νεοφώτιστον καὶ ἀφώτιστον, θεῖον καὶ ἄθεον, ἵνα ναυαγήσω καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναπλάσεως; Βραχὺς ὁ λόγος· μνήσθητι τῆς ὁμολογίας. Εἰς τί ἐβαπτίσθης; εἰς Πατέρα; Καλῶς· πλὴν, Ἰουδαϊκὸν ἔτι (39). Εἰς Υἱόν; Καλῶς· οὐκ ἔτι μὲν Ἰουδαϊκὸν, οὔπω δὲ τέλειον. Εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα; Ὑπέρευγε· τοῦτο (40) τέλειον. Ἆρ' οὖν ἁπλῶς εἰς ταῦτα, ἢ καί τι κοινὸν τούτων ὄνομα; Ναὶ κοινόν. Τί τοῦτο; Δηλαδὴ τὸ τοῦ Θεοῦ. Εἰς τοῦτο τὸ κοινὸν

[50] Ephes. IV, 5.

(27) *Φωτεινοῦ.* Reg. a, Φωτινοῦ. Photinus Sirmii episcopus, ab Arianis simul et Catholicis ob hæresim suam damnatus.

(28) *Οὐ διαιρεταῖς θεότητι.* Sic tres Regg., Or. 1, Jes., Comb., etc. Deest διαιρεταῖς in ed.

(29) *Οὐκ ἀνέχεται.* Sic plures Regg. et Colb., Coisl. 1, Or. 1, Par., etc. In ed., οὐ δέχεται.

(30) *Οὐδὲ Υἱός.* Reg. bm, οὐδ' ὁ Υἱός.

(31) *Εἰ κτίσματα.* Sic Reg. bm. In ed., εἰ κτίσμα.

(32) *Καταβαπτίζοντες.* Combefisius, ut vim vocis reddat, sic vertit: « In malam rem tingitis: certo exitio baptizatis, » etc. His verbis insectatur Eunomium, qui, teste Epiphanio, baptizatos iterum baptizabat, in nomine Dei increati, et in nomine Filii creati, et in nomine Spiritus a creato Filio creati.

(33) *Οὐκ ἔστιν, οὐχ οὕτω, πολλὰ ἐρεῖς.* Comb.· « Non est, non ita, identidem dices. » Nicetas: Οὐκ ἔστιν, οὐχ οὕτω, κἂν πολλὰ διαιρῇς· « Non est, non ita, quamvis multa dividas. »

(34) *Οἶδα τίνι ὡμολόγησα*, etc. « Scio cui professus sum, cui spondi, cui pactus sum. » Coisl. 2 et Or. 1, οἶδα τί, etc.

(35) *Ἀπίστους.* Tres Regg., Coisl. 2, Par., Jes., etc., ἄπιστος.

(36) *Τοῦ ψεύδους.* Sic tres Regg. Deest τοῦ in ed.

(37) *Τελειούμενος.* Sic Regg. bm, Or. 2 et Comb. In ed., τελειόμενος.

(38) *Καὶ ἐννεκρωθῆναι τῳ ὕδατι.* Sic quatuor Regg., Coisl. 1 et 2, Par., etc. Deest καὶ ἐννεκρωθῆναι, in ed.

(39) *Ἰουδαϊκὸν ἔτι.* Sic quatuor Regg., Or. 1, Par. et Comb. Deest ἔτι in ed.

(40) *Τοῦτο.* Sequitur in ed. τό, quod auctoritate quatuor Regg. codicum delevimus

Digitized by Google

δνομα πίστευε, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, καὶ μεταβήσῃ (41) ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα. Ἡ δέ ἐστιν, ὡς ἐμοί γε (42) δοκεῖ, ἡ τούτων αὐτῶν ἐκτυπωτέρα κατάληψις· εἰς ἣν φθάσαιμεν καὶ ἡμεῖς, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ (43) ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ (44) ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A jam minime Judaicum, sed nondum tamen plenum ac perfectum. Spiritus sancti? Optime : numeris omnibus absolutus est hic baptismus. Verum, heus tu, an simpliciter in hæc tria, an quoddam etiam nomen est, quod tribus his communiter quadret? Maxime. Quodnam hoc? Nimirum Dei nomen. In hoc igitur commune nomen crede, et prospere incede, et regna [81], atque hinc ad alterius vitæ beatitudinem transibis. Ea porro, ut mihi quidem videtur, in expressiore horum cognitione ac comprehensione sita est : ad quam utinam ipsi quoque perveniamus, in ipso Christo Deo nostro, cui gloria et imperium cum Patre principii experte, et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[81] Psal. XLIV, 5.

(41) *Μεταβήσῃ*. Reg. bm, μετέβης.
(42) *Γε*. Deest in duobus Regg.
(43) *Θεῷ*. Reg. bm et Or. 1, Κυρίῳ, « Domino, »
(44) *Κράτος, σὺν τῷ*, etc. In Regg. a, d et Or. 1, sic desinit hæc oratio : κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

616 MONITUM IN ORATIONEM XXXIV.

I. Ex Ægypto numerosa classis, debitum, uti mos erat, imperatori frumentum advehens, Constantinopolim summo cum apparatu appulsa fuerat. Cum autem naulæ, seu classis gubernatores, Cæsari, quæ Cæsaris erant, persolvissent, spretis ac posthabitis Arianorum ecclesiis, ut, quæ Dei sunt, Deo redderent [82], Gregorium adeunt. Ipse charitatis amans, ac veteris injuriæ immemor, eos benigne excepit, ac subinde in eorum laudem hanc publicam orationem habuit. Illis primum gratulatur orator, quod, devitatis hæreticorum scopulis, ad Catholicorum Ecclesiam, velut ad tutissimum portum feliciter appulerint. Ægypti, Nilo exundante, fertilitatem et uberrimos fructus prædicat, atque illius incolas laudibus effert, quod, ob nativam benignitatem, non solum corporeis cibis alias civitates nutriant, sed spiritualibus etiam alimentis universum prope terrarum orbem repleant. Hinc magni Athanasii laudes celebrat, qui, ut alter Joseph, Ægypto et omnibus pene terrarum regionibus spiritualem cibum subministrarat. Deinde Petrum, ipsius in episcopali sede successorem, laudibus exornat; et ad Ægyptios orationem convertens (n. 4) : « Vos estis, » inquit, « alumni et soboles illorum præstantium veritatis doctorum, quos nec tempus, nec princeps, nec invidia, nec metus, nec minæ, nec exsilia multa, nec denique aliud quidquam terrenum adducere potuit, ut aliquid de Trinitate proderent. » Tum veteres ac fœdissimas Ægyptiorum impietates recensens, eas a Christo debellatas ac fugatas pronuntiat (n. 6). « Quocirca, » addit, « te complector et saluto, populorum optime Christique amantissime, populo meus; meum enim appello, qui eadem ac ego sentit, quique eamdem fidem profitetur. Populo meus, » etc. Ac sæpe sæpius repetita hac compellatione, prosequitur (n. 7) : « Ut autem vos haud frustra ad nos accurrisse, neque ut ad externos et alienos, sed ad vestros portus appulisse, præclarumque itineris vestri ducem Spiritum sanctum exstitisse cognoscatis, pauca de Deo ad vos disseremus. » Quod quidem, ut in præcedentibus orationibus, summa ingenii vi, sublimitate et eloquentia exsequitur.

II. Verisimilius sane nobis videtur cum Tillemontio (45), hanc orationem habitam fuisse post excitatos a Maximo tumultus, eamque ad annum 380, mense Septembri vel Octobri, referendam putamus. Nec intelligere possumus, quibus argumentis ducti, Elias, Baronius, Billius et Bollandistæ istam orationem coram episcopis, qui ex Ægypto Constantinopolim Maximum consecraturi venerant, pronuntiatam contenderint. Ut cæteros omittamus, Baronium fusius hac de re loquentem audiamus (46) : « Petrus, » inquit, « favens Maximo adversus Gregorium, nisus est, ut idem Maximus ordinaretur ejus sedis antistes : ad quod perficiendum septem legavit episcopos, alia tamen occasione prætensa, nempe ut frumentum debitum imperatori, **617** navigiis impositum, portarent Constantinopolim. Erant hæc episcoporum nomina, Ammon, Apamon, Harpocras, Stippas, Rhodon, Anubis et Hermanubis. Hi vero, quod Catholici essent, declinantes in urbe communionem Demophili Arianorum episcopi, Gregorio adhæserunt, a quo et benigne suscepti sunt, et ab eo laudati publica concione, cujus est exordium : « Eos qui ab Ægypto venerunt, » etc. Sic rem narrat Baronius. Verum, illius pace dixerim, si ad hanc orationem

[82] Matth. XXII, 21.

45) Tom. IX, not. 35 et 36, pag. 713.

(46) An. 379, n. 25, p. 480.

Digitized by Google

serius attendisset vir doctus, si singula, ut ita dicam, perpendisset verba, si quæ demum Gregorius *Carmine de vita sua* scripsit, studiosius animadvertisset, nunquam profecto talem sententiam protulisset. Quæ quidem ut refellatur, satis erit ea referre quæ in hanc rem adnotavit doctissimus Pagius (47). « Baronius, » inquit eruditus ille artis criticæ magister, « Baronius ait Petrum Alexandrinum septem episcopos Ægypti, ad perficiendam Maximi ordinationem, misisse : citatque hanc orationem Gregorii in Ægyptiorum adventum. Verum, qui in ea nominantur, non episcopi erant, sed nautæ, seu potius gubernatores classis Alexandrinæ, qui frumentum ex Ægypto Constantinopolim advexerant. Quo maxime argumento convincitur eos episcopos non fuisse; neque enim episcopali dignitati convenit frumenti advectio. Deinde in tota illa oratione eos nunquam episcopos, semper vero laicos Nazianzenus appellat, cum dicit toties, «Populus meus, populus Dei, » etc. Demum hæc verba Gregorii (n. 7) : « Posteaquam Cæsari, quæ sunt Cæsaris, ut « par erat, contulistis, Deo etiam, quæ Dei sunt, tribuistis, illi nempe vectigal, huic timo- « rem; et postquam cibis vestris populum aluistis, ipsi quoque, ut a nobis alamini huc « accedetis : » hæc, inquam, verba aperte laicos designant et nautas, qui frumentum, seu canonem urbi Constantinopolitanæ advexerant. Quæ observatio, » addit criticus, « est Valesii in notis ad lib. v Theodoreti, c. 8. »

III. Iisdem argumentis Baronii sententiam impugnant Hermant et Tillemontius (48); nec ipsis possibile videtur, eam ad Gregorii orationem accommodare. Ac merito quidem, et Baronio et Bollandistis objiciunt, quod nonnisi unam Ægyptiorum turmam agnoverint, cum Gregorius ipse geminam agnoscat ac distinguat. Primum etenim, ut in *Carmine de vita sua* legitur (vers. 834 et seqq.), missi sunt «Ammon, Apamon,» etc., quos Theologus « miseros nautas » appellat, et « catascopos, » id est, « exploratores, » qui venerant, ut res Constantinopolitanæ Ecclesiæ observarent. Deinde, « non multo post venerunt, qui prius eos miserant, » id est, episcopi a Petro Alexandrino delegati, ut Maximum episcopum consecrarent. Illi a Gregorio «pastorum» nomine designantur; et quamvis certe, ut facinoris auctores et duces, prioribus multo nocentiores essent, ipsis tamen, ob debitam sane episcopali dignitati reverentiam, parcere se profitetur Theologus. Cum igitur tempora ab ipso Gregorio tam præcise secernantur, nemini dubium esse potest, quin necessario duplex distinguenda sit Ægyptiorum turma, quæ diversis temporibus, non ad frumentum advehendum (nullam enim de frumenti advectione mentionem facit Gregorius), sed ad Maximi ordinationem perficiendam, Constantinopolim appulsa est. Nec movere nos debet, quod a Bollandistis in medium profertur, scilicet, **618** Hermant agnoscere (49), « nullum distinctionis vestigium in verbis Gregorii reperiri. » Id enim, ut observat Tillemontius, ac cuique legenti per se patet, librariorum error est, qui procul dubio « Gregorium » scripserunt, ubi Hermant « Baronium » scripserat. Hinc merito conjici potest, primam Ægyptiorum turmam Constantinopolim advenisse, exeunte anno 379 vel ineunte 380, et alteram mense Februario ejusdem anni 380, ita ut Maximus consecrari potuerit mense Martio vel Aprili anni 380. Constat enim, ut vidimus in *Monito* in orationem vicesimam sextam, Maximum circa medium annum 380 e Constantinopoli ejectum fuisse. Ex quibus nihil vetat, quominus mensem Augustum vel Septembrem anni 380 assignemus, in quo Alexandrina classis frumentum advehens, Constantinopolim appulsa fuerit, ac proinde in quo pronuntiata fuerit hæc oratio. Huic opinioni favet frumenti advehendi tempus, quod profecto messem et æstatem antecedere non debuit.

IV. Nobis etiamnum superest ut aliam Bollandistarum difficultatem solvamus. Sic enim de hac oratione pronuntiant (50) : « Est ea oratio XXIV, cui titulus : *In Ægyptiorum adventum* : quam cur aliqui velint post Maximi ordinationem dictam, nulla apparet ratio; cum absurdissimum sit vel cogitare, quod tam prolixa laudatio Petri potuerit ex Nazianzeni ore proficisci, post tam insignem injuriam ab eo illatam sibi et Ecclesiæ. » Siccine debita Gregorii charitati laus persolvitur? Siccine Petri pœnitentiæ, quæ, fatentibus adversariis, probabilis videtur, merces penditur? Quam longissime a nobis distant, qui talia loquuntur! Licet enim dubium esset, utrum Petrus Alexandrinus, publica reconciliatione, cum Gregorio in gratiam redierit, attamen tantum abest, ut « prolixa Petri laudatio, » quæ adversarios præcipue movet, innuat tempus, quod Maximi ordinationem præcesserit, ut contra inde concludamus, ea tempus subsequens designari. Constat enim Maximum Constantinopolitanæ sedis spe dejectum, ipsum Petrum ex throno Alexandrino exturbare ac dejicere præsumpsisse. Non igitur « absurdum, » ut volunt Bollandistæ, imo potius verisimile est, ac utriusque antistitis religione dignum, expulso a præfecto ex Alexandria Maximo, Petrum errorem agnovisse, et cum Gregorio in gratiam rediisse. Id merito ex religiosa eorum, qui frumentum advexerant, agendi ratione conjicitur. Præterea, quamvis incerta res esset, non inde sequeretur, Petrum non potuisse a Gregorio laudari. Petrus enim, etsi in Maximi gratiam adversus Gregorium peccaverit, magni tamen Athanasii doctrinæ semper adhæserat, semper Arianorum partes oppugnarat, semper integrum ac incolume fidei circa Trinitatem depositum servarat, atque ideo jure laudari potuit ac debuit. Et posito, quod ipsius cum Gregorio reconciliatio ignota vel nulla fuerit, prædi-

(47) *Crit. in Bar* n. 24 et seqq., pag. 479, nova Bar. ed.
(48) T. IX, p. 713.
(49) *Greg. vita.*, t. II, p. 188.
(50) *Greg. Vit.*, not. e, p. 406.

Digitized by Google

candus est ipse Gregorius, qui primus hac oratione ad pacem et amicitiam aditum aperit. « Populo meus, » inquit (n. 6); « meus enim es, etiamsi hominibus invidia laborantibus aliter videatur; atque ut magis feriantur, qui ita affecti sunt, en dextras societatis præbeo coram tot testibus, visibilibus juxta et invisibilibus, veteremque calumniam nova **619** benignitate propello. » Quis non videat, præsertim ultimis verbis, perfectam reconciliationem, « ob veterem injuriam nova benignitate propulsatam, » hic exprimi. Neque enim necesse erat, ut mentem suam apertius declararet Theologus. Obstabant siquidem, tum ingens Gregorii charitas, tum debita Petro Alexandrino reverentia, tum denique solemnitatis ac lætitiæ dies, quem luctuosa præteriti memoria turbare nullo modo consentaneum erat. Plura etiam, ad id confirmandum, colligenda superessent, tam ratione circumstantiarum, quam ex Gregorii carminibus, ac eruditorum scriptis; sed ne longius, quam par est, protrahatur hæc admonitio. hic finem imponimus. Qui plura desideraverit, loca citata adeat.

ΛΟΓΟΣ ΛΔ'.

Εἰς τοὺς Αἰγύπτου (51) *ἐπιδημήσαντας.*

Α'. Τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου προσφθέγξομαι, δίκαιον γάρ· ἐπειδὴ καὶ προθύμως συνεληλύθασι, τῷ (52) ζήλῳ τὸν φθόνον νικήσαντες, Αἰγύπτου ταύτης, ἣν πλουτίζει μὲν ποταμὸς ἐκ γῆς ὕων, καὶ πελαγίζων ὥρια (53)· ἵνα καὶ αὐτὸς μικρόν τι μιμήσωμαι τοὺς περὶ ταῦτα κομψούς· πλουτίζει δὲ Χριστὸς ὁ ἐμός, πρότερον μὲν εἰς Αἴγυπτον φυγαδευόμενος, νυνὶ δὲ ἀπ' Αἰγύπτου χορηγούμενος (54)· τότε μέν, ἐκ τῆς Ἡρώδου παιδοφονίας, νῦν δὲ, ἐκ τῆς τῶν πατέρων φιλοτεκνίας· Χριστὸς, ἡ καινὴ τροφὴ τῶν καλῶς πεινώντων, ἡ μείζων (55) σιτοδοσία πάσης τῆς ἱστορουμένης τε καὶ πιστευομένης· ὁ ἄρτος, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, τὴν ἀνόλεθρόν τε καὶ ἀκατάλυτον, περὶ οὗ καὶ νῦν ἀκούειν δοκῶ μοι λέγοντος τοῦ Πατρός· *Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου.*

Β'. Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος εἰς πάντας ἀνθρώπους, ὑγιῶς πιστευόμενός τε καὶ κηρυσσόμενος· καὶ ὑμεῖς ἄριστοι καρποδόται (56) πάντων, μάλιστα τῶν νῦν ὀρθῶς πιστευόντων, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, τὸν τῆς τοιαύτης τροφῆς, οὐκ ἐραστὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ χορηγὸν, καὶ οὐκ ἔνδημον μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑπερόριον. Ὑμεῖς γὰρ τρέφετε μὲν σωματικῶς δήμους καὶ πόλεις, ἐφ' ὅσον ἐξικνεῖται ὑμῶν τὸ φιλάνθρωπον· τρέφετε δὲ πνευματικῶς, οὐ τὸν δεῖνα δῆμον, οὐδὲ τήνδε, ἢ τήνδε τὴν πόλιν μικροῖς ὁρίοις περιγραφομένην (57), κἂν φρονῶσιν ὑπέρλαμπρον, ἀλλὰ μικροῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Καὶ θεραπεύετε, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἃ καὶ λιμώττειν οὐ μέγα, καὶ μὴ λιμώττειν ῥᾴδιον· ἀλλὰ λιμὸν τοῦ

[53] Matth. II, 13. [54] Joan. VI, 33. [55] Ose. XI, 1.

ORATIO XXXIV[a].

In Ægyptiorum adventum.

I. Eos qui ex Ægypto venerunt, ut par est salutabo, atque alloquar; quandoquidem, superata per zelum invidia, prompte et alacriter convenerunt, ex hac, inquam, Ægypto, quam et fluvius ditat, e terra pluens, ac tempestive maris instar exundans (ut eos quoque nonnihil imiter, qui in hujusmodi rebus sciti et lepidi sunt); quamque item ditat Christus meus, qui antea quidem in Ægyptum fugabatur [53], nunc autem ab Ægypto alitur; tum nempe ob Herodem pueris necem afferentem, nunc vero ob parentum erga filios charitatem : Christus, inquam, novus eorum, qui recte esuriunt, cibus, annona illa, illa major omni ea, quæ historiæ monimentis prodita est, ac creditur : panis, inquam, ille de cœlo descendens, vitamque [54] finis omnis atque interitus expertem mundo afferens ; de quo nunc mihi quoque Patrem audire videor dicentem : *Ex Ægypto vocavi Filium meum* [55].

II. A vobis enim sermo ad omnes homines dimanavit, tum sincere creditus, tum prædicatus : ac vos omnium, et præsertim eorum, qui nunc recta fide præditi sunt, optimi largitores estis, quantum quidem ipse cognosco, qui hujusmodi cibi, non modo sum amator, sed etiam subministrator; nec in patrio duntaxat solo, sed etiam in externo. Vos enim corporeis **620** quidem cibis populos et urbes alitis, quacunque se benignitas vestra porrigit; spiritualibus autem, non certam quamdam plebem, aut certam civitatem, angustis finibus circumscriptas, quamlibet alte et splendide de se sentiant, verum universum prope terrarum orbem alitis. Atque adeo

[a] Alias XXIV; quæ autem 34 erat, nunc 28.—Habita Constantinopoli circa mensem Augusti an. 380.

(51) *Εἰς τοὺς Αἰγύπτου*, etc. Colb. 1 : Εἰς παρουσίαν τῶν Αἰγυπτίων στόλου καταπλευσάντων σιταγώγου· « In adventu Ægyptiorum, qui classe frumenta vehente navigaverant. » In quibusdam : Εἰς τὸν κατάπλουν τῶν Αἰγυπτίων· « In Ægyptiorum appulsu. » Alii addunt, ἐπισκόπων, « episcoporum; » sed perperam. Nihil enim in tota oratione reperias, unde eos episcopos fuisse colligi possit. Vide *Monitum*, n. 2.

(52) *Τῷ*. Coisl. 1, ἐν τῷ.

(53) *Ὥρια*. Sic Reg. bin, hu, etc. Schol. : Κατὰ καιρὸν, καὶ πρὸς ὥραν· « Tempestive et statutis temporibus. » In ed., ὅρια, « fines implens. »

(54) *Χορηγούμενος*. Hic indicare videtur Gregorius, frumenta illa ab Ægypto allata, cedere præsertim in usus Ecclesiarum et pauperum.

(55) *Ἡ μείζων*. Sic codd. In ed., ἡ μείζων.

(56) *Ἄριστοι καρποδόται*. « Optimi fructuum largitores. » Sic appellat Ægyptios, quod in Ægypto maxime ὁμοουσίου, id est, « consubstantialitatis » fides vigeret ac fructificaret.

(57) *Περιγραφομένην*. Duo Regg. et Coisl. 1, περιγραφομένας.

Digitized by Google

non panis famem, aut aquæ sitim curatis, quibus nec premi admodum grave est, et iisdem mederi facile; sed famem audiendi verbum Domini [56], quam et pati miserrimum, et curare hoc tempore perarduum et perdifficile; quoniam abundavit iniquitas [57], medeantur.

A ἀκοῦσαι λόγου (58) Κυρίου, ὃν καὶ πάσχειν ἐλεεινότατον, καὶ θεραπεύειν νῦν ἐργωδέστατον· ἐπειδὴ ἐπληθύνθη ἡ ἀνομία, καὶ ὀλίγους εὑρίσκω τοὺς γνησίους ταύτης θεραπευτάς.

ac paucos reperio, qui vere ac bona fide huic fami

III. Talis enimvero erat Joseph, dispensator vester, ac proinde et noster, qui et pro eximia sua sapientia famem prospicere norat, et consilio ac prudentia curare, perpulchris nimirum et obesis bobus, deformes ac macie confectas sanans. Et quidem utrumvis Joseph intelligere volueris, sive illum immortalitatis amatorem et effectorem, et nomen ferentem; sive illius, et in throno et in doctrina, et in canitie successorem, novum, inquam, nostrum Petrum, non minus virtute quam nomine: a quibus id quod medium fuit, excisum et contritum est, tametsi paululum adhuc et languide, velut serpentis intercisi cauda, palpitet: quorum alter in bona senectute post multas dimicationes et palæstras vita defunctus, nunc res nostras, ut persuasum habeo, cœlitus inspicit, ac virtutis causa laborantibus manum porrigit, eoque magis, quod corporis vinculis liberatus est; alter vero ad eumdem vitæ finem aut resolutionem, post eadem certamina properat, et cœlitibus quidem jam propinquus est; cæterum hactenus adhuc in carne versatur, ut fidei doctrinæ postremam opem ferat, ac cum ampliori et copiosiori viatico iter capessat.

Γ'. Τοιοῦτος Ἰωσὴφ ὁ ὑμέτερος σιτομέτρης (59), ταυτὸν δὲ εἰπεῖν καὶ ἡμέτερος, ὃς καὶ προβλέπειν ᾔδει λιμὸν ὑπὸ σοφίας ὑπερβαλλούσης (60), καὶ θεραπεύειν λόγοις οἰκονομίας, ταῖς καλαῖς τῶν βοῶν καὶ πίοσι, τὰς αἰσχρὰς καὶ ἀτρόφους ἰώμενος. Καὶ Ἰωσὴφ ὁπότερον βούλει λαμβάνειν, εἴτε τὸν τῆς ἀθανασίας ἐραστὴν (61), καὶ δημιουργὸν, καὶ ἐπώνυμον (62)· εἴτε τὸν ἐκείνου καὶ θρόνῳ, καὶ λόγῳ, καὶ πολιᾷ διάδοχον, τὸν νέον Πέτρον ἡμῖν, οὐχ ἧττον τὴν ἀρετὴν, ἢ τὴν κλῆσιν· ὑφ' ὧν τὸ μέσον ἐξεκόπη καὶ συνετρίβη, κἂν ἔτι σπαίρῃ (63) μικρά τε καὶ ἀσθενῆ, καθάπερ τὸ οὐραῖον διακοπέντος τοῦ ὄφεως· ὧν ὁ μὲν ἐν γήρᾳ καλῷ καταλύσας τὸν βίον ἐπὶ πολλοῖς τοῖς ἀγωνίσμασι καὶ ἀθλήμασιν, ἄνωθεν ἐποπτεύει, εὖ οἶδα, νῦν τὰ ἡμέτερα, καὶ χεῖρα ὀρέγει τοῖς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κάμνουσι, καὶ τόσῳ μᾶλλον, ὅσῳ τῶν δεσμῶν ἐστιν ἐλεύθερος· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν αὐτὴν κατάλυσιν (64), ἢ ἀνάλυσιν, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄθλοις (65) ἐπείγεται, καὶ πλησιάζει μὲν ἤδη τοῖς ἄνω, τοσοῦτον δὲ μετὰ τῆς σαρκός ἐστιν ἔτι, ὅσον βοηθῆσαι τῷ λόγῳ τὰ τελευταῖα, καὶ τῇ ὁδοῦ γενέσθαι μετὰ δαψιλεστέρων τῶν ἐφοδίων.

IV. Vos estis alumni et soboles illorum præstantium veritatis doctorum, et propugnatorum, et victorum; quos non tempus, non princeps, non sermo, non invidia, non metus, non accusator, non calumniator, non bellum aperte inferens, non clandestinas insidias struens, non in speciem noster, non alienus, non aurum, occultus ille tyrannus, per quem nunc **621** multa sursum deorsumque, velut in talorum ludo, jactantur, non blanditiæ, non minæ, non exsilia, et multa et diuturna (soli enim bonorum proscriptioni in eos propter magnas illas divitias, hoc est, inopiam, nihil licuit), non aliud quidpiam absentium aut præsentium, aut in exspectatione positorum, extulit, aut adducere potuit, ut deteriores fierent, ac de Trinitate aliquid proderent, et divinitatis jacturam facerent. Imo contra, ex ipsis periculis robur collegerunt, atque ad pietatem ferventiores exstiterunt. Talia enim pro Christo pati, amori cu-

Δ'. Τούτων ὑμεῖς θρέμματα καὶ προβλήματα τῶν μεγάλων, καὶ δογματιστῶν, καὶ ἀγωνιστῶν τῆς ἀληθείας, καὶ νικητῶν· οὓς οὐ καιρὸς, οὐ δυνάστης, οὐ λόγος, οὐ φθόνος, οὐ φόβος, οὐ κατήγορος, οὐ συκοφάντης, οὐ φανερῶς πολεμῶν, οὐ λαθραίως ἐπιβουλεύων, οὐχ ἡμέτερος τῷ δοκεῖν, οὐκ ἀλλότριος, οὐ χρυσὸς, ὁ ἀφανὴς τύραννος, ᾧ νῦν τὰ πολλὰ μεταῤῥίπτεται καὶ πεττεύεται, οὐ θεραπεῖαι, οὐκ ἀπειλαὶ, οὐκ ἐξορίαι μακραί τε καὶ ἀριθμούμεναι (δημεύσει γὰρ οὐκ ἐγένοντο μόνον ἁλωτοὶ, διὰ τὸν μέγαν πλοῦτον, τὴν ἀκτημοσύνην), οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀπόντων, ἢ τῶν παρόντων, ἢ τῶν προσδοκωμένων ἐπῆρεν, οὐδὲ ἀνέπεισε χείρους γενέσθαι, καὶ προδοῦναί τι τῆς Τριάδος, καὶ ζημιωθῆναι θεότητα (66). Τοὐναντίον μὲν οὖν ἐῤῥώσθησαν τοῖς κινδύνοις, καὶ φιλοτιμότεροι γεγόνασιν εἰς εὐσέβειαν. Τοιοῦτο γὰρ τὸ παθεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ, τῷ φίλτρῳ προστίθησι, καὶ οἷον ἀῤῥαβὼν γίνεται τῶν ἐξῆς ἄθλων τοῖς μεγαλόφροσι.

[56] Amos VIII, 11. [57] Matth. XXIV, 12.

(58) *Λόγου.* Reg. a, λόγον.
(59) *Σιτομέτρης.* Coisl. 1, σιτοδότης.
(60) *Σοφίας ὑπερβαλλούσης.* Sic Reg. hu. In ed., σοφίας ὑπερβαλούσης.
(61) *Ἐραστήν.* Duo Regg., καὶ ἐραστήν.
(62) *Καὶ ἐπώνυμον.* « Et nomen ex ea ferentem. » Sic duo Regg. In ed. deest, καί. Intelligit Athanasium, cujus nomen ducitur ex Græco, *ἀθανασία*, « immortalitas. »
(63) *Σπαίρῃ.* Reg. bm, σκαίρῃ, « tripudiet, saltat. »
(64) *Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν αὐτὴν κατάλυσιν*, etc. « Alter vero ad eumdem, » etc. Sic reddiderat Billius in prima editione; rectius quidem, quam in secunda, ubi sic vertit: « Alter ad idem hospitium, vel ad supera migrationem post eadem certamina properat. »
(65) *Ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄθλοις.* Sic Regg. bm, hu et duo Coisl. In ed., ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἄθλοις.
(66) *Ζημιωθῆναι θεότητα.* Bill. « divinitate multarentur. »

Digitized by Google

Τοιαῦτά σου, Αἴγυπτε, τὰ νῦν διηγήματά τε καὶ θαύματα.

Ε'. Σὺ δέ μοι τοὺς τράγους ἐπῄνεις τοὺς Μενδησίους, καὶ τὸν Μεμφίτην Ἆπιν, μόσχον σιτευτόν τινα καὶ πολύσαρκον, καὶ τὰς Ἴσιδος τελετὰς, καὶ τοὺς Ὀσίριδος σπαραγμοὺς, καὶ τὸν σεμνόν σου Σάραπιν, ξύλον προσκυνούμενον μετὰ μύθου, καὶ χρόνου, καὶ τῆς τῶν προσκυνούντων ἀνοίας, ὡς ὕλην ἄγνωστόν τινα καὶ οὐράνιον, πλὴν ὕλην, κἂν βοηθῆται τῷ ψεύδει· καὶ τὰ ἔτι τούτων αἰσχρότερα, κνωδάλων τινῶν καὶ ἑρπετῶν πολυειδῆ πλάσματα, ὧν πάντων ὑπερῆρε Χριστὸς, καὶ οἱ Χριστοῦ κήρυκες· ἄλλοι τε ἄλλως κατὰ τοὺς ἑαυτῶν ἕκαστοι χρόνους ἐκλάμψαντες· καὶ δὴ καὶ οἱ νῦν μνημονευθέντες Πατέρες· ἀφ' ὧν σὺ γινώσκῃ μᾶλλον, ὦ θαυμασία, σήμερον, ἢ πάντων ὁμοῦ πάντες, καὶ παλαιῶν καὶ νέων διηγημάτων.

Ϛ'. Διὰ ταῦτά σε περιπτύσσομαι καὶ ἀσπάζομαι, λαῶν ἄριστε, καὶ φιλοχριστότατε, καὶ θερμότατε τὴν εὐσέβειαν, καὶ τῶν ἀγόντων ἄξιε· οὐ γὰρ ἔχω τι τούτου μεῖζον εἰπεῖν, οὐδὲ ᾧ μᾶλλον ἂν ὑμᾶς ξενίσαιμι· καὶ δεξιοῦμαι, ὀλίγα μὲν γλώσσῃ, τὰ πολλὰ δὲ διανοίας κινήμασι. Λαὸς ἐμός· ἐμὸν γὰρ ὀνομάζω, τὸν ὁμόφρονα (67) καὶ ὁμόδοξον, καὶ παρὰ τῶν αὐτῶν Πατέρων, καὶ τῆς αὐτῆς Τριάδος προσκυνητήν. Λαὸς ἐμός· ἐμὸς γὰρ, κἂν μὴ δοκῇ τοῖς βασκαίνουσι· καὶ, ἵνα πληγῶσι μᾶλλον οἱ τοῦτο πάσχοντες, ἰδοὺ δίδωμι δεξιὰς κοινωνίας ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων· καὶ ἀπωθοῦμαι (68) παλαιὰν διαβολὴν νέᾳ χρηστότητι. Λαὸς ἐμός· ἐμὸς γὰρ, εἰ καὶ τὸν (69) μέγιστον ὁ μικρότατος σφετερίζομαι. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις· ὁμοτίμους ποιεῖ τοὺς ὁμόφρονας. Λαὸς ἐμός· ἐμὸς γὰρ, εἰ καὶ πόῤῥωθεν· ὅτι θεϊκῶς συναπτόμεθα, καὶ τρόπον ἄλλον, ἢ ὃν αἱ παχύτητες. Τὰ μὲν γὰρ σώματα τόπῳ συνάπτεται, ψυχαὶ δὲ Πνεύματι συναρμόζονται. Λαὸς ἐμὸς (70), ὁ πρότερον μὲν φιλοσοφῶν τὸ πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ, νῦν δὲ τὸ μὴ ποιεῖν, ἐὰν ἐμοὶ πείθησθε, ἀλλ' αὐταρκες κέρδος τίθεσθαι τὴν τοῦ ποιεῖν ἐξουσίαν, καὶ ἡγεῖσθαι Χριστῷ λατρείαν εἰσφέρειν, ὥσπερ τότε τὴν καρτερίαν, οὕτως ἐν τῷ παρόντι τὴν ἐπιείκειαν. Λαὸς, ἐφ' ὃν παρατέτακται ὁ Κύριος τοῦ εὖ ποιῆσαι, ὥσπερ τοῦ κακοποιῆσαι τοὺς ἐναντίους. Λαὸς, ὃν ἐξελέξατο ἑαυτῷ Κύριος ἐκ πάντων ὧν προσεκαλέσατο. Λαὸς, ὁ ἐπὶ τῶν χειρῶν Κυρίου ἐζωγραφημένος, ᾧ, Σὺ γὰρ εἶ θέλημά ἐμὸν, λέγει Κύριος· καὶ, Αἱ πύλαι σου γλύμμα· καὶ ὅσα τοῖς σωζομένοις ὕστερον (71). Λαὸς, καὶ μή με θαυμάσητε τῆς ἁπλοτητος, εἰ (72)

A mulum affert, atque animi magnitudine præditis viris ad sequentia certamina velut arrha exsistit. Hæc sunt, Ægypte, quæ de te modo narrantur miracula.

V. At tu antea Mendesios hircos laudibus efferebas, et Memphiticum Apim, vitulum quemdam præpinguem et obesum, et Isidis sacra, et Osiridis lacerationes, et venerandum tuum Serapidem, lignum, fabula, et tempore, et adorantium amentia, adoratum, velut incognitam quamdam et cœlestem materiam, cæterum materiam, quamlibet a mendacio adjuvetur; ac, quæ his etiam fœdiora et obsceniora sunt, varia quorumdam animalium et reptilium figmenta, quæ omnia Christus superavit, et Christi præcones; tum alii omnes, qui sua quisque tempestate fulserunt; tum hi etiam Patres, quos modo commemoravi; a quibus, o admiranda regio, hodierno die magis agnosceris, quam omnes ab omnibus simul, tam priscis, quam recentibus historiis agnoscantur.

VI. Quocirca te complector et saluto, populorum optime Christique amantissime, ac pietate ferventissime, tuisque ducibus digne; neque enim majus quidquam, quod dicam, occurrit, nec quo magis vos excipiam. Et vero excipio, parum quidem lingua, multum autem animi affectibus. Populo mi, meum enim appello, eum, qui eadem ac ego sentit, et eamdem fidem profitetur, et ab iisdem Patribus et doctoribus eruditus est, atque eamdem Trinitatem adorat. Populo mi, meus enim es, etiamsi hominibus invidia laborantibus aliter videatur. Atque, ut magis adhuc feriantur, qui ita affecti sunt, en dextras societatis præbeo coram tot testibus, visibilibus juxta et invisibilibus; veteremque calumniam nova benignitate propello. Populo mi, meus enim es, etsi maximum minimus **622** vindico. Talis enim Spiritus gratia est: pares honore eos facit, qui idem sentiunt. Populo mi, meus enim es, etsi procul a me disjunctus, quoniam divinitus connectimur, alioque modo, quam quæ crassitie prædita sunt. Corpora etenim loco conjunguntur, animæ autem Spiritu conglutinantur. Populo mi, qui prius quidem pro Christo pati studio habebas, nunc autem, si consilio meo pareas, operam dabis, ne quid mali inferas, sed lædendi potestatem satis magnum lucrum ducas, ac te obsequium Christo offerre existimes [58], ut tum patientiam, ita nunc mansuetudinem animique facilitatem. Populo, ad quem beneficiis ornandum accinctus est Deus [59], quemadmodum ad male multandos adversarios [60]. Populo, quem Deus sibi elegit [61] ex omnibus quos accivit. Populo in manibus Domini

[58] Joan. XVI, 2. [59] Malach. I, 4. [60] Zach. VIII, 15. [61] Psal. XXXII, 12.

(67) *Τὸν ὁμόφρονα*, etc. Bill. « qui eodem, quo ego, modo afficitur, et eadem sentit, et ab iisdem Patribus, » etc.

(68) *Καὶ ἀπωθοῦμαι*, etc. Schol. Ἴσως διαβεβλημένοι ἦσαν αὐτῷ πρότερον οἱ Αἰγύπτιοι· « Forsan apud ipsum calumniam prius passi fuerant Ægyptii. » Alludit hic, ni fallimur, ad Maximi ordinationem. Vide *Montium*, n. 4.

(69) *Εἰ καὶ τόν*. Comb., κἂν τόν.

(70) *Λαὸς ἐμός*. Deest ἐμός in pluribus codd. et in Elia.

(71) *Ὅσα τοῖς σωζομένοις ὕστερον*. « Quæcunque postea, » etc. Sic interpretatur Elias, et recte quidem, ut liquet ex toto capite LX Isaiæ unde ista mutuatus est Gregorius. Billius vero jungit ὕστερον cum σωζομένοις, et vertit: « Quæcunque ad eos, qui salutem postea consecuturi erant, referuntur. »

(72) *Εἰ*. Comb., εἰ καί.

Digitized by Google

scripte, cui, Tu enim es voluntas mea [62], dicit Dominus; et, Portæ tuæ sculptura [63], et quæcunque postea ad eos, qui salutem consecuturi sunt, referuntur. Populc, ac ne me, quæso, tanquam immodicum, admiremini, si vos identidem compello; incredibilem enim ex vobis assidua hujusmodi appellatione lætitiam capio, non secus videlicet, atque qui spectaculis quibusdam vel auditionibus insatiabili quadam aviditate fruuntur.

VII. At, o Dei populc, et noster, pulchra quidem erat recens quoque illa vestra celebritas, quam in mari statuistis, et, si qua alia, oculis grata et jucunda, cum mare arboribus stratum, et manufacta nube obtectum vidi, et navium, velut ad pompam instructarum, elegantiam ac celeritatem, modicumque ad puppim ventum, nantem in mari civitatem, tanquam dedita opera stipantem, atque ad urbem transmittentem; pulchrior tamen et magnificentior hæc, quam nunc cernimus. Nec enim vos ipsos multitudini admiscuistis, nec hominum numero pietatem definivistis, nec inconditum potius vulgus esse sustinuistis, quam populus, Dei verbo perpurgatus; verum, posteaquam Cæsari quæ sunt Cæsaris [64], quantum officii ratio postulabat, contulistis, Deo etiam, quæ Dei sunt tribuistis; illi nempe vectigal, huic timorem [65]; et postquam cibis vestris populum aluistis, ipsi quoque, ut a nobis alamini, huc accedite. Nam et nos etiam frumentum largimur, ac frumentum quidem vestro nequaquam fortasse deterius. *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum, quod miscui vobis* [66]: ad mensam meam vos cum Sapientia invito. Candorem **623** enim vestrum laudo, atque animi promptitudine vobis occurro, quoniam ad nos, tanquam ad vestrum portum appulistis, ad similem videlicet accurrentes, fideique cognationem honore prosecuti estis, absurdumque esse censuistis, cum ii qui res superas contumeliis insectantur, inter se consentiant atque concordent, ac privatam cujusque imbecillitatem communi consensu et conspiratione, non secus ac funiculi illi, qui mutuo nexu roborantur, suffulciri putent, vos autem non una convenire, nec cum iis colligari, qui ejusdem sententiæ sunt, quibus tamen multo æquius est, cum ipsi deitatem quoque conjungamus. Atque ut vos haud frustra ad nos accurrisse, neque ut ad externos et alienos, sed ad vestros portus appulisse, præclarumque itineris vestri ducem Spiritum sanctum exstitisse cognoscatis, pauca de Deo ad vos disseremus. Ac facite, ut vestra agnoscatis, quemadmodum qui suos ex armorum signis agnoscunt.

VIII. Duas summas in iis, quæ sunt, differentias reperio, dominationem nempe et servitutem: non quas apud nos, vel tyrannis scidit, vel paupertas disjunxit; sed quas natura distinxit, si cui tamen hac voce uti libeat. Nam quod primum est, supra naturam quoque est. Harum autem altera effectrix est, et princeps, ac motus expers: altera effecta, et

Ζ'. Ἀλλ', ὦ Θεοῦ λαός, καὶ ἡμέτερος, καλὴ μὲν ὑμῶν καὶ ἡ πρώην (73) πανήγυρις, ἣν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐστήσασθε, καὶ εἴπερ ἄλλη τις ὀφθαλμῶν χάρις, ἡνίκα εἶδον δενδρουμένην τὴν θάλασσαν, καὶ χειροποιήτῳ νέφει κεκαλυμμένην, καὶ κάλλος νηῶν, καὶ τάχος, ὥσπερ εἰς πομπὴν ἐσταλμένων, καὶ πνεῦμα μέτριον κατὰ πρύμναν ἱστάμενον, ὥσπερ δορυφοροῦν ἐξεπίτηδες, καὶ παραπέμπον τῇ πόλει πόλιν πελάγιον (74)· καλλίων δὲ ἡ νῦν ὀρωμένη καὶ μεγαλοπρεπεστέρα. Οὐ γὰρ τοῖς πολλοῖς φέροντες ὑμᾶς αὐτοὺς ἀνεμίξατε, οὐδὲ πλήθει τὴν εὐσέβειαν ἐμετρήσατε, οὐδὲ δῆμος γενέσθαι μᾶλλον ὀχλώδης ἠνέσχεσθε, ἢ λαὸς Θεοῦ λόγῳ κεκαθαρμένος· ἀλλ' ὅσον εἰκὸς, Καίσαρι τὰ τοῦ Καίσαρος εἰσενεγκόντες, τῷ Θεῷ τὰ τοῦ Θεοῦ προσενείματε· τῷ μὲν τὸ τέλος, τῷ δὲ τὸν φόβον· καὶ τὸν δῆμον τοῖς ὑμετέροις θρέψαντες, ἥκετε καὶ αὐτοὶ παρ' ἡμῶν τραφησόμενοι. Σιτοδοτοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, καὶ σιτοδοσίαν ἴσως τῆς ὑμετέρας οὐ φαυλοτέραν. *Δεῦτε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν κεκέρακα ὑμῖν*· καλῶ μετὰ τῆς σοφίας ὑμᾶς εἰς τὴν ἐμὴν τράπεζαν. Ἐπαινῶ γὰρ τῆς εὐγνωμοσύνης, καὶ προστρέχω τῇ προθυμίᾳ, ὅτι ὡς ἐπὶ λιμένα ἴδιον ἡμᾶς κατηντήσατε, τῷ ὁμοίῳ προσδραμόντες, καὶ τὸ συγγενὲς τῆς πίστεως ἐτιμήσατε, καὶ τῶν ἀτόπων ἐνομίσατε, τοὺς μὲν ὑβριστὰς τῶν ἄνω (75) συμφρονεῖν ἀλλήλοις καὶ συναρμόζεσθαι, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον σαθρὸν οἴεσθαι (76) διορθοῦσθαι τῷ κοινῷ τῆς συστάσεως, καθάπερ τῶν σχοινίων τὰ τῇ πλοκῇ δυναμούμενα, αὐτοὶ δὲ μὴ συνιέναι (77), μηδὲ συνδεῖσθαι τοῖς ὁμογνώμοσιν, οἷς γε (78) εἰκὸς μᾶλλον· αὐτοὶ γὰρ συνάγομεν καὶ θεότητα. Καὶ ἵνα γε εἰδῆτε, μὴ μάτην προσδραμόντες ἡμῖν, μηδὲ ὡς ξένοις καὶ ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐν ὑμετέροις καταχθέντες, καὶ καλῶς ὁδηγηθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, βραχέα περὶ Θεοῦ φιλοσοφήσομεν ὑμῖν. Καὶ γνωρίσατε τὰ ὑμέτερα, ὥσπερ οἱ τοῖς ἐπισήμοις τῶν ὅπλων τὸ οἰκεῖον διαγινώσκοντες.

Η'. Δύο διαφορὰς ἐν τοῖς οὖσι γινώσκω τὰς ἀνωτάτω, δεσποτείαν τε καὶ δουλείαν· οὐχ ἃς παρ' ἡμῖν, ἢ τύραννις ἔτεμεν, ἢ πενία διέστησεν, ἀλλ' ἃς φύσις διώρισεν, εἴ τῳ φίλον οὕτω καλεῖν. Τὸ γὰρ πρῶτον, καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν. Τούτων δὲ, ἡ μὲν ποιητική τέ ἐστι, καὶ ἀρχική, καὶ ἀκίνητος· ἡ δὲ πεποιημένη, καὶ ὑπὸ χεῖρα, καὶ μεταπίπτουσα. Καὶ ἔτι συντομώ-

[62] Isa. LXII, 4. [63] Isa. LIV, 12; LX, 18. [64] Matth. XXII, 21. [65] Rom. XIII, 7. [66] Prov. IX, 5

(73) *Καὶ ἡ πρώην.* Comb. detracto ἡ, vertit: « vestra nudius tertius celebritas, ac conventus. »

(74) *Πόλιν πελάγιον.* Bill. « marinam urbem. »

(75) *Ὑβριστὰς τῶν ἄνω.* Schol. Κακοδοξοῦντας· « Hæreticos. »

(76) *Οἴεσθαι.* Sic Or. 2. In ed. οἴεσθε.

(77) *Αὐτοὶ δὲ μὴ συνιέναι.* « Vos autem non una convenire. » Tota textus series postulat, ut sic hæc verba reddantur, repetendo συνιέναι, a verbo σύνειμι, « convenio. » Billius a Gregorii mente aberrat, dum a verbo συνιήμι, « intelligo, » repetit, ac vertit: « vos contra non intelligere. »

(78) *Οἷς γε.* Comb., οἵ γε. In quibusdam, καὶ οἷς γε.

Digitized by Google

τερον εἰπεῖν, ἡ μὲν ὑπὲρ χρόνον, ἡ δὲ ὑπὸ χρόνον. Καλεῖται δὲ ἡ μὲν, Θεὸς, καὶ ἐν τρισὶ τοῖς μεγίστοις ἵσταται, αἰτίῳ, καὶ δημιουργῷ, καὶ τελειοποιῷ· τῷ Πατρὶ λέγω, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἃ μήτε οὕτως ἀλλήλων ἀπήρτηται (79), ὡς φύσει τέμνεσθαι· μήτε οὕτως ἐστένωται (80), ὡς εἰς ἓν πρόσωπον περιγράφεσθαι· τὸ μὲν γὰρ τῆς Ἀρειανῆς μανίας, τὸ δὲ τῆς Σαβελλιανικῆς (81) ἀθεΐας ἐστίν· ἀλλ' ἔστι, τῶν μὲν πάντη διαιρετῶν ἐνικωτέρα, τῶν δὲ τελείως (82) μοναδικῶν ἀφθονωτέρα. Ἡ δὲ μεθ' ἡμῶν τέ ἐστι, καὶ καλεῖται κτίσις, κἂν ἄλλα ἄλλων ὑπεραίρῃ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πρὸς Θεὸν (83) ἐγγύτητος.

imperio subjecta et caduca. Atque, ut compendiosius adhuc loquar, altera supra tempus est, altera tempori subest. Vocatur autem illa quidem, Deus, et in tribus maximis consistit, in causa, in opifice, in perfectore; hoc est, in Patre, Filio et Spiritu sancto. Qui quidem nec ita inter se distracti sunt, ut natura scindantur: nec rursus ita in arctum redacta natura, ut in unam circumscribatur personam (illud enim est furoris Ariani, hoc Sabellianæ impietatis); sed ut magis singularis est, quam ea, quæ in divisionem omnino cadunt, ita copiosior, quam ea quæ prorsus singularia sunt. Hæc vero altera nobiscum est, ac creatura nominatur; tametsi inter res creatas aliæ aliis dignitate præstent, orout videlicet quæque Deum propinquius attingit.

Θ'. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ὅτῳ μεν ἡ καρδία πρὸς Κύριον, ἵτω μεθ' ἡμῶν, καὶ προσκυνῶμεν τὴν μίαν ἐν τοῖς τρισὶ θεότητα, μηδὲν ταπεινότητος ὄνομα τῇ ἀπροσίτῳ δόξῃ προσάγοντες, ἀλλὰ τὰς ὑψώσεις τοῦ ἑνὸς Θεοῦ ἐν τοῖς τρισὶ διαπαντὸς ἐν τῷ λάρυγγι φέροντες. Ἧς γὰρ οὐδὲ μέγεθος φύσεως κυρίως ἔστιν εἰπεῖν, διὰ τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον, πῶς ταύτῃ ταπεινότητα ἐπεισάξομεν; Ὅστις δὲ ἀλλοτρίως ἔχει Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τέμνει τὴν μίαν καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα (84) οὐσίαν εἰς ἀνισότητα φύσεων, θαυμαστὸν, εἰ μὴ τῇ ῥομφαίᾳ τμηθήσεται, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων τεθήσεται, πονηρὸν δρεπομένου πονηρᾶς δόξης καρπὸν, καὶ νῦν καὶ ὕστερον.

624 IX. Quæ cum ita se habeant, si quis cor ad Dominum habet, nobiscum jungatur [67], atque unam in tribus personis Deitatem adoremus, nullum humilitatis nomen inaccessibili gloriæ tribuentes, sed unius Dei in tribus personis exaltationes semper in gutture ferentes [68]. Cujus enim ne magnitudinem quidem naturæ, propter infinitam et nullis terminis inclusam ipsius vim, proprie dicere possumus, quo tandem modo ipsi humilitatem inducemus? Quisquis autem a Deo alienus et aversus est, ob eamque causam, unam illam rebusque omnibus superiorem essentiam in dispares naturas dividit, mirum sane fuerit, si non ipse gladio dividatur, parsque ipsius cum infidelibus ponatur [69], pravum pravæ sententiæ fructum, et nunc, et postea percipientis.

Ι'. Περὶ μὲν γὰρ τοῦ Πατρὸς, τί χρὴ καὶ λέγειν, οὗ καὶ τὸ παρὰ πάντων συγκεχωρηκὸς φείδεσθαι (85) ταῖς φυσικαῖς ἐννοίαις προκατειλημμένων (86); Εἰ καὶ τῆς ἀτιμίας τὰ πρῶτα ἠνέγκατο, πρῶτος τμηθεὶς εἰς Ἀγαθὸν καὶ Δημιουργὸν (87) παρὰ τῆς ἀρχαίας καινοτομίας. Περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, σκοπεῖτε ὡς ἁπλῶς καὶ συντόμως διαλεξώμεθα. Εἴ μέν τις ἔχοι τούτων τι λέγειν (88) τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν, ἢ χρόνῳ, ἢ τόπῳ, ἢ δυνάμει, ἢ ἐνεργείᾳ μετρούμενον, ἢ οὐ φυσικῶς ἀγαθὸν, ἢ οὐκ αὐτοκίνητον, ἢ οὐκ αὐτεξούσιον, ἢ λειτουργὸν, ἢ ὑμνῳδὸν, ἢ φοβούμενον, ἢ ἐλευθερούμενον, ἢ οὐ συναριθμούμενον· δεικνύτω τοῦτο, καὶ ἡμεῖς στέρξομεν, συνδούλων σεμνότητι δοξαζόμενοι, εἰ καὶ Θεὸν ζημιούμεθα. Εἰ

X. Ac de Patre quidem, quid dicere necesse est, cui uno consensu omnes, naturalibus animi notionibus edocti atque imbuti, parcunt? Quanquam etiam primas ignominiæ tulit, utpote qui primus in Bonum et Opificem a priscis novatoribus dissectus est. De Filio autem et Spiritu sancto, videte quam simpliciter et breviter disseramus. Si quis horum alterutrum, vel conversioni aut mutationi subesse, vel in temporis, aut loci, aut potentiæ, aut operationis mensuram cadere, vel non natura bonum, vel non per se moveri, vel arbitrii libertate carere, vel ministrum, vel divinæ laudis cantorem, vel metuentem vel libertate donatum, vel non simul cum Patre huneratum, dicere potest; hoc ostendat, et acquiesce

[67] Exod. xxxii, 26. [68] Psal. cxlix, 6. [69] Luc. xii, 46.

(79) *Ἀπήρτηται.* Coisl. 1, διῄρηται ὡς εἰς τρία ἔχφυλα καὶ ἀλλότρια τέμνεσθαι· « Non ita inter se dirimuntur, ut in tres diversas atque alienas dividantur naturas. » In nonnullis, ἀπῄρηται.

(80) *Μήτε οὕτως ἐστένωται*, etc. Nempe, δεσποτεία, « dominatio, » id est, « natura divina, » seu, « essentia. » Sic etiam ad naturam divinam, referenda sunt sequentia verba, ἐνικωτέρα, et ἀφθονωτέρα. Non bene Billius ad personas refert, quæ de natura, seu essentia divina intelligenda manifestum est; atque etiam, ut ita intelligantur, sana postulat theologia. Sic enim locum vertit : « Nec ita in arctum redacti, ut in unam personam includantur, et circumscribantur ... sed ut magis singulares sunt, quam ea, quæ in divisionem omnino cadunt, ita rursus copiosiores sunt, quam ea, quæ prorsus singularia sunt. »

(81) *Σαβελλιανικῆς.* Duo Regg. et Comb., Σαβελλιανῆς.

(82) *Τελείως.* Coisl. 1 et Comb., παντελῶς.

(83) *Πρὸς Θεόν.* In nonnullis, πρὸς τὸν Θεόν.

(84) *Τὰ ὄντα.* Hæc desunt in Reg. a.

(85) *Φείδεσθαι.* Reg. a, Coisl. 1 et Comb., φείδεται.

(86) *Προκατειλημμένων.* In nonnullis, ἡττημένων, « victi. »

(87) *Εἰς Ἀγαθὸν καὶ Δημιουργόν.* « In Bonum et Opificem. » Duo principia veteres hæretici, maxime Marcionitæ, constituebant, alterum « bonum, » alterum « malum. » Per « malum, » rerum effectorem, δημιουργόν, intelligebant.

(88) *Λέγειν.* Sic plures codd. et quidem melioris notæ. In editis, λέγοι.

Digitized by Google

mus, nosque conservorum gloria et dignitate honorari feremus, Dei licet jacturam faciamus. At si, quidquid Pater habet, idem, præter causam, Filii est; quidquid item Filius habet, idem quoque Spiritus sancti est, præter filiationem, eaque omnia, quæ corporea ratione de eo prædicantur, propter me hominem, meamque salutem, ut, quod meum erat, accipiens quod suum est, mihi per novam hanc commistionem largiatur; tandem aliquando nugari desinite, o inanium verborum ac statim cadentium moriemini, domus Israel [70]?

A δὲ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστι, πλὴν τῆς αἰτίας (89)· πάντα δὲ ὅσα τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς υἱότητος, καὶ τῶν ὅσα σωματικῶς περὶ αὐτοῦ λέγεται διὰ τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον (90), καὶ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν, ἵνα τὸ ἐμὸν λαβὼν, τὸ ἑαυτοῦ χαρίσηται διὰ τῆς καινῆς ἀνακράσεως· παύσασθε παραληροῦντες ὀψὲ γοῦν, ὦ σοφισταὶ κενῶν (91) ῥημάτων, αὐτοῦ πιπτόντων. Καὶ ἵνα τί ἀποθνήσκετε, οἶκος Ἰσραὴλ, ἵν' ἐκ τῆς Γραφῆς ὑμᾶς ὀδύρωμαι; artifices. Et quare, ut ex Scriptura vos deplorem,

XI. Ipse equidem, et Verbi appellationes tot scilicet tamque magnas et sublimes, **625** et quæ dæmonibus etiam pudorem incusserunt, revereor. Revereor etiam Spiritus sancti æqualitatem; ac constitutam in eos, qui blasphemis verbis eum impetunt [71], comminationem pertimesco. Blasphemia porro est, non theologia, ei divinitatem auferre. In quo illud observandum, quod is, qui blasphemis vocibus incessebatur, Dominus erat; is autem, qui vindicabatur, Spiritus sanctus, procul dubio ut Dominus. Non sustineo, post illuminationem lucis expers esse, quidpiam trium in quæ baptizatus sum, adulterans, ac vere in aquis sepeliri, non ad regenerationem, sed ad mortem initiatus.

IA'. Ὡς ἔγωγε αἰδοῦμαι μὲν τὰς τοῦ Λόγου προσηγορίας, τοσαύτας τε οὔσας, καὶ οὕτως ὑψηλὰς καὶ μεγάλας, ἃς καὶ δαίμονες ἐνετράπησαν· αἰδοῦμαι δὲ τὴν ὁμοτιμίαν τοῦ Πνεύματος· φοβοῦμαι δὲ τὴν ὡρισμένην ἀπειλὴν τοῖς εἰς αὐτὸ βλασφημοῦσι. Βλασφημία δὲ, οὐχ ἡ θεολογία, τὸ δὲ ἀλλοτριοῦν τῆς θεότητος. Καὶ τηρητέον ἐνταῦθα, ὅτι τὸ μὲν βλασφημούμενον, ὁ Κύριος ἦν· τὸ δὲ ἐκδικούμενον, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δῆλον ὡς Κύριος. Οὐ φέρω (92) ἀφώτιστος εἶναι μετὰ τὸ φώτισμα, παραχαράσσων τι τῶν τριῶν, εἰς ἃ βεβάπτισμαι, καὶ ὄντως (93) ἐνταφῆναι τῷ ὕδατι, οὐκ εἰς ἀναγέννησιν, ἀλλ' εἰς νέκρωσιν τελειούμενος

XII. Audacius aliquid proloquar, o Trinitas; ac temeritati venia detur; nam de animæ salute periculum est. Dei quoque ipse sum imago, supernæ scilicet gloriæ, licet humi positus. Non adducor ut credam, mihi ab æquali salutem afferri. Si Spiritus sanctus Deus non est, Deus prius efficiatur, atque ita demum me, æqualem suum, Deum efficiat. At nunc, quæ hæc gratiæ impostura est, vel eorum potius, qui gratiam tribuunt, velut in Deum credere, et Deo orbatum recedere? Aliud professum esse, et aliud doceri? Quales furtivæ verborum fraudes, per aliam interrogationem et confessionem, alio ferentes? Me miserum splendoris hujus nomine, si post lavacrum niger effectus sum, si eos qui nondum purgati sunt, splendidiores cerno, si per pravam initiatoris mei doctrinam, tanquam talis quibusdam deludor, si præstantiorem Spiritum quæro, nec invenio. Da mihi alterum lavacrum, ac tum de priore male cogita. Quid mihi perfectam regenerationem invides? Quid me, cum Spiritus, tanquam Dei, templum sim [72], rei creatæ domicilium facis? Quid ea, quæ mea sunt, partim honore, partim ignominia afficis, malum te

IB'. Τολμῶ τι φθέγξασθαι, ὦ Τριάς· καὶ συγγνώμη τῇ ἀπονοίᾳ· περὶ ψυχῆς γὰρ ὁ κίνδυνος. Εἰκὼν εἰμι καὶ αὐτὸς Θεοῦ, τῆς ἄνω δόξης, εἰ καὶ κάτω τέθειμαι. Οὐ πείθομαι τῷ ὁμοτίμῳ σώζεσθαι. Εἰ μὴ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, θεωτήτω πρῶτον (94), καὶ οὕτω θεούτω με τὸν ὁμότιμον. Νῦν δὲ τίς ἡ ἀπάτη τῆς χάριτος, μᾶλλον δὲ, τῶν διδόντων τὴν χάριν, ὡς εἰς Θεὸν πιστεῦσαι, καὶ ἀνελθεῖν ἄθεον; ἄλλο καθομολογῆσαι, καὶ ἄλλο διδάσκεσθαι; οἷαι τῶν λόγων αἱ κλοπαὶ (95) καὶ ἀπάται, δι' ἄλλης ἐρωτήσεως καὶ ὁμολογίας, εἰς ἄλλο φέρουσαι (96); Οἵμοι τῆς λαμπρότητος, εἰ μετὰ τὸν λουτρὸν μεμελάνωμαι, εἰ λαμπροτέρους ὁρῶ τοὺς οὕπω κεκαθαρμένους, εἰ τῇ τοῦ βαπτιστοῦ κακοδοξίᾳ κυδεύομαι (97), εἰ ζητῶ Πνεῦμα κρεῖττον, καὶ οὐχ εὑρίσκω! Δός μοι λουτρὸν δεύτερον, καὶ περὶ τοῦ πρώτου κακῶς ἐννόησον. Τί μοι φθονεῖς τῆς τελείας ἀναγεννήσεως; τί με ποιεῖς, ναὸν ὄντα τοῦ Πνεύματος ὡς Θεοῦ, κατοικητήριον κτίσματος; τί τὸ μὲν τιμᾷς τῶν ἐμῶν (98), τὸ δὲ ἀτιμάζεις κακῶς θεότητι διαιτῶν, ἵν' ἐμοὶ τέμῃς (99) τὸ χάρισμα, μᾶλλον δὲ, αὐτὸν ἐμὲ τῷ χαρίσματι (1); Ἢ τὸ πᾶν τίμησον, ὦ καινὲ (2) θεολόγε,

[70] Ezech. xviii, 31. [71] Matth. xii, 31. [72] I Cor. vi, 19.

(89) *Πλὴν τῆς αἰτίας.* Coisl. 1, aliique non pauci, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, « præter ingenerationem » quod scilicet, « solus a se sit. »

(90) *Διὰ τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον.* « Propter meum hominem. » Id est, propter naturam humanam quam assumpsit, et quam mihi communicat, factus homo.

(91) *Κενῶν.* Duo Regg., καινῶν, « novorum. »

(92) *Φέρω.* Comb. addit, δέ.

(93) *Καὶ ὄντως.* Reg., Cypr., καὶ οὕτως.

(94) *Πρῶτον.* Comb., πρότερον.

(95) *Κλοπαί.* Billius legit, πλοκαί, et vertit : « Quales verborum nexus et captiones. »

(96) *Φέρουσαι.* Reg. d, φέρεσθαι.

(97) *Εἰ τῇ τοῦ βαπτιστοῦ κακοδοξίᾳ κυδεύομαι.* Hæc in melioris notæ codicibus proxime legumtur post μεμελάνωμαι.

(98) *Τί τὸ μὲν τιμᾷς τῶν ἐμῶν.* Sic Regg. a, hm: « Quid ea, quæ mea sunt, » id est, « quas colo Trinitatis personas, » ut recte Elias, ac ipse textus postulat, « partim honore, » etc. Bill. « Quid me, partim, » etc. In ed., τί τὸ μὲν τιμᾷ, etc

(99) *Τέμῃς.* Sic Regg., hm, hu. In ed., θέλῃς, « velis. »

(1) *Τῷ χαρίσματι.* Sic plures codd. In ed., τὸ χαρίσματι.

(2) *Ὦ καινὲ.* Plures Regg., atque optimæ notæ, et Elias, ὦ κενέ, « o vane. »

Digitized by Google

ἢ τὸ πᾶν ἀτίμασον, ἵνα, κἂν ἀσεβῇς, ἀλλὰ σεαυτῷ γε ἀκόλουθος ᾖς, μὴ κρίνων ἀνίσως φύσιν ὁμότιμον (3). A divinitati arbitrum præbens, ut mihi baptismum, vel me ipsum potius per baptismum, seces? Aut totum honore prosequere, o nove theologe, aut totum sperne, ut, etiamsi impius sis, tibi tamen ipse constes, naturam honore parem haudquaquam dispari modo expendens.

ΙΓ'. Κεφάλαιον δὲ τοῦ λόγου· Μετὰ τῶν χερουβὶμ (4) δόξασον, συναγόντων τὰς τρεῖς ἁγιότητας εἰς μίαν κυριότητα, καὶ τοσοῦτον παραδεικνύντων τῆς πρώτης οὐσίας, ὅσον ὑπανοίγουσι τοῖς φιλοπόνοις αἱ πτέρυγες. Μετὰ Δαβὶδ φωτίσθητι, πρὸς τὸ φῶς λέγοντος· *Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς*, οἷον ὥσπερ ἐν τῷ Πνεύματι τὸν Υἱόν· οὗ τί ἂν γένοιτο τηλαυγέστερον; Μετὰ Ἰωάννου βρόντησον, τοῦ υἱοῦ τῆς βροντῆς, μηδὲν περὶ Θεοῦ ταπεινὸν ἠχῶν, μηδ' ἀπὸ γῆς, ἀλλ' ὑψηλὸν καὶ μετέωρον (τὸν ἐν ἀρχῇ τε B ὄντα, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὄντα, καὶ Θεὸν Λόγον, Θεὸν γινώσκων, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν ἐξ ἀληθινοῦ Πατρός, ἀλλ' οὐ σύνδουλον ἀγαθόν, υἱοῦ προσηγορίᾳ μόνῃ (5) τετιμημένον· καὶ τὸν ἄλλον Παράκλητον, δηλαδὴ ἄλλον τοῦ λέγοντος· Θεοῦ δὲ (6) ὁ Λόγος)· καὶ ὅταν μὲν, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, ἀναγινώσκῃς (7), τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας ἐνοπτριζόμενος· ὅταν δὲ, *Πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα*, τὸ διῃρημένον τῶν ὑποστάσεων λογιζόμενος· ὅταν δὲ, τὸ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ὄνομα, τὰς τρεῖς ἰδιότητας.

XIII. Sit autem hoc orationis caput: **626** divinam gloriam cum seraphinis prædica, qui tres sanctitates in unam dominationem [73] contrahunt, primamque essentiam hactenus indicant, quatenus eam studiosis hominibus eorum alæ paululum aperiunt. Illuminare cum Davide, qui sic lumen alloquitur: *In lumine tuo videbimus lumen* [74], hoc est in Spiritu Filium: quo quid fulgidius esse possit? Cum Joanne illo, tonitrui filio [75], intona, nihil de Deo abjectum ac terrenum insonans, sed excelsum et sublime (nempe Verbum illud, quod in principio erat, et apud Deum erat, et Deus erat [76], Deum agnoscens, et Deum verum ex Patre vero, non autem conservum bonum, solo Filii nomine ornatum: atque alium Paracletum, alium, inquam, ab eo qui loquebatur; Dei porro Verbum loquebatur); eamque rationem iniens ut cum illa legis: *Ego et Pater unum sumus* [77], essentiæ conjunctionem tibi ob oculos proponas: cum autem illa: *Ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [78], personarum distinctionem cogites: cum vero Patris, et Filii, et Spiritus sancti nomen [79], tres proprietates spectes.

ΙΔ'. Μετὰ Λουκᾶ ἐμπνεύσθητι, ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων προσομιλῶν. Τί μετὰ Ἀνανίου τάττῃ καὶ Σαπφείρας τῶν καινῶν (8) νοσφιστῶν (εἴ γε καινὸν (9) ὄντως ἡ τῶν ἰδίων κλοπή), καὶ ταῦτα νοσφιζόμενος, οὐκ ἀργύριον, οὐδ' ἄλλο τι τῶν εὐτελῶν καὶ μικρῶν, οἷον γλῶσσαν χρυσῆν, ἢ ψιλὴν (10), ἢ δίδραχμον, ὥς ποτε στρατιώτης ἄπληστος, ἀλλ' αὐτὴν κλέπτων θεότητα, καὶ ψευδόμενος, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεόν, ὅπερ ἠκούσας; Τί; Μηδὲ τὴν ἐξουσίαν αἰδῇ τοῦ Πνεύματος, ἐφ' οὓς θέλει, καὶ ἡνίκα, καὶ ὅσον πνέοντος; Ἐπιδημεῖ τοῖς περὶ Κορνήλιον πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἄλλοις μετὰ τὸ βάπτισμα διὰ τῶν ἀποστόλων. Ὥστε ἀμφοτέρωθεν, ἔκ τε ὧν ἐπιφοιτᾷ (11) δεσποτικῶς, ἀλλ' οὐ δουλικῶς, καὶ ἐξ ὧν ἐπιζητεῖται πρὸς τὴν τελείωσιν, τὴν θεότητα μαρτυρεῖσθαι τοῦ Πνεύματος

XIV. Cum Luca divinitus afflare, apostolorum Acta legens. Quid te Ananiæ Saphiræque [80] adjungis, novis illis pecuniæ furibus? (nova etenim haud dubie est propriarum rerum subreptio), idque non pecuniam, aut aliud quidpiam leve et exigui pretii susurrans, ut linguam auream, paludamentum, aut didrachma, ut quondam avarus miles [81], sed ipsam divinitatem subripiens, ac Deo non homini mentiens, ut Scripturæ verbis utar [82]. Quid? Ne ipsam quidem revereris Spiritus potestatem, qui, in quos, et quando, et quantum vult spirat [83]? Ad Cornelium ante baptismum accedit; ad alios, apostolorum opera, post baptismum [84]. Ita utrinque, nempe et ex eo quod herili, non autem servili modo accedit, et ex eo quod ad baptismum omnibus numeris absolvendum requiritur, Spiritus sancti divinitas testata relinquitur.

ΙΕ'. Μετὰ Παύλου θεολόγησον, τοῦ πρὸς τρίτον οὐρανὸν ἀναχθέντος· ποτὲ μὲν συναριθμοῦντος τὰς D τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ τοῦτο ἐνηλλαγμένως, οὐ τετηρημένως ταῖς τάξεσι, προαριθμοῦντος, ἐναριθμοῦν-

XV. Cum Paulo de rebus divinis dissere, cum illo, inquam, qui ad tertium cœlum evectus est [85]; qui nonnunquam tres **627** personas connumerat, idque varie, nec nominum ordine servato, sed eamdem personam

[73] Isa. VI, 3. [74] Psal. XXXV, 10. [75] Marc. III, 17. [76] Joan. I, 1. [77] Joan. X, 30. [78] Joan. XIV, 23. [79] Matth. XXVIII, 19. [80] Act. V, 1 et seqq. [81] Jos. VII, 21. [82] Act. V, 4. [83] Joan. III, 8. [84] Act. X, 44; XIX, 2. [85] II Cor. XII, 2.

(3) *Φύσιν ὁμότιμον*. Sic Reg. a, hu, Coisl. 1, Comb., etc. In quibusdam, ἰσότιμον. In ed., ἀσώματον, « corporis expertem. »

(4) *Χερουβίμ*. In quibusdam, et in Isaia VI, 2, σεραφίμ.

(5) *Μόνῃ*. Addunt editi, τι, quod in pluribus Regg. non legitur· ideoque illud delevimus.

(6) *Θεοῦ δέ*. Sic tres Regg. Deest δέ, in ed.

(7) *Ἀναγινώσκῃς*. Reg. bm, ἀναγινώσκεις.

(8) *Καινῶν*. In quibusdam, κενῶν.

(9) *Καινόν*. In nonnullis, κενόν.

(10) *Ψιλήν*. In quibusdam, ψέλλιον, vel ψέλιον, « armillam, » qua voce usi sunt LXX Interpretes, Job XLI, 21. Verum ideo constare debet, ψιλὴν, veram esse lectionem, quod Gregorius notat furtum Achan, qui furatus est ψιλὴν ποικίλην, « vestem variam, » ut legitur apud Septuaginta, Josue VII, 21. Quod autem Theodoretus στολήν, « vestem, » interpretatur, Cyrillus esse vult, στρατιωτικὴν στολήν, « paludamentum. » Vulgata, « pallium coccineum. »

(11) *Ἐπιφοιτᾷ*. Comb., προσεπιφοιτᾷ, « supervenit. »

Digitized by Google

nunc prænumerans, nunc connumerans, nunc subnumerans. Quorsum hoc? Nempe ut naturæ æqualitatem ostendat : nonnunquam etiam trium, interdum duorum, aut unius mentionem facit, tanquam videlicet reliquæ personæ simul sequantur : atque etiam aliquoties, Dei operationem Spiritui tribuit [86], ut nulla in re diverso; aliquoties autem rursum pro Spiritu Christum infert [87] : et quidem, cum personas distinguit, his verbis utitur : *Unus Deus, ex quo omnia, et nos in ipsum ; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* [88]. Cum autem unam Deitatem colligit, ita loquitur : *Quia ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia* [89], nimirum per Spiritum sanctum, ut multis Scripturæ locis demonstratur. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A τος, ὑπαριθμοῦντος τὸ αὐτό. Ἵνα τί; Δηλώσῃ (12) τὴν ἰσοτιμίαν τῆς φύσεως. Ποτὲ δὲ τῶν τριῶν μεμνημένου· ποτὲ δὲ τινῶν (13), ἢ τινὸς, ὡς ἑπομένου πάντως τοῦ λείποντος· καὶ ποτὲ μὲν τὴν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ τῷ Πνεύματι διδόντος, ὡς οὐδὲν διαφέροντος· ποτὲ δὲ, ἀντὶ τοῦ Πνεύματος, τὸν Χριστὸν ἐπιφέροντος· καὶ ὅτε μὲν διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις, *εἷς Θεὸς*, λέγοντος, *ἐξ οὗ τὰ πάντα* (14), *καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ*. Ὅτε δὲ συνάγει τὴν μίαν θεότητα· ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, δηλαδὴ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς πολλαχοῦ δείκνυται τῆς Γραφῆς. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (15). Ἀμήν.

B

[86] I Cor. XII, 11. [87] Rom. VIII, 9 seqq. [88] I Cor. VIII, 6. [89] Rom. XI, 36.

(12) *Ἵνα τί; Δηλώσῃ*. Comb., Ἵνα δηλώσῃ.

13) *Ποτὲ δὲ τινῶν*. Sic Reg., Cypr. et Comb. In ed., ποτὲ δὲ τῶν.

(14) *Τὰ πάντα*. Sic Reg. et Colb. plures, etc. Deest τά, in ed.

(15) *Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Sic Reg. bm, aliique. In ed., Αὐτῷ ᾧ δόξα, εἰς αἰῶνας.

628 MONITUM IN ORATIONEM XXXV.

I. Profectus e Macedonia Theodosius Magnus, Constantinopolim venit septimo Kalendas Decembris anni 380. Biduo post, ejectis hæreticis, singulas quasque regiæ urbis ecclesias Catholicis restituit. Tanto beneficio permoti Constantinopolitani cives, ac religiosa exsultantes lætitia, imperatoris pietatem et gloriam ad cœlos usque evehunt. Gregorius ipse, ut par erat, publici gaudii se quoque participem præbens, grati erga Deum animi, hac brevi oratione, specimina dedit. Celebrabatur hac die quædam martyrum festivitas. Hinc Gregorius Deo gratias agit, et auditoribus gratulatur, quod, non ad arma movenda, sed ad festum agitandum, prompti et alacres convenerint. Inopinatum istud miraculum martyrum patrociniis ascribit. « O martyres, » inquit (or. XXXV, n. 1), « vestrum hoc certamen est. Vos ingens bellum confecistis, sat scio. Hæc sudores vestri præstiterunt, » etc. Deinde hæreticos exhibet, velut nocturnas aves, quæ, lucis serenitatem fugientes, sese in tenebrarum latibula recipiunt. Tum ad calamitates quas anno præcedenti ab ipsis hæreticis perpessi fuerant, transit orator. Luctuosum illud tempus nativis quidem, sed atris ac tenebricosis, ut ita dicam, eloquentiæ coloribus exprimit. At statim oculos a tam injucunda pictura retrahit, ne tantæ festivitatis dies hac flebili et caliginosa imagine contaminetur; atque rursus ad exsultantis animi motus auditores revocat.

II. Putavit Leuvenklaius hanc orationem habitam fuisse sub initium imperii Theodosii, eoque tempore quo Theologus non ita pridem Constantinopolim advenerat. Verum errat vir doctus. Orationis initium et finis, imo tota ipsa oratio ei adversatur. Dictam credimus cum Tillemontio (16), septimo, vel paulo post, Kalendas Decembris anni 380, quo tempore restitutæ sunt Catholicis ecclesiæ. Ea est etiam oratio, quæ prima in majori ac sacratissima S. Sophiæ ecclesia pronuntiata est. Hanc primus vertit et Latine tantum edidit Leuvenklaius anno 1571. Excerptam admonet ex vetustissimo libro, qui Choniatæ Acuminati historici manu exaratus erat. Hac oratione, non ex Leuvenklaii, sed ex Billii interpretatione, aucta est editio Latina Gregorii, quæ anno 1583, Chatardi et Genebrardi curis, prodiit. Montacutius vero primus est qui transcriptam e bibliotheca illustrissimi comitis palatini electoris, et cum altero ibidem exemplari a Georgio Lingleshemio collatam, Græce tantum vulgavit anno 1610. Putat Montacutius hanc, non tam orationem, quam orationis fragmentum esse. Quæ sententia forsan non omnino contemnenda videri potest. Absit tamen, ut eam cum nonnullis habeamus, velut quoddam fragmentum ex aliqua S. Chrysostomi oratione decerptum. Nam, ut ait Leuvenklaius (17), « esse germanum hunc Theologi nostri fetum pronuntiare dubitaverit nemo, si dictionis modo characterem intueatur. » Sic etiam censet doctissimus Tillemontius. Et certe, ut observant eruditi, quæ in hac oratione tractantur, **629** nullatenus Chrysostomi, sed Gregorii temporibus eximie consonant. Etenim Theologus eadem hic describit quæ *Carmine de vita sua* et alibi passim leguntur.

(16) Tom. IX, pag. 728.

(17) *Monit. in hanc orationem.*

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΛΕ'.

Εἰς τοὺς μάρτυρας, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν.

Α. Τί τοσοῦτον ἔστιν εἰπεῖν, ὅσον τοῖς ὀφθαλμοῖς πάρεστι βλέπειν ; Τίς δὲ λόγος (18) τῶν φαινομένων ἀγαθῶν ἰσοστάσιος; Ἰδοὺ πρόκειται τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν τὸ ἀπιστούμενον θέαμα, ὃ καὶ (19) ἰδεῖν μὲν πολλάκις ηὐξάμεθα, κρεῖττον δὲ ἦν ἢ κατ' εὐχὴν τὸ ποθούμενον. Πάλιν ἐνταῦθα μαρτύρων τιμαὶ, πολὺν ἤδη τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἀμεληθεῖσαι· πάλιν ἱερέων Θεοῦ συνδρομαί· πάλιν χοροστασίαι καὶ πανηγύρεις πνευματικαί. Ὁ σύλλογος πολυάνθρωπος ἑορτάζειν, οὐχ ὁπλομαχεῖν προθυμούμενος. Ὦ τοῦ θαύματος· ἔρριπται τῶν χειρῶν τὰ ὅπλα, λέλυται ἡ παράταξις, ἀμελεῖται ὁ πόλεμος. Οὐκ ἔτι αἱ φωναὶ τῶν ἀλαλαζόντων ἀκούονται· ἀντὶ δὲ τούτων ἑορταὶ, καὶ εὐφροσύναι, καὶ εἰρηνικαὶ θυμηδίαι τὴν πόλιν πᾶσαν περιχορεύουσι· τὴν πάλαι μὲν οὖσαν τῶν μαρτύρων μητέρα, πολὺν δὲ τὸν ἐν τῷ μέσῳ χρόνον, ἄμοιρον γενομένην τῆς ἐπὶ τοῖς τέκνοις τιμῆς. Ἀλλὰ νῦν ἀπέχει πάντα καὶ περισσεύει, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Εὖγε, ὦ μάρτυρες· ὑμέτερος καὶ οὗτος ὁ ἆθλος· ὑμεῖς νενικήκατε τὸν πολὺν πόλεμον, εὖ οἶδα. Μόνα καὶ ταῦτα (20) τῶν ὑμετέρων ἱδρώτων τὰ κατορθώματα. Ὑμεῖς ἠγείρατε τῇ εἰρήνῃ τὸ τρόπαιον. Ὑμεῖς τοὺς ἱερέας τοῦ Θεοῦ ἐφ' ἑαυτοὺς ἐφειλκύσασθε. Ὑμεῖς τοὺς χορευτὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῷ συλλόγῳ τούτῳ προεστήσασθε. Ὦ πόσην πεπόνθασι τὴν ζημίαν, οἷς ὁ χρόνος τῆς ζωῆς μέχρι τοῦ νῦν οὐ διήρκεσε θεάματος, ἵνα τῶν σκυθρωπῶν εἰς κόρον ἐλθόντες, τῶν ἀγαθῶν τῆς εἰρήνης ἀπελαύσειεν (21)!

Β'. Οἴχεται μὲν, καὶ ἠφάνισται ἡ τῆς αἱρέσεως ἀπάτη, οἷόν τις ὁμίχλη, ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος σκεδασθεῖσα· καθαρὰ δὲ διέλαμψεν ἡ τῆς εἰρήνης αἴθρία, καὶ διαφαίνονται κατ' αὐτὴν οἱ τοῦ ἄστεως ἐν λαμπρῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ μαρμαρύσσοντες ἀστέρες, οὐχὶ νυκτὶ ἀποκεκληρωμένοι καὶ σκότῳ, ἀλλ' ἡμεροφανεῖς οἱ πάντες, τῷ ἀληθινῷ φωτὶ τῆς δικαιοσύνης ἀναλάμψαντες. Καὶ ἐπειδὴ, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἡ νὺξ προέκοψε, μᾶλλον δὲ, τὸ παράπαν ἠφάνισται, τῷ δὲ φωτὶ (22) τῆς ἡμέρας ἅπαν καταφαιδρύνεται (23), φεύγει μὲν τὰ νυκτονόμα (24) τῶν θηρίων, καὶ συνελαύνονται πρὸς τοὺς δρυμοὺς καὶ τὰς σπήλυγγας· φεύγουσι δὲ νυκτερίδες αἱρετικαὶ τρύζουσαι, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς ἀμβλυόπτουσαι (25), καὶ εἰς τὰς τρώγλας τῶν πετρῶν κα-

[90] Philipp. IV, 18. [91] Rom. XIII, 12.

ORATIO XXXV[a].

De martyribus, et adversus Arianos

A

I. Quid tantum dici potest, quantum oculis usurpare licet? Quænam autem oratio, cum his bonis quæ conspicimus, comparari potest? En oculis nostris incredibile proponitur spectaculum, quod sæpe quidem videre optavimus, expetitum autem, vota quoque excedit. Hic rursus defertur martyribus honor, qui longo jam temporis spatio neglectus erat; rursus Dei sacerdotum concursus; rursus tripudia et spirituales celebritates. Frequens hic conventus, non ad arma movenda, sed ad diem festum agitandum promptus ac paratus est. O ingens miraculum! Arma e manibus projecta sunt, soluta est acies, belli cura abjicitur. Non jam amplius ululantium B voces audiuntur; contra vero, festa, et gaudia, et pacificæ animorum jucunditates totam civitatem, velut instituto choro, ambiunt: hanc, inquam, quæ olim martyrum parens erat, verum diuturno interea tempore, eo honore, quem ex filiis capiebat, orbata. At nunc, ut Apostoli verbis utar, omnia habet et abundat [90]. Euge, o martyres; vestrum hoc quoque certamen est: vos ingens bellum confecistis, sat scio. Hæc quoque sudores vestri præstiterunt. Vos paci tropæum istud erexistis. Vos Dei sacerdotes, ad vos ipsos attraxistis. Vos Spiritus sancti tripudiatores, huic conventui præfecistis. O quanto affecti sunt damno, quibus vitæ tempus ad hoc usque spectaculum non pertractum est, ut molestiis ærumnisque saturati, pacis bonis fruerentur! C

II. Abiit, et deleta est hæresis impostura, instar nebulæ cujusdam, a Spiritu sancto dissipata. Pura autem effulsit pacis serenitas, ac per eam emicant urbis stellæ, in splendida veritatis luce radiantes; non **630** nocti ac tenebris attributæ, sed omnes interdiu lucentes, vero justitiæ lumine refulgentes. Et quoniam, ut ait Apostolus, nox præcessit [91], vel potius omnino evanuit, atque diei luce omnia hilarescunt, fugiunt quidem feræ, quæ pabula noctu quærunt, ac in saltus et speluncas se recipiunt, ita etiam fugiunt nycticoraces hæreticæ stridorem edentes; et ad veritatis lucem cæcutientes, atque capitibus inter se hærentes, in petrarum scissuras se conjiciunt. Per hujus diei lucem cessarunt co- D messatorum ac temulentorum sodalitia. Fures, pa-

[a] Alias XLVIII; quæ autem 35 erat, nunc 29. — Habita exeunte mense Novembri an. 380.

(18) *Τίς δὲ λόγος.* Sic legendum putamus cum Montacutio, quamvis codices quidam et editi habeant, τίς διάλογος.

(19) *Καὶ.* Deest in Reg. bm.

(20) *Μόνα καὶ ταῦτα.* Leuvenklaius legit μόνον. Montac. melius putat μόνων.

(21) *Ἀπελαύσειεν.* Reg. bm, ἀπέλαυσαν. Comb., ἀπελαύσειαν. Montac. in textu, ἀπέλαυσαν, ad marg., fs. ἀπελαύσειεν, et in notis fs. ἀπελαύσειεν ἄν.

(22) *Τῷ δὲ φωτί*, etc. Bill. « Diei autem luce cuncta evitant. » Hinc Montacutius ait: « Quid Billius legerit divinare non possum. » Nos autem conjicimus librariorum errorem esse, qui « evitant, » pro « emicant, » scripserunt.

(23) *Ἅπαν καταφαιδρύνεται.* Reg. bm, καθ' ἅπαντα φαιδρύνεται. Montacut. ad marg. γρ. πάντα.

(24) *Νυκτονόμα.* Reg. bm, νυκτινόμα.

(25) *Ἀμβλυώπτουσαι.* Montac. et Comb., ἀμβλυόττουσαι.

Digitized by Google

rietum effossores, prælones, et 5. quid aliud noctis opus est, exorto pacis lumine, latebras petiit. Quandiu porro nox illa erat, erroris caligine cuncta obscurans, qualia tandem fuere quæ gerebantur? Hæc siquidem oblivione altoque digna silentio, ut ne tristium rerum memoria præsens gaudium contaminetur. Quonam enim modo, quæ tum patrata sunt mala, quispiam dixerit? ac quonam rursus modo ea tacuerit? quis ad hunc modum ex tragœdia commotus est? quæ fabula tantas calamitates effinxit? quis tragœdus rem tam luctuosam pro scena conclamarit? Sermonis facultatem calamitas superat: majora sunt mala, quam ut quis verbis ea enarrare possit.

III. Chorus ille, diaboli sedes et propugnaculum erat. Hic sibi exercitum constituerat, ac defensores et satellites in eo collocarat. Hic mendacii castra, erroris propugnatores, dæmonum expeditio, immundorum spirituum legiones; ac, si quid etiam externorum nominum usurpare licet, hinc pravus Furiarum exercitus adversus Ecclesiam debacchatus est. Sic enim adducor, ut eas feminas appellem, quæ supra naturam ad malum viriles sese præbuerunt. Una erat in diebus Eliæ Jezabel adversus prophetas Domini cædem anhelans [32]; eamque inspirata divinitus Scriptura proscindit, ut, mea quidem sententia, omne deinceps sæculum, petulantis ac impudicæ mulieris recordatione, erudiatur. Verum, quot Jezabeli huic similes, velut cicuta, ex agro repente pullularunt, majori **631** quoque sævitia eam, quam commemoravi, superantes. Quod si fidem sermoni meo non habeas, historiam inspice. Illa quidem Naboth vineam mœrenti Achab tradidit, ut ex vinea hortum faceret, luxus ornamentum, muliebres delicias; istæ autem, per seipsas hoc malum perpetrantes, vivam Dei vineam, id est, Ecclesiam, penitus vi delere ac evertere tentarunt. Quodnam ejus quod refero exemplum reperiam? ecquam hujus pravitatis ac nequitiæ imaginem excogitabo? Vidi in dealbato pariete picturam (ignoscite animo malorum recordatione exulcerato; imo potius vos ipsi dolorem nostrum dolete; nostra quippe, non aliena mala narramus). Quænam igitur illa erat pictura, quam rebus nostris comparo? procax ac præpudiosa quædam erat mulierum chorea, alia in aliam tripudii speciem ac gesticulationem sese distorquentes (tales feminas Mænadas fabulæ vocant). Ad auræ flatum comæ involitabant: aspectus furoris aditus erat: accensæ faces manibus gestabantur, ex quibus flammæ, corporum volutatione, rotabantur: aura in sinu peplorum concinnam gravitatem ac modestiam deturpa-

[32] III Reg. xxi, 1.

ταδύονται, ἐπὶ κεφαλὴν ἀλλήλων ἐχόμεναι. Πέπαυται διὰ τῆς ἡμέρας ταύτης τὰ τῶν κωμαστῶν καὶ τῶν μεθυόντων συντάγματα. Λωποδύται, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ κλέπται, καὶ εἴ τι ἄλλο τῆς νυκτὸς ἔργον ἐστί, τοῦ φωτὸς τῆς εἰρήνης ἐπανατείλαντος, κέκρυπται. Ἕως δὲ ἦν ἡ νὺξ ἐκείνη τῷ τῆς ἀπάτης γνόφῳ τὰ πάντα κατασκοτίζουσα, οἷα ἦν τὰ πραττόμενα; Λήθης ἄξια καὶ βαθείας σιγῆς, ὡς ἂν μὴ μνήμῃ τῶν ἀηδεστέρων, ἡ παροῦσα χάρις καταμολύνοιτο. Πῶς γὰρ ἄν τις εἴποι τὰ κατ' αὐτῆς κακά; πῶς δὲ ἄν τις καὶ σιωπήσειε; τί πάθος ἐκ τραγῳδίας τοιοῦτον; τίς μῦθος συμφορὰς ἀναπλάσσων; τίς ποιητὴς δραμάτων τοιοῦτον ἐπὶ σκηνῆς πάθος ἐδόησεν; Ὑπὲρ λόγον ἡ συμφορά· ὑπὲρ τὴν δύναμιν τῶν διηγουμένων τὰ πάθη.

Γ'. Ὁρμητήριον ἦν τοῦ διαβόλου ὁ χορός (26). Ἐνταῦθα τὸ στρατόπεδον ἑαυτῷ κατεστήσατο, καὶ τοὺς ἰδίους ὑπεσπιστὰς ἐν αὐτῷ καθιδρύσατο. Ἐνταῦθα ὁ στρατὸς τοῦ ψεύδους, οἱ τῆς ἀπάτης πρόμαχοι, ἡ τῶν δαιμόνων ἐκστρατεία, αἱ λεγεῶνες τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων· εἰ δὲ χρὴ καὶ τῶν ἔξωθεν ὀνομάτων εἰπεῖν, ἐντεῦθεν ὁ πονηρὸς τῶν δαιμόνων ἐριννύων στρατὸς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐκώμασεν. Οὕτω (27) γὰρ ὀνομάζειν τὰς γυναῖκας προάγομαι, αἳ ὑπὲρ τὴν φύσιν εἰς τὸ κακὸν ἠνδρίζοντο. Μία ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλιοῦ ἡ Ἰεζάβελ, κατὰ τῶν προφητῶν τοῦ Κυρίου φονῶσα (.8), καὶ στηλιτεύει αὐτὴν ἡ θεόπνευστος ἱστορία, ὡς ἂν οἶμαι, τῇ μνήμῃ τοῦ ἀκολάστου γυναίου, πᾶ, ὁ μετὰ ταῦτα βίος παιδεύοιτο. Τοσαῦται τοίνυν κατὰ τὴν Ἰεζάβελ ἐκείνην, ὥσπερ τι κώνειον, ἐκ τῆς χώρας ἀθρόως ἐβλάστησαν, νικῶσαι τὴν μνημονευθεῖσαν τῇ τῆς πικρίας ὑπερβολῇ. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς τῷ λόγῳ, τὴν ἱστορίαν ἐπίσκεψαι. Ἐκείνη τὴν ἄμπελον τοῦ Ναβουθαὶ τῷ ἐκλύτῳ Ἀχαὰβ ἐχαρίζετο, ἵνα ποιήσῃ κῆπον τὴν ἄμπελον, τρυφῆς ἐγκαλλώπισμα, γυναικείαν χλιδήν· αὕτη τὴν ζῶσαν τοῦ Θεοῦ (29) ἄμπελον, τὴν Ἐκκλησίαν λέγω, εἰς παντελῆ ἀφανισμὸν μετενεγκεῖν ἐβιάσαντο, αὕτη δι' ἑαυτῶν τὸ κακὸν ἐνεργοῦσαι. Ποῖον εὕρω τοῦ λόγου παράδειγμα; τίνα τῆς κακίας ταύτης ἐπινοήσω εἰκόνα; Εἶδον ἐπὶ κονιάματος (30) τοίχου τοιαύτην γραφήν (31)· καί μου βαστάσατε τὴν καρδίαν τῇ τῶν κακῶν μνήμῃ περιοιδαίνουσαν· μᾶλλον δὲ, τῷ πόνῳ καὶ ὑμεῖς συναλγήσατε· ἡμέτερα γὰρ, καὶ οὐκ ἀλλότρια διηγούμεθα πάθη· τίς τοίνυν ἡ γραφή, ἣν προσεικάζω τοῖς πράγμασι; χορεία τις ἦν γυναικῶν ἀσχημονοῦσα, ἄλλης κατ' ἄλλο τι σχῆμα ὀρχηστικὸν ἑαυτὴν διαστρεβλούσης. Μαινάδας οἱ μῦθοι τὰς τοιαύτας γυναῖκας καλοῦσιν. Κόμαι ταῖς αὔραις ἀνασοβούμεναι, βλέμμα μανίας πάροδον, πυρσοὶ διὰ χειρῶν φερόμενοι, καὶ φλόγες ἐκ τούτων τῇ περιστροφῇ τῶν σωμάτων ἐνειλισσόμεναι· αὔρα ἐν κόλποις τὴν εὐσχημοσύνην (32) τῶν πέπλων λυμαινομένη·

(26) *Ὁ χορός*. Leuvenkl. legit, ἡ χώρα, « locus ille. »
(27) *Οὕτω*. Reg. bm, οὕτως.
(28) *Φονῶσα*. Montacutius putat legendum, φόνευν ὠδίνουσα, « cædes parturiens. » Budæus scripsit, φονᾶν idem valere, ac « cædis avidum esse. »
(29) *Τοῦ Θεοῦ*. Sic Reg. bm. In ed. deest τοῦ.
(30) *Κονιάματος*. Comb., κονιάσματος.
(31) *Γραφήν*. Reg. bm, ἐπιγραφήν, « inscriptionem. » Sic legit Billius.
(32) *Τὴν εὐσχημοσύνην*. Sic legit Leuvenklaius. Quæ lectio a Montacutio probatur. In edit., τῇ εὐσχημοσύνῃ.

Digitized by Google

πόδες ἀκροβατοῦντες καὶ ὑφαλλόμενοι· αἰδὼς εὐσχήμων (33) οὐδενὸς τῶν γινομένων ἐφαπτομένη.

Δ'. Διὰ μέσου δὲ τῆς τοιαύτης χορείας, ἀνδρὸς εἴδωλον τοιοῦτον· μιξόθηλύ τις, καὶ τὴν φύσιν ἀμφίβολος. καὶ θηλυδρίας τὸ εἶδος, ἐν μεθορίῳ τῆς φύσεως κείμενος, λελυμένος τῷ σχήματι, οἷόν τινι κώματι καὶ μέθῃ παράφορος. Οὗτος ἐπί τινος ἁπήνης ἐξυπτιάζων, διὰ τοῦ χοροῦ τῶν Μαινάδων ὑπὸ θηρῶν (34) ἐκομίζετο. Πολὺς δὲ περὶ αὐτὸν ἐκ κρατῆρος ὁ ἄκρατος, καί τινες λάλοι, τὴν φύσιν ἀλλόκοτοι, περὶ τὸ εἴδωλον ἦσαν, τὰ πρόσωπα λάσιοι, ἐπὶ σκελῶν τραγείων περισκιρτῶντες τὸ εἴδωλον. Τοιαῦτα τῆς νυκτὸς ἐκείνης τὰ διηγήματα. Γυναῖκες ἐπ' ἀτιμίᾳ γνωρισθεῖσαι τοῦ γένους, κοινῇ κατηγορίᾳ τῆς φύσεως τὴν νενομισμένην ἐν γυναιξὶν εὐκοσμίαν ἐξορχησάμεναι, πομπὴν ἦγον διὰ μέσης τῆς πόλεως, θεατρίζουσαι δι' ἑαυτῶν ἀσχημονοῦσαν τὴν φύσιν, λίθοις τὰς χεῖρας ἀντὶ θυρεῶν ὁπλίσασαι, φόνιον (35) βλέπουσαι, ἀναιδεῖ τῇ τῶν ὀμμάτων βολῇ, ἐντὸς (36) τῶν θείων περιβόλων γενόμεναι, ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καθέδρας ἀνέθηκαν ἑαυτῶν τὸν Κορύβαντα. Εἶτα μέθη, καὶ ἄκρατος, καὶ οἱ ἐκ τῶν ἀσκητηρίων Πᾶνες, καὶ νὺξ, καὶ διαγωγὴ συμμιγὴς, καὶ πάντα ὅσα κωλύει ὁ Ἀπόστολος λέγειν, εἰπὼν, ὅτι *Τὰ κρυφῇ ὑπ' αὐτῶν γενόμενα, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν.* Τίς γὰρ ἂν μετὰ ἀκριβείας διεξέλθοι τῷ λόγῳ τὸ πῦρ, τοὺς λίθους, τὰς σφαγὰς, τὰ τραύματα; Ὅπως ἐκ βάθρων ἀνατρέψαι τοὺς τῶν ἱερῶν οἴκων θεραπευτὰς ἐφιλονείκησαν; Ὡς διὰ μέσης τῆς πόλεως ζηλωτήν τινα τῆς ἀληθείας ῥοπάλοις διεχειρίσαντο, καὶ τὸν (37) ἀληθῆ φόνον ὁ ὑπονοηθεὶς φόνος ἐκώλυσεν; Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα, πῶς (38) τῆς πρεπούσης ἡδονῆς ἀπερρύη ὁ λόγος, ἐμφιλοχωρήσας τοῖς γηΐνοις διηγήμασιν. Οὐκοῦν ἐπανιτέον ὅθεν ἐξέβημεν, ὥστε γλυκεῖ καὶ ποτίμῳ τῷ λόγῳ τὴν ἁλμυρὰν ἐκείνην (39) ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι. *Ἐν γὰρ ἡμέρᾳ* (40), φησὶν, *εὐφροσύνης ἀμνηστία* (41) *κακῶν*· πάλιν τοίνυν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐπανέρχομαι (42) λόγον, ὅτι ἡ νὺξ ἐκείνη καὶ ὁ γνόφος ἠφάνισται, αἱ δὲ τῆς εἰρήνης ἀκτῖνες διὰ καθαρᾶς τῆς αἰθρίας τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ περιλάμπουσιν. Διὰ τοῦτο ἐκβέβληται μὲν τῶν θείων περιβόλων πᾶν ὅ τι δυσῶδες καὶ βέβηλον· ἀντεισῆκται δὲ πάσης εὐφροσύνης τῶν εὐσεβούντων οἱ οἶκοι, καὶ λείπει πρὸς εὐφροσύνην οὐδέν· οἱ δαιτυμόνες, οἱ ἑστιάτορες, ἡ τοῖς ἀγαθοῖς ἑδωδίμοις πλήθουσα τράπεζα.

bat: summis pedibus insiliebant ac saltitabant: honestus pudor nihil eorum, quæ fiebant, contingebat.

IV. Per medium autem hujusmodi choreæ, tale viri simulacrum adverti: semivir quidam erat, sexu dubius et vultu effeminatus, in naturæ confinio positus, gestu fractus ac dissolutus, velut comessatione quadam et temulentia, mente captus. Hic in curru quodam resupinus per Mænadum chorum a feris gestabatur. Ingens autem circa ipsum meri copia erat, ac loquaces quidam natura monstrosi simulacrum circumstabant, facie pilosi, in hircinis cruribus circa simulacrum tripudiantes. Talia sunt exposita hujus noctis spectacula. Feminæ in sexus sui dedecus et probrum spectatæ, communi naturæ accusatione, consuetam mulieribus modestiam abjicientes, per mediam urbem pompam agebant, ostentantes naturam turpiter per ipsas ac indecore habitam; manus, scutorum loco, saxis armatæ, cædem occultam, impudenti **632** oculorum conjectu, minitantes, intra divina septa ingressæ, suum in sacra sede Corybantem collocarunt. Deinde crapula, et merum, et ex solitariis locis Panes, et nox, et promiscua consuetudo, et ea omnia, quæ Apostolus vel eloqui prohibet, dicens: *Quæ autem in occulto ab eis fiunt, turpe est dicere* [93]. Quis enim accurate verbis percurrere queat ignem, lapides, cædes, vulnera? Quo pacto certatim sacrarum ædium cultores funditus evertere tentarunt? Quomodo in media urbe virum quemdam, veritatis zelo flagrantem, fustibus ceciderunt, quem scilicet cædere destiterunt, quod mortuum crederent? Verum haud scio, quomodo ab ea, quæ decebat, voluptate defluxit oratio, in terrenis immorata narrationibus. Itaque eo, unde digressi sumus, redeundum est, ut suavi grataque orationis potione, salsam et amaram eorum, quæ narrata sunt, potionem eluamus. *In die enim lætitiæ*, inquit, *malorum oblivio est* [94]. Quocirca ad eumdem sermonem revertor, quod scilicet nox illa et caligo depulsa est, pacisque radii, per puram serenitatem, veritatis luce undique collucent. Quapropter e divinis septis ejectum est quidquid male olens et profanum erat; contra vero omni piorum virorum lætitia ædes resonant, nec quidquam ad jucunditatem desideratur. Præsto sunt convivatores, convivæ, et exquisitis referta dapibus mensa.

[93] Ephes. v, 12. [94] Eccli. xi, 27.

(33) *Αἰδὼς εὐσχήμων*, etc. Leuvenk. « Nusquam honesta verecundia. »

(34) *Ὑπὸ θηρῶν*. Sic Reg. bm. In editi, ὑπὸ θυρῶν.

(35) *Φόνιον*. Montac. ad marg., γρ. φόνον.

(36) *Ἐντός*. « Intra. » Sic Leuvenk. et Montac. Billius legit ἐκτός, « extra. »

(37) *Καὶ τόν*. Reg. bm, οὗ καὶ τόν, « cujus, » etc.

(38) *Οἶδα πῶς*. Reg. bm, οἶδ' ὅπως.

(39) *Ἁλμυρὰν ἐκείνην*. Sic Reg. bm. Deest ἐκείνην in ed.

(40) *Ἐν γὰρ ἡμέρᾳ*. Sic LXX, et Reg. bm. In ed., ἐν γὰρ ἡμέραις.

(41) *Ἀμνηστία*. Sic LXX, Reg. bm, et Montac. ad marg. In ed., ἀμνηστίαν.

(42) *Ἐπανέρχομαι*. Reg. bm, ἐπανερχόμεθα.

Digitized by Google

[633] MONITUM IN ORATIONEM XXXVI.

I. Quo die Theodosius Magnus Catholicis ecclesias, quæ tam diuturno tempore ab Arianis occupatæ fuerant, restituit, eo ipso die, ut ex Gregorii carminibus perspicuum est (43), unanimi consensu ab imperatore poposcerunt Constantinopolitani, ut episcopale solium conscenderet Theologus. Tunc vero expugnari non potuit ipsius modestia, ut assensum præberet. Victa tamen postmodum, imo potius coacta et oppressa est. Qui autem in eum odio flagrabant, ad id improbitatis et amentiæ venerunt, ut, vagis sermonibus, atque injusta ambitionis accusatione, undequaque ipsius famæ dedecoris notam inurere tentarent. Eum namque, velut inanis gloriæ cupidum, ac simulata virtute, episcopalis sedis honores ambientem, exhibebant. Gregorius vero, tametsi minime aut parum his sermonibus moveretur, non dubitavit tamen hac oratione injustis adversariorum calumniis respondere. Primum causas inquirit illius studii, quod sibi a Catholicis tam ardenter præstabatur; et posthabitis his omnibus, ex quibus ipsius gloria præstantior videri posset, eas ad hæc tria capita revocat : vel quod a Constantinopolitanis accitus, ipse velut proprium illorum opus ac peculiare bonum haberetur : vel quod simplici et philosophica vivendi ratione utens, sibi inde eorum benevolentiam conciliaret : vel demum, quod invidia ac persecutionibus oppressus, ipse charior magisque civium amore dignus efficeretur. Deinde ambitionis notam a se modeste repellit. Cœlum terramque attestatur, se nunquam Constantinopolim venisse, ut « episcopalem cathedram affectaret (n. 6); » sed hanc unam veniendi causam fuisse, ut fidei patrocinaretur, viduæque Ecclesiæ sponsum ea dignum procuraret. Hinc Catholicos hortatur, ut tales tamque iniquos adversariorum sermones parvipendant, ac soli Deo, qui omnium corda intuetur, hæc disceptanda relinquant. Docet insuper improborum calumnias nunquam viro probo nocere posse; et ad auditores orationem convertens : « Vos, inquit (n. 10), gloria mea estote, defensioque mea apud eos, qui me judicant. Obtrectatorum meorum maledicta superabo, modo Patris, et Filii, et Spiritus sancti confessionem firmam ac integram retineatis. »

II. « Baronius existimare videtur, » inquiunt Bollandistæ (44), « quod hæc oratio habita sit, postquam in thronum ab episcopis fuit evectus Gregorius. » Ipsi vero antea habitam, ut verisimilius arbitrantur; nec immerito quidem. Sed non ita recte conjiciunt eruditi viri, cum hanc orationem ad mensem Aprilem pronuntiatam referunt. Sic enim rem exponunt (45) : « In *Carmine de vita sua*, non meminit sanctus hujus violentiæ, eoque difficilius est statuere, quo tempore præcise ei illata fuerit... Sit igitur hæc res facta mense Februario aut Martio; oratio vero habita mense Aprili, » etc. Verum, non ita conjiciendum arbitramur. Nam quo magis ipsis difficilius videbatur rem statuere, eo magis singula quæque perpendenda erant; præsertim [634] cum adnotent, ipsum Hermant censere, id factum fuisse paucis post ecclesiarum restitutionem diebus. Quamvis enim nos quoque fateamur, Gregorium in supradicto carmine, non meminisse violentiæ sibi a populo illatæ, etsi meminerit illius quam episcopi in concilio coadunati ipsi postmodum intulerunt, non inde tamen hanc rem ad mensem Februarium aut Martium remittendam concludimus. Constat siquidem, ipso die quo Catholicis restitutæ sunt ecclesiæ, plebem magnis clamoribus ab imperatore expostulasse, ut Gregorius episcopale solium conscenderet. Hunc multitudinis impetum ægre ferens Theologus, vix pro momento, collegæ ministerio ac voce utens, brevi oratione sedavit. Unde verisimillimum est, Gregorium non multo post, effervescentibus adhuc animis, atque ardentius iteratis apud imperatorem petitionibus, thronum conscendere coactus fuisse. Id colligitur sane ex his istius orationis verbis (n. 2) : « Hoc perspicuum factum est, ex novo eo facinore, quod circa me haud ita pridem edidistis, cum vos, qui plebs estis, zelo et iracundia ferventes, clamantem me et lamentantem in hac sede collocastis. » Non enim rationi consentaneum est, pacata multitudine, plebem post tres subinde aut quatuor menses ad id violentiæ prorupisse. Nam si illata Gregorio vis ad mensem Februarium aut Aprilem remittatur, culpandi sunt Constantinopolitani cives, culpandus et ipse Gregorius, quod episcoporum, qui convocabantur, adventum non exspectarint. His ita perpensis, nobis cum Hermant et Tillemontio verisimilius videtur, violentiam Gregorio a plebe illatam contigisse paucis post ecclesiarum restitutionem diebus, hancque orationem fuisse non multo post pronuntiatam. Recte igitur medio circiter mense Decembri anni 380 collocari potest.

(43) *Carm. de vita sua*, vers. 1381 et seqq.
(44) 9 Maii not. *d*, p. 411.
(45) Ibid. not. *e*, p. 412.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ Λϛ.

Εἰς ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας ἐπιθυμεῖν αὐτὸν τῆς καθέδρας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ εἰς τὴν τοῦ λαοῦ (46) *προθυμίαν, ἣν ἐπεδείξατο εἰς αὐτόν.*

Α'. Ἐγὼ θαυμάζω, τί ποτέ ἐστιν ὃ πρὸς τοὺς ἐμοὺς πεπόνθατε λόγους, καὶ πόθεν τοσοῦτον ἠττήσθε τῆς ἡμετέρας φωνῆς, τῆς ὑπερορίου καὶ μικρᾶς ἴσως, καὶ οὐδὲν ἐχούσης ἐράσμιον, ὥστε ταυτόν μοι δοκεῖτε πρὸς ἡμᾶς πεπονθέναι, ὃ πρὸς τὴν μαγνῆτιν (47) λίθον τὰ σιδήρια. Ἐμοῦ τε γὰρ κρέμασθε (48), καὶ ἀλλήλων εἷς τοῦ ἑνὸς ἐχόμενοι, καὶ θεοῦ πάντες, ἐξ οὗ τὰ πάντα (49), καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα. Ὦ τῆς θαυμασίας ἁλύσεως, ἣν πλήκει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δεσμοῖς ἀλύτοις συνηρτισμένην (50)! Τὸ δὲ αἴτιον, οὔτε τι οἶδα ἐγὼ τῶν ἄλλων σοφώτερον, ὅσα ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι· εἰ μή τις τοῦτο αὐτὸ ἐμὴν σοφίαν ὑπολαμβάνει (51) τὸ εἰδέναι, ὅτι μὴ σοφὸς εἴην, μηδὲ τῆς ἀληθινῆς καὶ πρώτης σοφίας ἐγγύς· ὃ πολλῷ (52) δέουσι περὶ ἑαυτῶν ὑπολαμβάνειν οἱ νῦν σοφοί· ἐπειδὴ ῥᾷστον ἑαυτὸν ἀπατᾷν, καὶ οἴεσθαι εἶναί τι, οὐδὲν ὄντα, ὑπὸ τῆς κενῆς δόξης φυσώμενον. Οὔτε πρῶτος ὑμῖν τὸν τῆς ὀρθοδοξίας λόγον ἐκήρυξα, οὗ μάλιστα περιέχεσθε, ἴχνεσι δὲ ἀλλοτρίοις ἐπηκολούθησα, καὶ τούτοις (53) ὑμετέροις· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· εἴπερ ὑμεῖς Ἀλεξάνδρου (54) μαθηταὶ τοῦ πάνυ, τοῦ μεγάλου τῆς Τριάδος ἀγωνιστοῦ τε καὶ κήρυκος, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τὴν ἀσέβειαν ἐξορίσαντος. Μέμνησθε γὰρ τῆς Ἀποστολικῆς ἐκείνης εὐχῆς (55), ἣ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ἀσεβείας κατέλυσεν ἐν τόποις ἀξίοις τῶν τῆς γλώσσης ἁμαρευμάτων (56), ἵν' ὕβρις ὕβριν ἀμύνηται, καὶ στηλιτευθῇ θανάτῳ δικαίῳ θάνατος ψυχῶν ἄδικος.

Β'. Οὐ ξένην οὖν πηγὴν ὑμῖν ἐρρήξαμεν, ὥσπερ ἣν Μωϋσῆς ἀνέδειξεν ἐν ἀνύδρῳ τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου δωκομένοις, κεκρυμμένην δὲ καὶ συγκεχωσμένην ἀνεστομώσαμεν, κατὰ τοὺς παῖδας Ἰσαὰκ τοῦ μεγάλου, μὴ ὀρύσσοντας (57) μόνον φρέατα ζῶντος ὕδατος, ἀλλὰ καὶ φρασσόμενα ὑπὸ τῶν Φυλιστιαίων ἀνακαθαίροντας. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν κομψῶν τις καὶ ἡδέων

ORATIO XXXVI[a].

De seipso, et ad eos qui ipsum cathedram Constantinopolitanam affectare dicebant, et de populi alacritate, quam erga eum ostenderat.

I. Demiror, quidnam tandem istud sit, quod vobis circa sermones meos accidit, et quam ob causam peregrina hac nostra voce, et exigua fortasse, quæque nihil amore dignum habeat, ita capti sitis, ut eodem modo mihi erga me affecti esse videamini, quo ferrum erga magnetem. Nam et ex me pendetis, et alii ex aliis, mutuo nexu inter vos cohærentes, et omnes ex Deo, ex quo omnia, et in quem omnia [95]. O admirabilem catenam, quam Spiritus sanctus nectit, firmissimis vinculis compactam et coaptatam! Cujus rei nullam equidem 635 causam suspicari queo; neque enim alios sapientia ullo modo supero, quantum quidem mihi conscius sum; nisi quis hoc ipsum mihi sapientiæ ducat, quod, me sapientem non esse, nec ad veram et primariam sapientiam accedere, intelligam: quod permultum abest, ut hujus temporis sapientes de se existiment; quandoquidem nihil facilius est, quam ut seipsum quis fallat, ac se aliquid esse putet, cum nihil sit [96], inani videlicet opinione inflatus. Nec vero rectæ fidei doctrinam, quam arctissimo complexu tenetis, vobis primus prædicavi, sed aliena vestigia secutus sum, et quidem vestra (vera enim loquar): vos siquidem eximii illius Alexandri discipuli estis, qui magnus fuit Trinitatis propugnator et præco, quique sermone, et rebus ipsis, impietatem exturbavit ac de medio sustulit. Neque enim memoria vobis excidit apostolica illa precatio, quæ impietatis ducem in locis impurissima lingua dignis oppressit, ut nimirum contumelia contumeliam ulcisceretur, atque animarum injusta mors justa morte ad æternam infamiam plecteretur.

II. Ergo non novum fontem vobis rupimus, quem admodum quem Moyses ab Ægypto profugientibus in arenti loco demonstravit [97]: verum abditum et obstructum aperuimus, ut olim servi Isaac, non puteos tantum aquæ vivæ fodientes, verum etiam quos Philisthiim obstruxerant [98], repurgantes. Sed neque facetus quispiam ac jucundus sum, atque ita

[95] I Cor. VIII, 6. [96] Gal. VI, 3. [97] Exod. XVII, 6. [98] Gen. XXVI, 18.

[a] Alias XXVII. Quæ autem 36 erat, nunc 30.—Habita Constantinopoli, medio circiter Decembri anni 380.

(46) *Καὶ εἰς τὴν τοῦ*, etc. Sic plures codd. Hæc et sequentia desunt in editis, quamvis tamen a Billio reddita.

(47) *Μαγνῆτιν*, etc. Reg. a, μαγνήτην τὰ σίδηρα.

(48) *Κρέμασθε*. Sic plures Regg. et Or. 2. In ed. κρεμασθέν.

(49) *Τὰ πάντα*. Sic duo Regg., etc., Deest in ed.

(50) *Συνηρτισμένην*. Tres Regg. et Or. 1, συνηρτημένην.

(51) *Ὑπολαμβάνει*. Or. 1. ὑπολαμβάνοι

(52) *Πολλῷ*. Coisl. 1, πολλοί. Comb., πολλοῦ.

(53) *Καὶ τούτοις*. Comb., καὶ τοῦτο τοῖς.

(54) *Ἀλεξάνδρου*. Alexander ille est Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopus, vir sanctitate insignis; qui cum accepisset, Eusebianos ab imperatore Constantino extorsisse, ut Arius in Ecclesiam reciperetur, ad arma sanctorum confugiens, fusis lacrymis Deum precatus est, ne tale scandalum pateretur; eoque orante, horrenda morte sublatus est Arius.

(55) *Εὐχῆς*. In quibusdam, φωνῆς, « vocis. »

(56) *Ἁμαρευμάτων*. Duo Regg., ἁμαρυγμάτων.

(57) *Ὀρύσσοντας... ἀνακαθαίροντας*. Reg. bis et Coisl. 1, ὀρύσσοντος... ἀνακαθαίροντος.

Digitized by Google

comparatus, ut hominum benevolentiam blanditiis et assentatione subripere queam : quales multos eorum video, qui hoc tempore sacerdotii munus profitentur, qui fidei nostræ pietatem, quæ prius simplex atque artis expers erat, artificiosam reddiderunt, ac novum quoddam politices genus, a foro ad sancta translatæ, et a theatris ad sacrarium, vulgi oculis minime inspectandum : ita ut, si audacter hoc dicere oporteat, duæ jam scenæ sint, inter quas hoc duntaxat intersit, quod illa omnibus pateat, hæc quibusdam ; illa rideatur, hæc in honore sit ; illa theatrica, hæc spiritualis nominetur. Vos testes, et Deus, ut Apostoli verbis utar [99], nos ab hac parte minime stare, verum tales esse, ut morositatis potius et rusticitatis, quam adulationis ac servilis animi nota in nos cadat; quippe qui eos etiam, qui nostri **636** apprime studiosi sunt, asperius interdum accipiamus, si quid nobis non ut rationi consentaneum est, facere videantur. Atque hoc ex novo eo facinore perspicuum factum est, quod circa me haud ita pridem edidistis, cum vos, qui plebs estis, zelo et iracundia ferventes, clamantem me et lamentantem in hac sede collocastis, quam tyrannicam, an episcopalem dicere debeam, incertum habeo ; sed collocastis tamen, propter vim amoris erga me vestri, legem violantes. Quo quidem tempore nonnullis eorum, qui fervidiores erant, usque adeo succensuimus, ut amore in odium mutato, a nobis confestim recesserint. Non enim tam hominum gratiam quam utilitatem spectamus.

III. Quæ igitur tanti erga nos sermonesque nostros desiderii et studii causa sit, vultisne ipsi expromere, atque in medium proferre, animique vestri affectum indicare, an potius per nos hoc declarare, quemadmodum et ad res alias exponendas nobis non illibenter uti soletis? Mihi vero non est dubium, quin hanc mihi dicendi provinciam imponatis, quantum quidem ex vestro silentio judicare licet. Audite igitur, atque expendite, num malus hujusmodi rerum sim conjector. Primum, quia nos ipsi accivistis, idcirco judicio vestro opem subsidiumque ferre, ac velut prædam vestram fovere videmini. Est enim ita natura comparatum, ut suis quisque, tam prædiis, quam liberis ac sermonibus faveat, spontaneaque benevolentia in suos fetus propendeat. Deinde, nulla re perinde moveri, quam quod nos, nec præcipites et importunos, nec violentos, nec ad theatrorum et festivitatum ostentationem compositos, sed modestos et submissos, atque in hominum frequentia et societate, velut ab hominum commercio remotos ac singulares, et, ut brevius adhuc loquar, philosophos esse perspicitis.

Γ'. Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ τοσούτου περὶ ἡμᾶς πόθου, καὶ τοὺς λόγους τοὺς ἡμετέρους, αὐτοὶ βούλεσθε δηλῶσαι ταύτην καὶ παραστῆσαι, καὶ τὸ ὑμέτερον πάθος αὐτοὶ γνωρίσαι, ἢ δι' ἡμῶν τοῦτο δημοσιεῦσαι, ὡς (66) καὶ τῶν ἄλλων ἡμῖν χρῆσθε προθύμως ἐξηγηταῖς ; Ἡμέτερον οἶδ' (67) ὅτι ποιεῖσθε τὸν λόγον, ὅσον ἐκ τῆς ἡσυχίας τεκμαίρομαι. Οὐκοῦν ἀκούσατε, καὶ σκοπεῖτε, μὴ φαῦλος ἐγὼ τῶν τοιούτων εἰκαστής. Ἐμοὶ δοκεῖτε μάλιστα μὲν, ὡς αὐτοὶ καλέσαντες ἡμᾶς, οἰκείᾳ βοηθεῖν κρίσει, καὶ διὰ τοῦτο περιέπειν τὸ ὑμέτερον θήραμα. Φύσις δὲ αὖτη πρὸς τὸ οἰκεῖον ἅπαν εὐμενῶς ἔχειν, εἴτε κτῆμα, εἴτε γέννημα, εἴτε λόγον, καὶ δι εὐνοίας ἑκουσίου χειροῦσθαι τοῖς ἑαυτῶν προβλήμασιν. Δεύτερον δὲ, οὐδὲν οὕτως αἰδεῖσθαι (68), ὡς τὸ μὴ ἰταμὸν ἡμῶν, μήτε βίαιον, μήτε θεατρικόν τε καὶ πανηγυρικὸν, ἀλλ' ὑποχωρητικόν τε καὶ μέτριον, καὶ οἷον ἄκοινον ἐν τῷ κοινῷ, καὶ μονότροπον, καὶ, συντομώτερον εἰπεῖν ἔτι (69), φιλόσοφον· οὐδὲ αὐτὸ τεχνικῶς, καὶ πολιτικῶς ἡμῖν ἀνευρημένον, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ πνευματικῶς τετιμημένον. Οὐ γὰρ, ἵνα ζητηθῶμεν, ἀποκρυπτόμεθα, οὐδ' ἵνα πλείονος ἄξιοι δόξωμεν τιμῆς, ὥσπερ οἱ τὰς ἐγὼ, καὶ οἷος κολακείᾳ κλέπτειν τὴν εὔνοιαν· οἵους ὁρῶ πολλοὺς τῶν νῦν ἱερατεύειν ὑπισχνουμένων, οἳ τὴν (58) ἁπλῆν καὶ ἄτεχνον ἡμῶν εὐσέβειαν, ἐντεχνον πεποιήκασι, καὶ πολιτικῆς τι καινὸν εἶδος ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὰ ἅγια μετενηνεγμένης (59), καὶ ἀπὸ τῶν θεάτρων ἐπὶ τὴν τοῖς πολλοῖς ἀθέατον μυσταγωγίαν· ὡς εἶναι δύο σκηνὰς, εἰ δεῖ τολμήσαντα (60) τοῦτο εἰπεῖν, τοσοῦτον ἀλλήλων διαφερούσας, ὅσον τὴν μὲν πᾶσιν ἀνεῖσθαι, τὴν δὲ τισί· καὶ τὴν μὲν γελᾶσθαι, τὴν δὲ τιμᾶσθαι· καὶ τὴν μὲν θεατρικὴν, τὴν δὲ πνευματικὴν ὀνομάζεσθαι. Ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ ὁ Θεὸς, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὡς οὐ ταύτης ἡμεῖς τῆς μερίδος, ἀλλ' οἷοι σκαιότητος ἂν θᾶττον (61) καὶ ἀγροικίας, ἢ θωπείας καὶ ἀνελευθερίας ἔγκλημα δέξασθαι· οἵ γε καὶ πρὸς τοὺς λίαν ἀντεχομένους ἡμῶν ἔστιν ὅτε καὶ ὅπου φαινόμεθα τραχυνόμενοι, ἄν τι μὴ κατὰ λόγον ἡμῖν ποιεῖν νομίζωνται. Καὶ τοῦτο ἔδειξεν ἡ πρώην γενομένη περὶ ἡμᾶς καινοτομία. ἡνίκα ζήλῳ καὶ θυμῷ ζέσαντες ὑμεῖς ὁ λαὸς, βοῶντάς τε καὶ ὀδυρομένους ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦτον ἐθήκατε, τὸν οὐκ οἶδ' εἴτε τυραννικὸν χρὴ λέγειν, εἴτε ἀρχιερατικόν (62)· ἐθήκατε δ' οὖν, διὰ τὸν πόθον παρανομήσαντες. Ἔνθα τοσοῦτόν τισι τῶν θερμοτέρων ἐδυσχεράναμεν, ὥστε ἀπεπήδησαν (63) ἡμῶν, τὸ φίλτρον εἰς ἔχθραν τρέψαντες (64). Οὐ γὰρ ἐξ ὧν χαριούμεθα σκοποῦμεν μᾶλλον, ἢ ἐξ ὧν ὠφελήσομεν (65).

[99] I Thess. II, 10.

(58) *Οἱ τήν*. Hæc desunt in Or. 1.

(59) *Μετενηνεγμένης*. Sic sex Regg., tres Colb., Or. 1, etc. In ed., μετενηνεγμένην.

(60) *Τολμήσαντα*. Sic plerique codd. In ed., τολμήσαντος.

(61) *Θᾶττον*. Comb., μᾶλλον.

(62) *Ἀρχιερατικόν*. Billius, « archiepiscopalem. » Non recte. Vox enim « archiepiscopalis » nondum ea ætate erat in usu.

(63) *Ὥστε ἀπεπήδησαν*. Leuvenklaius vertit : « a vobis discessimus ; » quod quidem a Gregorii mente et verbis prorsus alienum est.

(64) *Τρέψαντες*. Duo Regg., στρέψαντες.

(65) *Ὠφελήσομεν*. Reg. bin, ὠφελήσωμεν.

(66) *Ὡς*. In nonnullis, ὥσπερ.

(67) *Ἡμέτερον οἶδ'*. Comb., ἡμέτερον εὖ οἶδα.

(68) *Αἰδεῖσθαι*. Tres Regg. et quatuor Colb., αἰδεῖσθε.

(69) *Εἰπεῖν ἔτι*. Tres Regg., Or. 1 et Comb., εἰπεῖν τι.

Digitized by Google

ὥρας μικρὸν προφαίνοντες, εἶθ' ὑποστέλλοντες· ἀλλ' ἵνα (70) τὸ φεύγειν τὰς προεδρίας, καὶ μὴ μεταποιεῖσθαι τῶν τοιούτων τιμῶν, τῷ ἡσυχίῳ δείξωμεν. Τρίτον, ὁρῶντες ἡμᾶς οἷα πάσχομεν ὑπό τε τῶν ἔξωθεν πολεμούντων, καὶ τῶν ἔνδοθεν ἐπιβουλευόντων· ἐπειδὴ, κατὰ τὸν Δανιὴλ, *ἐξῆλθεν ἀνομία ἐκ πρεσβυτέρων ἐκ Βαβυλῶνος, οἳ ἐδόκουν κρίνειν τὸν Ἰσραήλ*· σχετλιάζειν μὲν καὶ δυσχεραίνειν, καὶ οὐκ ἔχειν ὅπως ἐπαμύνητε (71) τυραννουμένῳ, μόνον δὲ ἀντὶ πάντων εἰσφέρειν τὸν ἔλεον. Ὁ οὖν οἰκτος τῇ αἰδοῖ συγκραθεὶς φίλτρον ἐγένετο. Καὶ τοῦτο τῆς περὶ ἐμὲ τιμῆς τὸ μυστήριον.

A Philosophiam autem dico, non callide, et politico artificio excogitatam atque accersitam, sed simpliciter ac spiritualiter cultam et observatam. Non enim, ut quæramur, latebras petimus, nec ut præstantiori honore digni appareamus, quemadmodum qui eximias quasdam formas paululum ostensas statim ex oculis subducunt; sed ut per quietam et e medio reductam vitæ rationem, illud planum faciamus, **637** nos a præfecturis sacris abhorrere, nec hujusmodi honores ambire atque aucupari. Tertio, cum, quibus malis, tum ab externis aperto nos bello lacessentibus, tum ab internis et domesticis insidias molientibus, afficiamur, exploratum habeatis (quandoquidem, juxta Danielem, *egressa est iniquitas a senioribus Babylonicis, qui Israelem regere existimabantur*[1]); idcirco conqueri quidem atque animis angi videmini, nec, quonam modo opem iniqua vi oppresso feratis, habere; ac proinde, quod unum licet, vicem nostram fortunamque miserari. Miseratio porro pudori conjuncta amorem procreavit. Atque has demum honoris mihi habiti arcanas causas esse censeo.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ οἱ λόγοι τὸ πολεμούμενον, καὶ ἡ περιττὴ καὶ ἐπίφθονος αὕτη γλῶττα, ἣν ἐν τοῖς ἔξωθεν παιδευθεῖσαν λόγοις, τοῖς θείοις ἐξευγενίσαμεν (72), καὶ τὴν πικρὰν καὶ ἄποτον Μερρὰν τῷ τῆς ζωῆς ξύλῳ κατεγλυκάναμεν, πεπόνθατέ τι πάθος ἱκανῶς ἐλευθέριον· τοῦτο στέργετε, δι' ὃ πολεμούμεθα. Τί γὰρ οὐ τὴν κωφὴν (73) ἠσπασάμεθα παίδευσιν; τί δὲ οὐ τὴν ξηράν τε καὶ κάτω βαίνουσαν; τί δαὶ ταύτῃ χαίροντας τοὺς πολλοὺς ὁρῶντες, ἐφιλοσοφοῦμεν ξένα καὶ ἔκφυλα, καὶ πρὸς τὰς ἀντιθέτους γλώσσας ἱστάμεθα; δέον θρασύτητι φεύγειν τοὺς λογισμούς, καὶ πίστιν ὀνομάζειν τὴν ἀλογίαν, ἣν ἠγάπησα ἂν καὶ αὐτὸς, εὖ ἴστε, ἀλιεὺς ὤν· ἐπειδὴ τοῦτο πρόχειρον τοῖς πολλοῖς εἰς ἀπολογίαν τῆς ἀμαθίας· εἰ λόγον εἶχον τῶν σημείων τὴν δύναμιν. Ὡς ἀπόλοιτο ἐξ ἀνθρώπων ὁ φθόνος, ἡ δαπάνη τῶν ἐχόντων, ὁ τῶν πασχόντων ἰὸς, τὸ μόνον τῶν παθῶν ἀδικώτανόν τε ἅμα καὶ δικαιότατον· τὸ μὲν, ὅτι πᾶσι διοχλεῖ τοῖς καλοῖς· τὸ δὲ (74), ὅτι τήκει τοὺς ἔχοντας. Οὐ γὰρ τοῖς πρώτως (75) ἐπαινέσασιν ἡμᾶς καταράσομαι· οὐ γὰρ ᾔδεισαν τῶν ἐπαίνων τὸ τέλος· ὡς τάχα ἄν τι καὶ λοιδορίας προσέθηκαν, ἵνα τὸν φθόνον ἐπίσχωσιν.

B IV. Quoniam autem non aliam ob rem bello petimur, quam propter eloquentiam, et supervacaneam hanc et invidiosam linguam, quam, in profanis doctrinis eruditam, divinis postea nobilitavimus, salsamque illam et amarulentam Maram[2], per vitæ lignum dulcem reddidimus, affectum sane animis ingenuis et liberalibus dignum induistis: hoc amatis, ob quod oppugnamur. Cur enim mutam eruditionem amplexi non sumus? cur non aridam et humi reptantem? cur, cum ea plerosque delectari conspiceremus, in peregrina quædam et aliena studia incubuimus, atque adversariis linguis obstitimus? cum contra oportuerit ratiocinationes audacter defugere, ac mutæ inscitiæ fidei nomen imponere, quam ipse quoque, mihi credite, com- C plexus essem, ut piscator (quandoquidem hoc multis ad inscitiæ excusationem in promptu est); si sermonis ac doctrinæ loco, signorum et miraculorum vim habuissem. Utinam ex hominum vita interiret livor, hæc invidorum tabes, hoc venenum eorum, qui eo laborant, solus ex omnibus affectibus iniquissimus simul et æquissimus: illud, quia bonis omnibus infestus est; hoc, quia eos, qui hoc vitio laborant, conficit. Non enim iis, qui nos laudibus primi extulerunt, mali quidquam imprecabor. Neque enim, quis laudum finis futurus esset, perspectum habebant. Nam alioqui nonnihil quoque maledicentiæ adjunxissent, ut invidiam reprimerent.

Ε'. Οὗτος, καὶ τὸν Ἑωσφόρον ἐσκότισε, καταπεσόντα δι' ἔπαρσιν· οὐ γὰρ ἤνεγκε, θεῖος ὤν, μὴ καὶ θεὸς νομισθῆναι· καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐξέβαλε τοῦ παραδείσου, δι' ἡδονῆς κλέψας καὶ γυναικός. Ἐπεὶσθη γὰρ, ὡς θεὸς εἶναι βασκαίνεται, τοῦ τῆς γνώσεως ξύλου τέως εἰργόμενος. Οὗτος καὶ τὸν Κάϊν ἀδελ-

V. Hæc, et Luciferum obscuravit, ob mentis elationem prolapsum; indignum enim atque intolerandum ducebat, se, cum divinus esset, non D deum quoque existimari; Adamum quoque, per voluptatem et mulierem circumventum, e paradiso expulit. **638** Adductus est enim, ut deitatem sibi etiam turpissimam suam ignaviam honestissimo fidei pietatisque nomine obvelabant... Quod si cui mirum videatur, quod, ἀλογίαν, non *temeritatem*, sed *inscitiam* verterim, mirari profecto desinet, si sciat Gregorium aliis quoque nonnullis locis eadem significatione hanc vocem extulisse. »

[1] Dan. XIII, 5. [2] Exod. XV, 23.

(70) Ἀλλ' ἵνα. Sic codd. Deest ἀλλά in ed.

(71) Ἐπαμύνητε. Coisl. 1, ἐπαμύνηται.

(72) Ἐξευγενίσαμεν. Tres Colb. et Comb. ἐξηυγενίσαμεν.

(73) Τί γὰρ οὐ τὴν κωφὴν, etc. « Obscurissima, inquit Billius, est hæc periodus. Hujus tamen sensum, nisi nos opinio fallit, expressimus. Obiter hic eos notat Gregorius, qui, vel inscitiæ suæ conscientia, vel invidiæ metu, ab omni disputationum contentione refugiebant, ac lupos impune in Domini gregem impetum facere patiebantur, atque

(74) Τὸ δέ, etc. Billius : « Hoc, quia dominos suos exest et conficit. »

(75) Πρώτως. Unus Reg., πρώτοις. Hæc de uno e presbyteris, qui ab ipso defecerant, possunt intelligi.

Digitized by Google

invideri crederet, dum a scientiæ ligno hactenus arceretur. Hæc, et Cain ad inferendam fratri necem impulit, quod purius sanctiusque ejus sacrificium æquo animo ferre non potuisset. Hæc, et mundum immunde atque incomposite se gerentem aquis texit, et Sodomitas igne obruit. Hæc, et Dathan, et Abiron, adversus Moysen furore elatos, in terram defodit, et Mariam, quæ adversus fratrem tantummodo murmuraverat, lepra infecit. Hæc, et prophetarum cruore terram contaminavit, et sapientissimum illum Salomonem per mulieres perculit. Hæc, et illum laqueo dignum Judam, exigua pecunia illectum, proditorem exhibuit, et Herodem puerorum interfectorem, et Pilatum Christicidam effecit. Hæc, et Israelem ventilavit, ac dispersit, ne nunc quidem adhuc e peccato suo emergentem. Hæc, et apostatam tyrannum in nos excitavit, cujus carbones adhuc molestiam inferunt, licet flammam ipsam effugerimus. Hæc, et præclarum Ecclesiæ corpus discidit, in diversa et contraria studia dissectum. Hæc, et Jeroboam illum peccati servum in nos concitavit, et linguæ vinculum imponit. Disrumpitur enim splendescentem Trinitatem cernens, ac tota divinitate collucentem, eosque, a quibus sincere prædicatur vobis charos reddentem. Utrum tandem vobis nugari atque ineptire videmur, ita conjectantes? An vero perquam egregie vestri erga me amoris causas orationis penicillo expressimus? Ac de his quidem rebus ita judico.

A φοκτόνον ἐποίησεν (76), οὐκ ἐνεγκόν.α θυσίαν ὁσιωτέραν. Οὗτος καὶ ὕδατι κόσμον ἐκάλυψεν ἀκοσμοῦντα, καὶ Σοδομίτας πυρὶ κατέκλυσεν (77). Οὗτος καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν κατέχωσε κατὰ Μωσέως μανέντας, καὶ Μαριὰμ ἐλέπρωσε κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ μόνον γογγύσασαν. Οὗτος καὶ προφητῶν αἵμασι τὴν γῆν ἐμίανε, καὶ Σολομῶντα γυναιξὶ κατέσεισε τὸν σοφώτατον. Οὗτος καὶ Ἰούδαν προδότην ἀνέδειξεν, ἀργυρίῳ μικρῷ κλαπέντα, τὸν ἀγχόνης ἄξιον· καὶ Ἡρώδην παιδοφόνον, καὶ Χοιροκτόνον Πιλᾶτον ἐδημιούργησεν. Οὗτος καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐλίκμησε καὶ διέσπειρεν, ἐξ ἧς οὔπω καὶ νῦν ἀνανεύουσιν ἁμαρτίας. Οὗτος καὶ τὸν ἀποστάτην ἡμῖν ἐπανέστησε τύραννον, οὗ καὶ νῦν ἔτι παραλυποῦσιν οἱ ἄνθρακες, εἰ καὶ τὴν φλόγα διαπεφεύγαμεν. Οὗτος καὶ τὸ καλὸν B σῶμα τῆς Ἐκκλησίας κατέτεμεν, εἰς διαφόρους καὶ ἀντιπάλους σπουδὰς μερίσας. Οὗτος καὶ ἡμῖν τὸν Ἱεροβοὰμ (78) ἐπανέστησε τὸν δοῦλον τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῇ γλώσσῃ δεσμὸν ἐπιτίθησιν· οὐ γὰρ φέρει τὴν Τριάδα λαμπρυνομένην, καὶ ὅλῃ θεότητι λάμπουσαν, καὶ τιμίους ποιοῦσαν ὑμῖν (79) τοὺς γνησίους ἑαυτῆς κήρυκας. Ἆρα φλυαρεῖν ὑμῖν δοκοῦμεν, οὕτως εἰκάζοντες; ἢ καὶ λίαν ὀρθῶς τοῦ πόθου τὰς αἰτίας ὁ γραφεὺς λόγος ἀνεζωγράφησεν; Περὶ μὲν δὴ τούτων οὕτω γινώσκω.

VI. Quoniam autem nonnullos contumelias quoque nobis inustas molesto animo ferre, atque ignominiam nostram, calamitatem suam ducere conspicio, age, de eo quoque paucis disseramus. Etenim si humanum aliquid abjectumque cogitans, atque hanc cathedram affectans, aut huc primum cum senectute hac cana, et his membris, tum vitæ diuturnitate, tum morbo rugatis atque contractis venissem, aut nunc has ignominias ferrem, profecto cœlum et terram (quæ veteribus attestari[a] moris erat) erubescerem: erubescerem etiam hanc cathedram, et sacrum hoc concilium, et sanctam hanc recensque coagmentatam plebem, adversus quam tot sceleratorum hominum copiæ aciem instruxerunt, **639** ut, priusquam conjuncta sit, dissolvatur, et priusquam in lucem prodeat, exstinguatur, jam secundum Christum formari incipiens. Ad hæc laborum meorum et ærumnarum me puderet, et asperæ hujus vestis, et secessus ac solitudinis, quam familiarem semper habuimus, et vitæ facilis

C Ϛ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῖς ὕβρεσιν ὁρῶ τινας δυσχεραίνοντας, καὶ συμφορὰν ἑαυτῶν ποιουμένους, τὴν ἀτιμίαν τὴν ἡμετέραν (80), φέρε, καὶ περὶ ταύτης βραχέα φιλοσοφήσωμεν. Ἐγὼ γὰρ, εἰ μὲν ἀνθρώπινόν τι καὶ μικρὸν ἐννοῶν, ἢ τῆς καθέδρας ταύτης μεταποιούμενος, ἢ (81) τὴν ἀρχὴν ἐπέστην ὑμῖν, μετὰ τῆς πολιᾶς ταύτης, καὶ τῶν ἐρρικνωμένων τούτων καὶ χρόνῳ καὶ νόσῳ μελῶν, ἢ νῦν ταύτας φέρω τὰς ἀτιμίας, αἰσχυνοίμην μὲν ἂν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἃ καὶ τοῖς παλαιοῖς ἔθος μαρτύρεσθαι· αἰσχυνοίμην δ' ἂν τὴν καθέδραν ταύτην, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο συνέδριον, καὶ τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ νεοπαγῆ λαὸν, ἐφ ὃν τοσαύτη τῶν πονηρῶν δυνάμεων ἡ παράταξις, ἵνα πρὶν συστῆναι λυθῇ, καὶ πρὶν γεννηθῆναι νεκρωθῇ, κατὰ Χριστὸν ἤδη μορφούμενος. Αἰσχυνοίμην δ' ἂν D τοὺς ἐμοὺς καμάτους καὶ πόνους, καὶ τὸ ἔσθημα τοῦτο τὸ τρύχινον, καὶ τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν ἀναχώρησιν ἣ συνεζήσαμεν, καὶ τὸν ἄσκευον βίον, καὶ τὴν εὐτελῆ τράπεζαν, μικρὸν (82) τῶν πτηνῶν ἀποδέουσαν. Ἀληθευέτωσαν δὲ καί τινες περὶ ἡμῶν, ὅτι γυ-

[a] Deut. xxxii, 1.

(76) *Ἐποίησεν*. Regg. bm, duo Colb. et Comb., πεποίηκεν.

(77) *Κατέκλυσεν*. Combef., κατέκαυσεν.

(78) *Τὸν Ἱεροβοάμ*. Hæc de Maximo dicta censet Elias, quem sequitur Billius. Aliter tamen nobis videtur. Nullatenus enim Maximo conveniunt, quæ narrat Gregorius, de isto Jeroboam, qui ferre non poterat, ut Trinitas splendesceret. Maximus quidem adversus Gregorium insurrexit; sed nunquam ei objectum est a Gregorio eum circa fidem errare. Credimus igitur per istum Jeroboam rectius intelligendum esse vel Demophilum, vel Eudoxium, qui tum Constantinopoli Arianorum erat antistes, a quo Valens imperator baptizatus et hæresi imbutus fuit.

(79) *Ὑμῖν*. Reg. bm in textu, et Or. 1, ad marg., ὑμᾶς.

(80) *Τὴν ἡμετέραν*. Hæc desunt in Or. 1.

(81) *Ἢ*. Combefisius delendum putat.

(82) *Μικρόν*, etc. Sic loquitur Gregorius, quod, ut aves semina colligunt, quibus pascantur, ipse quoque seminibus, leguminibus et quibusvis cibis vesceretur.

Digitized by Google

γυναικὸς ἀλλοτρίας (83) ἐπεθυμήσαμεν, οἱ μηδὲ ἰδίαν ἔχειν θελήσαντες. Ἐχέτωσαν (84) δὲ ἡμῶν καὶ Γαβαωνῖται πλέον, οὓς οὐδὲ εἰς ξυλοκόπους (85) καὶ ὑδροφόρους οἶδ' ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παραδέχεται, μέχρις ἂν προσίωσι τοῖς ἱεροῖς μετὰ τοιούτων τοῦ βίου καὶ τοῦ λόγου στιγμάτων. Εἰ δὲ τῷ λόγῳ συνηγορήσοντες ἥκομεν, καὶ τῇ χήρᾳ καὶ τῇ ἀνάνδρῳ τέως Ἐκκλησίᾳ τὰ δυνατὰ (86) συνεισοίσοντες, οἷόν τινες ἐπίτροποι καὶ κηδεμόνες, ἄλλῳ νυμφαγωγήσοντες, ὃς ἐὰν ἄξιος τοῦ κάλλους φανῇ, καὶ πλείονα (87) τὰ ἐξ ἀρετῆς ἕδνα προσενέγκῃ τῇ βασιλίδι, πότερον, ἐπαινετοὶ τῆς προθυμίας, ἢ ψεκτοὶ τῆς ὑπονοίας; ὅτι τοῖς ἀλλοτρίοις κρινόμεθα πάθεσιν. Ὡς δὴ σύ γε, ὦ βέλτιστε, καὶ εἰ νηΐ χειμαζομένῃ χεῖρα ὀρέγομεν (88) ἢ πολιορκουμένῃ πόλει, ἢ ὑπὸ πυρὸς οἰκίᾳ δαπανωμένῃ, ἢ σκάφεσι βοηθοῦντες, ἢ ἀλάγξιν, ἢ σβεστηρίοις ὀργάνοις, πάντως ἂν ἢ καταποντιστὰς ἡμᾶς ὠνόμασας, ἢ τῆς πόλεως, ἢ τῆς οἰκίας ἐραστὰς (89), ἀλλ' οὐ προστάτας καὶ κηδεμόνας.

et expeditæ, et simplicis ac frugalis mensæ, avium vita haud multo inferioris. In gratiam porro cum veritate redeant, qui nos alienam uxorem expetivisse aiunt, cum ne propriam quidem habere voluerimus. Sint etiam meliores, quam nos conditione Gabaonitæ, quos tamen ne ad id quidem munus Spiritus sanctus admissurus est, ut ligna et aquam portent, quandiu cum hujusmodi et sermonis et vitæ maculis ad sacra accesserint. Sin autem ea nobis huc veniendi causa fuit, ut fidei patrocinium suscipiemus, Ecclesiæque viro interim orbatæ, haud secus ac tutores quidam et curatores, operam pro virili nostra navaremus, alteri, qui præstanti ipsius forma dignus videretur, ac plura virtutum tanquam sponsalia reginæ obtulisset, eam collocaturi, utrum tandem nobis hujusmodi animi alacritas laudem, an hominum suspicio reprehensionem afferre debet (quandoquidem ex alienis affectibus judicamur)? Eodem igitur modo, vir optime, si navi tempestate jactatæ ac periclitanti, aut urbi obsidione cinctæ, aut ædibus flammæ ardore conflagrantibus manum porrexissemus, partim videlicet scaphis, partim exercitu, partim instrumentis ad exstinguendam flammam accommodis opem ferentes, procul dubio nos, aut prædones, aut urbis vel domus amatores vocasses, non autem patronos et procuratores.

Ζ'. Ἀλλ' οὐχ οὕτω, φησὶ, δοκεῖ (90) τοῖς πολλοῖς. Τί δέ μοι διαφέρει, ᾧ τοῦ εἶναι πλεῖον (91) ὁ λόγος, μᾶλλον δὲ πᾶς; Τοῦτο γὰρ, ἢ κατέκρινεν, ἢ ἐδικαίωσεν· ἢ ἄθλιον πεποίηκεν, ἢ μακάριον. Τὸ δὲ δοκεῖν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ οὐδὲ ὄναρ ἀλλότριον. Οὐχ οὕτω, φησὶ, δοκεῖς τοῖς πολλοῖς, ἄνθρωπε. Ἡ γῆ δὲ δοκεῖ τοῖς ἰλιγγιῶσιν ἑστάναι; τοῖς δὲ μεθύουσι νήφειν οἱ νήφοντες, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ κεφαλὴν βαδίζειν, ἢ περιτρέπεσθαι; τὸ μέλι δὲ, οὐ πικρόν ἐστιν, ὅτε καὶ οἷς νομίζεται, νοσοῦσί τε καὶ κακῶς (92) διακειμένοις; Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τὰ πράγματα οὕτως ἔχει, ὡς δοκεῖ τοῖς πάσχουσιν. Δεῖξον οὖν ὑγιαίνοντας τοὺς οὕτως ὑπειληφότας, καὶ τότε ἡμῖν παραίνεσον (93) μετατίθεσθαι· ἢ καταγίνωσκε, μὴ πειθομένων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἱσταμένων κρίσεως. Οὐχ οὕτω δοκῶ τοῖς πολλοῖς, Θεῷ δὲ οὕτω· καὶ οὐ δοκῶ, πεφανέρωμαι δὲ τῷ εἰδότι τὰ πάντα (94) πρὶν γενέσεως αὐτῶν, τῷ πλάσαντι (95) καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, τῷ συνιέντι εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν, τὰ κινήματα, καὶ τὰ διανοήματα, μεθ' ὧν τὰ πραττόμενα, ὃν λανθάνει τῶν ὄντων οὐδὲν, οὐδὲ λαθεῖν δύναται, ὃς ἑτέρως ὁρᾷ τὰ ἡμέτερα, ἢ ὡς ὁρῶσιν ἄνθρωποι. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ

VII. At plerisque secus videtur, inquies. Quid vero mea interest, qui rei veritatem magis curo, imo solum curo? Hoc enim vel me condemnaverit, vel absolverit: hoc vel miserum vel beatum reddiderit. At, quid aliis videatur, nihil ad nos, quemadmodum nec alienum somnium. Non ita aliis videtur, ais. Quid vero? An iis, qui vertigine correpti sunt, terra fixa et stabilis esse videtur? an ebrlis sobrii integra mente esse, ac non potius in caput incedere, ac sursum deorsumque moveri? **640** annon quibusdam interdum hominibus mel amarum est, nempe morbo laborantibus, maleque affectis? At non propterea res sic se habent, ut, qui ita affecti sunt, arbitrantur. Quocirca ostende prius eos, qui de nobis ita sentiunt, sanos esse; ac tum nos admone, ut meliorem mentem induamus: aut condemna, si consilio tuo non pareamus, sed in eadem sententia perstemus. Non ita multis videor, at Deo ita; imo non videor, sed perspicuus atque manifestus sum ei, qui omnia, priusquam oriantur, novit[a]; qui corda nostra sigillatim fingit[b]; qui in omnia opera nostra, omnes motus et cogitationes, quibuscum res a nobis geruntur, intelligit;

[a] Dan. XIII, 42. [b] Psal. XXXII, 15.

(83) *Γυναικὸς ἀλλοτρίας*. Gregorius per *mulierem alienam* intelligit « Constantinopolitanam Ecclesiam; et per *propriam*, Sasima. »

(84) *Ἐχέτωσαν*, etc. « Potior sit Gabaonitarum conditio, quam nostra. » Hæreticos significat, qui licet opibus et gratia florerent, ne quidem digni erant, qui vel minimum sacerdotii munus obirent.

(85) *Ξυλοκόπους*. Sic LXX et permulti Regg. codd., « lignorum cæsores. » Leuvenklaius pro « lignatoribus » et « lixis » accipit. In ed., ξυλοφόρους.

(86) *Τὰ δυνατά*. Or. 1, κατὰ δύναμιν.

(87) *Πλείονα*. Duo Regg. et quinque Colb. addunt τά.

(88) *Ὀρέγομεν*. Duo Regg., ὠρέξαμεν. Or. 1, ὀρέγομεν.

(89) *Ἐραστάς*. « Amatores, cupidos. » Leuvenklaius vertit, « eversores. » Forte legit, ἐδαφιστάς, ut scripsit Billius ad marg. ed. Bas., quamvis in interpretatione non sit secutus.

(90) *Δοκεῖ*. Reg. bm aliique plures, δοκεῖς. « At enim, dicat aliquis, plerisque non videris. »

(91) *Πλεῖον*. Legendum videtur, πλείων. Sic scriptum reperimus in uno e Regiis codicibus.

(92) *Κακῶς*. Savil. et Comb., πικρῶς.

(93) *Παραίνεσον*. Tres codd., παραίνει.

(94) *Τὰ πάντα*. Sic tres codd. Deest τά in ed.

(95) *Πλάσαντι*. Bas., πλάσαντι. Sic in psal. XXXII, 15 : Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. « Qui finxit sigillatim corda eorum. »

Digitized by Google

quem nihil eorum, quæ sunt, latet, aut latere potest; qui aliter res nostras intuetur, atque mortales solent. *Homo* enim *videt in faciem : Deus autem intuetur cor* [6]. Audisti Scripturam hæc dicentem : ac fidem adhibe. Cujus judicium cordatis hominibus pluris faciendum, magisque curandum est, quam omnium aliorum in unum coactorum. An tu, duos quidem homines, quorum alter acutior et sagacior, alter imperitior et hebetior esset, de eodem negotio in consilium adhibens, haud recta mente præditus esse videreris, si, relicto prudentis consilio, judicium imperiti sequereris? Neque enim Roboam ex eo laudem est consecutus, quod, pro nihilo habita senum sententia, juvenum consiliis paruit [7]. Cum autem Deus et homines inter se expendantur, judicia hominum potiora duces, quam Dei? Nequaquam certe id facies, si me audias, recteque sentias.

A Θεὸς (96) εἰς καρδίαν. Ἤκουσας τῆς Γραφῆς λεγούσης, καὶ πίστευε. Οὗ φροντιστέον μᾶλλον, ἢ πάντων ὁμοῦ τῶν ἄλλων, τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν. Ἢ δύο μὲν ἀνθρώποις περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος συμβούλοις χρώμενος, συνετωτέρῳ τε καὶ ἀμαθεστέρῳ, οὐκ ἂν εὖ φρονεῖν ἔδοξας, εἰ τὸν συνετώτερον παρεὶς, τῷ ἀμαθεστέρῳ κατηκολούθησας; οὐδὲ γὰρ ὁ Ῥοβοὰμ ἐπῃνέθη, ὅτι τὴν βουλὴν τῶν πρεσβυτέρων ἀτιμάσας, τὴν τῶν νεωτέρων ἔστησε. Θεοῦ δὲ καὶ ἀνθρώπων ἐξεταζομένων, προτιμήσεις τὰ τῶν ἀνθρώπων; Οὐ σύ γε, ἂν ἐμοὶ πείθῃ, καὶ φρονῇς ἄμεινον.

VIII. At, inquis, tuarum contumeliarum nos pudet. Me vero vestri, quos ob eam rem pudescat. Nam si hæc juste patimur, nobis potius ipsis, quam vobis nostra causa, erubescendum est; non quia contemnimur, sed quia contemptu et ignominia dignos nos præbemus : si autem inique, crimen eorum est, qui contumeliam inferunt; ac proinde illorum potius, quam nostri causa indignari et stomachari debetis, quoniam ii sunt, quibuscum male agitur. Quod si me, cum malus essem, optimum virum existimares, quid mihi faciendum esset? Improbiorne ut essem, quo magis tibi placerem? Haudquaquam sane id mihi consilii dedissem. Eodem modo nec si me, recte et cum virtute incedentem, offendere ac labi putes, a **641** recta vivendi ratione propter te desistam. Nec enim tibi magis, quam mihi ipsi vivo : atque in omnibus rebus consiliarii loco, rationem Deique justificationes habeo, a quibus plerumque, etiam nullo accusante, convincor; et rursum, condemnantibus multis, absolvor. Atque hoc unum tribunal nemo effugere potest, internum nempe atque in nobis situm, idque solum ob oculos propositum habentes, rectum vitæ iter tenere debemus. Quod autem ad hominum de nobis existimationem attinet, ita animo comparati sumus, ut, siquidem ea contingat, non illibenter accepturi simus, ut humani etiam aliquid dicam; sin autem in contrarium cadat, valere jubebimus, nec quidquam de rei veritate propter hominum opinionem detrahemus.

B Η'. Ἀλλ' αἰσχυνόμεθά σου, φησὶ, ταῖς ὕβρεσιν. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν, ὅτι αἰσχύνεσθε. Εἰ μὲν γὰρ ὀρθῶς ταῦτα πάσχομεν, αἰσχυντέον ἡμῖν μᾶλλον, ἢ ὑμῖν ἐφ' ἡμῖν· οὐχ ὅτι (97) ἀτιμαζόμεθα μᾶλλον, ἢ ὅτι ἐσμὲν ἀτιμίας ἄξιοι· εἰ δὲ ἀδίκως, τῶν ὑβριζόντων τὸ ἔγκλημα, καὶ ὑπὲρ ἐκείνων μᾶλλον, ἢ ὑπὲρ ἡμῶν ἀγανακτητέον· ἐκεῖνοι γὰρ οἱ κακῶς πάσχοντες. Εἰ δέ με ὄντα κακὸν, ἄριστον ὑπελάμβανες, τί με ποιεῖν ἐχρῆν; Εἶναι μᾶλλον κακὸν, ἵνα πλέον ἀρέσκω σοί; Οὐκ ἂν τοῦτο ἐμαυτῷ συνεβούλευσα. Οὕτως οὐδὲ, εἰ κατορθοῦντά με πταίειν ὑπολαμβάνεις (98), τοῦ κατορθοῦν διὰ σὲ μεταθήσομαι (99). Ζῶ γὰρ, οὐ σοὶ μᾶλλον ἢ ἐμαυτῷ· καὶ σύμβουλον ἔχω περὶ πάντων τὸν λόγον, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα, ὑφ' ὧν ἁλίσκομαι μὲν πολλάκις, οὐδενὸς κατηγοροῦντος· C ἀφίεμαι δὲ, πολλῶν κατακρινόντων. Καὶ τοῦτο μόνον οὐκ ἔστι διαφυγεῖν, τὸ ἔνδον καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς δικαστήριον, πρὸς ὃ βλέποντας μόνον, τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἰτέον. Τὸ δοκεῖν δὲ, ἂν μὲν ὑπάρχῃ (1), δεξόμεθα, ἵν' εἴπω τι καὶ ἀνθρώπινον· ἂν δὲ ἀντιπίπτῃ, χαίρειν ἐάσομεν (2), καὶ οὐδὲν τοῦ εἶναι διὰ τὸ δοκεῖν ἀφαιρήσομεν.

IX. Sic enim comparatum est : qui honestum alicujus causa studiose sectatur, is profecto neutiquam firmas in virtute radices egit. Simul enim atque res ea effluxerit, recti quoque studium deponet; quemadmodum qui quæstus causa navigat, nisi lucrum præsto sit, navigare desistet. At qui bonum ipsum propter se colit et amplectitur, quoniam rem fixam et stabilem amat, certam quoque et constantem erga illud animi alacritatem habet; adeo ut divinum aliquid sentiens, his quoque Dei verbis uti possit : *Ego idem sum, et non mutor* [8]. Quamobrem nec ab animo suo migrabit, nec immutabitur atque a se desciscet, nec cum temporibus

D Θ'. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· ὁ μέν τινος ἕνεκεν τὸ καλὸν ἐπιτηδεύων, οὐ βέβαιος εἰς ἀρετήν. Ὁμοῦ τε γὰρ παρῆλθεν ἐκεῖνο, καὶ τοῦ καλοῦ στήσεται· ὥσπερ ὁ κέρδους ἕνεκεν πλέων, τοῦ πλεῖν, ἂν μὴ παρῇ τὸ κερδαίνειν. Ὁ δὲ αὐτὸ δι' ἑαυτὸ τιμῶν τε καὶ περιέπων, ἐπειδὴ τοῦ ἑστῶτος ἐρᾷ, ἑστῶσαν ἔχει καὶ τὴν περὶ αὐτὸ προθυμίαν· ὥστε θεῖόν τι πάσχων, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ δύνασθαι λέγειν· *Ἐγὼ δὲ, ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι.* Οὔκουν μεταποιηθήσεται, οὐδὲ μετατεθήσεται, οὐδὲ συμμεταπεσεῖται (3) τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν, ἄλλοτε ἄλλος γινόμενος, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὥσπερ τὰς τῶν πετρῶν οἱ πολύποδες, αἷς ἂν ὁμιλήσωσι· μενεῖ

[6] I Reg. xvi, 7. [7] III Reg. xii, 8 seqq. [8] Malach. iii, 6.

(96) *Ὁ δὲ Θεός.* Duo Regg. et Or. 1, Θεὸς δέ.

(97) *Οὐχ ὅτι.* Comb., οὐδ' ὅτι. « Non tam quia contemnimur, quam, » etc.

(98) *Ὑπολαμβάνεις.* Reg. bm, ὑπολαμβάνῃς.

(99) *Μεταθήσομαι.* Sic tres Regg., Or. 1 et Comb. In ed., μετασθήσομαι.

(1) *Ὑπάρχῃ.* Comb., ὑπάρξῃ.

(2) *Ἐάσομεν.* Reg. bm, ἐάσωμεν.

(3) *Συμμεταπεσεῖται.* Reg. bm, συμπεσεῖται.

Digitized by Google

δὲ ὁ αὐτὸς ἀεὶ, πάγιος ἐν οὐ πεπηγόσι, καὶ ἐν στρεφομένοις ἄστροφος· πέτρα τις, οἶμαι, πρὸς ἐμβολὰς ἀνέμων τε καὶ κυμάτων, οὔτε τινασσομένη, καὶ δαπανῶσα περὶ ἑαυτὴν τὰ προσπίπτοντα. Ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον· οὐδὲ γάρ μοι σχολὴ ταῖς γλώσσαις μάχεσθαι, καὶ ταῦτα (4) ἴσως πλείω τοῦ δέοντος.

A ac rebus collabetur, alias alios mores induens, ac novos subinde colores assumens, non secus ac polypi, petrarum, ad quas accesserint, colores referunt: verum idem semper suique similis permanebit, fixus in rebus minime fixis, immotus in incertis et fluctuantibus, non aliter, opinor, ac rupes, quæ ventorum fluctuumque impetu non modo non concutitur, sed etiam incursantes undas circa se frangit atque absumit. Verum de his hactenus: nec enim mihi vacat cum linguis pugnare; atque etiam fortasse plura diximus, quam conveniret.

Ι'. Ἤδη δέ μοι πρὸς ὑμᾶς ὁ λόγος, τὸ ἐμὸν ποίμνιον. Ὑμεῖς γένεσθέ (5) μοι, φησὶν ὁ Παῦλος, δόξα, καὶ χαρὰ, καὶ καυχήσεως στέφανος· ὑμεῖς ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν· ἵν', ὥσπερ B τοῖς τεκτονικοῖς (6) ἢ γραφικοῖς ἀπαιτουμένοις λόγον, ἐξαρκεῖ δεῖξαι τὸ τεκτονηθὲν ἢ γραφὲν ἁπηλλάχθαι πραγμάτων (ἔργον γὰρ λόγου, φησὶν, ἰσχυρότερον), οὕτως (7) καὶ αὐτὸς ὑμᾶς ἐπιδείξας, ὑπερέξω (8) τὰς λοιδορίας. Ὑπερέξω δὲ πῶς; Πρῶτον μὲν, ἐὰν τὴν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὁμολογίαν ἀκλινῆ (9) καὶ βεβαίαν φυλάττητε, μηδὲν προστιθέντες, μηδὲ ἀφαιροῦντες, μηδὲ σμικρύνοντες τῆς μιᾶς Θεότητος (τὸ γὰρ ἐλαττωθὲν, τοῦ παντός ἐστιν ἐλάττωσις)· τοὺς δὲ ἄλλο τι φρονοῦντας, ἢ λέγοντας, ἢ φύσεων μέτροις τὸ ἓν διαλύοντας, ἢ διατειχίζοντας, ὡς λύμην τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἀληθείας ἰὸν, ἀποπέμποισθε, μὴ μισοῦντες, ἀλλ' ἐλεοῦντες τοῦ πτώματος. Δεύτερον δὲ, εἰ τὴν πολιτείαν ἀκόλουθον τῷ ὀρθῷ λόγῳ παρέχοιτε, ἵν' ἦτε περι- C ὀξιοι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ μὴ τῷ ἑτέρῳ λείποντες.

X. Jam ad vos, o mi grex, se convertit oratio. *Vos estote*, quemadmodum ait Paulus, *gloria mea, et gaudium, et gloriæ corona*[9]: vos estote defensio mea apud eos qui me judicant: ut, quemadmodum iis, qui fabricandi aut pingendi artem profitentur, cum artis rationem exposcuntur, fabrile aut pictorium opus ostendere sufficit, ut negotio omni ac molestia liberentur (opus enim, inquit ille[10], sermone fortius est), sic ipse quoque, vobis 643 in medium productis, obtrectatorum meorum maledicta superem. Quomodo autem ea superabo? Primum, si Patris, et Filii, et Spiritus sancti confessionem firmam et constantem retineatis, nihil uni Deitati addentes, nec detrahentes, nec imminuentes (nam si quid imminutum fuerit, totum quoque simul imminuetur); eos autem, qui aliud quiddam sentiunt, aut profitentur, aut per diversos naturarum gradus diversasque mensuras unitatem evertunt aut dirimunt, tanquam Ecclesiæ labem et perniciem, ac veritatis virus ablegetis, non eos invisos habentes, sed eorum potius casum miserantes. Deinde, si vitam recte doctrinæ consentaneam præstetis, ut æqua utriusque virtutis laude floreatis, ac non altera parte deficiatis.

ΙΑ'. Οἱ βασιλεῖς, αἰδεῖσθε τὴν ἀλουργίδα· νομοθετήσει γὰρ καὶ νομοθέταις ὁ λόγος. Γινώσκετε ὅσον τὸ πιστευθὲν ὑμῖν, καὶ τί τὸ μέγα περὶ ὑμᾶς μυστήριον. Κόσμος ὅλος ὑπὸ χεῖρα τὴν ὑμετέραν, διαδήματι μικρῷ καὶ βραχεῖ ῥακίῳ κρατούμενος. Τὰ μὲν ἄνω, μόνου Θεοῦ· τὰ κάτω δὲ, καὶ ὑμῶν. Θεοὶ γένεσθε (10) τοῖς ὑφ' ὑμᾶς, ἵν' εἴπω τι καὶ τολμηρότερον. *Καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ*, καὶ εἴρηται, καὶ πιστεύεται. Ἐνταῦθα ἔστω τὸ κράτος ὑμῖν, ἀλλὰ μὴ τῷ χρυσῷ καὶ ταῖς φάλαγξιν. Οἱ περὶ τὰ βασίλεια καὶ τοὺς θρόνους, μὴ σφόδρα ταῖς ἐξουσίαις ἐπαίρεσθε, μηδὲ ἀθάνατα διανοεῖσθε περὶ τῶν οὐκ D ἀθανάτων. Πιστοὶ μένετε τοῖς βασιλεῦσι, Θεῷ δὲ πρότερον, δι' ὃν καὶ τούτοις οἷς ἐπιστεύθητε, καὶ οἷς παραδέδοσθε. Οἱ τὸ γένος κομπάζοντες, τὸν τρόπον ἐξευγενίσατε· ἢ φθέγξομαί τι τῶν ἀηδῶν μὲν, εὐγενῶν δέ. Τότε γὰρ ἀληθὲς (11) εὐγενέστατον ἦν ἄν τι τὸ ὑμέτερον, εἰ μὴ καὶ δέλτοι τοὺς δυσγενεῖς ὑμῖν ἐνέγραφον (12).

XI. Imperatores, purpuram vereamini; nam sermo noster legislatoribus quoque leges statuet. Cognoscite quantum id sit, quod vestræ fidei commissum est, quantumque circa vos mysterium. Orbis universus sub manu vestra est, diademate parvo, atque exiguo panno coercitus. Supera quidem, solius Dei sunt; infera autem, vestra etiam sunt. Subditis vestris deos vos præbete, ut audacius aliquid dicam. *Cor regis in manu Dei est*, ut ex Scriptura audimus[11], ac credimus. Hic imperium vestrum sit, non autem in auro et in exercitibus. Aulici, proceres ac sublimibus thronis et dignitatibus insignes, ne ob potentiam magnopere animos efferatis, nec de mortalibus rebus tanquam immortalibus cogitetis. Fidem imperatoribus servate, sed prius Deo, propter quem his etiam quibus commissi et traditi estis. Qui generis splendorem jactatis, date operam ut mores quoque nobilitetis: aut aliquid dicam, injucundum quidem et molestum, at nobile tamen et generosum. Nam tum vere nobilissimus esset ordo vester, si ignobiles tabellis vestris non ascriberentur.

[9] I Thess. II, 19, 20. [10] Tit. III, 14. [11] Prov. XXI. 1.

(4) *Ταῦτα*. Reg. bm, ταύταις.
(5) *Γένεσθε*. Reg. bm, γενέσθαι.
(6) *Τοῖς τεκτονικοῖς*. Regg. a, b, tres Colb., Coisl. 1, etc., τοῖς τεκτονικῆς ἢ γραφικῆς.
(7) *Οὕτως*. Or. 1, οὕτω.
(8) *Ὑπερέξω*. Reg. bm, quatuor Colb. et Or. 1, ὑπέρσχω. Bas., ὑπερέχω.
(9) *Ἀκλινῆ καὶ*. In nonnullis, ἀκλινῆ τε *καὶ*.
(10) *Γένεσθε*. Or. 1, γίνεσθε.
(11) *Ἀληθὲς*. Forte, ἀληθῶς. EDIT.
(12) *Ἐνέγραφον*. Sic Reg. bm, Coisl. 1 et Comb. Sic etiam legit Billius. In ed., ἔγραφον.

Digitized by Google

XII. Sapientes, et philosophi, et barba ac pallio venerandi, vosque sophistæ et grammatistæ, publicique plausus captatores, haud scio quonam pacto sapientes appellari possitis, primario sermone ac doctrina carentes. Qui opibus studetis, audite Prophetam dicentem : *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere* [12] : scitote vos re incerta et fragili niti et confidere. Navem paululum exonera, ut levius naviges. Hosti fortasse aliquid eripueris, ad quem facultates tuæ devolventur. Qui deliciis indulgetis, aliquid **643** genio et ventri subtrahite, ac spiritui date. In propinquo est pauper : morbo succurre : aliquid eorum, quæ tibi redundant, in hunc eructa et evome. Cur uterque vestrum premitur, tu cruditate, ille fame? tu crapula, ille aqua intercute? Tu saturitatem saturitate gravans, ille morbo vacillans? Ne Lazarum tuum hic asperneris [13], ut ne te ipse in futuro ævo diviti illi similem reddat. Vos magnæ urbis cives, qui primi statim post primam estis, aut ne id quidem ei conceditis, ostendite vos mihi primos esse, non improbitate, sed virtute; non morum dissolutione ac mollitie, sed optimis legibus. Turpe enim fuerit, si hæc urbs ita urbibus aliis præstet, ut tamen voluptatibus cedat; aut cætera quidem gravis et moderata sit, verum circa ludos circenses, et spectacula, et cursus ac venationes adeo insaniat, ut hæc pro vita et serio quodam instituto habeat, atque urbs, inter urbes principatum tenens, ludentium urbs sit, quam aliis quoque virtutum omnium exempla præbere multo æquius erat, et congruentius. Utinam hæc abjiciatis, utinam Dei civitas sitis, atque in manibus Domini depingamini, ac tandem nobiscum magno urbium Conditori splendidi splendide astetis! Hunc vobis lætum nuntium affero, in ipso Christo Domino nostro : cui gloria, honor et imperium in sæcula. Amen.

ΙΒ'. Οἱ σοφοὶ, καὶ φιλόσοφοι, καὶ σεμνοὶ τὴν ὑπήνην καὶ τὸ τριβώνιον, οἱ σοφισταὶ, καὶ γραμματισταὶ, καὶ τῶν δημοσίων θηρευταὶ κρότων, οὐκ οἶδα πῶς ἂν σοφοὶ κληθείητε (13), τὸν πρῶτον λόγον (14) οὐκ ἔχοντες. Οἱ περὶ τὸν πλοῦτον, ἀκούσατε τοῦ λέγοντος· *Πλούτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίᾳ·* ἵστε θαῤῥοῦντες ἀβεβαίῳ πράγματι. Ἀποφόρτισαί τι τῆς νηὸς, ἵνα πλέῃς κουφότερος. Ἐχθροῦ τι τυχὸν ὑφαιρήσεις, εἰς ὃν τὰ σὰ περιστήσεται. Οἱ περὶ τὴν τρυφὴν (15), ὑφέλετέ τι τῆς γαστρὸς (16), δότε τῷ πνεύματι. Ἐγγὺς ὁ πένης· τῇ νόσῳ βοήθησον· εἰς τοῦτον ἀπέρευξαί τι τῶν περιττῶν. Τί καὶ σὺ κάμνεις ἀπεπτῶν, καὶ οὗτος πεινῶν; καὶ σὺ κραιπαλῶν, καὶ οὗτος ὑδεριῶν; καὶ σὺ κόρῳ κόρον (17) βαρύνων, καὶ οὗτος περιτρεπόμενος νόσῳ; Μὴ παρίδῃς τὸν σὸν Λάζαρον ἐνταῦθα, μή σε ποιήσῃ τὸν ἐκεῖθεν πλούσιον. Ὑμεῖς ἡ μεγάλη πόλις (18), οἱ πρῶτοι μετὰ τὴν πρώτην εὐθέως, ἢ μηδὲ (19) τοῦτο παραχωροῦντες, φάνητέ μοι πρῶτοι, μὴ τὴν κακίαν, ἀλλὰ τὴν ἀρετήν· μὴ τὴν ἔκλυσιν, ἀλλὰ τὴν εὐνομίαν. Ὡς ἔστιν αἰσχρὸν, τῶν μὲν πόλεων κρατεῖν, τῶν δὲ ἡδονῶν ἡττᾶσθαι· ἢ τὰ μὲν ἄλλα σωφρονεῖν, περὶ δὲ τοὺς ἱππικοὺς, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ στάδια, καὶ τὰ κυνηγέσια τοσοῦτον μεμηνέναι, ὥστε ταῦτα ποιεῖσθαι βίον, καὶ πόλιν εἶναι παιζόντων τὴν πρώτην ἐν πόλεσιν, ἣν καὶ ταῖς ἄλλαις τύπον εἶναι καλοῦ παντὸς πρεπωδέστερον. Ταῦτα διαπτύοιτε (20), Θεοῦ πόλις εἶητε. Ἐπὶ τῶν χειρῶν τοῦ Κυρίου ζωγραφηθείητε, καὶ παραστήσαισθε (21) σὺν ἡμῖν τῷ μεγάλῳ πολιστῇ λαμπροὶ λαμπρῶς ὕστερον. Τοῦτο ὑμᾶς εὐαγγελίζομαι ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[12] Psal. LXI, 11. [13] Luc. XVI, 20 seqq.

(13) *Κληθείητε*. Sic codd. Mendose in Par. ed., κληθείη τε.

(14) *Τὸν πρῶτον λόγον*. « Primarium sermonem, » id est, « veræ fidei doctrinam. »

(15) *Τρυφήν*. Sic duo Regg., quinque Colb., Coisl. 1, Comb., etc. In ed., τροφήν, « alimentis. »

(16) *Γαστρός*. Duo Regg. et Coisl. 1, σαρκός, « carnis. »

(17) *Κόρῳ κόρον*. Sic tres Regg., Coisl. 1 et Or. 1. Deest κόρον in ed.

(18) *Μεγάλη πόλις*. Schol. : Μεγάλη καὶ πρώτη ἡ Κωνσταντινούπολις, μετὰ τὴν πρώτην εὐθὺς, ἤτοι τὴν Ῥώμην, ἢ διὰ τὸ εἰς αὐτὴν μεταθεῖναι τὰ βασίλεια, οὐδὲ τῇ Ῥώμῃ τῶν πρωτείων παρεχώρει· μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ὡς προσηκόντων ἀντεποιεῖτο· « Magna primaque Constantinopolis, post primam statim, id est, Romam, quæ, propterea quod in eam imperii sedes translata erat, ne Romæ quidem primas concedebat; imo eas sibi quasi sui juris vindicabat. »

(19) *Ἢ μηδέ*. Coisl. 1, οἱ μηδέ.

(20) *Ταῦτα διαπτύοιτε*. Coisl. 1, Ταῦτα διατύποιτε. Comb. et Leuv., Ἂν ταῦτα διαπτύοιτε. In aliis, Ἂν ταῦτα διαπράττοιτε.

(21) *Παραστήσαισθε*. Duo Colb., παραστήσεσθε. In nonnullis, παραστήσεσθαι.

644 MONITUM IN ORATIONEM XXXVII.

I. Hæc est unica Gregorii in evangelicum textum oratio seu homilia. Conjectarunt eruditi, nullatenus verisimile esse, Theologum ex tam multis ad populum familiariter edocendum concionibus, hanc unam litteris mandasse Imo Tillemontius existimat, nullum esse dubium, quin plures hujus generis orationes a Gregorio prolatæ fuerint. Ista etiam, de qua agimus, ipsi videtur esse velut quædam series seu continuatio cujusdam

Digitized by Google

amplioris in Matthæi Evangelium expositionis. Dolendum prorsus, quod tam pretiosa pietatis ac doctrinæ Theologi nostri monumenta exciderint; vel potius, quam maxime exoptandum, ut amissi, aut pulvere delitescentes tam excellentis ingenii fetus, ad Ecclesiæ gloriam et ædificationem recuperentur, ac in lucem prodeant. In hac igitur oratione aggreditur Gregorius interpretari quæque in evangelico textu juxta Matthæum, a versu primo capitis decimi noni, usque ad duodecimum inclusive continentur. Primum Evangelii verba refert, moxque singula pertractans, ea mirum in modum ac erudite amplificat. Diutius autem immoratur in his Pharisæorum verbis : « Si licet homini quacunque ex causa dimittere uxorem suam [14]. » Ostendit quam iniqua sit Cæsarum lex, quæ mulierem adulterii piaculo constringit, dum vir, qui fidem uxori datam per adulterium violaverit, nulli supplicio obnoxius est. « Hanc legem, inquit [n. 6], haudquaquam probo, hanc consuetudinem minime laudo. Viri erant, qui hanc legem sanxerunt, ac propterea adversus mulieres lata est. » Et ad virum paulo post orationem convertens, addit [n. 7] : « Qua igitur fronte pudicitiam exigis, quam ipse vicissim non præstas? Quomodo corpori, pari honore prædito, imparem legem statuis? » Hinc divinam legem humanis legibus præstantiorem exhibet, et virum ac mulierem ad æqualem conditionem revocat. Alia bene multa edocet, ex quibus conjugati plurimum fructum percipere possunt. Tum ad istud a Christo dictum : « Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est [15], » transit; quo quidem fuse ac dilucide pertractato, Trinitatis doctrinam breviter exponit, et omnibus salutaria monita tradit.

II. Visum est Tillemontio (22), nec immerito quidem, hanc orationem Constantinopoli, post redditas Catholicis ecclesias, coram præfectis et ingenti hominum frequentia habitam fuisse. Ad id probandum, citat hæc Gregorii verba, qui de Christi divinitate locutus, sic addit [n. 4] : « Rursus linguas incito ac provoco : rursus adversus Christum quidam insaniunt, vel adversum me potius, qui dignus habitus sum, ut Verbi præco fierem. Ut Joannes efficior, vox clamantis in deserto, deserto quidem prius loco, nunc autem valde habitabili et frequenti. » Verum, nisi nostra nos fallit opinio, adjicere potuisset vir doctus, Theodosium **645** huic orationi interfuisse. Id enim colligi potest ex his Theologi verbis [n. 23] : « Hæc præscribo iis quibus imperium creditum est; » quæ tam imperatorem quam præfectos designare videntur. Sed ad rem nostram plurimum valent sequentia verba : « Non tantas vires sermo meus habiturus est pro sancta Trinitate bellum gerens, quantas edictum tuum, si perversis dogmatibus imbutos compresseris, si persecutione oppressis auxilium tuleris, si, » etc., quibus, utpote singulari numero prolatis, præsentem imperatorem significari conjicimus. Cum enim, ob quædam monita imperatoribus et præfectis sub finem tricesimæ sextæ orationis data, Tillemontio videatur (23) orationem illam, coram præfectis, imo et ipso imperatore præsente, habitam esse, quamvis ad plebem Constantinopolitanam plerumque dirigatur, quanto magis id de hac oratione ex verbis citatis conjiciendum est. Præterea, constat ex dictis, ante habitam esse orationem, quam edictum de restituendis ecclesiis, fuerit ab imperatore propositum. Demophilus siquidem, Arianorum antistes, cum Nicænam fidem ratam habere noluisset, ecclesiis excedere coactus est, sexto Kalendas Decembris 380, ut ait Socrates (24). Edictum vero nonnisi decimo Januarii 381 sancitum tradit Theodosianus Codex (25). Verisimile igitur videri potest, Gregorium hac oratione ansam præbuisse, ut tale edictum adversus hæreticos promulgaretur. Unde probabilius arbitramur, hanc orationem Constantinopoli, præsente imperatore, ac labente anno 380 pronuntiatam fuisse.

[14] Matth. XIX, 3. [15] ibid. 11.

(22) T. IX, art. 67, p. 463 et 464.
(23) T. IX, art. 65, p. 461.
(24) *Hist.* lib. V, cap. 7.
(25) T. VI, lex VI, p. 117.

ΛΟΓΟΣ ΛΖ'.

ORATIO XXXVII[a].

Εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου· « Ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Α'. Ὁ τοὺς ἁλιεῖς προελόμενος Ἰησοῦς, καὶ αὐτὸς σαγηνεύει, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβει. Τίνος ἕνεκεν; Οὐ μόνον ἵνα κερδάνῃ πλείονας τῶν φιλοθέων διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως (26), ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ, ἵνα (27) καὶ τόπους ἀγιάσῃ πλείονας. Γίνεται τοῖς

In dictum Evangelii : « Cum consummasset Jesus hos sermones [14], » etc.

I. Jesus, qui prius piscatores elegerat, ipse quoque piscatur, ac loca subinde commutat : idque non ea tantum causa, ut majorem piorum hominum multitudinem, suam ipsis præsentiam exhibendo, lucretur : sed etiam, quemadmodum mihi videtur, ut

[14] Matth. XIX, 1 sqq.

[a] Alias XXXI. Quæ autem 37 erat, nunc 31. — Habita Constantinopoli labente anno 380.

(26) *Διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως.* Duo Coll., τῇ ἐπιφοιτήσει.

(27) *Ἔμοιγε δοκεῖ, ἵνα.* Sic unus Regius codex. Quæ lectio nobis plenior et planior videtur. In ed. legitur tantum, ἐμοὶ δοκεῖ.

Digitized by Google

plura loca sanctificet. Fit Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrifaciat : his, qui sub lege sunt, tanquam legi subjectus, ut eos, qui sub lege sunt, redimat : infirmis, tanquam infirmus, ut infirmis salutem afferat. Omnia omnibus efficitur, ut omnes lucrifaciat [17]. Quid dico, *omnibus omnia?* Imo vero, quod Paulus de seipso dicere non sustinuit, hoc Salvatori contigisse reperio. Non enim Judæus tantum efficitur, nec quidquid absurdorum et improborum nominum est, in se recepit : sed, quod his **646** omnibus absurdius est, ipsummet etiam peccatum, et ipsamet maledictio ; non quod peccatum sit, sed quod ita nominetur. Quo enim modo peccatum esse queat, qui nos etiam a peccati servitute in libertatem asserit [18]? Quomodo maledictio, qui a legis maledicto nos redimit [19]? Nimirum ut, tanto humilitatis edito argumento, nos ad animi submissionem, quæ sublimitatem parit, instituat. Fit igitur, quemadmodum dixi, piscator, ad omnes se demittit, everriculo utitur, omnia perfert, ut piscem e profundo extrahat, atque in altum efferat, hominem scilicet in instabilibus et salsis hujus vitæ fluctibus natantem.

A Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδάνῃ· τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον (28), ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ· τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς σώσῃ. Γίνεται πάντα πᾶσιν, ἵνα τοὺς πάντας κερδάνῃ. Τί δὲ λέγω, *τοῖς πᾶσι πάντα;* Ὃ μηδὲ Παῦλος (29) περὶ ἑαυτοῦ (30) ἠνέσχετο εἰπεῖν, τοῦτο εὑρίσκω (31) τὸν Σωτῆρα πάσχοντα. Οὐ γὰρ Ἰουδαῖος γίνεται μόνον, οὐδ' ὅσα τῶν ἀτόπων καὶ μοχθηρῶν ὀνομάτων εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται, ἀλλὰ καὶ ὃ τούτων πάντων ἀτοπώτερον, καὶ αὐτοαμαρτία καὶ αὐτοκατάρα· οὐκ ἔστι μὲν (32), ἀκούει δέ. Πῶς γὰρ ἁμαρτία, ὁ καὶ ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας ἐλευθερῶν ; πῶς δὲ κατάρα, ὁ ἐξαγοράζων (33) ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου ; Ἀλλ' ἵνα καὶ μέχρι τούτων τὸ ταπεινὸν ἐπιδείξηται, τυπῶν ἡμᾶς εἰς B ταπείνωσιν τὴν ὕψους πρόξενον. Ὅπερ οὖν εἶπον, ἁλιεὺς γίνεται, πᾶσι συγκαταβαίνει, σαγηνεύει, πάντα στέγει, ἵν' (34) ἐκ βάθους τὸν ἰχθὺν ἀνενέγκῃ, τὸν νηχόμενον ἐν τοῖς ἀστάτοις καὶ ἁλμυροῖς τοῦ βίου κύμασιν ἄνθρωπον.

II. Quocirca nunc quoque, *postquam consummavit hos sermones, migravit a Galilæa, et venit ad fines Judææ trans Jordanem.* In Galilæam se confert, ut populus, qui sedebat in tenebris, lucem magnam videat [20]. In Judæam migrat, quo illud nobis persuadeat, ut a littera exsurgamus, ac spiritum sequamur. Nunc in monte docet [21], nunc in planis locis disserit [22], nunc in naviculam transit [23], nunc tempestatem increpat [24]. Quin hac quoque fortasse ratione somnum capit [25], ut somnum benedicat : fortasse etiam fatigatur [26], ut fatigationem sanctificet : fortasse etiam lacrymas fundit, ut lacrymas laudabiles reddat. Ex locis in loca transit, qui nullo loci spatio continetur, ille, inquam, temporis, et corporis, et circumscriptionis expers. Idem, et erat et fit : et supra tempus erat, et sub tempus venit ; et invisibilis erat, et videtur. *In principio erat, et apud Deum erat, et Deus erat* [27]. Tertio reperitur hoc verbum, *erat*, ut numero ipso confirmetur. Id quod erat, exinanivit : id, quod non erat,

Β'. Διὰ τοῦτο (35) καὶ νῦν, *ὅτε ἐτέλεσε* (36) *τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν* (37) *ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου.* Γαλιλαίας ἐπιδημεῖ καλῶς, ἵνα ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν σκότει, ἴδῃ φῶς μέγα (38). Εἰς τὴν Ἰουδαίαν μεθίσταται, ἵνα πείσῃ τοῦ γράμματος ἐξαναστάντας, ἀκολουθῆσαι τῷ πνεύματι. Νῦν μὲν ἐπ' ὄρους διδάσκει, νῦν δὲ ἐν πεδίοις διαλέγεται, νῦν δὲ εἰς πλοῖον μεταβαίνει, νῦν δὲ ἐπιτιμᾷ ζάλαις. Τάχα καὶ ὕπνον δέχεται, ἵνα καὶ ὕπνον εὐλογήσῃ· τάχα καὶ κοπιᾷ, ἵνα καὶ τὸν τόπον ἁγιάσῃ· τάχα καὶ δακρύει, ἵνα τὸ δάκρυον ἐπαινετὸν ἀπεργάσηται. Μεταβαίνει τόπον ἐκ τόπου (39) ὁ μηδενὶ τόπῳ χωρούμενος, ὁ ἄχρονος, ὁ ἀσώματος, ὁ ἀπερίληπτος. Ὁ αὐτὸς, καὶ ἦν, καὶ γίνεται· καὶ ὑπὲρ χρόνον ἦν, καὶ ὑπὸ χρόνον ἔρχεται· καὶ ἀόρατος ἦν, καὶ ὁρᾶται. *Ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν, καὶ Θεὸς ἦν.* Τρίτον τὸ, ἦν, τῷ ἀριθμῷ βεβαιούμενον. Ὃ ἦν ἐκένωσε (40), καὶ ὃ μὴ ἦν προσέλαβεν· οὐ δύο γενόμενος (41), ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἀνασχό-

[17] I Cor. IX, 20-22. [18] Rom. VI, 18. 22. [19] Galat. III, 13. [20] Isa. IX, 2. [21] Matth. V, 1. [22] Luc. VI, 17. [23] Marc. IV, 38. [24] ibid. [25] Joan. IV, 6. [26] Joan. XI, 33. [27] Joan. I, 1.

(28) *Ὡς ὑπὸ νόμον.* Sic duo Regg. et Coisl. 3. Hæc desunt in ed.

(29) *Ὃ μηδὲ Παῦλος.* Coisl. 1, ὅπερ καὶ Παῦλος.

(30) *Ἑαυτοῦ.* Sic Reg. bm, Or. 1 et Comb. In ed., αὐτοῦ.

(31) *Τοῦτο εὑρίσκω.* Coisl. 1, τούτου γὰρ πλέον εὑρίσκω, « plenius adhuc reperio. »

(32) *Οὐκ ἔστι μέν*, etc. Bill. : « tametsi falso, nominatur. » Probare non possumus hanc viri docti interpretationem. Christus quidem nec peccatum fecit, nec facere potuit ; sed Deus illum pro nobis peccatum fecit. Metaphorice igitur peccatum fuit Christus, seu hostia pro peccato ; quod excludere videtur Billius.

(33) *Ὁ ἐξαγοράζων.* Sic Reg. bm. Deest ὁ in ed.

(34) *Σαγηνεύει, πάντα στέγει, ἵν'*, etc. Coisl. 1, σαγηνεύει πάντας, ἵνα.

(35) *Διὰ τοῦτο.* Duo Coisl., quatuor Colb., Or. 1, etc., διὰ τοῦτον.

(36) *Ὅτε ἐτέλεσε.* Sic plures Regg. et Colb., Or. 1, etc. Deest ὅτε in ed.

(37) *Μετῆρεν.* Reg. bm, μετῆλθεν.

(38) *Φῶς μέγα.* Duo Coisl. et duo Colb. addunt, τῆς ἐπιγνώσεώς, « magnam lucem notitiæ Dei ac fidei. »

(39) *Ἐκ τόπου.* Sic Coisl. 3 et Or. 1. In ed., ἐκ τόπων.

(40) *Ὃ ἦν ἐκένωσε.* « Quod erat exinanivit. » Hujusmodi locutionum explicationem vide in libello Leporii, *Concil.* tom. II, pag. 1681 et in celeberrima S. Leonis ad Flavianum epist., cap. 3.

(41) *Οὐ δύο γενόμενος*, etc. « Non duo factus, » quasi seorsim et duo filii. Vere etenim Christus, cum in ipso duæ sint naturæ, compositus est ; sed unus tantum ex utriusque naturæ compositione efficitur Christus.

Digitized by Google

μενος. Θεὸς γὰρ ἀμφότερα, τό τε προσλαβὸν, καὶ τὸ προσληφθέν· δύο φύσεις εἰς ἓν συνδραμοῦσαι, οὐχ υἱοὶ δύο· μὴ καταψευδέσθω ἡ σύγκρασις (42). Οὗτος ὁ τηλικοῦτος, ὁ τοσοῦτος· ἀλλὰ τί πέπονθα; Πάλιν ἐμπέπτωκα εἰς ἀνθρώπινα ῥήματα. Πῶς γὰρ τὸ ἁπλοῦν τοσοῦτον; πῶς δὲ τὸ ἄποσον τηλικοῦτον; Ἀλλὰ δότε συγγνώμην τῷ λόγῳ· ὀργάνῳ βραχεῖ περὶ τῶν μεγίστων φθέγγομαι. Καὶ τοῦτο οἶσει ὁ πολὺς, ὁ μακρόθυμος, ἡ ἀνείδεος φύσις καὶ ἀσώματος, τοὺς ὡς περὶ σώματος καὶ τῆς ἀληθείας λόγους ἀσθενεστέρους (43). Εἰ γὰρ σάρκα ἐδέξατο, καὶ τὸν τοιοῦτον φέρεται (44) λόγον.

A assumpsit : non duo factus, sed unum ex duplici natura fieri sustinens. Ambo enim Deus, nimirum, quod assumpsit, et quod assumptum est : duæ naturæ in unum concurrentes, non duo filii ne falsi nota prematur unitio. Hic qui tantus est, tamque magnus : sed quid ago? Rursus in humana verba prolapsus sum. Quo enim modo, quod simplex est, tantum esse potest? Quo item modo, quod quantitatem nescit, tantæ magnitudinis? Sed dictis nostris, quæso, ignoscite : organo exiguo de rebus maximis **647** loquor. Atque hoc ferat multus ille et longanimis, natura illa formæ et corporis expers, quod, velut de corpore loquens, infirmioribus verbis susceperit, utique et hujusmodi sermonem perferet.

Γ. *Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ* (45), *καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ*, ἔνθα πλείων ἡ ἐρημία. Εἰ ἐπὶ τῆς ἰδίας ἔμεινε περιωπῆς, εἰ μὴ συγκατέβη τῇ ἀσθενείᾳ, εἰ ὅπερ ἦν ἔμεινεν, ἀπρόσιτον ἑαυτὸν φυλάττων καὶ ἀπερίληπτον, ὀλίγοι ἂν ἠκολούθησαν τυχόν· οὐκ οἶδα δὲ, εἰ καὶ ὀλίγοι, τάχα μόνος Μωϋσῆς, καὶ οὗτος τοσοῦτον, ὥστε μόλις ἰδεῖν Θεοῦ τὰ ὀπίσθια. Τὴν μὲν γὰρ νεφέλην διέσχεν, ἔξω τοῦ σωματικοῦ βάρους γενόμενος, ἢ συσταλεὶς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων· Θεοῦ δὲ λεπτότητα, ἢ ἀσωματότητα, ἢ οὐκ οἶδα ὅπως (46) ἄν τις ὀνομάσειε, πῶς ἂν ἐθεάσατο σῶμά τε ὤν, καὶ αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς προσβάλλων; Ἀλλ' ἐπειδὴ κενοῦται δι' ἡμᾶς, ἐπειδὴ κατέρχεται (κένωσιν δὲ λέγω τὴν τῆς δόξης οἷον ὕφεσίν τε καὶ ἐλάττωσιν), διὰ τοῦτο χωρητὸς γίνεται.

B III. *Et secutæ sunt eum turbæ multæ, et curavit eos illic*, ubi vastior solitudo erat. Si in specula sua mansisset, si ad hominum infirmitatem minime se demisisset, si, quod erat, mansisset, inaccessibilem seipsum et incomprehensibilem custodiens, pauci fortasse secuti fuissent : atque haud scio an pauci, fortasse Moyses solus ; idque etiam hactenus, ut Dei posteriora ægre videret [28,29]. Etenim nubem quidem ille penetravit [30], extra corporis pondus positus, aut a sensibus collectus ac reductus ; Dei vero tenuitatem, aut a corpore vacuitatem, aut quocunque tandem alio nomine res ea appellanda sit, quo tandem modo perspicere potuisset, qui et corpus erat, et corporeis oculis cernebat? Verum, quoniam nostra causa exinanitur, quoniam descen-
C dit (exinanitionem autem voco, quasi gloriæ submissionem et imminutionem), idcirco perceptibilis et comprehensibilis efficitur.

Δ'. Δότε δέ (47) μοι συγγνώμην μεταξὺ, καὶ πάθος τι ἀνθρώπινον πάλιν πάσχοντι. Θυμοῦ πληροῦμαι καὶ λύπης ἐπὶ τῷ ἐμῷ Χριστῷ, συμπάσχοιτε δὲ (48) καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδω διὰ τοῦτο ἀτιμαζόμενόν μου τὸν Χριστὸν, δι' ὃ μάλιστα τιμᾶσθαι δίκαιος ἦν. Διὰ τοῦτο γὰρ ἄτιμος, εἰπέ μοι, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός; Διὰ τοῦτο κτίσμα, ὅτι τοῦ κτίσματος κήδεται; Διὰ τοῦτο ὑπὸ χρόνον, ὅτι τοὺς ὑπὸ χρόνον ἐπισκέπτεται; Πλὴν πάντα φέρει, πάντα δέχεται. Καὶ τί θαυμαστόν; Ῥαπίσματα ἤνεγκεν, ἐμπτυσμάτων ἠνέσχετο, χολῆς ἐγεύσατο διὰ τὴν ἐμὴν γεῦσιν. Φέρει καὶ νῦν λιθαζόμενος, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἐμπηρεαζόντων, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν τῶν εὐσεβεῖν δοκούντων. Τὸ γὰρ περὶ ἀσωμάτου διαλεγόμενον, σωματικοῖς κεχρῆσθαι ὀνόμασι, τυχὸν ἐπηρεαζόντων
D ἐστι καὶ λιθαζόντων (49)· ἀλλὰ συγγνώμη, πάλιν λέγω, τῇ ἀσθενείᾳ. Λιθάζομεν γὰρ οὐχ ἑκόντες, ἀλλὰ τὸ φθέγγεσθαι ἄλλως οὐκ ἔχοντες, ᾧ δὲ ἔχομεν χρώμενοι. Λόγος ἀκούεις, καὶ ὑπὲρ λόγον εἶ· ὑπὲρ

IV. Ac mihi velim ignoscatis, affectum quemdam humanum rursus sentienti. Ira et mœrore implecor propter meum Christum, (utinam ipsi quoque simul doleatis!) cum eum hac de causa contemni ac pro nihilo haberi conspicio, propter quam eum maxime honorari par erat. An idcirco, dic mihi, humilis et abjectus est, quia propter te humilis? An ideo creatura, quia de creatura sollicitus est? An ideo tempori subest, quia eos, qui tempori subsunt, invisit? Verumtamen omnia fert, omnia excipit. Et quid mirum? Alapas tulit [31], sputis aspergi sustinuit, propter gustum meum fel gustavit [32]. Nunc etiam se lapidibus incessi patitur [33], non modo ab obtrectantibus et vexantibus, sed a nobis etiam ipsis, qui fidei pietatem profitemur. Etenim de incorporeo disputantem, corporeis nominibus uti, vexantis fortasse fuerit, et lapidantis ; sed infirmitati nostræ, iterum dicam, venia concedatur. Lapidamus enim haud lubenter : sed quia aliter loqui

[28,29] Exod. xxxiii, 23. [30] Exod. xx, 21. [31] Marc. xiv, 65. [32] Joan. xix, 29. [33] Joan. x, 31.

(42) *Μὴ καταψευδέσθω ἡ σύγκρασις.* « Ne falsi nota prematur unitio. » Sic loqui maluere theologi, post natum Eutychetis errorem, quam συγκράσεως, id est, « commistionis, » voce uti, licet familiaris sit Gregorio.

(43) *Ἀσθενεστέρους.* Deest in Reg. b.

(44) *Φέρεται.* Comb., φερέτω.

(45) *Πολλοί.* Nonnulli addunt, φησί.

(46) *Οὐκ οἶδα ὅπως.* Sic tres Colb. In ed., οὐκ οἶδα πῶς.

(47) *Δέ.* Deest in Or. 1.

(48) *Δέ.* Deest in Reg. b.

(49) *Ἐπηρεαζόντων ἐστι καὶ λιθαζόντων.* Sic duo Colb. et Comb. In ed., ἐπηρεαζόντων, τυχὸν λιθαζόντων.

Digitized by Google

non possumus, quibus possumus verbis utimur. Verbum diceris, et verbo omni superior es; lucem superas, et lux nominaris; ignis vocaris, **648** non quod in sensum cadas, sed quia levem et improbam materiam expurgas : gladius, quia rectum a malo scindis : ventilabrum, quia aream repurgas, ac, quidquid leve et ventosum est, rejiciens, id omne, quod grave et plenum est, in superna horrea recondis ; securis, quia diuturna patientia et lenitate usus, infrugiferam ficum tandem exscindis, quia improbitatis radices amputas ; ostium, propter introductionem ; via, quia recto itinere gradimur ; ovis, quia victima ; pontifex, quia corpus offers, Filius, quia Patris. Rursus linguas incito ac provoco ; rursus adversus Christum quidam insaniunt, vel adversum me potius, qui, ut Verbi fierem præco, dignus habitus sum. Ut Joannes efficior : *Vox clamantis in deserto* [34], deserto quidem prius loco, et frequenti.

φῶς εἶ, καὶ φῶς ὀνομάζῃ· πῦρ ἀκούεις, οὐκ αἰσθητὸς ὤν, ἀλλ' ὅτι τὴν κούφην καὶ μοχθηρὰν ἀνακαθαίρεις ὕλην· μάχαιρα, ὅτι τέμνεις τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρείττονος· πτύον, ὅτι ἀνακαθαίρεις τὴν ἅλω, καὶ ὅσον κοῦφόν τε καὶ ἀνεμιαῖον ἀποπεμπόμενος, ὅσον βαρὺ καὶ πλῆρες (50) ἐπὶ τὰς ἀποθήκας τὰς ἄνω (51) ἐναποτίθεσαι (52)· ἀξίνη, ὅτι (53) τὴν ἄκαρπον ἐκκόπτεις συκῆν ἐπὶ πολὺ μακροθυμήσας, ὅτι τὰς ῥίζας ἐκτέμνεις τῆς πονηρίας· θύρα, διὰ τὴν εἰσαγωγήν· ὁδός, ὅτι εὐθυποροῦμεν· πρόβατον, ὅτι θῦμα· ἀρχιερεύς, ὅτι προσφέρεις τὸ σῶμα· Υἱός, ὅτι Πατρός. Πάλιν κινῶ τὰς γλώσσας· πάλιν κατὰ Χριστοῦ τινες μαίνονται, μᾶλλον δὲ, κατ' ἐμοῦ, ὃς ἠξιώθην τοῦ Λόγου γενέσθαι κῆρυξ. Ὡς Ἰωάννης γίνομαι· *Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ*, ἐρήμῳ ποτὲ καὶ ἀνύδρῳ, νῦν δὲ καὶ λίαν οἰκουμένῃ.

A

B

V. Cæterum, ut ad rem redeam, sermonemque meum repetam, ideo sequebantur eum turbæ multæ, quia ad infirmitatis nostræ captum se demittit. Quid postea? *Et accesserunt*, inquit, *ad eum Pharisæi, tentantes eum, et dicentes : Si licet homini quacunque ex causa dimittere uxorem suam?* Rursus Pharisæi tentant ; rursus, qui legem legunt, legem non intelligunt; rursus, qui se legis interpretes profitentur, magistris aliis opus habent. Parum erat Sadducæos de resurrectione tentasse, legisperitos de perfectione interrogasse, Herodianos de censu, alios de potestate. Adhuc de matrimonio quispiam eum, qui tentari non potest, qui matrimonium creavit, qui ex prima causa universum hoc hominum genus condidit, percunctatur. Ipse autem respondens, dixit eis : *Non legistis, quia is qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos?* Christus quasdam quæstiones solvere atque explicare solet, quasdam velut obstructo interrogantium ore comprimere. Cum ex eo quæritur : *In qua potestate hæc facis* [35]? Propter ingentem eorum qui interrogaverant, ineptiam, vicissim ipse quoque interrogat : *Baptismus Joannis de cælo erat, an ex hominibus* [36]? **649** Atque utrinque interrogatores suos premit ac constringit. Unde etiam nobis nonnunquam ad Christi imitationem eos, qui curiosa

Ε'. Πλὴν ὅπερ ἔλεγον, ἵνα πρὸς τὸν ἐμὸν ἀνδράμω λόγον, διὰ τοῦτο ἠκολούθουν (54) αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ὅτι ταῖς ἀσθενείαις συγκαταβαίνει ταῖς ἡμετέραις. Εἶτα τί; *Καὶ προσῆλθον αὐτῷ*, φησὶν, *οἱ Φαρισαῖοι, πειράζοντες αὐτὸν καὶ λέγοντες· Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ;* Πάλιν Φαρισαῖοι πειράζουσι· πάλιν οἱ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες, τὸν νόμον οὐ γινώσκουσι· πάλιν οἱ ἐξηγηταὶ (55) τοῦ νόμου τυγχάνοντες, ἄλλων διδασκάλων δέονται. Οὐκ ἤρκεσαν Σαδδουκαῖοι (56) πειράζοντες περὶ ἀναστάσεως, καὶ νομικοὶ πυνθανόμενοι περὶ τελειότητος, καὶ Ἡρῳδιανοὶ περὶ κήνσου, καὶ περὶ ἐξουσίας ἕτεροι. Ἀλλὰ καὶ περὶ γάμου τις πάλιν ἐρωτᾷ (57) τὸν ἀπείρατον, τὸν κτίστην τῆς συζυγίας, τὸν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας (58) τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων γένος τοῦτο συστησάμενον. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· *Οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι ὁ ποιήσας ἐξ ἀρχῆς, ἄρρεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς;* Οἶδε τινὰς μὲν τῶν ἐρωτήσεων διαλύειν, τινὰς δὲ ἐπιστομίζειν. Ὅτε ἐρωτᾶται, *Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;* διὰ τὸ ἄγαν ἀπαίδευτον τῶν ἐρωτησάντων, καὶ αὐτὸς ἀντερωτᾷ· *Τὸ βάπτισμα τὸ Ἰωάννου* (59), *ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;* Καὶ ἀμφοτέρωθεν συμπιέζει τοὺς ἐρωτῶντας. Ὥστε δυνάμεθα καὶ ἡμεῖς μιμούμενοι Χριστὸν, ἔστιν ὅτε τοὺς (60) πε-

C

D

[34] Matth. III, 3. [35] Luc. XX, 2. [36] ibid. 4.

(50) *Ὅσον βαρὺ καὶ πλῆρες.* Sic nonnulli codd. Deest πλῆρες in ed.

(51) *Τὰς ἄνω.* Hæc desunt in pluribus.

(52) *Ἐναποτίθεσαι.* Coisl. 3, ἀποτιθέμενος.

(53) *Ἀξίνη, ὅτι.* Sic Or. 1. Deest ὅτι in ed.

(54) *Ἠκολούθουν.* Reg. bm addit, μέν.

(55) *Οἱ ἐξηγηταί.* Deest in duobus Regg. et Or. 1.

(56) *Οὐκ ἤρκεσαν Σαδδουκαῖοι.* Hæc desunt in duobus Regg. In duobus aliis hic locus sic legitur : Δέονται, καὶ οἱ πειράζοντες, etc.

(57) *Ἐρωτᾷ.* Comb. legit, ἐρωτῶσι, « interrogant ; » eamque lectionem præfert, quæ Christi responsione confirmatur. Non uni siquidem, sed pluribus respondet, cum dicit : « Non legistis, quia is qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? »

(58) *Τὸν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας.* Comb. legit : ἐκ γῆς πρῶτον τὸ πᾶν, etc., « qui limo primum universum hominum genus condidit. » Quæ lectio planiorem sensum efficit. Nam ex his verbis, « limo primum, » Adamus intelligitur, qui limo formatus est, et sic totius humani generis radix evasit. Verba tamen quæ editi libri exhibent, intelligi possunt, quemadmodum ista Pauli, Act. XVII, 26 : Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, etc. : « Fecitque ex uno (sanguine) omne genus hominum, » etc.

(59) *Τὸ Ἰωάννου.* Deest τό in Or. 1.

(60) *Ἔστιν ὅτε τούς.* Sic duo Colb. Quam lectionem sequitur Combefisius, et ipse secutus videtur Billius. Alii, ὅτε μὲν περὶ τούς, nullo sensu.

Digitized by Google

ριέργως ἡμῖν διαλεγομένους ἐπιστομίζειν, καὶ ἀτοπωτέρους ἀντερωτήμασι (61) λύειν τὴν ἀτοπίαν τῶν ἐρωτήσεων. Ἐσμὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς σοφοὶ τὰ μάταια ἔστιν ὅτε, ἵνα τὰ τῆς ἀφροσύνης καυχήσωμαι. Ὅτε δὲ ἐρώτησιν ὁρᾷ λογισμοῦ δεομένην, τότε οὐκ ἀπαξιοῖ τοὺς ἐρωτῶντας συνετῶν ἀποκρίσεων.

A disputatione nos lacessunt, comprimere, quæstionumque absurditatem absurdioribus interrogationibus solvere licet. Nam ipsi quoque interdum in rebus vanis sciti atque ingeniosi sumus : ut in his, quæ sunt insipientiæ, glorier. At cum quæstionem ratiocinatione ac judicio indigentem videt, tum eos, a quibus interrogatur, prudenti responso nequaquam indignos censet.

ϛ'. Τὸ ἐρώτημα, ὃ ἐρώτησας, τοῦτο σωφροσύνην τιμᾶν μοι δοκεῖ, καὶ ἀπόκρισιν ἀπαιτεῖν φιλάνθρωπον· σωφροσύνην, περὶ ἣν ὁρῶ τοὺς πολλοὺς κακῶς διακειμένους, καὶ τὸν νόμον αὐτῶν ἄνισον, καὶ ἀνώμαλον. Τί δήποτε γὰρ, τὸ μὲν θῆλυ ἐκόλασαν, τὸ δὲ ἄῤῥεν ἐπέτρεψαν (62); Καὶ γυνὴ μὲν κακῶς βουλευσαμένη περὶ κοίτην (63) ἀνδρὸς, μοιχᾶται, καὶ πικρὰ ἐντεῦθεν τὰ τῶν νόμων ἐπιτίμια· ἀνὴρ δὲ καταπορνεύων γυναικὸς, ἀνεύθυνος; Οὐ δέχομαι ταύτην τὴν νομοθεσίαν, οὐκ ἐπαινῶ τὴν συνήθειαν. Ἄνδρες ἦσαν οἱ νομοθετοῦντες, διὰ τοῦτο κατὰ γυναικῶν ἡ νομοθεσία· ἐπεὶ καὶ τοῖς πατράσιν ὑπ' ἐξουσίαν δεδώκασι τὰ τέκνα, τὸ δὲ ἀσθενέστερον (64), ἀθεράπευτον εἶασαν. Θεὸς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ, *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου*, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη, *ἵνα εὖ σοι γένηται*, ἐν ἐπαγγελίαις (65) κειμένη. Καὶ, *Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω*. Ὁμοίως καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐτίμησε (66), καὶ τὸ κακὸν ἐκόλασεν. Καὶ, *Εὐλογία πατρὸς στηρίζει οἴκους τέκνων· κατάρα δὲ μητρὸς ἐκριζοῖ θεμέλια*. Ὁρᾶτε τὸ ἴσον τῆς νομοθεσίας. Εἷς ποιητὴς ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, εἷς χοῦς ἀμφότεροι (67), εἰκὼν μία, νόμος εἷς, θάνατος εἷς, ἀνάστασις μία. Ὁμοίως ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γεγόναμεν· ἓν χρέος παρὰ τῶν τέκνων τοῖς γονεῦσιν (68) ὀφείλεται.

VI. Quæstio hæc, inquit, quam proposuisti, ad pudicitiæ cultum et honorem spectare mihi videtur, responsionemque humanam et commodam postulare. Circa hanc enim plerosque male affectos cerno, ac legem eorum iniquam, nec sibi constantem. Quid enim causæ fuit, cur mulierem coercerent, marito contra indulgerent, eumque liberum relinquerent? Et mulier quidem, quæ improbum consilium adversus viri sui cubile susceperit, adulterii piaculo constringatur, acerbissimisque legum pœnis excrucietur; vir autem, qui fidem uxori datam per adulterium violaverit, nulli supplicio obnoxius sit? Hanc legem haudquaquam probo, hanc consuetudinem minime laudo. Viri erant, qui hanc legem sanxerunt, ac propterea adversus mulieres lata est; quandoquidem et filios paternæ potestati subjecerunt, infirmiorem sexum incultum atque incuratum reliquerunt. Ac Deus non sic; verum : *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit* [37], quod est primum mandatum, in pollicitationibus situm [38]. Et : *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur* [39]. Æque, et virtuti honorem ac præmia, et sceleri pœnam constituit. Item alio loco : *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta* [40]. Legis æquabilitatem videtis. Unus viri et mulieris Creator, pulvis unus uterque, imago una, lex una, mors una, resurrectio una. Æque ex viro et muliere procreati sumus : unum idemque parentibus debitum filii persolvendum habent.

Ζ'. Πῶς οὖν σὺ σωφροσύνην μὲν ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις δέ; πῶς, ὃ μὴ δίδως, αἰτεῖς; πῶς ὁμότιμον σῶμα ὤν, ἀνίσως (69) νομοθετεῖς; Εἰ δὲ τὰ χείρω σκοπεῖς· ἥμαρτεν ἡ γυνὴ, τοῦτο καὶ ὁ Ἀδάμ· ἀμφοτέρους ὁ ὄφις ἠπάτησεν. Οὐ τὸ μὲν ἀσθενέστερον εὑρέθη, τὸ δὲ ἰσχυρότερον. Ἀλλὰ τὰ βελτίω λογίζῃ; ἀμφοτέρους σώζει Χριστὸς τοῖς πάθεσιν. Ὑπὲρ ἀνδρὸς σὰρξ ἐγένετο; τοῦτο καὶ ὑπὲρ γυναικός. Ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀπέθανε; καὶ ἡ γυνὴ τῷ θανάτῳ σώζεται. Ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὀνομάζεται· τιμᾶσθαι ἴσως οἴει τὸν ἄνδρα; ἀλλὰ καὶ ἐκ Παρθένου γεννᾶται, τοῦτο καὶ ὑπὲρ γυναικῶν. Ἔσονται μὲν οὖν

650 VII. Qua igitur fronte pudicitiam exigis, quam ipse vicissim non præstas? Quomodo, quod non das, petis? Quomodo corpori pari honore prædito, imparem legem statuis? Si deteriora expendis : peccavit mulier; eodem quoque modo *Adam peccavit :* utrumque serpens decepit atque in fraudem impulit [41]. Non altera infirmior inventa est, alter fortior. At meliora consideras? Utrumque Christus passione sua salute donavit. Pro viro caro factus est? Pro muliere item. Pro viro mortem subiit? Ipsius item morte mulieri salus parta est. At ex semine David nominatur [42], atque hinc forsan

[37] Exod. xx, 12. [38] Ephes. vi, 2. [39] Exod. xxi, 17. [40] Eccli. iii, 11. [41] Gen. iii, 6 sqq. [42] Rom. i, 3.

(61) Ἀντερωτήμασι. Reg. b et Or. 1, ἐρωτήμασι.

(62) Ἐκόλασαν ... ἐπέτρεψαν. Sic Coisl. 1. In ed., ἐκόλασε ... ἐπέτρεψε. Hic observandum, Gregorium loqui de civili Romanorum lege. Unde Hieronymus epist. 30, ait : « Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi. Aliud Papinianus, aliud Christus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur; apud nos quod non licet feminis, æque non licet viris, et eadem servitus pari conditione censetur. »

(63) Κοίτην. Coisl. 1 et Or. 1. κοίτης.

(64) Τὸ δὲ ἀσθενέστερον. Nonnulli, τὸ δ' ἀσθενές.

(65) Ἐν ἐπαγγελίαις. In quibusdam, ἐν ἐπαγγελίᾳ.

(66) Ἐτίμησε. Duo Colb. et Coisl. 1, ἐπῄνεσε, « laudes constituit. »

(67) Ἀμφότεροι. Coisl. 1, ἀμφοτέρους.

(68) Γονεῦσι. Or. 1, γεινομένοις [f. γεναμένοις]. In quibusdam, γινομένοις et γεννήσασι. In aliis ad marg., γεννησαμένοις.

(69) Ἀνίσως. Sic duo Regg. et Or. 1. In ed., ἀνίσῳ.

Digitized by Google

viros honore præferri colligis? Audio, sed ex Virgine quoque nascitur[45], quod et pro mulieribus valet. *Erunt* igitur, inquit, *duo in carne una*[46] : proinde caro, quæ una est, æqualem honorem habeat. Jam vero Paulus exemplo quoque castitatem velut lege præscribit. Quo tandem modo, et qua ratione? *Sacramentum hoc magnum est : ego autem dico in Christo et in Ecclesia*[47]. Pulchrum est mulieri Christum per virum revereri : pulchrum quoque viro Ecclesiam per uxorem non aspernari. *Mulier*, inquit, *ut virum timeat*[48], quippe et Christum. At vir etiam, ut uxorem foveat atque complectatur[49] ; nam et Christus Ecclesiam. Quin etiam hæc verba studiosius et accuratius expendamus.

A οἱ δύο, φησὶν, εἰς σάρκα μίαν· καὶ ἡ μία (70-71) σὰρξ ἐχέτω τὸ ὁμότιμον. Παῦλος δὲ καὶ τῷ ὑποδείγματι τὴν σωφροσύνην νομοθετεῖ. Πῶς, καὶ τίνα τρόπον; Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν (72) Ἐκκλησίαν. Καλὸν τῇ γυναικὶ Χριστὸν αἰδεῖσθαι διὰ τοῦ ἀνδρός· καλὸν καὶ τῷ ἀνδρὶ τὴν Ἐκκλησίαν μὴ ἀτιμάζειν διὰ τῆς γυναικός. Ἡ γυνὴ, φησὶν, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα· καὶ Χριστὸν γάρ. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἀνὴρ, ἵνα περιέπῃ τὴν γυναῖκα· καὶ γὰρ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν. Μᾶλλον δ' ἔτι (73) καὶ προσφιλοπονήσωμεν τῷ ῥητῷ.

VIII. *Mulge lac*, ait ille, *et erit butyrum*[50] : sedulo exquire, et fortasse in iis succulentius aliquid invenies. Hoc enim sermone secundas nuptias mihi dissuadere videtur. Si enim duo Christi sunt, duo quoque viri sint, et duæ uxores : si autem unus Christus, unum Ecclesiæ caput, una etiam caro sit, secunda autem respuatur. Quod si secundam prohibeat, de tertia quid dicendum est? Primum lex est, secundum venia et indulgentia, tertium iniquitas. Qui autem hunc numerum excedit, porcinus plane est, utpote ne multa quidem vitii exempla habens. Enimvero lex omnes ob causas libellum dat repudii. At Christus non ob omnes, sed ab impudica tantum et adultera uxore viro separari permittit : reliquis autem omnibus in rebus animi æquitate ac patientia uti jubet. Ergo impudicam quidem, quia genus corrumpit et adulterat, expellamus : cætera autem omnia patienter et moderate ac sapienter **651** feramus; aut, ut rectius loquar, sapienter et moderate ferte, quicunque matrimonii jugum subiistis. Si illitos fuco et cerusa colores et pigmenta perspexeris, eam hoc ornatu spolia : si procacem et petulantem linguam, coerce : si meretricium risum, verecundiam et gravitatem compone : si sumptum aut potum immodicum, contrahe : si intempestivos progressus, domi cohibe : si oculum elatum et vagum, reprime. At eam ne temere a te divellas et abstrahas. Incertum est, utra pars in discrimine versetur, eane, quæ secat, an ea quæ secatur. *Fons aquæ*, ait ille, *sit tibi proprius : nec ullus extraneus tecum sit particeps*[51]. Et : *Pullus*

B Η'. Ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον· ἐξέταζε, καὶ τυχὸν ἂν εὕροις τι ἐν αὐτῷ τροφιμώτερον. Δοκεῖ μοι γὰρ (74) παραιτεῖσθαι τὴν διγαμίαν ἐνταῦθα ὁ λόγος. Εἰ μὲν γὰρ δύο Χριστοὶ, δύο καὶ ἄνδρες, δύο καὶ γυναῖκες· εἰ δὲ εἷς Χριστὸς, μία κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μία σάρξ· ἡ δευτέρα δὲ ἀποπτυέσθω. Τὸ δεύτερον δὲ ἂν κωλύσῃ, τοῦ τρίτου τίς λόγος; Τὸ πρῶτον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία. Ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, χοιρώδης (75), οἷος οὐδὲ πολλὰ ἔχων τῆς κακίας τὰ παραδείγματα. Ὁ μὲν νόμος κατὰ πᾶσαν αἰτίαν τὸ ἀποστάσιον δίδωσι· Χριστὸς δὲ οὐ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν· ἀλλὰ συγχωρεῖ μὲν μόνον χωρίζεσθαι τῆς πόρνης, τὰ δὲ ἄλλα πάντα φιλοσοφεῖν κελεύει. Καὶ τὴν πόρνην, ὅτι νοθεύει τὸ C γένος· τὰ δ' ἄλλα πάντα (76) καρτερῶμεν καὶ φιλοσοφῶμεν· μᾶλλον δὲ καρτερεῖτε καὶ φιλοσοφεῖτε, ὅσοι τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν ἐδέξασθε. Ἐὰν ἐπιγραφὰς ἴδῃς ἢ ὑπογραφὰς (77), ἀποκόσμησον· κἂν γλῶσσαν προπετῆ, σωφρόνισον· ἂν γέλωτα πορνικὸν, κατηχῆ ποίησον· ἐὰν ὀφρύην, ἢ ποτὸν ἄμετρον (78), σύστειλον· ἐὰν προόδους ἀκαίρους, πέδησον· ἐὰν ὀφθαλμὸν μετέωρον, κόλασον. Μὴ τέμῃς δὲ προπετῶς, μὴ (79) χωρίσῃς. Ἄδηλον, τί κινδυνεύει (80), τὸ τέμνον, ἢ τὸ τεμνόμενον. Ἡ πηγὴ, φησὶ, τοῦ ὕδατος ἔστω σοι ἰδία, καὶ μηδεὶς ἀλλότριος μετασχέτω σοι· καὶ, Πῶλος σῶν χαρίτων, καὶ ἔλαφος σῆς φιλίας ὁμιλείτω σοι. Σὺ τοίνυν μὴ γίνου ποταμὸς ἀλλότριος, μηδὲ ἄλλαις ἀρέσκειν σπούδαζε μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ γυναικί. Εἰ δὲ ἀλλαχοῦ φέρῃ, καὶ τῷ σῷ μέλει (81) νομοθετεῖς D τὴν ἀσέλγειαν. Οὕτω μὲν ὁ Σωτήρ.

[45] Matth. I, 23. [46] Gen. II, 24. [47] Ephes. V, 32. [48] ibid. 33. [49] ibid. 33. [50] Prov. XXX, 33. [51] Prov. V, 17.

(70-71) *Ἡ μία*. Comb. legit, εἰ μία, « si una caro, eumdem sortiatur honorem. »

(72) *Καὶ εἰς τήν*. Sic sacer textus, Reg. om, Comb., etc. Deest εἰς in ed.

(73) *Μᾶλλον δ' ἔτι*. Reg. b, Or. 1, μᾶλλον δέ τι.

(74) *Δοκεῖ μοι γάρ*, etc. Sic Coisl. 1, Gabr., etc. Deest γάρ in ed. Cæterum ex hoc contextu nullatenus concludendum, secundas nuptias a Gregorio prorsus damnari. Quamvis enim Ecclesia Græca sese severiorem hac in re, quam Latina, præbuerit, secundas tamen nuptias non omnino prohibuit. Quod quidem manifestum est ex his Chrysostomi verbis, *Homil.* XIV in primam ad Timoth. Epist. : « Cur incitat et admonet (Ecclesia), ne ad secundas nuptias transeant? Num rem hanc damnavit? Nequaquam. Hoc enim hæreticorum est. »

(75) *Χοιρώδης*. Nonnulli addunt, βίος· « vita porcina. »

(76) *Ἄλλα πάντα*. Sic Coll. 1. Deest παντα in ed., quamvis a Billio expressum.

(77) *Ἐὰν ἐπιγραφὰς ἴδῃς, ἢ ὑπογραφάς*. Sic legendum docet Combefisius. Illud probat ex Chrysost. lib. *de Sacerdotio*, apud quem sic legitur : Ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, καὶ παρειῶν ἐπιγραφαί· « Fuci subtus oculis adhibiti, et genis impositi. » In ed., Ἐὰν ἀπογραφὰς ἴδῃς, etc.

(78) *Ἄμετρον*. Reg. b et Or. 1, ἀμέτρητον.

(79) *Μή*. Or. 1, μηδέ.

(80) *Κινδυνεύει*. In nonnullis, κινδυνεύσει.

(81) *Καὶ τῷ σῷ μέλει*, etc. Coisl. 1, πῶς οὐχὶ τῷ σῷ μέλει, « quomodo non uxori tuæ, » etc.

Digitized by Google

gratiarum tuarum, et cervus amicitiæ tuæ, consuetudinem vitæ tecum habeat[50]. Quocirca tibi cavendum est, ne fluvius alienus efficiaris; atque aliis potius, quam uxori tuæ, placere studeas. Quod si alio fertur cupiditas tua, parti quoque tuæ libidinem præscribis. Atque ad hunc quidem modum Salvator locutus est.

Θ'. Τί δὲ οἱ Φαρισαῖοι; *Τραχὺς τούτοις ὁ λόγος* φαίνεται (82). Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν καλῶς ἐχόντων ἀπαρέσκει, καὶ τοῖς τότε Φαρισαίοις, καὶ τοῖς νῦν Φαρισαίοις. Φαρισαῖον γὰρ, οὐ τὸ γένος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος ἐργάζεται Οὕτω καὶ Ἀσσύριον οἶδα, καὶ Αἰγύπτιον, τὸν τῇ προαιρέσει μετὰ τούτων ταττόμενον. Τί οὖν οἱ Φαρισαῖοι; *Εἰ οὕτω*, φασὶν (83), *ἐστὶν ἡ αἰτία μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.* Νῦν δὲ τοῦτο καταμανθάνεις, ὦ Φαρισαῖε, τὸ, *Οὐ συμφέρει γαμῆσαι;* πρότερον δὲ οὐκ ἠπίστασο, ἡνίκα τὰς χηρείας ἑώρας, καὶ τὰς ὀρφανίας, καὶ τοὺς ἀώρους θανάτους, καὶ τὰ διάδοχα τῶν κρότων πένθη, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς θαλάμοις (84) τάφους, καὶ τὰς ἀτεκνίας, καὶ τὰς κακοτεκνίας, καὶ τοὺς ἀτελεῖς τόκους καὶ ἀμήτορας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα κωμῳδίαν ἢ τραγῳδίαν; Ἀμφότερα γὰρ εἰπεῖν οἰκειότατον. *Συμφέρει γαμῆσαι;* κἀγὼ δέχομαι· *Τίμιος* (85) *γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη* (86) *ἀμίαντος*· συμφέρει δὲ τοῖς μετρίοις, οὐ τοῖς ἀπλήστοις, καὶ πλέον ἢ δεῖ τὴν σάρκα τιμᾷν βουλομένοις. Ὅταν τοῦτο μόνον ὁ γάμος ᾖ, ἡ γάμος (87), καὶ συζυγία, καὶ παίδων διαδοχῆς ἐπιθυμία, καλὸς ὁ γάμος· πλείονας γὰρ εἰσάγει τοὺς εὐαρεστοῦντας Θεῷ. Ὅταν δὲ ὕλην ἐξάπτῃ, καὶ ταῖς ἀκάνθαις περιβάλλῃ, καὶ οἷον κακίας ὁδὸς εὑρίσκηται, τότε κἀγὼ φθέγγομαι· *Οὐ συμφέρει γαμῆσαι.*

IX. Quid autem Pharisæi? *Durus illis hic sermo* videtur[51]. Nec mirum, cum et aliis honestis et præclaris rebus offendantur, tum illius temporis Pharisæi, tum etiam nostrates. Pharisæum enim, non solum genus, sed etiam morum vitæque ratio efficit. Sic Assyrium quoque et Ægyptium, eum censeo, qui animi instituto et voluntate ipsis adjungitur. Quid igitur Pharisæi? *Si ita est*, inquiunt, *causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Nunc demum, o Pharisæe, illud agnoscis: *Non expedit nubere?* An prius id nesciebas, cum viduitates atque orbitates videres, et præmaturas mortes, et luctus plausibus succedentes, et funera thalamos excipientia, et sterilitates, et infelices liberorum procreationes, et imperfectos partus ac matris expertes, atque omnem hujusmodi rerum comœdiam sive tragœdiam? Utrumque enim appositissime dici potest: *Expedit nubere?* Id ipse quoque probo; *Honorabile enim connubium, et torus immaculatus*[52]; sed moderatis expedit, non petulantibus et libidine perditis, quique plus æquo carnem colere in animum inducunt. Cum matrimonium nihil aliud est quam matrimonium, et conjunctio, et prolis ac successionis cupiditas, tum bonum est matrimonium. Plures enim introducit, qui Deo placeant. At cum carnis molem inflammat, **652** et spinis circumdat, vitiique quasi via invenitur, tum ipse etiam dico: *Non expedit nubere.*

Ρ'. Καλὸν ὁ γάμος· ἀλλ' οὐκ ἔχω λέγειν, ὅτι καὶ ὑψηλότερον παρθενίας. Οὐδὲ γὰρ ἂν (88) ἦν τι μέγα ἡ παρθενία, μὴ καλοῦ καλλίων τυγχάνουσα. Μὴ δὴ (89) χαλεπαίνετε, ὅσαι ὑπὸ ζυγόν. *Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.* Πλὴν ἀλλήλαις συνδεσμεῖσθε, καὶ παρθένοι, καὶ γυναῖκες, καὶ ἔν ἐστε ἐν Κυρίῳ, καὶ ἀλλήλων καλλώπισμα. Οὐκ ἂν ἦν ἄγαμος, εἰ μὴ γάμος. Πόθεν γὰρ εἰς τοῦτον παρῆλθε τὸν βίον παρθένος; Οὐκ ἂν ἦν γάμος σεμνὸς, εἰ μὴ παρθένον καρποφορῶν καὶ τῷ Θεῷ καὶ τῷ βίῳ. Τίμησον καὶ σὺ τὴν μητέρα τὴν σὴν, ἐξ ἧς γέγονας. Τίμησον καὶ σὺ τὴν ἐκ μητρὸς, καὶ μητέρα (90). Μήτηρ μὲν οὐκ ἔστι, Χριστοῦ δὲ νύμφη ἐστί. Τὸ μὲν φαινόμενον κάλλος οὐ κρύπτεται (91)· τὸ δὲ ἀφανὲς Θεῷ βλέπεται. *Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ Βασιλέως ἔσωθεν, ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη*, εἴτ' οὖν πράξεσιν, εἴτε καὶ

X. Bonum est matrimonium: sed, quod virginitate præstantius sit, dicere non possum. Neque enim magnum aliquid esset virginitas, nisi re aliqua bona melior et præclarior esset. Nolite hoc moleste ferre, quæ matrimonii jugo subjectæ estis. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*[53]. Cæterum facite, ut inter vos quasi vinculo constringamini, et virgines et uxores, atque unum sitis in Domino, mutuumque aliæ aliarum ornamentum. Non esset cælebs, nisi matrimonium esset. Unde enim in hanc vitam virgo prodiisset? Non esset honorificum et venerandum matrimonium, nisi virginem proferret, tum Deo, tum vitæ. Honora tu quoque matrem tuam, ex qua natus es. Honora etiam eam, quæ ex matre est, et mater. Non quidem mater est, sed Christi sponsa. Pulchritudo quidem ea, quæ in oculos cadit, non occultatur: quæ autem

[50] Prov. v, 19. [51] Joan. vi, 61. [52] Hebr. xiii, 4. [53] Act. v, 29.

(82) *Τούτοις... φαίνεται.* In quibusdam, αὐτοῖς... καταφαίνεται.

(83) *Φασίν.* Tres Reg., φησίν. Memoria lapsus est hic Gregorius. Non enim Pharisæorum sunt hæc verba, sed Christi discipulorum.

(84) *Τοῖς θαλάμοις.* Reg. bm, τοὺς θαλάμους.

(85) *Τίμιος.* In nonnullis, τίμιον.

(86) *Καὶ ἡ κοίτη.* Sic duo Regg., Coisl. 2 et Comb. In ed., καὶ οἱ κοίτη.

(87) *Ὁ γάμος ᾖ, ἡ γάμος.* Sic Coisl. 1. Deest ᾖ in ed.

(88) *Ἂν.* Deest in Reg. bm.

(89) *Μὴ δή.* Deest δή in Reg. bm.

(90) *Καὶ μητέρα.* Combefisius legit, κἂν μὴ μητέρα, « tametsi mater non sit. » Sic legendum censet vir doctus, ob hæc verba proxime sequentia: Μήτηρ μὲν οὐκ ἔστι, « non quidem mater est; » quod scilicet Virgo Maria, de qua non hic sermo est, sola ab hac regula excepta sit.

(91) *Κρύπτεται.* Combefisius legit, θρύπτεται: « Conspicuus oculis decor, nihil fractum, nihil molle et effeminatum præfert. »

Digitized by Google

oculorum aciem fugit, a Deo perspicitur. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis circumdata* [54], sive actionibus, sive etiam contemplationibus. Quæ sub jugo est, aliqua ex parte Christi sit: quæ virginitatem amplexa est, tota Christi sit. Illa mundo non prorsus alligetur: hæc nullo modo animum mundo addicat. Quod enim conjugatæ est pars, id virgini totum est. Angelorum vitam elegisti? In eorum ordinem te aggregasti, qui jugum nesciunt? Ne in carnem prolabaris, ne in materiam dejiciaris, ne cum materia matrimonio jungaris, etiamsi alioqui in cælibatu perstes. Oculus lascivus et impudicus virginitatem minime servat: lingua impudica diabolo miscetur: pedes vacillantes, aut morbum, aut imminentis morbi periculum produnt. Virginitatem animus quoque ipse colat: ne vagetur, ne oberret, ne meretriciarum rerum formas in seipso ferat (nam libidinis quoque pars, impressa in animo forma est), ne odio insectanda rerum simulacra in anima effingat.

A θεωρήμασιν. Καὶ ἡ ὑπὸ ζυγὸν ἑστῶτι (92) Χριστοῦ· καὶ ἡ παρθένος ὅλη Χριστοῦ. Ἡ μὲν μὴ παντελῶς ἐνδεσμείσθω τῷ κόσμῳ (93)· ἡ δὲ μηδ' ὅλως γινέσθω τοῦ κόσμου. Ὁ γάρ ἐστι τῇ ὑπὸ ζυγὸν τὸ μέρος, τοῦτο παντελὲς τῇ παρθένῳ. Ἀγγέλων ἐπανῄρησαι (94) πολιτείαν; μετὰ τῶν ἀζύγων ἐτάχθης; μὴ κατενεχθῇς εἰς σάρκα, μὴ κατενεχθῇς (95) εἰς ὕλην (96), μὴ τῇ ὕλῃ γαμηθῇς, κἂν ἄλλως ἄγαμος μένῃς. Ὀφθαλμὸς πορνεύων οὐ φυλάσσει τὴν παρθενίαν, γλῶττα πορνεύουσα τῷ πονηρῷ μίγνυται. Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον (97). Παρθενευέτω (98) καὶ ἡ διάνοια· μὴ ῥεμβέσθω, μὴ (99) πλανάσθω, μὴ τύπους ἐν αὐτῇ (1) φερέτω πονηρῶν πραγμάτων· καὶ ὁ τύπος μέρος πορνείας ἐστί· μὴ εἰδωλοποιείτω τῇ ψυχῇ τὰ μισούμενα.

653 XI. At ille dixit eis: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Videtis rei hujus sublimitatem? Propemodum etiam talis reperitur, ut ne concipi quidem et comprehendi queat. Annon enim præstantius est, quam pro carnis fragilitate, id, quod ex carne creatum sit, in carnem non gignere? Annon plane angelicum, eam, quæ carnis vinculis alligata sit, non secundum carnem vivere, sed natura ipsa excelsiorem esse? Caro mundo devinxit, sed ratio ad Deum subvexit. Caro depressit, sed ratio extulit, eique velut pennas addidit. Caro vinculis astrinxit, sed amor solvit. Tota anima, o virgo, ad Deum intensa esto (hoc autem ipsum et viris et mulieribus præscribo), nec quidquam tibi ex omnibus aliis rebus pulchrum videatur, quæ vulgo videri solent: non generis splendor, non opes, non alta subsellia, non principatus et potentia, non pulchritudo ea, quæ in coloris elegantia et apta membrorum compositione animo fingitur, temporis utique et morbi ludibrium. Si vim totam amoris in Deum effudisti, si tu non duplicis rei amore flagras, fluxæ nimirum, et immotæ, visibilis, et oculorum obtutum fugientis, profecto usque adeo electa ma sagitta sauciata es, sponsique pulchritudinem cognovisti, ut illud quoque sponsalis dramatis et cantici dicere queas: *Dulcedo es, et totus desiderabilis* [55].

B ΙΑ'. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· *Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον, ἀλλ' οἷς δέδοται.* Ὁρᾶτε τοῦ πράγματος τὸ ὑψηλόν; Μικροῦ καὶ ἀχώρητον εὑρίσκεται. Πῶς γὰρ οὐ κρεῖττον σαρκὸς, τὸ ἐκ σαρκὸς γενόμενον μὴ γεννᾶν εἰς σάρκα; Πῶς γὰρ οὐκ ἀγγελικὸν τὸ σαρκὶ συνδεδεμένην μὴ κατὰ σάρκα ζῆν, ἀλλ' εἶναι τῆς φύσεως ὑψηλοτέραν; Ἡ σὰρξ τῷ κόσμῳ προσέδησεν, ἀλλ' ὁ λογισμὸς πρὸς Θεὸν ἀνήγαγεν· ἡ σὰρξ ἐβάρησεν, ἀλλ' (2) ὁ λογισμὸς ἐπτέρωσεν· ἡ σὰρξ ἔδησεν, ἀλλ' ὁ πόθος ἔλυσεν. Ὅλῃ τέτασο πρὸς Θεὸν, ὦ παρθένε, τῇ ψυχῇ· τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ ἀνδράσι νομοθετῶ καὶ γυναιξί· καὶ οὐ μή (3) τί σοι φανῇ τῶν ἄλλων καλὸν (4), ὅσα τοῖς πολλοῖς· οὐ γένος, οὐ πλοῦτος, οὐ θρόνος, οὐ δυναστεία, οὐ τὸ ἐν εὐχροίᾳ καὶ συνθέσει μελῶν φανταζόμενον κάλλος, χρόνου καὶ νόσου παίγνιον. Εἰ ὅλην ἐκένωτας πρὸς Θεὸν τοῦ φίλτρου τὴν δύναμιν, εἰ μὴ δύο σοι εἴη τὰ ποθούμενα, καὶ τὸ ῥέον, καὶ τὸ ἀόρατον· ἆρα τοσοῦτον ἐτρώθης τῷ ἐκλεκτῷ βέλει, καὶ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος κατέμαθες, ὥστε καὶ δύνασθαι λέγειν ἐκ τοῦ νυμφικοῦ δράματός τε καὶ ᾄσματος, ὅτι *Γλυκασμός εἶ, καὶ ὅλος* (5) *ἐπιθυμία.*

XII. Videtisne aquarum profluvia, plumbeis canalibus inclusa, quæ, propterea quod nimium comprimuntur, atque ad unum feruntur, adeo ple-

IB'. Ὁρᾶτε τὰ ἐμπεριλαμβανόμενα τοῖς μολιβδίνοις ὀχετοῖς ῥεύματα, ὅτι τῷ λίαν στενοχωρεῖσθαι, καὶ πρὸς ἓν φέρεσθαι, τοσοῦτον ἐκβαίνει τὴν ὕδατος

[54] Psal. XLIV, 14. [55] Cant. V, 16.

(92) *Τῖ.* Deest in Or. 1.

(93) *Τῷ κόσμῳ.* Sic Reg. bm, Or. 1 et Comb. Deest τῷ in ed.

(94) *Ἐπανῄρησαι.* Sic Reg. bm, Bas. et Comb. In ed., ἦρησαι.

(95) *Κατενεχθῇς.* Duo Coisl., καταπέσῃς.

(96) *Εἰς ὕλην.* « In materiam, » id est, « in carnales affectus, et quidquid virginem a Christo retrahit. »

(97) *Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον.* « Pedes inhoneste ambulantes, morbum, aut periculum indicant. » Sic Coisl. 1, aliique melioris notæ codices. In nonnullis: Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον τῷ D νῷ· « Mollis et fractus incessus morbum, aut periculi opinionem menti injicit. » In ed., Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κινοῦνται νόσῳ. Quod Billius sic reddit: « Pedes temere gradientes morbum accusant, aut morbo moventur. »

(98) *Παρθενευέτω*, etc. Coisl. 1, Colb. 1 et Comb. Τῷ νῷ παρθενευέτω, καὶ μὴ διανοίᾳ ῥεμβέσθω· « Mente sit virgo, nec cogitatione vagetur. »

(99) *Μή.* In nonnullis, μηδέ. In quibusdam, καί.

(1) *Αὐτῇ.* Duo Regg., ἑαυτῇ.

(2) *Ἀλλ'.* Deest in duobus Regg. et Or. 1.

(3) *Καὶ οὐ μή.* In nonnullis, καὶ μή.

(4) *Καλόν.* Reg. bm, καλῶν.

(5) *Ὅλος.* Duo Regg., ὅλον.

Digitized by Google

πλλάκις φύσιν, ὥστε καὶ πρὸς τὸ ἄνω χωρεῖν ἀεὶ τὸ κατόπιν ὠθούμενον (6). Οὕτως ἐὰν σφίγξῃς τὸν πόθον, καὶ ὅλη Θεῷ συναφθῇς (7), ἄνω χωρίσῃς (8), οὐ μὴ κάτω πέσῃς, οὐ μὴ διαχυθῇς, ὅλη Χριστοῦ μενεῖς, μέχρις ἂν καὶ Χριστὸν ἴδῃς τὸν σὸν νυμφίον. Ἀπρόσιτον ἑαυτὴν φύλαττε, καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ βίῳ, καὶ διανοήματι, καὶ κινήματι. Πανταχόθεν ὁ Πονηρὸς περιεργάζεταί σε, πάντα κατασκοπεῖ, ποῦ βάλῃ, ποῦ τρώσει, μή τι παραγυμνούμενον εὕρῃ καὶ πρὸς πληγὴν ἕτοιμον. Ὅσῳ καθαρωτέραν ὁρᾷ, τοσούτῳ μᾶλλον σπιλῶσαι φιλονεικεῖ· καὶ γὰρ ἐσθῆτος λαμπρᾶς οἱ σπίλοι περιφανέστεροι. Μὴ ὀφθαλμὸς ὀφθαλμὸν ἑλκέτω, μὴ γέλως γέλωτα, μὴ συνήθεια νύκτα (9), μὴ νὺξ ἀπώλειαν. Τὸ γὰρ κατὰ μέρος ὑφελκόμενον καὶ κλεπτόμενον, ἀνεπαίσθητον μὲν τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἔχει βλάβην, εἰς τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς κακίας ἁπαντᾷ.

ΙΓ. *Οὐ πάντες*, φησὶ, *χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.* Τὸ, *δέδοται*, ὅταν ἀκούσῃς, μηδὲν αἱρετικὸν πάθῃς, μὴ τὰς φύσεις εἰσαγάγῃς, μὴ τοὺς χοϊκοὺς (10), καὶ τοὺς πνευματικοὺς (11), καὶ τοὺς μέσους. Εἰσὶ γὰρ οὕτω τινὲς διακείμενοι κακῶς, ὥστε οἴεσθαι, τοὺς μὲν πάντη ἀπολλυμένης (12) εἶναι φύσεως, τοὺς δὲ σωζομένης, τοὺς δὲ οὕτως ἔχειν, ὅπως ἂν ἡ προαίρεσις ἄγῃ πρὸς τὸ χεῖρον, ἢ βέλτιον. Ἐπιτηδειότητα μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου μᾶλλον, ἢ ἧττον ἔχειν, κἀγὼ δέχομαι· οὐκ ἀρκεῖν δὲ μόνην (13) τὴν ἐπιτηδειότητα πρὸς τελείωσιν· λογισμὸν δὲ εἶναι τὸν ταύτην ἐκκαλούμενον, ἵνα ἡ φύσις εἰς ἔργον προέλθῃ, καθάπερ λίθος πυρίτης σιδήρῳ κρουσθεὶς, καὶ οὕτω πῦρ γένηται (14). Ὅταν ἀκούσῃς, *Οἷς δέδοται*, πρόσθες, δέδοται μὲν τοῖς καλουμένοις (15) καὶ τοῖς οὕτω νεύουσι. Καὶ γὰρ ὅταν ἀκούσῃς, *οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ*, συμβουλεύω σοι ταυτὸν ὑπολαβεῖν. Ἐπειδὴ γάρ εἰσί τινες οἱ τοσοῦτον μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς (16) κατορθώμασιν, ὥστε τὸ πᾶν ἑαυτοῖς διδόναι, καὶ μηδὲν τῷ ποιήσαντι, καὶ σοφίσαντι, καὶ χορηγῷ τῶν καλῶν, διδάσκει τούτους ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὸ βούλεσθαι καλῶς, δεῖται τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας· μᾶλλον δὲ, αὐτὸ (17) τὸ προαιρεῖσθαι τὰ δέοντα, θεῖόν τι καὶ ἐκ Θεοῦ δῶρον φιλανθρωπίας· δεῖ γὰρ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ σώζεσθαι (18). Διὰ τοῦτό φησιν· *Οὐ τοῦ θέλοντος*· τοῦτ'

rumque aquæ naturam excedunt, ut, quod retro impellitur, sursum semper tendat? Consimili modo si amorem strinxeris, totaque Deo conjuncta fueris, sursum tendes, nunquam humi prolaberis, nec diffluet, tota Christi manebis, quousque Christum quoque sponsum tuum videas. Inaccessibilem teipsam custodi, et verbo, et opere, et vita, et cogitatione, et motu atque impulsione. Undequaque pravus ille te perscrutatur, atque explorat, ubi feriat, ubi vulneret, num nudum quid et apertum plagæque obvium reperiat. Quo puriorem cernit, eo enixius te commaculare atque inquinare contendit: splendidæ etiam vestis manifestiores sunt sordes. Ne oculus oculum trahat, ne risus risum, ne familiaritas noctem, ne nox interitum et exitium. Nam quod paulatim attrahitur, ac tanquam subripitur, tametsi eam rationem **654** habeat, ut damnum in præsenti minime sentiatur, tamen in vitii summam occurrit.

XIII. *Non omnes*, inquit, *capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Cum audis hoc, *datum est*, nec hæretico ullo affectu tenearis, nec multiplices naturas introducas, nec terrenos, et spirituales, et medios. Sunt enim quidam ita male affecti, ut alios omnino perditæ esse naturæ putent, alios salutem accepturæ, alios denique, ut eos vel ad virtutem vel ad vitium voluntas duxerit, ita se habere. At vero, aptitudinem quidem alios aliis, vel majorem, vel minorem habere, ipse quoque concedo: cæterum ad adipiscendam perfectionem, aptitudinem solam minime sufficere contendo; rationem enim esse, quæ eam excitet, ut natura in opus prodeat, quemadmodum silex ferro pulsatus, atque ita ignis excutitur. Cum audieris, *quibus datum est*, adde: Vocatis datum est, atque iis, qui ea animi propensione sunt. Etenim cum illud audis: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*[66]; idem tibi existimandum censeo. Quoniam enim nonnulli sunt, qui ob recte facta ita animis efferuntur, ut id totum sibi ipsis ascribant, nec quidquam Creatori, et sapientiæ eorum auctori, ac bonorum omnium suppeditatori acceptum ferant, his verbis eos docet Paulus, quod ipsum etiam recte velle, divino auxilio indigeat; imo, ut rectius loquar, voluntas quoque ipsa et electio eorum, quæ recta et cum officio conjuncta sunt, divinum quoddam beneficium est, atque a Dei

[66] Rom. IX, 16.

(6) *Τὸ κατόπιν ὠθούμενον.* Reg. bm, Coisl. 1 et Comb., τῷ κατόπιν ὠθούμενα.

(7) *Συναφθῇς.* Savil., συναφθεῖσα.

(8) *Χωρίσῃς.* Duo Regg., Or. 1 et Comb., χωρήσεις.

(9) *Νύκτα.* Or. 1, νύκτας.

(10) *Τοὺς χοϊκούς*, etc. Hic Valentinianos intelligit, de quibus vide Irenæum, lib. I *Adversus hæreses*, cap. 1.

(11) *Καὶ τοὺς πνευματικούς.* Sic Or. 1. Deest τούς in ed.

(12) *Πάντη ἀπολλυμένης.* Colb. 1, πάντως ἀπολλυμένης.

(13) *Μόνην.* Duo Regg. et Or. 1, μᾶλλον.

(14) *Καὶ οὕτω πῦρ γένηται.* Sic legendum censemus, quamvis hic deficiat codicum auctoritas. Editi habent: καὶ οὕτω σίδηρος γένηται, « atque ita ferrum fiat, » ut vertit Bill. Quæ lectio nec rationi, nec experientiæ consentanea est. Quis enim dixerit, lapidem, vel silicem ferro pulsatum, ferrum fieri?

(15) *Καλουμένοις.* « Vocatis. » Duo Regg., duo Coisl., tres Colb. et Or. 1 habent, βουλομένοις, « volentibus. » Sic etiam legit Billius.

(16) *Μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς.* Tres Colb., μεγαφρονοῦντες τοῖς.

(17) *Αὐτό.* Reg. bm, καὶ αὐτό.

(18) *Δεῖ γὰρ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ σώζεσθαι.* Hæc a Billio aut typographo omissa.

Digitized by Google

benignitate manans. Quod enim salvamur, id et a nobis, et a Deo esse oportet. Idcirco ait : *Non volentis*, id est, non solum volentis, nec *currentis* solum, *sed etiam miserentis Dei*. Ita, quoniam velle quoque ipsum a Deo est, optimo jure totum Deo assignavit. Quantumlibet curras, quantumlibet certes, opus habes eo, qui det coronam. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilant, qui custodiunt eam* [57]. Scio, inquit, quod *nec velocium cursus est, nec fortium bellum, nec pugnantium victoria* [58], nec prospere navigantium portus : sed Dei est, **655** victoriam afferre, et incolumem scapham in portum perducere.

XIV. Jam illud quoque, quod alio loco dicitur, atque intelligitur, mihique in mentem venit, superioribus adjungere fortasse necessarium fuerit, ut meas opes vobis etiam largiar. Postulavit mater filiorum Zebedæi, materno quodam affectu impulsa, atque eorum, quæ petebat, modum ignorans, digna tamen, cui, propter immodicam vim amoris ac benevolentiam filiis debitam, ignosceretur [59]. Neque enim quidquam est materno affectu mollius : idque eo commemoro, ut matrum honori quasi lata lege consulam. Postulavit ergo a Jesu mater illorum, ut alterum ad dexteram, alterum ad sinistram collocaret. Quid ad hæc Salvator? Primum quærit, an calicem bibere queant, quem ipse bibiturus erat. Ut autem id quoque professi sunt atque affirmarunt, ac Salvator ipse assensus est (futurum enim norat, ut illi quoque eumdem calicem haurirent, ac martyrio perfungerentur); quid subjunxit? *Calicem quidem bibent : collocare autem eos ad dextram et sinistram, non est meum hoc dare, sed quibus datum est* [60]. Nihil igitur mens dux et gubernatrix? nihil labor? nihil ratio? nihil philosophia? nihil jejunasse? nihil noctes insomnes duxisse? nihil humum pro strato habuisse? fontes lacrymarum profudisse? Nihil quidquam horum profuerit, sed forte quadam ac lege fatali, et Jeremias sanctificatur [61], et alii ab ipsa vulva rejiciuntur?

XV. Vereor, ne absurda etiam ac præpostera cogitatio cuiquam obrepat, tanquam anima alibi usquam versata sit, ac deinde corpori huic astricta fuerit; atque, prout illic se gesserit, alii prophetiam accipiant, alii, qui improbe vixerunt, condemnentur. Sed quoniam hoc existimare nimis stultum et absurdum est, atque ab ecclesiastica fide et doctrina alienum (alii enim de hujusmodi dogmatibus, si velint, ludant; nobis autem hujusmodi ludis animos oblectare minime tutum est); illic quoque his ver-

ἔστιν, οὐ μόνον τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. Εἶτα, ἐπειδὴ καὶ τὸ βούλεσθαι παρὰ Θεοῦ, τὸ πᾶν εἰκότως ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. Ὅσον ἂν δράμῃς, ὅσον ἂν ἀγωνίσῃ, χρῄζῃς (19) τοῦ διδόντος τὸν στέφανον. *Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες αὐτήν.* Οἶδα, φησὶν, ὅτι *οὐ τοῖς κούφοις ὁ δρόμος, οὐδὲ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος, οὐδὲ* (20) *τῶν μαχομένων ἡ νίκη*, οὔτε τῶν εὐπλούντων οἱ λιμένες· ἀλλὰ (21) Θεοῦ, καὶ νίκην ἀπεργάσασθαι, καὶ εἰς λιμένας ἀποσῶσαι τὸ σκάφος.

ΙΔ'. Καὶ τοῦτο ἀλλαχοῦ λεγόμενον, καὶ νοούμενον, καὶ ἴσως ἀναγκαῖον προσθεῖναι καὶ τὸ ἐπελθὸν τοῖς εἰρημένοις, ἵνα τὸν ἐμὸν πλοῦτον καὶ ὑμῖν χαρίσωμαι. Ἤτησεν ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου φιλότεκνόν τι παθοῦσα (22), καὶ τὸ μέτρον ἀγνοοῦσα τῶν αἰτουμένων, πλὴν συγγνωστὴ δι' ὑπερβολὴν φίλτρου, καὶ ὀφειλομένην εὔνοιαν τέκνοις. Οὐδὲν γὰρ μητρὸς εὐσπλαγχνότερον· καὶ τοῦτο λέγω, ἵνα τιμᾶσθαι νομοθετήσω (23) τὰς μητέρας. Ἤτησεν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἡ μήτηρ ἐκείνων, ἵνα ἐκ δεξιῶν καθίσαι, καὶ ἵνα ἐξ ἀριστερῶν. Ἀλλὰ τί ὁ Σωτήρ; Ἐρωτᾷ τὸ πρῶτον, εἰ τὸ ποτήριον δύνανται πιεῖν, ὃ αὐτὸς πίνειν ἤμελλεν. Ὡς δὲ καὶ τοῦτο ὡμολογήθη, καὶ ὁ Σωτὴρ ἐδέξατο (ᾔδει γὰρ [24] κἀκείνους τῷ αὐτῷ τελειουμένους, μᾶλλον δὲ, τελεωθήσεσθαι [25] μέλλοντας), τί φησι; *Τὸ μὲν ποτήριον πίονται, τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου* (26) *καὶ ἐξ ἀριστερῶν, οὐκ ἔστιν ἐμὸν*, φησὶ, *τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς δέδοται.* Οὐδὲν οὖν ὁ ἡγεμὼν νοῦς; οὐδὲν ὁ πόνος; οὐδὲν ὁ λόγος; οὐδὲν ἡ φιλοσοφία; οὐδὲν τὸ νηστεῦσαι; οὐδὲν τὸ ἀγρυπνῆσαι; τὸ χαμευνῆσαι; τὸ πηγὰς στάξαι δακρύων; Τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ κατά τινα ἀποκλήρωσιν, καὶ Ἱερεμίας ἁγιάζεται, καὶ ἄλλοι ἐκ μήτρας ἀλλοτριοῦνται;

ΙΕ'. Φοβοῦμαι μὴ καὶ ἄτοπός τις εἰσέλθῃ λογισμὸς, ὡς τῆς ψυχῆς (27) ἀλλαχοῦ πολιτευσαμένης, εἶτα τῷ σώματι τούτῳ ἐνδεθείσης· καὶ ἐκ τῆς ἐκεῖθεν (28) πολιτείας, τῶν μὲν λαβόντων τὴν προφητείαν, τῶν δὲ κατακρινομένων, ὅσοι κακῶς βεβιώκασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ὑπολαβεῖν λίαν ἄτοπον, καὶ οὐκ ἐκκλησιαστικὸν (ἄλλοι μὲν γὰρ περὶ τῶν τοιούτων [29] δογμάτων παιζέτωσαν, ἡμῖν δὲ τὰ τοιαῦτα παίζειν οὐκ ἀσφαλὲς), κἀκεῖ τῷ, *Καὶ οἷς δέδοται*, πρόσθες τὸ, τοῖς οὖσιν ἀξίοις· οἳ τὸ εἶναι τοιοῦτοι, οὐ μόνον παρὰ

[57] Psal. cxxvi, 1. [58] Eccle. ix, 11. [59] Matth. xx, 20. [60] ibid. 23. [61] Jerem. i, 5

(19) *Χρῄζῃς*. Or. 1, χρῄζεις.
(20) *Οὐδέ*. Reg. bm, οὔτε.
(21) *Ἀλλά*. Or. 1, καί.
(22) *Τι παθοῦσα*. Comb., τι πάθος παθουσα.
(23) *Ἵνα τιμᾶσθαι νομοθετήσω*. Coisl. 1, Colb. 1, Comb., ἵνα τιμᾶσθαι διδάξω, καὶ νομοθετήσω, « ut matres colere doceam, et quasi lege statuam. »
(24) *Ἤδει γάρ*, etc. « Noverat enim illos consummari, imo vero fore ut consummarentur. »
(25) *Τελεωθήσεσθαι*. Or. 1, τελειωθήσεσθαι.
(26) *Μου*. Deest in nonnullis.
(27) *Ὡς τῆς ψυχῆς*, etc. Pythagoricum dogma de animabus hic carpit Gregorius.
(28) *Ἐκεῖθεν*. Tres Colbert. et Or. 1, ἐκεῖσε.
(29) *Τοιούτων*. Deest in Reg. b, Or. 1 et Combef.

Digitized by Google

τοῦ Πατρὸς εἰλήφασιν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῖς δεδώκασιν (30). A

ΙϚ'. *Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς εὐνουχίσθησαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Σφόδρα ἐβουλόμην ἀνδρικόν τι περὶ τῶν εὐνούχων (31) ἔχειν εἰπεῖν. Μὴ μέγα (32) φρονεῖτε, οἱ ἐκ φύσεως εὐνοῦχοι. Τὸ γὰρ τῆς σωφροσύνης, ἴσως ἀκούσιον. Οὐ γὰρ ἦλθεν εἰς βάσανον, οὐδὲ τὸ σωφρονεῖν ἐδοκιμάσθη διὰ τῆς πείρας. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ φύσεως ἀγαθὸν, ἀδόκιμον· τὸ δ' ἐκ προαιρέσεως, ἐπαινετόν. Τίς πυρὶ χάρις τοῦ καίειν; τὸ γὰρ καίειν ἐκ φύσεως ἔχει. Τίς ὕδατι (33) τοῦ κάτω φέρεσθαι; τοῦτο γὰρ ἔχει παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος. Τίς χιόνι τῆς ψυχρότητος χάρις; ἢ τῷ ἡλίῳ τοῦ φαίνειν; Φαίνει γὰρ κἂν μὴ βούληται. Χαρίζου μοι τὸ βούλεσθαι τὰ βελτίονα. Χαρίζῃ δὲ, ἐὰν σὰρξ γενόμενος, πνευματικὸς γένῃ· ἐὰν τῇ μολίβδι (34) τῆς σαρκὸς ἑλκόμενος, πτερωθῇς ὑπὸ τοῦ λόγου· ἐὰν οὐράνιος εὑρεθῇς, ταπεινὸς γεγονὼς· ἐὰν σαρκὶ συνδεθεὶς, ὑπὲρ σάρκα φανῇς (35). B

XVI. *Sunt enim eunuchi, qui ex utero matris castrati sunt*, etc. Vehementer cuperem **656** virile aliquid de eunuchis proloqui posse. Ne admodum magnifice de vobis sentiatis, qui a natura eunuchi estis. Fortasse enim pudicitia hæc minime voluntaria est. Non enim explorata est, nec castimonia periculo facto comprobata. Bonum enim quod a natura proficiscitur, laudem non meretur: quod autem a libera voluntate animique instituto fluit, id laude dignum existimandum est. Quæ igni gratia est, quod urit? Urere enim a natura habet. Quæ aquæ, quod deorsum fertur? Hoc enim a summo rerum omnium opifice habet. Quæ nivi gratia habenda est, quod frigida sit? aut soli, quod luceat? Lucebit enim etiam invitus. Hoc mihi largire, ut, quæ recta sunt, velis. Largieris autem, si caro factus, spiritualis efficiaris; si a plumbea carnis mole tractus atque depressus, a ratione in altum subleveris; si humilis creatus, cœlestis inveniaris; si carni quasi vinculis quibusdam astrictus, superior carne appareas.

ΙΖ'. Ἐπειδὴ οὖν τὸ σωματικὰ φρονεῖν (36) οὐκ ἐπαινετὸν, ἄλλο τι αἰτῶ τοὺς εὐνούχους. Μὴ πορνεύσητε περὶ θεότητα. Χριστῷ συζευχθέντες, Χριστὸν μὴ ἀτιμάσητε. Ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τελειούμενοι, μὴ ὁμότιμον ἑαυτοῖς τὸ Πνεῦμα ποιήσητε. *Εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον*, ὁ Παῦλός φησι, *Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἦμην*. Εἰ κτίσματι ἐλάτρευον, οὐκ ἂν Χριστιανὸς ὠνομαζόμην. Εἰς τί (37) γὰρ ὁ Χριστιανὸς τίμιον; Οὐχ ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός; Εἰ μὴ τοῦτο ὡς ἄνθρωπος πάθω (38), φιλίᾳ πρὸς αὐτὸν συγκεκραμένος. Καίτοι καὶ Πέτρον τιμῶ, ἀλλ' οὐκ ἀκούω Πετριανός· καὶ Παῦλον, Παυλιανὸς δὲ οὐκ ἤκουσα. Οὐ δέχομαι παρὰ ἀνθρώπων ὀνομάζεσθαι, παρὰ Θεοῦ γεγονώς. Οὕτως εἰ μὲν, ὅτι Θεὸν ὑπέληφας, διὰ τοῦτο καλῇ Χριστιανὸς, καὶ καλοῖο, καὶ μένοις ἐν τῷ ὀνόματι, ἢ τῷ (39) πράγματι. Εἰ δὲ, ὅτι στέργεις Χριστὸν, διὰ τοῦτο ἐξ αὐτοῦ καλῇ, οὐδὲν πλέον νέμεις αὐτῷ (40) τῶν ἄλλων κλήσεων, αἳ ἀπό τινος ἐπιτηδεύματος ἢ πράγματος τίθενται. C

XVII. Quoniam igitur corporea sapere, carnalibusque affectibus duci, haudquaquam laudabile est, aliud quiddam ab eunuchis postulo. Ne circa divinitatem scortemini. Qui Christo conjuncti estis, Christum ne contemnatis. Qui a Spiritu perfectionem accipitis, ne parem vobis Spiritum faciatis. *Si adhuc hominibus placerem*, inquit Paulus [42], *Christi servus non essem*. Si creaturam colerem, Christianus utique non appellarer. Cur enim Christiani nomen venerabile est? Annon quia Christus Deus? Nisi fortasse hoc humano more facio, amicitia nimirum cum eo conglutinatus. At et Petrum honore prosequor, nec tamen Petrianus vocor: et Paulum, nec tamen Paulianus nominatus sum. Non fero me ab hominibus nomen ducere, qui a Deo sum creatus. Proinde si, quia Deum ipsum existimas, ideo Christianus vocaris: voceris sane, et maneas in nomine, atque adeo in re. Sin autem non aliam ob causam a Christo nomen ducis, quam quod eum amore complecteris, nihil amplius ipsi tribuis, quam aliis nominibus, quæ a studio quodam et instituto, aut re aliqua constituuntur.

ΙΗ'. Ὁρᾶτε τοὺς περὶ τὰς ἱπποδρομίας ἐσπουδακότας τούτους. Οἱ ἀπὸ τῶν χρωμάτων (41) ὀνομά- D

XVIII. Videtis hos, qui in cursibus equestribus studium atque operam posuerunt. **657** Illi a colo-

[42] Gal. I, 10.

(30) *Ἑαυτοῖς δεδώκασιν.* « Sibi ipsis dederunt, » nempe, gratiæ excitanti ac moventi libere consentiendo. Reg. bm habet, ἑαυτοὺς δεδώκασιν, « se ipsos dederunt. »

(31) *Περὶ τῶν εὐνούχων.* « De eunuchis. » Gregorius passim eunuchos insectatur, utpote qui maxima ex parte, Ariana, vel Macedoniana peste contaminarentur.

(32) *Μέγα.* Reg. bm. et Or. 1 addunt, τι.

(33) *Ὕδατι.* Colb. 1 addit, χάρις.

(34) *Μολίβδι.* Forte, μολιβδίτιδι. EDIT.

(35) *Φανῇς.* Reg. bm, φανείς.

(36) *Τὸ σωματικὰ φρονεῖν.* Coisl. 1, τὸ σωφρονεῖν. Quam lectionem optimam censet Combefisius. « Quandoquidem igitur laudem non meretur pudicitia, quæ sit a natura, non a libera voluntate. » Pudicitia enim in eunuchis, non virtutis, sed necessitatis est. Hos ad aliam pudicitiam hortatur Gregorius, ad fidei scilicet integritatem, qua laudem mereantur. Lectio vulgata et Billii interpretatio, nec commodum efficiunt sensum, nec cum Gregorii proposito conveniunt. Crediderim scripsisse, σώματι σωφρονεῖν.

(37) *Εἰς τί.* Coisl. 1, διὰ τί.

(38) *Ὡς ἄνθρωπος πάθω.* Coisl. 1, Or. 1, Gabr., ὡς ἄνθρωπον ἀγαπῶν. Combefisius censet ex utraque lectione, sic sarciendam esse litteram: ὡς ἄνθρωπος πάθω, ἄνθρωπον ἀγαπῶν. « Humano more afficior hominem diligens, » id est, « homo sum, hominem amo. »

(39) *Ἢ τῷ.* Comp., καὶ τῷ.

(40) *Νέμεις αὐτῷ.* Coisl. 1, νέμεις σαυτῷ, « tibi tribuis. »

(41) *Οἱ ἀπὸ τῶν χρωμάτων.* In circo quadrigarii

Digitized by Google

ribus nominantur, atque ab iis partibus, cum quibus steterunt. Vos nomina ipsa tenetis, etiamsi non dixero. Si ad eumdem modum Christianus vocaris, parvum admodum ac leve hoc cognomentum est, eo licet glorieris, tibique placeas. Sin autem, quia Deum credis, rebus ipsis quod credas, ostende. Si Filius creatura est, nunc quoque creaturam colis præter Creatorem. Si Spiritus sanctus creatura est, incassum baptizatus es, ac duabus quidem partibus sanus es, imo ne illis quidem : una autem omnino periclitaris. Finge Trinitatem esse margaritam quamdam, undique sibi similem, atque æque fulgentem. Quæcunque margaritæ pars fuerit oblæsa, tota lapidis gratia exstincta fuerit. Eodem modo cum Filium contemnis, ut Patrem honore allicias, tuum honorem non recipit. Ad contemptum Filii, Pater haudquaquam glorificatur. Si filius sapiens lætificat patrem [45], quanto magis Filii honor, Patris quoque honor fuerit ? Quod si hoc etiam probas : *Fili, ne glorieris de ignominia patris* [46] : eodem modo nec Pater ob ignominiam Filii glorificatur. Si Spiritum sanctum aspernaris, honorem tuum Filius repudiat. Tametsi enim non eodem, quo Filius, modo ex Patre est, tamen ex eodem Patre est. Aut totum honore affice, aut totum contemne, ut saltem tibi ipsi constes. Dimidiatam istam pietatem improbo. Totum quidem te pium esse volo, sed quemadmodum volo. Ignosce affectui. Eorum quoque vicem doleo, qui me oderunt. Membrum meum eras, etsi nunc abscinderis : membrum quoque fortasse fies ; atque ob hanc causam humane ac benigne loquor. Hæc eunuchorum causa nobis dicta sint, ut circa divinitatem pudice et caste se gerant.

A ζονται, καὶ τῶν μερίδων, αἷς συνεστήκασιν. Ὑμεῖς δὲ ἴστε τὰ ὀνόματα, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. Εἰ οὕτως ἀκούεις Χριστιανός, μικρὰ λίαν ἡ προσηγορία, κἂν ἐπ' αὐτῇ καλλωπίζῃ· εἰ δὲ, ὅτι καὶ Θεὸν ὑπείληφας, δεῖξον τοῖς ἔργοις ὡς ὑπείληφας. Εἰ κτίσμα ὁ Υἱὸς (42), ἔτι καὶ νῦν λατρεύεις τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίστην (43). Εἰ κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μάτην ἐβαπτίσθης, καὶ τοῖς μὲν δυσὶ (44) μέρεσιν ὑγιαίνεις, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκείνοις· τῷ δὲ ἑνὶ, παντελῶς κινδυνεύεις. Ὑπόθου μαργαρίτην ἕνα εἶναι τὴν Τριάδα, πανταχόθεν ὅμοιον, καὶ ἴσον στίλβοντα. Ὅ τι ἂν πάθῃ (45) τοῦ μαργαρίτου, ἡ πᾶσα τοῦ λίθου χάρις ἠφάνισται. Οὕτως ὅταν ἀτιμάζῃς Υἱὸν, ἵνα τιμήσῃς Πατέρα, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμήν. Ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ οὐ δοξάζεται. Εἰ σοφὸς υἱὸς εὐφραίνει πατέρα, πόσῳ B μᾶλλον ἡ τοῦ Υἱοῦ τιμὴ, τιμὴ τοῦ Πατρὸς (46) γένηται ; Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δέξῃ (47) • *Τὸ τέκνον, μὴ δοξάζου ἐπ' ἀτιμίᾳ Πατρός* · οὕτως οὐδὲ Πατὴρ ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ Υἱοῦ δοξάζεται. Εἰ ἀτιμάζεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμὴν ὁ Υἱός. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ὡς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὖν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρός. Ἢ τὸ πᾶν τίμησον, ἢ τὸ ὅλον ἀτίμασον, ἵνα ἀκόλουθος νοῦς (48) σεαυτῷ τυγχάνῃς. Οὐ δέχομαί σου τὸ ἐξ ἡμισείας (49) εὐσεβές. Ὅλον εὐσεβῆ μὲν εἶναί σε βούλομαι, ἀλλὰ καθὼς βούλομαι. Σύγγνωθι τῷ πάθει. Ἀλγῶ καὶ ὑπὲρ τῶν μισούντων. Μέλος ἦς ἐμὸν, καὶ εἰ νῦν ἀποτέμνῃ· μέλος καὶ γενήσῃ τυχόν· διὰ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπα φθέγγομαι. Ταῦτα διὰ τοὺς εὐνούχους, ἵνα περὶ θεότητα σωφρονῶσιν.

XIX. Non enim peccatum illud solum, quod in C corpore admittitur, fornicatio et adulterium dicitur, sed et quodvis aliud flagitium, ac præsertim scelus id, quod in divinum numen perpetratur. Unde id ostendamus, fortasse quæris ? *Fornicati sunt*, inquit, *in adinventionibus suis* [48]. Videsne et impudens fornicationis facinus ? Et alio loco : *Adulterium committebant in ligno* [49]. Videsne et adulterinum quemdam **658** cultum ? Quocirca ne animo adulterium committas, corpore castitatem colens. Alioqui perspicuum facies, te, quoad carnem attinet, invite pudicum esse, quoniam in iis rebus, in quibus scortari tibi licet, pudicitiam non præstas. Quid

ΙΘ'. Οὐ γὰρ ἡ (50) περὶ σῶμα μόνον ἁμαρτία, πορνεία καὶ μοιχεία λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁτιοῦν ἡμαρτες, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸ θεῖον παρανομία. Πόθεν παράσχωμεν (51) ; τοῦτο τυχὸν ἀπαιτεῖς (52)· *Ἐπόρνευσαν*, φησὶν, *ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν*. Ὁρᾷς καὶ πρᾶξιν πορνείας ἀναίσχυντον (53) ; Καὶ, *Ἐμοιχῶντο*, φησὶν, *ἐν τῷ ξύλῳ*. Ὁρᾷς καὶ θρησκείαν τινὰ μοιχαλίδα ; Μὴ τοίνυν μοιχεύσῃς κατὰ ψυχὴν, σωφρονῶν τῷ σώματι· μὴ δείξεις (54) τὸ ἀκουσίως τῇ σαρκὶ σωφρονεῖν ἐξ ὧν οὐ σωφρονεῖς, ἐν οἷς πορνεύειν δυνατὸς εἶ. Τί πεποιήκατε τὴν ἀσέβειαν ὑμετέραν ; Τί πάντες ἐπὶ τὸ χεῖρον φέρεσθε, ὡς ταυτὸν εἶναι λοιπὸν, ἢ εὐνοῦχον, ἢ ἀσεβῆ καλεῖ-

[45] Prov. x, 1. [46] Eccli. III, 12. [47] Psal. cv, 39. [48] Jerem. III, 6.

vannos variis coloribus distinctos gestabant, alii albo, alii cæruleo, etc. Plebs vero quæ circumstabat, scissa in contraria studia, alia aliis coloribus favebat, suo quæque colori.

(42) *Ὁ Υἱός*. Sic legendum manifestum est ex sequentibus, non vero, ὁ Θεός, ut mendose in editis legitur.

(43) *Κτίστην*. Duo Colb., κτίσαντα.

(44) *Δυσί*. Reg. bm, duo Colb. et Or. 1 δύο.

(45) *Ὅ τι ἂν πάθῃ*. Sic Comb. In ed., Ὅτι ἄν τι πάθῃ.

(46) *Ἡ τοῦ Υἱοῦ τιμὴ, τιμὴ τοῦ Πατρός*, etc. Sic Coisl. 1 et Or. 1, sed secunda manu. Prave in ed., ἡ τοῦ Υἱοῦ τιμὴ, μὴ τοῦ Πατρός.

(47) *Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δέξῃ*. Comb., Εἰ δὲ καὶ τοῦτο, δέξαι τό· « Quod si hoc etiam, illud probato. »

(48) *Νοῦς*. Hæc vox supervacanea videtur.

(49) *Τὸ ἐξ ἡμισείας*. Sic duo Regg. quorum auctoritate delevimus μή, quod sic in editis legitur : τὸ μὴ ἐξ ἡμισείας.

(50) *Οὐ γὰρ ἡ*. Sic Reg. b, tres Colb. et Or. 1. Deest ἡ in ed.

(51) *Παράσχωμεν*. In nonnullis, παράσχωμαι.

(52) *Ἀπαιτεῖς*. In quibusdam, ἀπαιτήσεις.

(53) *Πορνείας ἀναίσχυντον*. Nonnulli habent, πόρνην ἀναίσχυντον. « Vides actionem impudens esse scortum ? »

(54) *Μὴ δείξεις*. Reg. b, duo Colb. et Or. 1, μὴ οείξῃς [optime], « ne perspicuum facias. »

Digitized by Google

σθαι; Γένεσθε μετὰ τῶν ἀνδρῶν, ὀψὲ γοῦν ἀνδρικόν τι φρονήσατε, φύγετε τὰς γυναικωνίτιδας, μὴ προστεθήτω τῷ αἰσχρῷ τοῦ ὀνόματος τὸ αἰσχρὸν τοῦ κηρύγματος (55). Βούλεσθε μικρὸν ἔτι τῷ λόγῳ προσκαρτερήσωμεν (56); Ἡ κόρον ἔχει τὰ εἰρημένα; Πλὴν τιμηθήτωσαν καὶ οἱ εὐνοῦχοι τοῖς ἐξῆς· ἐπαινετὸς γὰρ ὁ λόγος.

A impietatem vestram effecistis? Quid omnes in vitium præcipites ferimini, ut deinceps idem sit, aut eunuchum, aut impium vocari? Tandem aliquando viris vos adjungite, virilem aliquem affectum habete, gynæcea fugite, ne ad nominis turpitudinem prædicationis turpitudo accedat. Vultis in hac oratione nonnihil adhuc immoremur? An potius sufficiunt, quæ diximus? Verum per hæc, quæ secuuntur, eunuchi quoque honorentur. Laudabilis enim hic sermo est.

Κ'. *Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, φησὶν, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτως· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι* (57), *οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δυνάμενος* B *χωρεῖν, χωρείτω.* Δοκεῖ μοι τῶν σωμάτων ἀποστὰς ὁ λόγος, τυποῦν διὰ τῶν σωμάτων (58) τὰ ὑψηλότερα. Τὸ μὲν γὰρ μέχρι τῶν σωματικῶν εὐνούχων στῆσαι τὸν λόγον, τυχὸν μικρόν τε καὶ λίαν ἀσθενὲς καὶ ἀνάξιον λόγου· δεῖ δὲ ἡμᾶς ἐπινοῆσαί τι τοῦ Πνεύματος ἄξιον. Δοκοῦσι τοίνυν οἱ μὲν ἐκ φύσεως νεύειν πρὸς τὸ ἀγαθόν. Φύσεως δὲ ὅταν εἴπω, οὐκ ἀτιμάζω τὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἀμφότερα τίθημι, τήν τε πρὸς τὸ καλὸν ἐπιτηδειότητα, καὶ τὴν εἰς ἔργον ἄγουσαν τὸ ἐκ φύσεως ἐπιτήδειον. Ἕτεροι δὲ εἰσί τινες, οὓς ὁ λόγος καθαίρει, τῶν παθῶν ἐκτέμνων. Τούτους ἡγοῦμαι εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχιζομένους, ὅταν ὁ διδασκαλικὸς λόγος διελὼν τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος, καὶ τὸ μὲν ἀποπεμψάμενος, τὸ δὲ νομοθετήσας (ὡς τὸ, *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν*), τὴν πνευματικὴν σωφροσύνην δημιουργήσῃ. Ἐπαινῶ καὶ τοῦτον τὸν εὐνουχισμὸν, καὶ λίαν ἐπαινῶ τούς τε διδασκάλους ὁμοίως καὶ τοὺς διδασκομένους, ὅτι οἱ μὲν καλῶς ἐξέτεμον, οἱ δὲ κάλλιον ἐξετμήθησαν.

XX. *Sunt eunuchi*, inquit, *qui ex utero matris ita nati sunt: et sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: et sunt eunuchi, qui castraverunt seipsos propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.* Videtur mihi Scriptura, a corporibus abducens, per corporum figuram sublimiora significare. Etenim, in corporeis quidem eunuchis consistere, atque orationem figere, parvum fortasse, valdeque infirmum et Scripturæ majestate indignum fuerit. Decet autem nos quidpiam Scriptura dignum excogitare. Alii quidem videntur naturæ indole ad virtutem tendere. Naturam porro cum dico, liberam voluntatem haudquaquam sperno, sed utrumque statuo, nimirum et naturæ ad bonum facilitatem atque aptitudinem, et animi voluntatem, naturalem illam aptitudinem ad bonum ducentem. Quidam autem alii sunt, quos doctrina expurgat, vitiososque animi affectus abscindit. Hos esse existimo, qui ab hominibus castrantur, cum videlicet magistri præcepta et sermones, virtutem a vitio distinguentes, atque alterum rejicientes, alterum præscribentes (juxta illud, *Declina a malo, et fac bonum* [67]), spiritualem pudicitiam effecerint. Quod etiam exsectionis genus probo, atque et doctores, et discipulos imprimis laudo, quoniam et illi pulchre exsecuerunt, et hi pulchrius exsecti sunt.

ΚΑ'. *Καὶ εἰσὶν, οἵτινες ἑαυτοὺς εὐνούχισαν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ἄλλοι διδασκάλων μὲν οὐκ ἐπέτυχον, ἑαυτῶν δὲ γεγόνασιν ἐπαινετοὶ διδάσκαλοι. Οὐκ ἐδίδαξέ σε μήτηρ τὸ δέον, οὐκ ἐδίδαξέ σε πατὴρ, οὐ πρεσβύτερος, οὐκ ἐπίσκοπος, οὐκ ἄλλος τις τῶν τὸ διδάσκειν πεπιστευμένων. Ἀλλὰ τὸν ἐν σοὶ λόγον κινήσας (59), ἀλλὰ τὸν σπινθῆρα τοῦ καλοῦ διὰ τῆς προαιρέσεως ἀνάψας, σαυτὸν εὐνούχισας, τὴν ῥίζαν ἐξέτεμες, τὰ ὄργανα τῆς κακίας ἐξώρισας, τοσαύτην D ἕξιν ἐκτήσω τῆς ἀρετῆς, ὥστε καὶ σχεδὸν ἀδύνατόν σοι γενέσθαι τὴν περὶ τὰ χείρω φοράν. Διὰ τοῦτο ἐπαινῶ καὶ τοῦτον τὸν εὐνουχισμὸν, καὶ τυχὸν μᾶλλον τῶν ἄλλων. *Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.* Ἣν βούλει δέξαι μερίδα, ἢ ἐπακολούθησον τῷ διδασκάλῳ, ἢ γενοῦ σαυτοῦ διδάσκαλος. Ἓν αἰσχρὸν μόνον, μὴ τιμηθῆναι τὰ πάθη. Περὶ δὲ τοῦ τιμηθῆναι τὰ πάθη, μηδὲν διαφέρου. Καὶ ὁ διδάσκων, πλάσμα Θεοῦ, καὶ σὺ γέγονας

XXI. *Et sunt, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum.* Alii, cum nullos magistros nacti essent, probi sibi ipsis magistri exstiterunt. Non docuit te mater quid officii esset, non docuit te pater, **659** non presbyter, non episcopus, non alius quispiam ex iis, quibus docendi cura commissa est. At tu, rationem tibi insitam movens, ac virtutis igniculum per arbitrii libertatem exsuscitans, teipsum exsecuisti, radicem excidisti, vitii instrumenta depulisti, tantum tibi virtutis habitum comparasti, ut jam ad vitium ferri propemodum nequeas. Quamobrem hanc quoque exsectionem laudandam censeo, magisque etiam fortasse, quam duas superiores. *Qui potest capere, capiat.* Quam libuerit partem accipe, aut magistrum sequere, aut tibi ipsi magister esto. Hoc unum turpe est, affectus exsectos non habere. De his autem exscindendis ne

[67] Psal. xxxvi, 27.

(55) *Αἰσχρὸν τοῦ κηρύγματος.* nis verbis Gregorius monet eunuchos, ne nominis turpitudini hæresis quoque turpitudinem adjungant.

(56) *Προσκαρτερήσωμεν.* Sic Reg. b et Or. 1. In ed., προσκαρτερήσομεν.

(57) *Εἰσὶν εὐνοῦχοι.* Sic tres Colb. Deest in ed., εὐνοῦχοι.

(58) *Τῶν σωμάτων.* Colb. 1 et Bas., τῶν σωματικῶν.

(59) *Κινήσας.* Tres Colb., ἐκίνησας

Digitized by Google

quid litis crees. Et qui docet, figmentum Dei est, A et tu eumdem ortum habuisti: sive præceptor gratiam hanc rapiat, sive hoc bonum tuum fiat, bonum perinde est.

ἐκεῖθεν· κἂν τε ὁ διδάσκαλος ἁρπάσῃ τὴν χάριν, κἂν τε γένηται σὸν τὸ καλὸν, καλὸν ὁμοίως ἐστί.

XXII. Hoc tantum nobis curæ sit, ut nosipsos ab animi perturbationibus abscindamus, ne qua radix amarulentiæ sursum germinans [68] turbas moveat. Hoc tantum curemus, ut imaginis divinæ vestigiis insistamus, ut exemplar nostrum revereamur. Corporeos affectus amputa, amputa etiam spirituales. Quanto enim anima corpus antecellit, tanto præstantius est animam purgare, quam corpus. Quod si corporis purgatio laudabilis est, cogita, quæso, quanto major atque sublimior sit animæ purgatio. Exscinde Arianam impietatem, exscinde pravam Sabellii sententiam. Nec plus, quam æquum est, conjungas, nec scelerate dividas: nec in unam personam tria contrahas, nec tres naturarum diversitates efficias. Et unum laudabile est, cum recte B intelligitur: et tria, cum recte distinguuntur; nempe, cum personarum distinctio facta fuerit, non divinitatis.

ΚΒ'. Μόνον ἐκτέμνωμεν ἑαυτοὺς τῶν παθῶν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ (60). Μόνον ἀκολουθῶμεν τῇ εἰκόνι, μόνον αἰδώμεθα τὸ ἀρχέτυπον. Ἔκτεμνε τὰ σωματικὰ πάθη, ἔκτεμνε καὶ τὰ ψυχικά. Ὅσῳ γὰρ ψυχὴ τιμιώτερον σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερον καθᾶραι ψυχὴν, ἢ σῶμα. Εἰ δὲ ἡ τοῦ σώματος κάθαρσις τῶν ἐπαινετῶν, σκόπει μοι πόσον ἡ τῆς ψυχῆς μείζων τε καὶ ὑψηλοτέρα. Ἔκτεμνε τὴν Ἀρειανὴν (61) ἀσέβειαν, ἔκτεμνε τὴν Σαβελλίου κακοδοξίαν. Μήτε συνάψῃς πλέον ἢ καλῶς ἔχει, μήτε διέλῃς κακῶς, μήτε εἰς ἓν πρόσωπον συνέλῃς τὰ τρία, μήτε ἐργάσῃ τρεῖς ἀλλοτριότητας φύσεων. Καὶ τὸ ἓν ἐπαινετὸν, καλῶς νοούμενον, καὶ τὰ τρία καλῶς διαιρούμενα, ὅταν προσώπων, ἀλλὰ μὴ θεότητος, ἡ διαίρεσις ᾖ.

XXIII. Hæc et laicis præscribo, hæc et presbyteris mando, hæc et iis, quibus imperium creditum est. Omnes rectæ doctrinæ opem ferte, qui, Dei beneficio, opem ferre potestis. Magnum est cædem comprimere, adulterium coercere, furtum castigare; multo majus pietatem sancire, ac sanam doctrinam largiri. Non tantas vires sermo meus habiturus est, pro sancta Trinitate bellum gerens, quantas edictum tuum, si perversis dogmatibus imbutos compresseris, si persecutione oppressis auxilium tuleris, si interfectores **660** represseris, si interfici prohibueris. De corporea autem cæde non tantum loquor, sed etiam de spirituali. Omne enim peccatum, animæ mors est. Atque hic finem habeat oratio. C

ΚΓ'. Ταῦτα καὶ λαϊκοῖς νομοθετῶ (62), ταῦτα καὶ πρεσβυτέροις ἐντέλλομαι, ταῦτα καὶ τοῖς ἄρχειν πεπιστευμένοις. Βοηθήσατε τῷ λόγῳ πάντες ὅσοις (63) τὸ δύνασθαι βοηθεῖν ἐκ Θεοῦ. Μέγα φόνον ἐπισχεῖν, καὶ μοιχείαν κολάσαι, καὶ κλοπὴν σωφρονίσαι (64)· πολλῷ μᾶλλον εὐσέβειαν νομοθετῆσαι, καὶ ὑγιῆ λόγον χαρίσασθαι. Οὐ τοσοῦτον ὁ ἐμὸς λόγος δυνήσεται πολεμῶν ὑπὲρ τῆς ἁγίας Τριάδος, ὅσον τὸ πρόσταγμα, ἐὰν ἐπιστομίζῃς τοὺς κακῶς ἔχοντας, ἐὰν βοηθῇς τοῖς διωκομένοις, ἐὰν τοὺς φονευτὰς ἐπέχῃς, ἐὰν κωλύῃς (65) τὸ φονεύεσθαι. Λέγω δὲ, οὐ τὸν σωματικὸν μόνον (66), ἀλλὰ καὶ τὸν ψυχικόν. Πᾶσα γὰρ ἁμαρτία, θάνατός ἐστι ψυχῆς. Μέχρι τούτων ὁ λόγος στήτω.

XXIV. Reliquum est, ut pro iis, qui huc convenerunt, votum faciamus. Viri simul et uxores, principes et subditi, senes et adolescentes ac virgines, omnes cujusvis ætatis, dispendium quidem ac detrimentum omne, tum in pecuniis et facultatibus, tum in corporibus æquo animo ferte: hoc autem unum nunquam patiamini, ut divinitatis jacturam faciatis. Adoro Patrem, adoro Filium, adoro Spiritum sanctum; vel, ut rectius dicam, adoramus, ego, qui hæc loquor, et ante omnes, et post omnes, et cum omnibus, in ipso Domino Christo nostro, cui gloria et imperium in sæcula. Amen. D

ΚΔ'. Λοιπὸν (67) δὲ ἔστω ὑπὲρ τῶν συνεληλυθότων εὐχή. Ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, ἀρχόμενοί τε καὶ ἄρχοντες, πρεσβῦται καὶ νεανίσκοι μετὰ παρθένων, πᾶν γένος ἡλικίας, πᾶσαν μὲν φέρετε ζημίαν, τὴν εἰς χρήματα, τὴν εἰς σώματα· ἓν δὲ μὴ δέξησθε μόνον, τὴν θεότητα ζημιούμενοι. Προσκυνῶ Πατέρα, προσκυνῶ τὸν Υἱὸν, προσκυνῶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μᾶλλον δὲ προσκυνοῦμεν, ἐγὼ καὶ πρὸ πάντων, ὁ ταῦτα λέγων, ἐγὼ καὶ μετὰ πάντας καὶ σὺν πᾶσιν, ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ τῷ Χριστῷ (68) ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[68] Hebr. xii, 15.

(60) *Ἐνοχλῇ*. Sic duo Regg., tres Colb., Or. 1 et Comb. In ed., ἐνοχλεῖ.
(61) *Ἀρειανὴν*. Reg. bm, ἀριανεῖν.
(62) *Νομοθετῶ*. Reg. b et Or. 1, νουθετῶ.
(63) *Ὅσοις*. In quibusdam, οἷς.
(64) *Σωφρονίσαι*. Reg. bm, σωφρονῆσαι.
(65) *Ἐπέχῃς ... κωλύῃς*. In nonnullis, ἐπέχοις ... κωλύοις.
(66) *Σωματικὸν μόνον*. Sic Reg. bm et Comb. Sic etiam legit Billius. Gabrielius vero legit, λέγω δὲ φόνον, οὐ τὸν σωματικὸν μόνον. Deest μόνον in ed.
(67) *Λοιπόν*. In quibusdam, τὸ λοιπόν.
(68) *Τῷ Χριστῷ*. Reg. bm addit, καὶ τῷ Θεῷ.

Digitized by Google

661 MONITUM IN ORATIONEM XXXVIII.

I. Christi nativitatem celebrat in hac oratione Gregorius. Ac primo quidem, exsultat ipse ob tam singulare beneficium a Deo hominibus concessum; atque ad eosdem lætitiæ motus cœlum et terram invitans, exclamat (n. 1 et 2): « Lætentur cœli, et exsultet terra... quoniam vetera transierunt, et nova facta sunt omnia. » Nam qui in sinu Patris sine matre erat, is in sinu Matris sine patre efficitur. Nec quemquam movere debet, quod ex tanto tamque ineffabili mysterio, offendantur Judæi, Græci derideant, et linguarum prurigine afficiantur hæretici. Arcet ab hac solemnitate quidquid profanæ gentilitatis mores redolet. Idcirco vetat, ne ædium vestibula coronis cingantur, ne agitentur chori, ac tantæ festivitatis dies in comessationibus et ebrietate transigatur. Puram et spiritualem lætitiam, ut decet sanctos, ab omnibus exigit; atque insanos risus et nefanda gaudia, ethnicis, qui deos sibi ipsis similes, ac pravis affectibus obnoxios venerantur, relinquenda suadet. Ipse vero in hac solemnitate, convivatoris munere perfungi delectatur. Epulas, id est, sermonem de Christi Incarnatione, in qua veræ reconduntur Christianorum deliciæ, ministrare gestit. Hinc sublimi volatu usque ad Dei essentiam ipsiusque immensitatem, « quæ omnem, tum temporis, tum naturæ cogitationem superat, ac mente sola, et quidem perexigue, non ex iis quæ in ipso, sed quæ circa ipsum sunt, adumbrari potest, » evehitur (n. 7). Tum de ipsius æternitate, « quæ nec tempus est, nec in temporis mensuram cadit, » breviter eloquitur (n. 8); unde ad Dei benignitatem transit (n. 9), « cui nequaquam satis fuit, sua ipsius solum contemplatione moveri; » sed, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur, creata omnia excogitavit; quæ cogitatio opus fuit. Hinc angelicarum virtutum ac mundi hujus visibilis originem ducit. Hinc hominem ad Dei imaginem formatum, arbitrii libertate donatum, in paradiso collocatum exhibet; atque, ut inde ad Christi nativitatem progrediatur, eumdem hominem diaboli fraude deceptum, et a paradisi deliciis non multo post, ob inobedientiam expulsum, flebili oratione repræsentat. Hic autem præsertim ostendit, quantæ sint divitiæ sapientiæ et scientiæ Dei; ac, quo pacto pœna ipsa in misericordiam cesserit, eleganter commonstrat. Percurrens denique præcipua, quæ Christi nativitas hominibus contulit, beneficia, omnes hortatur ut tantæ benignitatis memores, cum Christo vivant ac moriantur, ut simul cum ipso resurgere possint.

II. Inscripta est hæc oratio : « In Theophania, seu Natalitia Salvatoris. » Unde nata hæc apud eruditos controversia, utrum ista oratio dicta sit 25 Decembris 380, an 6 Januarii 381. Qui nodus ut facilius solvatur, duo præcipue notanda sunt : primum, quid præcise significet vox « Theophania, » et quo sensu fuerit a Græcis Patribus usurpata; deinde, utrum ab omnibus Christianis hæc solemnitas uno eodemque die celebrata sit. Quod ad primum spectat, ex interpretibus manifestum videtur, vocem **662** « Theophania » nihil aliud significasse, nisi « Divinitatis apparitionem, » quoquo tandem modo Deus aliquis præsentiæ suæ signum dedisse crederetur. Plura hujus rei testimonia ex gentilium scriptis referunt Casaubonus et Suicerus (69) qui contendunt etiam e paganorum ritibus in ecclesiasticam observationem, ut alia multa, ita quoque Theophaniorum appellationem derivatam esse. Ecclesiastici autem scriptores, voce « Theophania, » seu « Epiphania » (quæ voces apud eos idem sonant), intelligunt præsertim « Christi in carne apparitionem, » seu, « nativitatem. Epiphania, » inquit Suidas (70), « est Salvatoris Jesu Christi Incarnatio. » Et Epiphanius (71) : « Dies Epiphaniorum est dies quo natus est Christus secundum carnem. » Eadem in aliis reperias. Hæc siquidem communis fuit Græcorum Patrum sententia de Theophaniorum et Epiphaniorum appellatione. Gregorius quoque noster in hac oratione Christi nativitatem, « Theophania, » seu, « Natalitia » appellat (n. 3). « Utroque enim modo, » inquit, « appellatur hæc celebritas, duobus scilicet nominibus uni eidemque rei impositis. Deus namque per nativitatem hominibus apparuit. » Hieronymus vero intelligit baptisma, in quo aperti sunt Christo cœli. Ait enim (72) : « Epiphaniorum dies huc usque venerabilis est, non, ut quidam putant, natalis in carne; tunc enim absconditus est, et non apparuit; quod huic tempori congruit, quando dictum est : ***Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*** » Negat igitur Hieronymus Epiphania dici posse nativitatis diem, quia tum Christus latuerit; ac proinde « Gregorio præceptori suo, » ut cum Casaubono loquar (73), « ex proposito contradicit. » Verum, ut refellatur Hieronymi sententia, satis est probasse ex scriptoribus jam citatis, Theophaniorum et Epiphaniorum voces, pro Christi « in carne apparitione, » seu, « nativitate, » passim a Græcis Patribus usurpatas fuisse. Idem dicendum de Chrysostomo, qui, homilia ***De baptismo Christi***, sic loquitur (74) : « Qui fit, ut non ea dies, qua natus est, sed ea, qua baptizatus est, Epipha-

(69) Casaub. *Exercit. in Annal. Bar.*, n. 166; Suicer. voce *Ἐπιφάνεια*.
(70) Voce *Ἐπιφάνεια*.
(71) Hær. LIII.
(72) Lib. I *Comm. in Ezechiel.*
(73) *Exercit. in Annal. Bar.*, p. 169
(74) T. II novæ ed., p. 369, n. 2.

Digitized by Google

nia, seu *Apparitio* appelletur?... Quia nimirum non omnibus manifestus est redditus, cum partu est editus, sed cum est baptizatus. Nam ad hunc usque diem vulgo erat ignotus.» At notandum, hanc homiliam a Savilio (75) aliisque inter spuria Chrysostomi opera rejici.

III. Facili autem negotio solvi potest hæc altera quæstio, utrum scilicet nativitatis Christi solemnitas uno eodemque die ab omnibus Christianis celebrata sit. Diversus enim fuit, ut concors universorum sententia est, Græcorum et Latinorum hujus festi celebrandi ritus. Apud Latinos quidem eadem quæ nunc est, primitivis etiam temporibus fuit diei et temporis ratio; atque distinctis semper nominibus, festo ac tempore, Natalis et Epiphania celebrata sunt; illa 25 Decembris; ista 6 Januarii. Præterea Latini, per vocem, «Epiphania,» numero plerumque singulari, quamvis a Græcis plurali numero expressam, designabant, et stellam quæ in Oriente apparens, magos ad Christi præsepe perduxit, et ejusdem baptisma, in quo cœli aperti sunt, ac Christus cœlesti voce manifestatus, hominibus innotuit. Aliter autem se res habuit apud Græcos. Nam, ut ab Ægyptiis incipiamus, eos uno eodemque die, 6 scilicet Januarii, natalis ac baptismi festa celebrasse, luculenter docet Cassianus his verbis (76): « Intra Ægypti regionem, mos iste antiqua traditione servatur, ut, peracto **663** Epiphaniorum die, quem provinciæ illius sacerdotes, vel Domini baptismatis, vel secundum carnem nativitatis esse definiunt: et idcirco utriusque sacramenti solemnitatem, non bifarie, ut in occiduis provinciis, sed sub una diei hujus festivitate concelebrant,» etc. Hæc autem scribebat Cassianus anno circiter 420 aut 425. Viguit etiam idem ritus apud reliquos Orientales, non quidem ad Cassiani tempora, sed tantum ad medium circiter sæculum quartum, in quo, ut ex Chrysostomo discimus (77), «ex occiduis regionibus» in Orientem invecta est consuetudo illa celebrandi natalem Domini die 25 Decembris. At ne quis forte existimet, Chrysostomum de Antiochena tantummodo provincia locutum fuisse, quod Antiochiæ homiliam, in qua hæc leguntur, habuerit, Gregorii etiam Nysseni nostrique Gregorii testimonia referamus. Gregorius quidem Nyssenus, in Cappadociæ provincia episcopus, de natali Domini agens (78), sic loquitur: «Nunc per totum orbem habitatum (modo tamen, ut ex Cassiano vidimus, Ægypti regionem excipias), diem festum celebrantium concors sonus auditur.» Quibus profecto, non antea pari concordia celebratum, significatur. Idem Nyssenus, oratione *De baptismo*: «Natus igitur est Christus,» inquit (79), «velut ante paucos dies.... Baptizatur hodie,» etc. Hæc autem optime consonant cum his quæ a Gregorio nostro referuntur, tum in hac oratione, tum in ea quæ *In sancta lumina* inscribitur. In hac enim oratione, de Christi nascentis divinitate locutus, addit (n. 16): «Et quidem paulo post Jesum purgationis meæ causa in Jordane purgari videbis; vel potius, aquas purgatione sua purificare.» In altera autem (or. XXXIX, n. 14) ait: «Christi quidem nativitas congrua solemnitate prius, tum a me festi duce, tum a vobis... celebrata est. Cum stella cucurrimus, cum magis adoravimus.... Nunc vero alia Christi actio, aliudque mysterium sequitur... Christus illuminatur, Christus baptizatur,» etc. Ex quibus non immerito sane colligimus, jam Gregorii temporibus, Christi nativitatem ab ejusdem baptismo apud plerosque Orientales distinctam esse, atque ab universa fere Ecclesia 25 Decembris celebratam, cum isto tamen discrimine, quod magorum adoratio, quæ apud Latinos, una cum baptismate 6 Januarii celebratur, natali Domini apud Græcos annexa sit. Qui mos, ut observat Tillemontius (80), «etiamnum adhuc in his regionibus perseverat.» Nobis igitur ex dictis concludendum videtur, orationem istam Constantinopoli, 25 Decembris anni 380 pronuntiatam fuisse.

(75) T. V, p. 523.
(76) *Coll.* X, c. 2.
(77) Hom. *de Christi Nativitate*, t. II ed. Bened., p. 352.
(78) T. III, p. 352.
(79) Ibid. p. 368.
(80) T. IX, art. LXVI, p. 462.

ORATIO XXXVIII[a].

In Theophania, sive Natalitia Salvatoris.

I. Christus gignitur, glorificate; Christus e cœlis, obviam prodite; Christus in terra, subvehimini. *Cantate Domino, omnis terra* [69.70]. Atque, ut hæc duo in unum contraham: *Lætentur cœli, et* **664** *exsultet terra* [71], propter cœlestem, ac postea terrestrem.

[69.70] Psal. XCV, 1. [71] Ibid. 11.

[a] Alias et nunc XXXVIII. — Habita 25 Decembris anni 380.

ΛΟΓΟΣ ΛΗ

Εἰς τὰ Θεοφάνια (81), εἴτουν Γενέθλια τοῦ Σωτῆρος.

Α'. Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν, ἀπαντήσατε· Χριστὸς ἐπὶ γῆς, ὑψώθητε. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ· καὶ, ἵν' ἀμφότερα συνελὼν εἴπω, Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, διὰ τὸν ἐπουράνιον, εἶτα ἐπὶ-

(81) Εἰς τὰ Θεοφάνια. Sic plures codices. Regg. c et ph: Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν· «In sanctam Christi nativitatem.» Or. I, Εἰς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· «In nativitatem Domini, et Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, secundum carnem.»

Digitized by Google

γειον. Χριστὸς ἐν σαρκὶ, τρόμῳ καὶ χαρᾷ ἀγαλλιᾶσθε· τρόμῳ, διὰ τὴν ἁμαρτίαν· χαρᾷ, διὰ τὴν ἐλπίδα. Χριστὸς ἐκ Παρθένου· γυναῖκες παρθενεύετε, ἵνα Χριστοῦ γένησθε μητέρες. Τίς οὐ προσκυνεῖ τὸν ἀπ' ἀρχῆς; τίς οὐ δοξάζει τὸν τελευταῖον;

A Christus in carne, tremore et gaudio exsultate; tremore, propter peccatum; gaudio, propter spem. Christus ex Virgine; mulieres, virginitatem colite, ut Christi matres sitis. Quis eum, qui a principio est, non adorat? Quis eum, qui postremus est, non laudat ac celebrat?

Β'. Πάλιν τὸ σκότος (82) λύεται, πάλιν τὸ φῶς ὑφίσταται, πάλιν Αἴγυπτος σκότῳ κολάζεται, πάλιν Ἰσραὴλ στύλῳ φωτίζεται. Ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν σκότει τῆς ἀγνοίας, ἰδέτω (83) φῶς μέγα τῆς ἐπιγνώσεως. *Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά.* Τὸ γράμμα ὑποχωρεῖ, τὸ πνεῦμα πλεονεκτεῖ, αἱ σκιαὶ παρατρέχουσιν, ἡ ἀλήθεια ἐπεισέρχεται. Ὁ Μελχισεδὲκ (84) συνάγεται· ὁ ἀμήτωρ, ἀπάτωρ γίνεται· ἀμήτωρ τὸ πρότερον, ἀπάτωρ τὸ δεύτερον. Νόμοι φύσεως καταλύονται. Πληρωθῆναι δεῖ τὸν ἄνω κόσμον. Χριστὸς (85) κελεύει· μὴ ἀντιτείνωμεν. *Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ* (86) *ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ* (τῷ γὰρ σταυρῷ συνεπαίρεται), *καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς*, τῆς τοῦ Πατρὸς, *Ἄγγελος*. Ἰωάννης βοάτω· *Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου.* Κἀγὼ (87) βοήσομαι τῆς ἡμέρας τὴν δύναμιν· Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ὁ Λόγος παχύνεται, ὁ ἀόρατος ὁρᾶται, ὁ ἀναφὴς ψηλαφᾶται, ὁ ἄχρονος (88) ἄρχεται, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται, *Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.* Ἰουδαῖοι σκανδαλιζέσθωσαν, Ἕλληνες διαγελάτωσαν, αἱρετικοὶ γλωσσαλγείτωσαν. Τότε πιστεύσουσιν (89), ὅταν ἴδωσιν (90) εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον· εἰ δὲ μὴ τότε, ἀλλ' ὅταν ἐξ οὐρανῶν ἐρχόμενον, καὶ ὡς κριτὴν καθεζόμενον.

B. Rursus tenebræ solvuntur, rursus lux creatur, rursus Ægyptus tenebris vexatur [73], rursus Israel per columnam illuminatur [74]. Populus, qui in ignorantiæ tenebris sedet [75], magnam cognitionis et scientiæ lucem inspiciat. *Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova* [76]. Littera cedit, spiritus superat, umbræ prætereunt, veritas ingreditur. Melchisedech colligitur: qui sine matre erat, sine patre efficitur; prius quidem sine matre, post autem sine patre. Naturæ leges evertuntur. Supernum mundum impleri oportet. Christus jubet: ne obsistamus. *Omnes gentes, plaudite manibus* [77], quoniam *parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus* (cum cruce etenim extollitur), *ac vocatur nomen ejus, magni consilii*, hoc est, paterni, *Angelus* [78]. Clamet Joannes: *Parate viam Domini* [79]. Ego quoque diei hujus vim ac potentiam clamabo; carnis expers incarnatur; Verbum crassescit; invisibilis cernitur; intactilis tangitur; tempore vacans initium sumit; Dei Filius, hominis Filius efficitur, *Jesus Christus heri, et hodie, ipse et in sæcula* [80]. Judæi offendantur, Græci derideant, hæretici linguæ prurigine afficiantur. Tum credent, cum in cœlum ascendentem viderint: quod si ne tum quidem, at certe cum e cœlo descendentem, atque ut judicem sedentem aspexerint.

Γ'. Ταῦτα μὲν ὕστερον, Τὰ δὲ νῦν Θεοφάνια, ἡ πανήγυρις, εἴτουν Γενέθλια· λέγεται γὰρ ἀμφότερα, δύο κειμένων προσηγοριῶν ἑνὶ πράγματι. Ἐφάνη γὰρ Θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως· τὸ μὲν ὤν, καὶ ἀεὶ ὢν ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος (91), ὑπὲρ αἰτίαν καὶ λόγον (οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦ Λόγου λόγος ἀνώτερος)· τὸ δὲ, δι' ἡμᾶς γενόμενος ὕστερον, ἵν' ὁ τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσηται· μᾶλλον δὲ, ῥεύσαντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι διὰ κακίαν, πρὸς αὐτὸ (92) πάλιν ἐπαναγάγῃ διὰ σαρκώσεως. Ὄνομα δὲ, τῷ φανῆναι (93) μὲν, Θεοφάνια· τῷ δὲ γεννᾶσθαι, Γενέθλια.

III. Verum hæc posterius. Nunc autem Theophania, sive Natalitia, præsens celebritas: utroque enim modo appellatur, duobus scilicet nominibus uni eidemque rei impositis. Deus enim per nativitatem hominibus apparuit, alterum quidem jam exsistens, et quidem sempiterne 665 ex sempiterno, supra causam omnem ac rationem (neque enim causa ulla Verbo superior erat); alterum, nostræ salutis causa, postea factus, ut, qui vitam dederat, idem beatam quoque vitam largiretur; vel potius, ut nos per vitium a beata vita prolapsos, ad eamdem rursus Incarnationem suam revocaret. Theophania igitur ob eam causam hoc festum appellatur, quod apparuerit; Nativitas vero, quod natus sit.

[73] Exod. x, 21. [74] Exod. xiii, 21. [75] Isa. ix, 2. [76] II Cor. v, 17. [77] Psa. xlvi, 1. [78] Isa. ix, 6. [79] Matth. iii, 3. [80] Hebr. xiii, 8.

(82) *Τὸ σκότος*. Per « tenebras » intelligit Gregorius « errorem » et « peccatum; » per « lucem » autem, « veram fidei doctrinam et virtutem. »

(83) *Ἰδέτω*, etc. In Isaia ix, 2, juxta LXX, legitur: Ἴδε τὸ φῶς μέγα· « Vidit lucem magnam. »

(84) *Μελχισεδέκ*. Melchisedech sine patre et sine matre fuit Christi typus. Quod quidem in Christi nativitate completum est. Hinc Aug. tract. 8 *in Joan.* ait: « Christus singulariter natus de patre sine matre, de matre sine patre; sine matre Deus, sine patre homo, » etc.

(85) *Χριστός*. Reg. e, Κύριος, « Dominus. »

(86) *Υἱὸς καί*, etc. Sic LXX et melioris notæ codd. In ed., Υἱὸς, *καί*. Quod sic vertit Billius: « Parvulus natus est nobis filius, et datus est nobis. »

(87) *Κἀγώ*. Quinque Regg., ἐγώ.

(88) *Ἄχρονος*. Ἀνάρχος legit Nicephorus in *Antirrh. adv. Const. Copronym.* ap. Mai, *Biblioth. nova* V, II, 65. EDIT.

(89) *Πιστεύσουσιν*. Sic sex Regg., Coisl. 2 et Or. 2. In ed., πιστεύουσιν, « credunt. »

(90) *Ἴδωσιν*. Duo Colb. addunt, αὐτόν.

(91) *Ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος*. Hæc desunt in nonnullis.

(92) *Αὐτό*. Reg. ph, sed recentiori manu, ἑαυτόν.

(93) *Τῷ φανῆναι*. Chrys., τὸ φανῆναι. Mox idem, τὸ δὲ γεννᾶσθαι.

Digitized by Google

IV. Hoc festum nostrum est, hoc hodierno die celebramus, Dei nimirum ad homines adventum, ut ad Deum accedamus, aut (id enim aptius dicitur), revertamur; ut, deposito veteri homine, novum induamus; et quemadmodum in veteri Adamo mortui sumus, ita in Christo vivamus, dum nimirum cum Christo et nascimur, et cruci affigimur, et sepelimur, et resurgimus. Pulchra enim in contrarium mutatio mihi subeunda est, ut, quemadmodum ex secundis rebus molestæ venerunt, sic etiam ex molestis lætæ et jucundæ redeant. *Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit et gratia* [80]; et, si gustus condemnavit, quanto magis Christi passio justificavit? Quocirca non ut in publicis festis fieri solet, sed divine; non mundane, sed supra mundane; non quæ nostra sunt, sed ejus qui noster est, vel, ut rectius loquar, ejus qui Dominus est; non quæ infirmitatis sunt, sed quæ curationis; non quæ creationis, sed quæ regenerationis, celebremus.

V. Id autem qua ratione consequemur? Nempe, si nec domus vestibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pascamus, nec aurem cantu mulceamus, nec olfactum muliebriter deliniamus, nec gustui lenocinemur, nec tactui gratificemur, promptis, inquam, illis ad vitium viis, et peccati januis, nec delicatis et circumfluentibus vestibus emolliamur, quarum quod pulcherrimum est, nulli usui est, nec gemmarum splendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificiis nativam pulchritudinem ementientibus, atque adversus divinam imaginem excogitatis; nec comessationibus et ebrietatibus [81], quibus cubilia et impudicitias adjuncta esse scio; quandoquidem malorum magistrorum malæ doctrinæ sunt, vel potius, malorum seminum malæ segetes. Ne altos e frondibus toros figamus, ventri umbracula 666 delicata fabricantes. Nec fragrantia vina, nec coquorum lenocinia, nec exquisitissima unguenta in pretio habeamus. Nec terra et mare pretiosum nobis stercus dono offerant (hoc enim honore delicias afficere soleo); nec alius alium intemperantia superare contendamus. Mihi enim intemperantia est, quidquid superfluum est, ususque necessarios excedit; idque esurientibus aliis, atque inopia laborantibus, iis, inquam, qui ex eodem luto et temperamento constant.

VI. Verum hæc gentilibus, ac gentilitiis pompis, festisque relinquamus: qui etiam iis, quos sacrificiorum nidor oblectat, deorum nomen tribuunt, apteque proinde divinum numen ventre colunt, mali utique malorum dæmonum, et fictores, et sacerdotes, et cultores. At nos, a quibus Verbum adoratur, si quid deliciis dandum est, in sermone deli-

Δ'. Τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ πανήγυρις, τοῦτο ἑορτάζομεν σήμερον, ἐπιδημίαν Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, ἵνα πρὸς Θεὸν ἐνδημήσωμεν (94), ἢ ἐπανέλθωμεν (οὕτω γὰρ εἰπεῖν οἰκειότερον), ἵνα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποθέμενοι, τὸν νέον ἐνδυσώμεθα· καὶ ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀπεθάνομεν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ ζήσωμεν, Χριστῷ καὶ συγγεννώμενοι (95), καὶ συσταυρούμενοι, καὶ συνθαπτόμενοι (96), καὶ συνανιστάμενοι. Δεῖ γάρ με παθεῖν τὴν καλὴν ἀντιστροφήν· καὶ ὥσπερ ἐκ τῶν χρηστοτέρων, ἦλθε τὰ λυπηρά, οὕτως ἐκ τῶν λυπηρῶν, ἐπανελθεῖν τὰ χρηστότερα. *Οὗ γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις* · καὶ εἰ ἡ γεῦσις κατέκρινε, πόσῳ μᾶλλον τὸ Χριστὸν παθεῖν ἐδικαίωσεν; Τοιγαροῦν ἑορτάζωμεν, μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ θεϊκῶς· μὴ κοσμικῶς, ἀλλ' ὑπερκοσμίως· μὴ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἡμετέρου, μᾶλλον δὲ τὰ τοῦ Δεσπότου· μὴ τὰ τῆς ἀσθενείας, ἀλλὰ τὰ τῆς ἰατρείας· μὴ τὰ τῆς πλάσεως, ἀλλὰ τὰ τῆς ἀναπλάσεως.

Ε'. Ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; Μὴ πρόθυρα στεφανώσωμεν, μὴ χοροὺς συστησώμεθα, μὴ κοσμήσωμεν ἀγυιάς, μὴ ὀφθαλμὸν ἑστιάσωμεν, μὴ ἀκοὴν καταυλήσωμεν, μὴ ὀσφρησιν ἐκθηλύνωμεν, μὴ γεῦσιν καταπορνεύσωμεν, μὴ ἁφῇ χαρισώμεθα, ταῖς προχείροις εἰς κακίαν ὁδοῖς, καὶ εἰσόδοις τῆς ἁμαρτίας, μὴ ἐσθῆτι μαλακισθῶμεν, ἁπαλῇ τε καὶ περιῤῥεούσῃ, καὶ ἧς τὸ κάλλιστον ἀχρηστία, μὴ λίθων διαυγείαις, μὴ χρυσοῦ περιλάμψεσι, μὴ χρωμάτων σοφίσμασι ψευδομένων τὸ φυσικὸν κάλλος, καὶ κατὰ τῆς εἰκόνος ἐξευρημένων· μὴ κώμοις καὶ μέθαις, οἷς κοίτας καὶ ἀσελγείας οἶδα συνεζευγμένας· ἐπειδὴ κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, μᾶλλον δὲ πονηρῶν σπερμάτων πονηρὰ τὰ γεώργια. Μὴ στιβάδας ὑψηλὰς πηξώμεθα σκηνοποιοῦντες τῇ γαστρὶ τὰ τῆς θρύψεως. Μὴ τιμήσωμεν οἴνων τοὺς ἀνθοσμίας, ὀποιῶν μαγγανείας, μύρων πολυτελείας. Μὴ γῆ καὶ θάλασσα τὴν τιμίαν ἡμῖν κόπρον δωροφορείτωσαν· οὕτω γὰρ ἐγὼ τιμᾷν οἶδα τρυφήν. Μὴ ἄλλος ἄλλον ἀκρασίᾳ νικᾷν σπουδάζωμεν. Ἀκρασία γὰρ ἐμοί, πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν· καὶ ταῦτα πεινώντων ἄλλων καὶ δεομένων, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ τε καὶ κράματος.

Ϛ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν Ἕλλησι παρῶμεν, καὶ Ἑλληνικοῖς κόμποις, καὶ πανηγύρεσιν· οἳ καὶ θεοὺς ὀνομάζουσι (97) κνίσσαις χαίροντας, καὶ ἀκολούθως τὸ θεῖον τῇ γαστρὶ θεραπεύουσι, πονηροὶ πονηρῶν δαιμόνων, καὶ πλάσται, καὶ μυσταγωγοί, καὶ μύσται (98) τυγχάνοντες. Ἡμεῖς δὲ, οἷς Λόγος τὸ προσκυνούμενον, κἄν τι δέῃ (99) τρυφᾷν, ἐν λόγῳ (1)

Rom. v, 20. [81] Rom. XIII, 13.

(94) *Ἐνδημήσωμεν.* « Præsentes simus, accedamus. » Sic plerique codd. In ed., ἐκδημήσωμεν, « excedamus. »

(95) *Συγγεννώμενοι.* « Nascimur. » Sic Comb. Sic etiam legit Billius. In ed., συγγενόμενοι, « conversamur. »

(96) *Συνθαπτόμενοι.* Chrys. et Par. addunt, προθύμως, « alacriter. »

(97) *Ὀνομάζουσι.* Or. 1, νομίζουσι, « Deos arbitrantur nidore sacrificiorum delectari. »

(98) *Μυσταγωγοὶ καὶ μύσται.* « Erroris ac dæmonum doctores et discipuli. »

(99) *Δέῃ.* Quatuor Regg., octo Colb., Chrys., δέοι.

(1) *Ἐν λόγῳ.* Coisl. 1, ἐν λόγοις.

Digitized by Google

τρυφήσωμεν, καὶ θείῳ νόμῳ, καὶ διηγήμασι (2), τοῖς τε ἄλλοις, καὶ ἐξ ὧν (3) ἡ παροῦσα πανήγυρις· ἵν' οἰκεῖον ᾖ (4) τὸ τρυφᾷν, καὶ μὴ πόρρω τοῦ συγκαλέσαντος. Ἢ βούλεσθε (καὶ γὰρ ἐγὼ σήμερον ἑστιάτωρ ὑμῖν) ἐγὼ τὸν περὶ τούτων παραθῶ λόγον τοῖς καλοῖς ὑμῖν δαιτυμόσιν, ὡς οἷόν τε δαψιλῶς τε καὶ φιλοτίμως, ἵν' εἰδῆτε, πῶς δύναται τρέφειν ὁ ξένος τοὺς ἐγχωρίους, καὶ τοὺς ἀστικοὺς (5) ὁ ἄγροικος, καὶ τοὺς τρυφῶντας ὁ μὴ τρυφῶν, καὶ τοὺς περιουσίᾳ λαμπροὺς, ὁ πένης τε καὶ ἀνέστιος; Ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν· καί μοι καθήρασθε, καὶ νοῦν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν, ὅσοι τρυφᾶτε τὰ τοιαῦτα· ἐπειδὴ περὶ Θεοῦ, καὶ θεῖος ὁ λόγος· ἵν' ἀπέλθητε τρυφήσαντες (6) ὄντως τὰ μὴ κενούμενα. Ἔσται δὲ ὁ αὐτὸς πληρέστατός τε ἅμα καὶ συντομώτατος· ὡς μήτε τῷ ἐνδεεῖ λυπεῖν, μήτε ἀηδὴς (7) εἶναι διὰ τὸν κόρον.

Ζ'. Θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· μᾶλλον δὲ *ἔστιν* ἀεί. Τὸ γὰρ *ἦν*, καὶ *ἔσται*, τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα, καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως· ὁ δὲ ὢν ἀεὶ, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει, τῷ Μωϋσεῖ χρηματίζων (8) ἐπὶ τοῦ ὄρους. Ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν, ἔχει τὸ εἶναι, μήτε ἀρξάμενον, μήτε παυσόμενον (9), οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον, πᾶσαν ὑπερεκπῖπτον ἔννοιαν, καὶ χρόνου καὶ φύσεως· νῷ μόνῳ σκιαγραφούμενος, καὶ τοῦτο (10) λίαν ἀμυδρῶς καὶ μετρίως, οὐκ ἐκ τῶν (11) κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, ἄλλης ἐξ ἄλλου φαντασίας συλλεγομένης, εἰς ἕν τι τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, πρὶν κρατηθῆναι, φεῦγον, καὶ πρὶν νοηθῆναι, διαδιδράσκον· τοσαῦτα περιλάμπον ἡμῶν τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ ταῦτα κεκαθαρμένον, ὅσα καὶ ὄψιν ἀστραπῆς τάχος οὐχ ἱσταμένης: Ἐμοὶ δοκεῖν, ἵνα τῷ ληπτῷ μὲν ἕλκῃ πρὸς ἑαυτὸ (12) (τὸ γὰρ τελέως ἄληπτον, ἀνέλπιστον, καὶ ἀνεπιχείρητον), τῷ δὲ ἀλήπτῳ θαυμάζηται, θαυμαζόμενον δὲ ποθῆται πλέον, ποθούμενον δὲ καθαίρῃ, καθαῖρον δὲ θεοειδεῖς ἀπεργάζηται (13), τοιούτοις δὲ γενομένοις, ὡς οἰκείοις, ἤδη προσομιλῇ, τολμᾷ τι νεανικὸν ὁ λόγος, Θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε καὶ γνωριζόμενος, καὶ τοσοῦτον ἴσως, ὅσον ἤδη γινώσκει τοὺς γινωσκομένους. Ἄπειρον οὖν τὸ θεῖον καὶ δυσθεώρητον· καὶ τοῦτο πάντη καταληπτὸν αὐτοῦ μόνον, ἡ ἀπειρία· κἂν τις οἴηται τῷ ἁπλῆς (14) εἶναι φύσεως, ἢ ὅλον ἄληπτον εἶναι, ἢ τελέως ληπτόν. Τί γὰρ ὃς ἁπλῆς ἐστι φύσεως, ἐπιζητήσωμεν. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο φύσις αὐτῷ ἡ ἁπλό-

ciemur, atque in lege divina, et narrationibus, cum aliis, tum iis præsertim, quæ præsenti festo consentaneæ sunt; ut aptæ, minimeque ab eo, a quo convocati sumus, alienæ sint deliciæ nostræ. An vero placet, ut, quandoquidem hodierno die convivatoris apud vos munere perfungor, vobis, præclaris convivis, sermonem de his rebus, quam fieri poterit, lautissimum et copiosissimum apponam, ut noscatis, quam belle, et indigenas peregrinus, et urbanos rusticus, et deliciis operam dantes homo a deliciis alienus, et opibus claros pauper ac domo carens, alere queat? Hinc autem exordiar: ac vos, quæso, et mentem, et aures, et animum purgatum afferte, quicunque hujusmodi deliciis studetis (quandoquidem quæ de Deo habetur, divina quoque ipsa est oratio); ut deliciis haudquaquam evanescentibus revera affecti discedatis. Erit autem eadem simul et plenissima, et maxime compendiosa; ut nec ob defectum molestiam, nec ob saturitatem tædium afferat.

VII. Deus, et erat semper, et est, et erit: vel, ut rectius loquar, semper *est*. Nam *erat*, et *erit*, nostri temporis, fluxæque naturæ segmenta sunt. Ille autem semper *est*, atque hoc modo seipsum nominat, cum in monte Moysi oraculum edit[62]. Universum enim id, quod est, in se complectitur, nec principium habens, nec **667** finem habiturum, velut pelagus quoddam essentiæ immensum et interminatum, omnem, tum temporis, tum naturæ cogitationem superans; mente sola adumbratus is, et quidem perexigue ac perobscure, non ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum: alia ex alio collecta specie ad unum quoddam veritatis simulacrum, priusquam teneatur, effugiens, et priusquam intellectu percipiatur, se ipsum fuga propripiens: tantum principem nostri partem, eamque a vitiorum labe purgatam, collustrans, quantum oculorum aciem fulguris celeritas minime consistentis. Hoc autem, mea quidem sententia, idcirco fit, ut quatenus comprehendi potest, nos ad se trahat (quod enim percipi omnino nequit, id nec sperat quisquam, nec assequi conatur); quatenus autem capi non potest, admirationem sui excitet, atque ex ipsa admiratione vehementius expetatur, expetitus purget, purgans autem divinos efficiat, talesque cum redditi sunt, cum iis jam, velut cum familiaribus, consuetudinem habeat (metuo ne hoc audacius a me dictum videri possit), Deus diis unitus et cognitus, ac tantum fortasse, quantum jam eos, qui ipsi noti sunt, cogno-

[62] Exod. III, 14.

(2) *Καὶ διηγήμασι*. Sic Regg. bm, ph, Chrys., etc. In ed., καὶ διηγήματι.

(3) *Ἐξ ὧν*, etc. « Ex quibus præsens solemnitas constat; » in qua scilicet agitur de homine creato, lapso et instaurando per mysterium Incarnationis.

(4) *Ἵν' οἰκεῖον ᾖ*. Sic Regg. b, c, o, pm, ph, Chrys., Coisl. 1, Or. 1, etc. In ed., ἵν' οἰκείαν ᾖ.

(5) *Ἀστικούς*. Sic tres Regg. et totidem Colb. ac Or. 1. In ed., ἀστυκούς.

(6) *Τρυφήσαντες*. Comb., τρυφήσοντες.

(7) *Ἀηδής*. Or. 1, ἀηδεῖς.

(8) *Χρηματίζων*. Sic Comb. ex duobus codd. et Bas. In ed., σχηματίζων, « effingens. »

(9) *Ἀρξάμενον ... παυσόμενον*. Or. 1, ἀρξάμενος ... παυσόμενος.

(10) *Τοῦτο*. Sic Reg. ph, etc. In ed., τούτῳ.

(11) *Οὐκ ἐκ τῶν*, etc. « Non ex iis quæ in ipso sunt, sed ex iis quæ sunt circa ipsum, » nempe, « ex creaturis. »

(12) *Ἑαυτό*. Reg. ph, ἑαυτόν.

(13) *Ἀπεργάζηται*. Tres Regg. ἐργάζηται.

(14) *Τῷ ἁπλῆς*. Sic tres Regg. et decem Colb. In ed., τὸ ἁπλῆς.

Digitized by Google

scil. Immensus igitur et infinitus est Deus, et ad contemplandum difficilis : atque hoc solum omnino de ipso comprehendi potest, nempe quod immensus, et infinitus sit : etsi quispiam existime., eum, quia simplicis naturæ sit, rationem hanc habere, ut, vel prorsus incomprehensibilis sit, vel prorsus ac perfecte comprehendi queat. Quid enim ille sit, qui naturam simplicem habet, exquiramus. Neque enim simplicitas illi natura est : quandoquidem nec compositis sola compositio.

VIII. Jam vero, cum immensitas bifariam consideretur, nempe et principii, et finis ratione (nam quod supra hæc est, ac non in his, immensum est); cum in superius profundum mens aspexit, non habens ubi consistat, formisque illis, quas de Deo concipit innitatur, immensum hoc et inextricabile, anarchum, hoc est, principio carens, appellavit : cum autem ad inferiora et posteriora, immortale atque interitus expers; cum vero utrumque contraxit et collegit, æternum. Æternitas enim, nec tempus, nec temporis pars ulla est (nec enim in mensuram cadit); sed quod nobis tempus est, solis motu definitum, hoc æternis ævum est, nimirum ille quasi temporalis quidam motus, et intervallum, quod simul cum æternis extenditur. Atque hæc nobis **668** in præsentia de Deo dicta sint. Neque enim plura disserere hujus est temporis, quandoquidem nobis hoc loco non de divinitate, sed de œconomia instituta est oratio. Deum porro cum dico, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum dico; nec ultra hæc diffusa divinitate, ne deorum turbam inducamus; nec rursus infra hæc finita et restricta, ne deitatis inopia premi judicemur, vel propter unius principatum in Judaismum, vel propter deorum multitudinem in gentilismum incidentes. Nam utrobique malum æquale est, tametsi in contrariis reperiatur. Sic nimirum Sancta sanctorum, quæ etiam a seraphinis obteguntur, ac tribus sanctificationibus celebrantur[83], in unam dominationem ac deitatem coeuntibus : quemadmodum et alius quidam ante nos pulcherrime et sublimissime philosophatus est.

Η'. Διχῇ δὲ τοῦ ἀπείρου θεωρουμένου, κατά τε ἀρχὴν καὶ τέλος (τὸ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ μὴ ἐν τούτοις, ἄπειρον), ὅταν μὲν εἰς τὸν ἄνω βυθὸν (15) ὁ νοῦς ἀποβλέψῃ, οὐκ ἔχων ὅποι στῇ καὶ ἀπερείσηται ταῖς περὶ Θεοῦ φαντασίαις, τὸ ἐνταῦθα ἄπειρον καὶ ἀνέκβατον, ἄναρχον προσηγόρευσεν· ὅταν δὲ εἰς τὰ κάτω (16) καὶ τὰ ἐξῆς, ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον· ὅταν δὲ συνέλῃ τὸ πᾶν, αἰώνιον. Αἰὼν γὰρ, οὔτε χρόνος, οὔτε χρόνου τι μέρος· οὐδὲ γὰρ μετρητόν· ἀλλ' ὅπερ ἡμῖν (17) ὁ χρόνος, ἡλίου φορᾷ μετρούμενος, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις, αἰῶν, τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς οὖσιν, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα, καὶ διάστημα. Ταῦτά μοι περὶ Θεοῦ πεφιλοσοφήσθω (18) τανῦν. Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα καιρὸς, ὅτι μὴ θεολογία τὸ προκείμενον ἡμῖν, ἀλλ' οἰκονομία. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· οὔτε ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον θεῶν εἰσαγάγωμεν· οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος κατακριθῶμεν, ἢ διὰ τὴν μοναρχίαν Ἰουδαΐζοντες, ἢ διὰ τὴν ἀφθονίαν Ἑλληνίζοντες. Τὸ γὰρ κακὸν ἐν ἀμφοτέροις ὅμοιον, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις εὑρίσκηται (19). Οὕτω μὲν οὖν τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς σεραφὶμ συγκαλύπτεται, καὶ δοξάζεται τρισὶν ἁγιασμοῖς, εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα καὶ θεότητα· ὃ καὶ ἄλλῳ τινὶ (20) τῶν πρὸ ἡμῶν πεφιλοσόφηται κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα.

IX. Quoniam autem bonitati nequaquam satis erat sua ipsius solum contemplatione moveri, sed bonum diffundi ac propagari oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur (id enim summæ bonitatis erat), primum angelicas et cœlestes virtutes cogitavit : atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur, ac Spiritu explebatur. Atque ita secundi splendores procreati sunt, primi splendoris administri; sive intelligentes spiritus, sive ignem velut materiæ expertem et incorporeum, sive aliam quamdam naturam, quam proxime ad has acce-

Θ'. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρκει τῇ ἀγαθότητι τοῦτο, τὸ κινεῖσθαι μόνον τῇ ἑαυτῆς θεωρίᾳ, ἀλλ' ἔδει χεθῆναι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὁδεῦσαι, ὡς πλείονα εἶναι τὰ εὐεργετούμενα (τοῦτο γὰρ τῆς ἄκρας ἦν ἀγαθότητος), πρῶτον μὲν ἐννοεῖ (21) τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους· καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, Λόγῳ συμπληρούμενον (22), καὶ Πνεύματι τελειούμενον. Καὶ οὕτως ὑπέστησαν λαμπρότητες δεύτεραι, λειτουργοὶ τῆς πρώτης λαμπρότητος· εἴτε νοερὰ πνεύματα, εἴτε πῦρ οἷον ἄϋλον καὶ ἀσώματον, εἴτε τινὰ φύσιν ἄλλην, ὅτι ἐγγυτάτω τῶν εἰρημένων, ταύτας ὑπο-

[83] Isa. vi, 2 seqq.

(15) *Εἰς τὸν ἄνω βυθόν.* Gloss., εἰς τὰ παρελθόντα, « ad præterita. »

(16) *Εἰς τὰ κάτω.* Reg. ph, εἰς τὸν κάτω, nempe, βυθόν. Gloss., εἰς τὰ μέλλοντα, « ad futura. »

(17) *Ὅπερ ἡμῖν.* Reg. c, ὃ παρ' ἡμῖν.

(18) *Πεφιλοσοφήσθω.* Reg. bm, πεφιλοσοφείσθω. Mox, οἰκονομία, « œconomia, » id est, « Incarnatio, » seu, « Nativitas. »

(19) *Εὑρίσκηται.* Comb., εὑρίσκεται.

(20) *Ὃ καὶ ἄλλῳ τινί,* etc. Schol. : Οἶμαι αὐτὸν Ἀθανάσιον λέγειν ἐν τῷ δ' πρὸς τὰς αἱρέσεις, εἴτουν κατὰ Ἀρειανῶν· « Credo Athanasium ab eo significari, in quarto adversus Hæreses, seu, adversus Arianos libro. » Nec aliter sentit Nicetas, quamvis locum non afferat. Budæus vero in commentariis, de quodam Dionysio sic interpretatur : « De hoc magno auctore Dionysio, » inquit, « quicunque ille fuerit, mihi locutus esse videtur Magnus Gregorius, » ἐν τῷ εἰς τὰ Γενέθλια λόγῳ, his verbis : Θεοῦ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρός, etc.

(21) *Πρῶτον μὲν ἐννοεῖ,* etc. Schol. : Ὅτι πρὸ παντὸς τοῦ ὁρωμένου τούτου τοῦ κόσμου, ταύτας ὑποστῆναί φησι· « Ait cœlestes virtutes, ante hunc mundum oculis subjectum, fuisse conditas. » Hæc est communis omnium Græcorum opinio

(22) *Λόγῳ συμπληρούμενον.* « Verbo completum, et Spiritu perfectum; » quod Nicetas, « sanctificatum, » exponit.

Digitized by Google

ληπτέον. Βούλομαι μὲν εἰπεῖν, ὅτι ἀκινήτους πρὸς τὸ κακὸν, καὶ μόνην ἐχούσας τὴν τοῦ καλοῦ κίνησιν, ὅτε περὶ Θεὸν οὖσας, καὶ τὰ πρῶτα ἐκ Θεοῦ λαμπομένας· τὰ γὰρ ἐνταῦθα, δευτέρας ἐλλάμψεως Πείθει δέ με, μὴ ἀκινήτους, ἀλλὰ δυσκινήτους, καὶ ὑπολαμβάνειν ταύτας, καὶ λέγειν, ὁ διὰ τὴν λαμπρότητα Ἑωσφόρος, σκότος διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ γενόμενος, καὶ λεγόμενος, αἵ τε ὑπ' αὐτὸν ἀποστατικαὶ δυνάμεις, δημιουργοὶ τῆς κακίας, τῇ τοῦ καλοῦ φυγῇ, καὶ ἡμῖν πρόξενοι.

dentem, eas existimare oportet. Gestit quidem animus dicere ad malum immobiles, atque ad bonum duntaxat agitationem habentes, utpote Deum circumstantes, ac primario Dei fulgore collucentes (hæc enim inferiora secundariæ illuminationis sunt); verum ut non omnino immobiles, sed ægre mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo, et effectus est, et nominatur, ac subjectæ ipsi rebelles potestates, quæ per boni fugam vitium effecerunt, illudque nobis contraxerunt.

Ι'. Οὕτω μὲν οὖν ὁ νοητὸς αὐτῷ, καὶ διὰ ταῦτα ὑπέστη κόσμος, ὡς ἐμὲ γοῦν περὶ τούτων φιλοσοφῆσαι, μικρῷ λόγῳ τὰ μεγάλα σταθμώμενον. Ἐπεὶ δὲ τὰ πρῶτα καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δεύτερον ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον· καὶ οὗτός ἐστι τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημά τε καὶ σύγκριμα, ἐπαινετὸν μὲν τῆς καθ' ἕκαστον εὐφυΐας, ἀξιεπαινετώτερον δὲ τῆς ἐξ ἁπάντων εὐαρμοστίας καὶ συμφωνίας, ἄλλου πρὸς ἄλλο τι καλῶς ἔχοντος, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντα, εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν· ἵνα δείξῃ, μὴ μόνον οἰκείαν ἑαυτῷ φύσιν, ἀλλὰ καὶ πάντη ξένην ὑποστήσασθαι δυνατὸς ὤν. Οἰκεῖον μὲν γὰρ θεότητος, αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ νῷ μόνῳ λητταί· ξένον δὲ παντάπασιν (23), ὅσαι ὑπὸ τὴν αἴσθησιν, καὶ τούτων αὐτῶν ἔτι πορρωτέρω, ὅσαι παντελῶς ἄψυχοι καὶ ἀκίνητοι· Ἀλλὰ τί τούτων ἡμῖν, τάχα ἂν εἴποι τις τῶν λίαν φιλεόρτων καὶ θερμοτέρων; Κέντει τὸν πῶλον (24) περὶ τὴν νύσσαν. Τὰ τῆς ἑορτῆς ἡμῖν φιλοσόφει, καὶ οἷς προκαθεζόμεθα σήμερον. Τοῦτο δὴ καὶ ποιήσω, καὶ εἰ μικρὸν ἄνωθεν ἠρξάμην, οὕτω τοῦ πόθου καὶ τοῦ λόγου βιασαμένων (25).

X. Sic igitur, atque ob has causas, intellectilis mundus ab eo creatus est, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, exigua oratione res magnas **669** expendens. Posteaquam autem primas creationis partes præclare constitutas vidit, alterum mundum materia constantem et aspectabilem cogitavit; hanc nimirum ex cœlo et terra, et his rebus, quæ eorum complexu continentur, coagmentationem et concretionem, laudandam illam quidem, ob singularum partium elegantiam, verum laudabiliorem ob eam, quæ ex universis exsistit, concinnitatem atque concordiam, alia re videlicet cum alia quadam pulchre quadrante, atque omnibus cum universis, ad unius mundi ornatum omnibus numeris absolvendum : ut illud ostenderet, se non modo sibiipsi cognatam et propinquam naturam, sed etiam omnino alienam posse procreare. Divinitatis enim propinquæ sunt naturæ mente præditæ, et quæ mente sola percipi possunt : alienæ autem prorsus, quæcunque sub sensus cadunt, hisque ipsis longius adhuc remotæ, quæ anima prorsus et motu carent. Sed quorsum hæc ad nos, dixerit fortasse quispiam ex his, qui festis impensius delectantur, ac fervidiori animo sunt? Equum ad metam stimula. De iis, quæ ad festum attinent, et ob quæ hodie assidemus, philosophare. Hoc equidem faciam, etsi paulo altius exorsus sum, cum desiderium et orationis series ad id cogant.

ΙΑ'. Νοῦς μὲν οὖν ἤδη καὶ αἴσθησις (26), οὕτως ἀπ' ἀλλήλων διακριθέντα, τῶν ἰδίων ὅρων ἐντὸς εἱστήκεισαν, καὶ τὸ τοῦ δημιουργοῦ Λόγου μεγαλεῖον ἐν ἑαυτοῖς ἔφερον, σιγῶντες ἐπαινέται τῆς μεγαλουργίας, καὶ διαπρύσιοι κήρυκες. Οὔπω δὲ ἦν κρᾶμα ἐξ ἀμφοτέρων, οὐδέ τις μίξις τῶν ἐναντίων, σοφίας μείζονος γνώρισμα, καὶ τῆς περὶ τὰς φύσεις πολυτελείας· οὐδὲ ὁ πᾶς πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος γνώριμος. Τοῦτο δὴ βουληθεὶς ὁ τεχνίτης ἐπιδείξασθαι Λόγος, καὶ ζῶον ἓν ἐξ ἀμφοτέρων, ἀοράτου τε λέγω καὶ ὁρατῆς φύσεως, δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ παρὰ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ πνοὴν (27) ἐνθεὶς (ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος),

XI. Enimvero mens jam et sensus, sic inter se discreta, finibus suis se continebant, opificisque Verbi majestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificii, et celebres præcones. Nondum autem utriusque temperatio ulla erat, aut contrariorum mistura, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creationem varietatis et excellentiæ specimen exhiberet; nec omnes bonitatis divitiæ notæ atque spectatæ erant. Cum igitur artifici Verbo istud ostendere placuisset, animal unum ex utroque, hoc est, ex invisibili ac visibili natura hominem fabricatur; atque a materia, quæ prius jam creata erat, corpus accipiens, a se autem spiraculum inserens (quod quidem intellectualem ani-

(23) *Ξένον δὲ παντάπασιν*, etc. Hæc sic exponit Nicetas : « Naturæ quæ in sensus cadunt, alienæ sunt a Deo ratione naturæ, eo quod nullam cum eo similitudinis rationem habeant. Verum, quantum ad creationis et Providentiæ rationem, nulla natura est a Deo aliena. »

(24) *Κέντει τὸν πῶλον*, etc. Rufinus proverbium istud sic vertit : « Quid hæc ad causam? Quid currus agis extra metam? Illa nobis, quæ ad solemnitatem pertinent, dissere. »

(25) *Οὕτω τοῦ πόθου καὶ τοῦ λόγου βιασαμένων*. « Desiderio, et orationis serie cogentibus. » Hæc a Billio omissa.

(26) *Νοῦς ... καὶ αἴσθησις*. Gregorius, juxta Nicetam, per « mentem » intelligit « angelos; » per « sensum » vero, « mundum, » qui sensu percipitur.

(27) *Πνοήν*. « Spiraculum » Sic tres Regg., quatuor Colb., Coisl. 1, Clarom. Sic etiam legit Billius. In ed.. ζωήν, « vitam. »

Digitized by Google

mam, Deique imaginem Scriptura vocat), velut alterum quemdam mundum, in parvo magnum, in terra collocat, angelum alium, mistum adoratorem, visibilis naturæ spectatorem, intellectilis mysten, eorum quidem, quæ in terra sunt, regem, superis autem subditum, terrenum et cœlestem, caducum et immortalem, visibilem et intelligibilem, medium **670** inter magnitudinem et humilitatem; eumdem, spiritum et carnem; spiritum, propter gratiam; carnem, ob superbiam : illud, ut maneat, ac benefactoris gloriam prædicet; hoc, ut vexetur, ac per vexationes admoneatur, et ob magnitudinem glorians erudiatur atque castigetur; animal hic gubernatum, atque alio demigrans, et, quod mysterii extremum est, per animi ad Deum propensionem divinitatem consequens. Eo enim mihi veritatis ille splendor, quem hic exigue haurimus, tendit, ut Dei claritatem et videam, et sentiam, dignam eo, qui, et constrinxit, et dissolvet, ac rursum sublimius colligabit.

A οἷόν τινα κόσμον δεύτερον, ἐν μικρῷ μέγαν, ἐπὶ τῆς γῆς ἱστησιν, ἄγγελον ἄλλον, προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος· τὸν αὐτὸν, πνεῦμα καὶ σάρκα· πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, σάρκα διὰ τὴν ἔπαρσιν· τὸ μὲν, ἵνα μένῃ καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην· τὸ δὲ, ἵνα πάσχῃ, καὶ πάσχων (28) ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος (29)· ζῶον ἐνταῦθα οἰκονομούμενον, καὶ ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον, καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει θεούμενον. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐμοὶ φέρει τὸ μέτριον ἐνταῦθα φέγγος τῆς ἀληθείας, λαμπρότητα Θεοῦ καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν, ἀξίαν τοῦ καὶ B συνδήσαντος, καὶ λύσοντος (30), καὶ αὖθις συνδήσοντος ὑψηλότερον.

XII. Hunc arbitrii libertate donatum (ut bonum non minus illius esset, qui elegisset, quam ejus, qui semina præbuisset), in paradiso, quicunque tandem erat paradisus ille, collocavit, plantarum immortalium cultorem, hoc est, fortasse divinarum cogitationum, tam simpliciorum, quam perfectiorum, nudum, quantum ad simplicitatem et vitam arte et fuco carentem, atque omnis integumenti et munimenti expertem. Talem enim eum esse conveniebat, qui primum esset creatus. Ac legem, quasi materiam, libero arbitrio tradit. Lex autem illa præceptum erat, quo præscribebatur, tum quibus arboribus ei utendum esset, tum a qua manus abstinendæ. Ea porro erat scientiæ arbor, non illa quidem, aut male a principio consita, aut per invidiam C interdicta (ne illuc linguas suas Dei hostes injiciant, nec serpentem imitentur), sed bona quidem, tempestive percepta (contemplationis enim, ut ipse contemplando assequor, hæc arbor erat, ad quam iis solis tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt); haudquaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu avidiori præditis; quemadmodum nec perfectus ac solidus cibus iis conducit, qui tenera adhuc sunt ætate lacteque opus habent. Postquam autem diaboli invidia, et mulieris injuria, quam et ut mollior passa est, et ut ad persuadendum accommodatior, admovit (o infirmitatem meam! meam enim duco primi parentis infirmitatem); accepti mandati memoriam abjecit, et ab acerba esca victus est : tum vero simul et a ligno vitæ, et a paradiso, et ab ipso D Deo propter peccatum expellitur, et pelliceas tunicas induit, hoc est, fortasse crassiorem carnem, et mortalem ac renitentem; sicque primum suam fœditatem agnoscit, Deoque se abscondit. Illic **671**

IB'. Τοῦτον (31) ἔθετο μὲν ἐν τῷ παραδείσῳ, ὅστις ποτὲ ἦν ὁ παράδεισος οὗτος, τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας, ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἧττον ἢ τοῦ παρασχόντος τὰ σπέρματα, φυτῶν ἀθανάτων γεωργὸν, θείων ἐννοιῶν ἴσως, τῶν τε ἁπλουστέρων καὶ τῶν τελειωτέρων, γυμνὸν τῇ ἁπλότητι καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος. Τοιοῦτον γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Καὶ δίδωσι νόμον, ὕλην τῷ αὐτεξουσίῳ. Ὁ δὲ νόμος ἦν ἐντολὴ, ὧν τε μεταληπτέον αὐτῷ φυτῶν, καὶ οὗ μὴ προσαπτέον. Τὸ δὲ ἦν τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, οὔτε φυτευθὲν ἀπ' ἀρχῆς κακῶς, οὔτε ἀπαγορευθὲν φθονερῶς (μὴ πεμπέτωσαν ἐκεῖ τὰς γλώσσας οἱ θεομάχοι, μηδὲ τὸν ὄφιν μιμείσθωσαν)· ἀλλὰ καλὸν μὲν εὐκαίρως μεταλαμβανόμενον (θεωρία γὰρ ἦν τὸ φυτὸν, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία, ἧς μόνοις ἐπιβαίνειν ἀσφαλὲς τοῖς τὴν ἕξιν τελεωτέροις), οὐ καλὸν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέροις, ὥσπερ οὐδὲ τροφὴ τελεία λυσιτελὴς τοῖς ἁπαλοῖς ἔτι καὶ δεομένοις γάλακτος. Ἐπεὶ δὲ φθόνῳ διαβόλου, καὶ γυναικὸς ἐπηρείᾳ, ἦν τε ἔπαθεν ὡς ἁπαλωτέρα, καὶ ἣν προσήγαγεν ὡς πιθανωτέρα (φεῦ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας! ἐμὴ γὰρ ἡ τοῦ προπάτορος), τῆς μὲν ἐντολῆς ἐπελάθετο τῆς δοθείσης, καὶ ἡττήθη τῆς πικρᾶς γεύσεως· ὁμοῦ δὲ (32) τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, καὶ τοῦ παραδείσου, καὶ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν κακίαν ἐξόριστος γίνεται, καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα, καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον· καὶ τοῦτο πρῶτον γινώσκει τὴν ἰδίαν αἰσχύνην, καὶ ἀπὸ Θεοῦ κρύπτεται. Κερδαίνει μέν τι (33) κἀνταῦθα· τὸν θάνατον, καὶ τὸ διακοπῆναι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν· καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία. Οὕτω γὰρ ἐγὼ (34) πείθομαι κολάζειν Θεόν

(28) *Πάσχων.* Septem Colb., πάσχον.
(29) *Φιλοτιμούμενος.* Reg. bin, Coisl. 1, Or. 1, Par., φιλοτιμούμενον.
(30) *Λύσοντος.* Sic plures Regg. et Co'b. Par. Comb., etc. In ed., λύσαντος.
(31) *Τοῦτον.* Sic tres Regg., novem Colb., Or. 1, Par., Comb. Mendose in ed., τοῦτο.
(32) *Ὁμοῦ δέ.* Sic quinque Regg. In ed., ὁμοῦ τε.
(33) *Μέν τι.* Sic septem Regg., tres Colb Coisl. 1, etc. In ed., μέν τοι
(34) *Ἐγώ.* Deest in quinque Reg.

Digitized by Google

tamen aliquid elucratur; et ipsum aliquid, ipsa esset. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit. Sic

ΙΓ'. Πολλοῖς δὲ παιδευθεὶς πρότερον, ἀντὶ πολλῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ὧν ἡ τῆς κακίας ῥίζα ἐβλάστησε κατὰ διαφόρους αἰτίας καὶ χρόνους, λόγῳ (35), νόμῳ, προφήταις, εὐεργεσίαις, ἀπειλαῖς, πληγαῖς, ὕδασιν, ἐμπρησμοῖς, πολέμοις, νίκαις, ἥτταις, σημείοις ἐξ οὐρανοῦ, σημείοις ἐξ ἀέρος, ἐκ γῆς, ἐκ θαλάττης, ἀνδρῶν, πόλεων, ἐθνῶν ἀνελπίστοις μεταβολαῖς (36), ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σπουδαζόμενον ἦν. Τέλος ἰσχυροτέρου δεῖται φαρμάκου ἐπὶ δεινοτέροις τοῖς ἀῤῥωστήμασιν, ἀλληλοφονίαις (37), μοιχείαις, ἐπιορκίαις (38), ἀνδρομανίαις, τὸ πάντων ἔσχατον τῶν κακῶν καὶ πρῶτον, εἰδωλολατρείαις, καὶ τῇ μεταθέσει τῆς προσκυνήσεως ἀπὸ τοῦ πεποιηκότος ἐπὶ τὰ κτίσματα. Ταῦτα ἐπειδὴ μείζονος ἐδεῖτο τοῦ βοηθήματος, μείζονος καὶ τυγχάνει. Τὸ δὲ ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος (39), ὁ προαιώνιος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχή, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου κάλλους (40), ἡ μὴ κινουμένη σφραγίς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκών, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος· ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χωρεῖ, καὶ σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, καὶ ψυχῇ νοερᾷ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων. Καὶ πάντα γίγνεται (41), πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ἄνθρωπος· κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ Πνεύματι (ἔδει γὰρ καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν[42] προτιμηθῆναι)· προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, σαρκὸς καὶ Πνεύματος (43)· ὧν, τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. Ὦ τῆς καινῆς μίξεως! ὦ τῆς παραδόξου κράσεως! ὁ ὢν γίνεται, καὶ ὁ ἄκτιστος κτίζεται, καὶ ὁ ἀχώρητος χωρεῖται, διὰ μέσης ψυχῆς νοερᾶς μεσιτευούσης θεότητι, καὶ σαρκὸς παχύτητι. Καὶ ὁ πλουτίζων, πτωχεύει· πτωχεύει γὰρ τὴν ἐμὴν σάρκα, ἵν' ἐγὼ πλουτήσω τὴν αὐτοῦ θεότητα. Καὶ ὁ πλήρης, κενοῦται· κενοῦται γὰρ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἐπὶ μικρὸν (44), ἵν' ἐγὼ τῆς ἐκείνου μεταλάβω πληρώσεως. Τίς ὁ πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος; Τί τὸ περὶ ἐμὲ τοῦτο (45) μυστήριον; Μετέλαβον τῆς εἰκόνος, καὶ οὐκ ἐφύλαξα· μεταλαμβάνει τῆς ἐμῆς σαρκὸς, ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ, καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ (46). Δευτέραν κοινωνεῖ κοινωνίαν, πολὺ τῆς προτέρας παραδοξοτέραν· ὅσῳ τότε μὲν τοῦ κρείττονος μετέδωκε, νῦν δὲ μεταλαμβάνει τοῦ χείρονος. Τοῦτο τοῦ προτέρου θεοειδέστερον· τοῦτο τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὑψηλότερον.

XIII. Multis autem prius modis, ob multa peccata, quæ ex vitii radice pullularunt, secundum diversas causas et tempora castigatus, sermone, lege, prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, signis e cœlo, signis ex aere, ex terra, ex mari, hominum, urbium, gentium insperatis mutationibus; quæ omnia eo tendebant, ut malitia contereretur. Validiori tamen medicamento propter graviores morbos opus habere cœpit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, perjuria, furiosos masculorum amores, et, quod omnium malorum extremum ac primum est, idolorum cultum, atque adorationis a Creatore ad creaturas translationem. Quæ quoniam majus auxilium requirebant, majus etiam acceperunt. Istud autem erat ipse Dei Filius, ille sæculis antiquior, ille invisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ et immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, et carnem ob carnem gerit, et cum intellectuali anima propter animam meam jungitur, ut simile per simile repurget. Atque humana omnia excepto peccato suscipit[a]; conceptus quidem ex Virgine, animo et corpore a Spiritu præpurgata (nam et generationem honore affici, et virginitatem præferri oportebat); progressus autem Deus cum humanitate, unum ex duobus inter se contrariis, carne nimirum et Spiritu; quorum alterum deificavit, alterum deificatum est. O novam mistionem! o admirandam temperationem! Qui est, fit: qui creatus non est, creatur: qui nullo loco contineri potest, per interventum animæ intellectualis, inter divinitatem et carnis crassitiem, continetur. Qui locupletes alios ditat, paupertate afficitur: carnis enim meæ paupertatem subit, ut ego divinitatis ipsius opes consequar. Qui plenus est, exinanitur: sua enim gloria nonnihil exinanitur, ut ego plenitudinis ipsius particeps efficiar. Quænam hæ bonitatis divitiæ? Quodnam me circumstat mysterium? Divinam imaginem accepi, **672** nec custodivi: ille carnis meæ particeps fit, ut, et imagini salutem, et carni immortalitatem afferat. Secundum consortium nobiscum init, et quidem priori longe admirabilius; tum enim id, quod præstantius erat, nobis impertiit: at nunc ipse ejus, quod deterius est, particeps efficitur. Hoc priori illo divinius; hoc apud corda-

tos et prudentes viros multo sublimius.

[a] Hebr. IV, 15.

(35) *Λόγῳ*. « Sermone, alloquio, et insita nobis ratione. » Sic exponit Nicetas.

(36) *Μεταβολαῖς*. Par., ἐπιβολαῖς.

(37) *Ἀλληλοφονίαις*. Sic codd. in ed., ἀλληλοφωνίαις.

(38) *Ἐπιορκίαις*. Sic codd. Mendose in ed., ἐπιρκίαις.

(39) *Τοῦ Θεοῦ Λόγος*. « Dei Verbum. »

(40) *Κάλλους*. Deest in pluribus codicibus.

(41) *Γίγνεται*. Tres Regg. γίνεται.

(42) *Παρθενίαν*. Or. 1, παρθενείαν.

(43) *Σαρκὸς καὶ Πνεύματος*. « Humanitate et Deitate. »

(44) *Ἐπὶ μικρόν*. Billius: « ad breve tempus. »

(45) *Τοῦτο*. Non agnoscit Combefisius

(46) *Ἀθανατίσῃ*. Reg. c et Coisl. 1, ἀναστήσῃ.

Digitized by Google

κραστησόμενον, καὶ λόγον ὑφέξον τῆς ἐνταῦθα δου- postremum, formidabilius ac brevius, omne homi-
λείας, καὶ πολιτείας, εἴτε τῇ σαρκὶ μόνον ἐπηκο- num genus temporis momento in unum cogens,
λούθησεν, εἴτε τῷ Πνεύματι συνανῆλθε (4), καὶ τὴν ut Creatori sistantur, suæque servitutis, et vitæ
χάριν ᾐδέσθη τῆς ἀναπλάσεως. Ταύτας δὴ τὰς γεν- actæ rationem reddant, sive carnem solum secutæ
νήσεις ἁπάσας παρ' ἑαυτοῦ τιμήσας ὁ ἐμὸς Χριστὸς fuerint, sive sese una cum Spiritu in altum evexe-
φαίνεται· τὴν μὲν, τῷ ἐμφυσήματι (5) τῷ πρώτῳ rint, atque instaurationis gratiam coluerint. Has
καὶ ζωτικῷ· τὴν δὲ, τῇ σαρκώσει, καὶ τῷ βαπτί- porro cunctas nativitates honore a Christo meo
σματι, ὅπερ αὐτὸς ἐβαπτίσατο· τὴν δὲ, τῇ ἀναστά- affectas fuisse constat; primam quidem, per pri-
σει, ἧς αὐτὸς ἀπήρξατο· ὡς ἐγένετο πρωτότοκος ἐν mam illam et vitalem insufflationem [69]; secundam
πολλοῖς ἀδελφοῖς, οὕτω καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν vero, per incarnationem [70] et baptismum [71], quo
γενέσθαι καταξιώσας. ipse baptizatus est; tertiam denique, per resurrectionem [72], quam ipse auspicatus est; nimirum sicut primogenitus in multis fratribus [73] exstitit, ita primogenitus quoque ex mortuis [74] fieri non dedignatus.

Γ'. Περὶ μὲν δὴ τῶν δύο γεννήσεων, τῆς πρώτης τέ B III. Ac de duabus quidem nativitatibus, hoc est,
φημι, καὶ τῆς (6) τελευταίας, φιλοσοφεῖν, οὐ τοῦ παρόν- de prima et ultima, non est nunc disputandi locus:
τος καιροῦ· περὶ δὲ τῆς μέσης, καὶ τῆς νῦν ἡμῖν ἀναγ- verum de media, et hoc tempore nobis necessaria, a
καίας, ἧς ἐπώνυμος ἡ τῶν φώτων ἡμέρα, φιλοσοφήσω- qua luminum dies nomen accepit, tractabimus. Bapti-
μεν (7)· Τὸ φώτισμα, λαμπρότης ἐστὶ ψυχῶν, βίου smus igitur, splendor est animarum, vitæ in melius
μετάθεσις, ἐπερώτημα (8) τῆς εἰς Θεὸν συνειδήσεως· mutatio, conscientiæ ad Deum interrogatio [75].
τὸ φώτισμα, βοήθεια τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας· Baptismus, infirmitatis nostræ adjumentum. Bap-
τὸ φώτισμα, σαρκὸς ἀπόθεσις, Πνεύματος ἀκολούθη- tismus, carnis est abjectio, Spiritus assectatio,
σις, Λόγου κοινωνία, πλάσματος ἐπανόρθωσις, κα- Verbi participatio, figmenti correctio, peccati dilu-
τακλυσμὸς ἁμαρτίας, φωτὸς μετουσία, σκότους κα- vium, lucis communicatio, tenebrarum oppressio.
τάλυσις· τὸ φώτισμα, ὄχημα πρὸς Θεὸν, συνεκδη- Baptismus, vehiculum ad Deum, peregrinatio cum
μία Χριστοῦ (9), ἔρεισμα πίστεως, νοῦ τελείωσις, Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, cœle-
κλεὶς οὐρανῶν βασιλείας, ζωῆς ἀμείψις, δουλείας stis regni clavis, vitæ commutatio, servitutis depul-
ἀναίρεσις, δεσμῶν ἔκλυσις, συνθέσεως μεταποίη- sio, vinculorum solutio, compositionis in meliorem
σις (10)· τὸ φώτισμα (τί δεῖ πλείω καταριθμεῖν), statum conversio. Quid plura commemorare attinet?
τῶν τοῦ Θεοῦ δώρων (11) τὸ κάλλιστον καὶ μεγαλο- C Baptismus, omnium Dei beneficiorum præclarissi-
πρεπέστατον. Ὥσπερ γὰρ (12) Ἅγια ἁγίων καλεῖ- mum est et præstantissimum. Etenim, ut quædam
ταί τινα, καὶ Ἄσματα (13) ᾀσμάτων (ἐμπεριεκτι- Sancta sanctorum vocantur, et Cantica canticorum
κώτερα γάρ ἐστι καὶ κυριώτερα)· οὕτω καὶ αὐτὸ (quod scilicet latius pateant ac plura complectantur,
παντὸς ἄλλου τῶν παρ' ἡμῖν φωτισμῶν ὂν ἁγιώ- præcipuamque dignitatem habeant); eodem modo
τερον. baptismus quoque illuminatio dicitur, quod omnes alias illuminationes sanctitate superet.

Δ'. Καλεῖται μὲ, ὥσπερ Χριστὸς ὁ τούτου δοτὴρ, **693** IV. Quemadmodum autem Christus, hujus
πολλοῖς καὶ διαφόροις ὀνόμασιν, οὕτω δὲ καὶ τὸ δώ- doni dator, multis ac diversis nominibus appella-
ρημα· εἴτε διὰ τὸ περιχαρὲς τοῦ πράγματος τοῦτο tur, ita ipsum quoque donum varia nomina sorti-
παθόντων ἡμῶν (φιλοῦσι γὰρ οἱ σφόδρα περί τι ἐρω- tur: sive id nobis ob miram quamdam rei lætitiam
τικῶς διακείμενοι, ἡδέως συνεῖναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν), accidat (fit enim fere, ut qui rem aliquam impen-
εἴτε τοῦ πολυειδοῦς τῆς εὐεργεσίας πολλὰς καὶ τὰς sissime amant, nomina quoque ipsa libenter usur-
κλήσεις ἡμῖν δημιουργήσαντος (14). Δῶρον καλοῦμεν, pent); sive quod multiplex hujus beneficii utilitas,
χάρισμα, βάπτισμα, χρίσμα, φώτισμα, ἀφθαρσίας multas quoque appellationes nobis pepererit. Do-
ἔνδυμα, λουτρὸν παλιγγενεσίας, σφραγῖδα, πᾶν ὅ τι D num vocamus, gratiam, baptismum, unctionem,
τίμιον· δῶρον μὲν, ὡς καὶ μηδὲν προεισενεγκοῦσι illuminationem, incorruptionis indumentum, rege-

[69] Gen. II, 7. [70] Luc. II, 7. [71] Luc. III, 21. [72] Marc. XVI, 6. [73] Rom. VIII, 29. [74] Coloss. I, 18. [75] I Petr. III, 21.

(2) *Επαγάγουσα.* Reg. c, παραπέμπουσα.
(3) *Πᾶν τὸ πλάσμα.* « Omnes homines, universum hominum genus. » Non recte Bill., « res omnes creatas. » Homo singulariter πλάσμα vocatur, Dei manu formatus, solusque Creatori anteactæ vitæ rationem in extremo die redditurus.
(4) *Συνανῆλθε.* Coisl. 1, Bas., Comb., συναπῆλθε.
(5) *Τῷ ἐμφυσήματι.* Gen. II, 7: « Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem. »
(6) *Τῆς.* Deest in duobus codd.
(7) *Φιλοσοφήσωμεν.* Or. 1, φιλοσοφήσομεν.
(8) *Ἐπερώτημα.* Reg. c, ἐπερώτησις.
(9) *Συνεκδημία Χριστοῦ.* « Mors cum Christo. » Sic alibi Gregorius, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, « post mortem. »
(10) *Συνθέσεως μεταποίησις.* « Totius hominis instauratio, in meliorem statum mutatio. »
(11) *Δώρων.* Plures codd., δωρεῶν.
(12) *Ὥσπερ γάρ.* Sic Reg. bm. Sic etiam legit Billius. Deest γάρ in ed.
(13) *Ἄσματα.* Tres Regg., ᾄσμα.
(14) *Δημιουργήσαντος.* Basilien., δημιουργοῦντος.

Digitized by Google

nerationis lavacrum, sigillum, ac denique excellentissimo quovis nomine appellamus. Donum dicitur, quia iis, qui nihil prius contulerunt, datur; gratia, quia etiam debentibus; baptismus, quia peccatum in aqua sepelitur; unctio, quia sacer et regius (hæc enim erant, quæ ungebantur); illuminatio, quia splendor et claritas; indumentum, quia ignominiæ nostræ velamen est; lavacrum, quia abluit; sigillum, quia conservatio est, ac dominationis obsignatio. Huic gratulantur cœli; hunc angeli propter splendoris cognationem celebrant: hic beatitudinis illius imaginem gerit; hunc laudibus quidem et hymnis celebrare volumus, verum pro rei dignitate non possumus.

διδόμενον· χάρισμα δὲ, ὡς καὶ ὀφείλουσι (15)· βάπτισμα δὲ, ὡς συνθαπτομένης (16) τῷ ὕδατι τῆς ἁμαρτίας· χρῖσμα δὲ, ὡς ἱερὸν καὶ βασιλικὸν (ταῦτα [17] γὰρ ἦν τὰ χριόμενα)· φώτισμα δὲ, ὡς λαμπρότητα· ἔνδυμα δὲ, ὡς αἰσχύνης κάλυμμα (18)· λουτρὸν δὲ, ὡς ἔκπλυσιν· σφραγῖδα δὲ, ὡς συντήρησιν, καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν. Τούτῳ συγχαίρουσιν οὐρανοί· τοῦτο δοξάζουσιν ἄγγελοι, διὰ τὸ συγγενὲς τῆς λαμπρότητος· τοῦτο εἰκὼν τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος· τοῦτο ἡμεῖς ἐξυμνεῖν βουλόμεθα μὲν, οὐ δυνάμεθα δὲ ὅσον ἄξιον.

V. Ac quidem Deus summum et inaccessibile ac ineffabile lumen est, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione præditam illuminans. Hoc in intelligibilibus, quod sol in sensibilibus; eo se magis contemplandum nobis præbens, quo accuratius animos purgaverimus; eo rursus magis amandum, quo magis contemplati fuerimus; eo denique magis cognoscendum, quo magis amaverimus, sese ipse speculans et comprehendens, ac perexigue ad externa diffundens. Lumen porro hoc dico, quod in Patre, et Filio, et Spiritu sancto consideratur: quorum opulentia, naturæ identitas est, atque una eademque splendoris prosultatio. Secundum lumen est angelus, primi illius luminis velut rivulus quidam aut participatio, per propensionem ad illud ac ministerium, illuminationem habens: de quo statuere nequeo, utrum pro classis suæ ordinisque ratione splendor ei impertiatur, an potius pro divinæ illuminationis modo hanc vel illam sedem accipiat. Tertium lumen homo est, quod externis etiam perspicuum et manifestum est. Φῶς enim, id est, *lumen*, hominem **694** vocant, propter rationis nobis insitæ vim et facultatem. Quo etiam rursus nomine ii inter nos appellantur, qui Deo similiores sunt, propiusque ad Deum accedunt. Aliud quoque lumen agnosco, nempe illud, quo primigenæ tenebræ depulsæ, aut certe intercisæ sunt, quod ante res eas omnes creatas, quæ aspectu sentiuntur, producturn est; circularemque item illam siderum conversionem, et supernum splendorem, universum orbem illustrantem.

Ε'. Θεὸς μέν ἐστι φῶς τὸ ἀκρότατον, καὶ ἀπρόσιτον, καὶ ἄῤῥητον (19), οὔτε νῷ καταληπτὸν, οὔτε λόγῳ ῥητὸν, πάσης φωτιστικὸν λογικῆς φύσεως. Τοῦτο ἐν νοητοῖς, ὅπερ ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος· ὅσον ἂν καθαιρώμεθα, φανταζόμενον· καὶ ὅσον ἂν φανταςθῶμεν, ἀγαπώμενον· καὶ ὅσον ἂν ἀγαπήσωμεν, αὖθις νοούμενον· αὐτὸ ἑαυτοῦ θεωρητικόν τε καὶ καταληπτικὸν, ὀλίγα τοῖς ἔξω χέόμενον. Φῶς δὲ λέγω, τὸ ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι θεωρούμενον· ὧν πλοῦτός ἐστιν (20) ἡ συμφυΐα, καὶ τὸ ἓν ἅλμα τῆς λαμπρότητος. Δεύτερον δὲ φῶς ἄγγελος, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπορῥοή τις, ἢ μετουσία, τῇ πρὸς αὐτὸ νεύσει καὶ ὑπουργίᾳ τὸν φωτισμὸν ἔχουσα· οὐκ οἶδα, εἴτε τῇ τάξει τῆς στάσεως μεριζομένη τὸν φωτισμὸν, εἴτε τοῖς μέτροις τοῦ φωτισμοῦ τὴν τάξιν λαμβάνουσα. Τρίτον φῶς ἄνθρωπος, ὃ καὶ τοῖς ἔξω δῆλόν ἐστι. Φῶς γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζουσι, διὰ τὴν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου δύναμιν· καὶ ἡμῶν αὐτῶν πάλιν οἱ θεοειδέστεροι, καὶ μᾶλλον Θεῷ πλησιάζοντες. Οἶδα καὶ ἄλλο φῶς, ᾧ τὸ ἀρχέγονον ἠλάθη σκότος, ἢ διεκόπη, πρῶτον ὑποστὰν τῆς ὁρατῆς κτίσεως, τήν τε κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περίοδον, καὶ τὴν ἄνωθεν φρυκτωρίαν, κόσμον ὅλον αὐγάζουσαν.

VI. Jam lumen etiam erat primigenum illud mandatum, quod primigeno homini datum est (quandoquidem *legis mandatum lucerna et lumen est*[76]; et rursus, *Lumen præcepta tua in terra*[77]); tametsi invida illa caligo irrepens vitium procrearit. Lumen etiam typicum, atque ad modulum eorum, qui excipiebant, admensum, Lex scripta erat, veritatem adumbrans, ac magni illius luminis mysterium: quippe et Moysis vultus, eo perfusus, gloria afficiΣ'. Φῶς μὲν ἦν καὶ ἡ τῷ πρωτογόνῳ δοθεῖσα πρωτόγονος ἐντολὴ (ἐπειδὴ, *Λύχνος ἐντολὴ νόμου καὶ φῶς*· καὶ διότι [21], *Φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς*), εἰ καὶ τὸ φθονερὸν σκότος ἐπεισελθὸν τὴν κακίαν ἐδημιούργησεν· φῶς δὲ τυπικὸν καὶ σύμμετρον τοῖς ὑποδεχομένοις, ὁ γραπτὸς νόμος, σκιαγραφῶν (22) τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ τοῦ μεγάλου φωτὸς μυστήριον· εἴπερ καὶ τὸ Μωϋσέως πρόσωπον τούτῳ δοξάζεται. Καὶ ἵνα πλείονα φῶτα δῶμεν τῷ

[76] Psal. cxviii, 105. [77] Prov. vi, 23.

(15) *Ὀφείλουσι*. Plerique codd., ὄφλουσι.
(16) *Συνθαπτομένης*. Plures Regg. et Colb., Or. 1, etc., ἐνθαπτομένης.
(17) *Ταῦτα*. Sic quinque Regg., decem Colb., Or. 1, Bas., Comb. « Hæc erant, » etc., nempe sacerdotes et reges. « Sacerdotes enim et reges, » inquit Nicetas, « juxta Moysis legem ungebantur. » In ed., τοιαῦτα. Quod vertit Bill. « Hujusmodi enim ea erant, » etc.
(18) *Κάλυμμα*. Tres Regg., συνκάλυμμα. In aliis, συγκάλυμμα.
(19) *Καὶ ἄῤῥητον*. Deest in quinque Regg., octo Colb., Or. 1 et Combef., nec vertit Billius.
(20) *Ἐστιν*. Deest in tribus Regg. et Or. 1.
(21) *Διότι*. Reg. ph, δι' ὅτι.
(22) *Σκιαγραφῶν*. Reg. bm, et Or. 1, σκιογραφῶν.

Digitized by Google

λόγῳ, φῶς μὲν ἦν ἐκ πυρὸς τῷ Μωϋσεῖ (23) φαντα- A
ζόμενον, ἡνίκα τὴν βάτον ἔκαιε μὲν, οὐ κατέκαιε δὲ,
ἵνα καὶ τὴν φύσιν παραδείξῃ, καὶ γνωρίσῃ τὴν δύ-
ναμιν· φῶς δὲ, τὸ ἐν στύλῳ πυρὸς ὁδηγῆσαν τὸν
Ἰσραὴλ, καὶ ἡμερῶσαν τὴν ἔρημον· φῶς, τὸ Ἠλίαν
ἁρπάσαν ἐν τῷ τοῦ πυρὸς ἅρματι, καὶ μὴ συμφλέξαν
τὸν ἁρπαζόμενον· φῶς, τὸ τοὺς ποιμένας περιαστρά-
ψαν, ἡνίκα τὸ ἄχρονον φῶς τῷ χρονικῷ ἐμίγνυτο (24)·
φῶς, τὸ τοῦ προδραμόντος (25) ἀστέρος ἐπὶ Βηθλεὲμ
κάλλος (26), ἵνα καὶ Μάγους ὁδηγήσῃ, καὶ δορυφο-
ρήσῃ (27) τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς φῶς, μεθ' ἡμῶν γενόμενον
φῶς, ἡ παραδειχθεῖσα θεότης ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῖς μαθη-
ταῖς, μικροῦ στερρότερα δὲ (28) ὄψεως· φῶς, ἡ Παῦ-
λον περιαστράψασα φαντασία, καὶ πληγῇ (29) τῶν
ὄψεων, τὸν σκότον τῆς ψυχῆς θεραπεύσασα (30)·
φῶς, καὶ ἡ ἐκεῖθεν λαμπρότης, τοῖς ἐνταῦθα κεκα- B
θαρμένοις, ἡνίκα ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος,
ὧν ἵσταται ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ, θεῶν ὄντων καὶ βασι-
λέων, διαστέλλων καὶ διαιρῶν τὰς ἀξίας τῆς ἐκεῖθεν
μακαριότητος· φῶς (31) παρὰ ταῦτα ἰδιοτρόπως,
ὁ τοῦ βαπτίσματος φωτισμὸς, περὶ οὗ νῦν ἡμῖν ὁ λό-
γος, μέγα καὶ θαυμαστὸν τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν
περιέχων (32) μυστήριον.

tur. Atque, ut plura lumina orationi demus, lumen igne conflatum id erat, quod Moysis oculos in monte perstrinxit, tum videlicet cum ignis flagrantem rubum perurere atque absumere non poterat [78], ut, et naturam suam indicaret, et divinam potentiam declararet. Lumen præterea id erat, quod in ignis columna Israeli præibat [79], ac deserti asperitatem mitigabat; lumen item, quod Eliam in igneo curru rapuit [80], nec raptum exussit; lumen insuper, quod tum pastores circumfulsit [81], cum lumen temporis expers temporali miscebatur; lumen quoque pulchrum illud sidus in Bethlehem præcurrens, ut et magis viæ dux esset [82], et lumen illud nobis sublimius, ad nos demissum, nobisque conjunctum velut stiparet. Præterea lumen erat Divinitas illa, discipulis in monte velut per transennam ostensa, et quidem ita firma, ut vix eam oculorum acies ferre posset [83]. Lumen item visio illa, quæ Paulum fulgore circumfudit [84], ac per oculorum plagam tenebris animæ medicinam attulit; lumen etiam illius vitæ claritas, his utique, qui animos suos a peccati sordibus in hac vita perpurgarint: quo tempore nimirum justi fulgebunt sicut sol [85], quorum utique deorum ac regum, in medio stat Deus, beatitudinis illius atque dignitatis gradus distinguens et dividens. Lumen postremo, præter hæc omnia, propiori et peculiari modo, est baptismi splendor, de quo nunc oratio nobis instituta est, quo magnum 695 atque admirandum salutis nostræ mysterium continetur.

Ζ'. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι Θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου φύσεως· ἁπλότης γὰρ εἰρηναία καὶ ἀστασίαστος· θαῤῥῶ δὲ εἰπεῖν, C ὅτι καὶ τῆς ἀγγελικῆς, ἢ ὅτι ἐγγυτάτω τούτων, διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἐγγύτητα. Τὸ δὲ ἁμαρτάνειν, ἀνθρώπινον, καὶ τῆς κάτω συνθέσεως· σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ διαστάσεως· οὐκ ὤετο δεῖν ἀβοήθητον τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα καταλιπεῖν ὁ Δεσπότης, οὐδὲ περιεῖδεν κινδυνεῦον τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάστασιν (33). Ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ὄντας ὑπέστησεν, οὕτως ὑποστάντας ἀνέπλασε, πλάσιν θειοτέραν τε καὶ τῆς πρώτης ὑψηλοτέραν· ἡ τοῖς μὲν ἀρχομένοις ἐστὶ σφραγὶς, τοῖς δὲ (34) τελειοτέροις, τὴν ἡλικίαν, καὶ χάρισμα, καὶ τῆς πεσούσης (35) εἰκόνος, διὰ τὴν κακίαν, ἐπανόρθωσις· ἵνα μὴ τῇ ἀπογνώσει χείρους γινόμενοι, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον καταφερόμενοι, τελέως (36) ἔξω τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς δι' ἀπόγνωσιν πίπτωμεν· μηδὲ εἰς κακῶν

VII. Quoniam enim omni peccati labe carere, Dei est, primæque et incompositæ naturæ (simplicitas enim pacata est, atque ab omni dissidio remota); audacter etiam addam, et angelicæ, quia profecto, ob propinquitatem quam ad Deum habet, ad id proxime accedit. Peccare autem, humanæ ac terrenæ compositionis (compositio siquidem dissidii origo est); idcirco Dominus minime sibi faciendum putavit, ut figmentum suum auxilio destitutum relinqueret, et periclitans ab eo separari, despiceret. Quin potius, quemadmodum nos primum creavit, ita creatos instauravit ac refinxit, et quidem figmento diviniori, primumque figmentum superanti (quod, ut vitæ cursum ineuntibus signaculum est, ita iis, qui adultiori ætate sunt, gratia etiam est, ac collapsæ imaginis erectio); ne alioqui ob desperationem pejores efficeremur, et in graviora quo-

[78] Exod. III, 2. [79] Exod. XIII, 21. [80] IV Reg. II, 11. [81] Luc. II, 9. [82] Matth. II, 9. [83] Matth. XVII, 1 sqq. [84] Act. IX, 3. [85] Sap. III, 7.

(23) *Μωϋσεῖ*. Quatuor Regg. et Comb., Μωσῇ. D
(24) *Ἐμίγνυτο*. Reg. b ad marg., γρ. μίγνυται.
(25) *Προδραμόντος*. Sic Regg. bm, ph, etc. In ed., προδραμῶντος.
(26) *Κάλλος*. Sic omnes codd. et Nicet. Mendose in Par. ed., καὶ ἄλλως.
(27) *Δορυφορήσῃ*. In nonnullis, δωρυφορήσῃ [f. pro δωροφορήσῃ].
(28) *Στερρότερα δέ*. Regg. bm, ph et Comb. στερρότερα καί.
(29) *Πληγῇ*. « Plaga. » Sic tres Regg. Sic etiam legit Bill. In ed., πληγή, « plaga. »
(30) *Θεραπεύσασα*. Regg. ph, θεραπεύουσα.
(31) *Φῶς*. Gabrielius his luminibus addit aliud lumen a Gregorio omissum, nimirum, « linguas igneas dispertitas apostolis die Penteecostes. » Φῶς, inquit, τὸ τοῖς ἀποστόλοις μεριζόμενον πυρίγλωσσον.
(32) *Περιέχων*. Quatuor Regg., duo Coisl. et Comb., περιέχον.
(33) *Διάστασιν*. Bas. ed., διάπλασιν, « formatio, figmentum. »
(34) *Τοῖς δέ*. Sic quinque Regg. et septem Colb. Deest δέ in ed.
(35) *Πεσούσης*. Plures Regg., septem Colb., Coisl. 2, Or. 1 et Comb., παθούσης. « Vitii labe laborantis, læsæque imaginis instauratio. »
(36) *Τελέως*, etc. Or. 1, τέλειον. « Ab honesti et virtutis tramite. »

Digitized by Google

tidie flagitia ruentes, penitus tandem a summo bono, atque a virtute, propter desperationem laberemur, sicque in profundum malorum, ut Scripturæ verbis utar, gurgitem [36] prolapsi, contemneremus: verum potius, ut qui longum iter emetiuntur, in diversoriis interquiescunt, fessaque labore membra recreant, ita nos, quod superest viæ, vegeti et impigri conficiamus. Atque hæc baptismi gratia et facultas est, non orbem terrarum, ut olim, aquis obruens, sed uniuscujusque hominis peccatum purgans, easque obstructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorsus abstergens.

A βάθος ἐμπεσόντες, ὃ δὴ λέγεται (37), καταφρονῶμεν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ μακρὰν ὁδὸν τέμνοντες, καταλύματι τοὺς πόνους διαναπαύσαντες, οὕτω τὸ ἐξῆς τῆς ὁδοῦ νεαροὶ καὶ πρόθυμοι διανύσωμεν. Αὕτη μὲν ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις καὶ δύναμις, οὐ κόσμου κατακλυσμὸν ὡς πάλαι, τῆς δὲ τοῦ καθ' ἕκαστον ἁμαρτίας κάθαρσιν ἔχουσα, καὶ παντελῆ ῥύψιν τῶν ἀπὸ κακίας ἐπεισελθόντων συγχωσμάτων ἢ μολυσμάτων.

VIII. Quandoquidem autem duabus partibus, hoc est, animo et corpore, constamus, quarum altera in aspectum cadit, altera oculorum sensum fugit: duabus quoque rebus constat baptismus, aqua scilicet et Spiritu, illa visibili et corporeo modo accepta, hoc vero incorporeo et invisibili concurrente: illa typica, hoc vero, et intimos animi fines purgante. Qui primæ nativitati opem et adjumentum ferens, ex veteribus novos, ex humanis divinos efficit, absque igne nos rursus conflat, et absque confractione rursus effingit. Nam ut compendio dicam, nihil aliud esse vim et facultatem baptismi existimare debemus, quam secundæ vitæ ac purioris **698** vivendi rationis pactum cum Deo initum. Ac proinde vel maximo in metu omnes esse, atque omni custodia nostras animas servare debemus, ne mendacio fidem pactumque violasse comperiamur. Nam cum ad mutua hominum pacta firmanda Deus medius adhiberi soleat, quantum, quæso, periculum est, ne fœdera cum Deo ipso contracta perfregisse reperiamur; ac, præter alia peccata, ipsius quoque mendacii apud veritatis tribunal rei peragamur? Idque cum nulla jam posthac altera regeneratio sit, nec instauratio, nec in veterem statum restitutio, quamlibet maxime eam multis cum gemitibus et lacrymis requiramus: quibus licet cicatrix ægre tandem obducatur, ut quidem ipse statuo (obducitur enim, idque persuasum habemus, ac præclare mecum agi putarem, si ipsæ quoque vulnerum notæ delerentur, quandoquidem et ipse misericordia opus habeo); præstat tamen secunda purgatione minime indigere, verum in prima consistere, quæ omnibus communis est, et labore vacua, cunctisque ex æquo patet, tam servis quam heris, tam egentibus quam copiosis, tam abjectis quam sublimibus, tam genere claris quam ignobilibus et obscuris, tam ære alieno obstrictis quam aeris haustus, et lucis profusio, et temporum illius omnibusque communis oblectamenti, spectaculum, ac denique æqua fidei portio.

H'. Διττῶν δὲ ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ὁρατῆς, τῆς δὲ ἀοράτου φύσεως· διττὴ καὶ ἡ κάθαρσις (38), δι' ὕδατός τέ φημι καὶ Πνεύματος, τοῦ μὲν θεωρητῶς τε καὶ σωματικῶς λαμβανομένου, τοῦ δὲ ἀσωμάτως καὶ ἀθεωρήτως συντρέχοντος· καὶ τοῦ μὲν τυπικοῦ, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ, καὶ τὰ βάθη καθαίροντος· ὃ τῆς πρώτης γενέσεως ἐπικουρία τυγχάνον, καινοὺς ἀντὶ παλαιῶν, καὶ θεοειδεῖς ἀντὶ τῶν νῦν ὄντων ἐργάζεται, χωρὶς (39) πυρὸς ἀναχωνεῦον, καὶ ἀνακτίζον δίχα συντρίψεως. Εἰ γὰρ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, συνθήκας πρὸς Θεὸν δευτέρου βίου καὶ πολιτείας καθαρωτέρας. ὑποληπτέον τὴν τοῦ βαπτίσματος δύναμιν. Ὃ δὴ καὶ μάλιστα φοβητέον, καὶ πάσῃ φυλακῇ (40) τηρητέον τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἕκαστον, μὴ ψεῦσται τῆς ὁμολογίας ταύτης φαινώμεθα. Εἰ γὰρ τὰς πρὸς ἀνθρώπους ὁμολογίας ἐμπεδοῖ Θεὸς μέσος παραληφθείς, πόσος ὁ κίνδυνος, ὧν πρὸς αὐτὸν ἐθέμεθα τὸν Θεὸν συνθηκῶν, τούτων παραβάτας εὑρίσκεσθαι· καὶ μὴ μόνον τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ψεύδους ὑποδίκους εἶναι τῇ ἀληθείᾳ; Καὶ ταῦτα οὐκ οὔσης δευτέρας ἀναγεννήσεως, οὐδὲ ἀναπλάσεως, οὐδὲ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστάσεως, κἂν ὅτι μάλιστα ἐπιζητῶμεν ταύτην ἐν πολλοῖς στεναγμοῖς τε καὶ δάκρυσιν, ἐξ ὧν συνούλωσις μὲν ἔρχεται μόγις κατά γε τὸν ἐμὸν ὅρον καὶ νόμον (ἔρχεται γὰρ καὶ πιστεύομεν· εἰ δὲ καὶ τὰς οὐλὰς ἐξαλείφωμεν [41], ἀγαπῴην ἄν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς χρῄζω φιλανθρωπίας)· πλὴν μὴ δευτέρας δεηθῆναι καθάρσεως, ἀλλὰ στῆναι μέχρι τῆς πρώτης ἄμεινον, ἣν κοινὴν οἷδα πᾶσι καὶ ἄμοχθον καὶ ὁμότιμον, δούλοις, δεσπόταις, πένησι, πλουσίοις, ταπεινοῖς, ὑψηλοῖς, εὐγενεστέροις, ἀγενεστέροις, ὀφείλουσιν (42), οὐκ ὀφείλουσιν, ὡς ἀέρος πνεῦσιν, καὶ φωτὸς χύσιν, καὶ ὡρῶν ἀλλαγάς, καὶ κτίσεως θέαν, τοῦ μεγάλου καὶ κοινοῦ πᾶσιν ἡμῖν ἐντρυφήματος, καὶ ἰσομοιρίαν πίστεως (43).

iis qui nihil æris alieni conflarunt, non secus atque vicissitudines, et rerum creatarum, id est, magni

[36] Prov. xviii, 3.

(37) *Ὃ δὴ λέγεται.* Alludit ad hæc Proverbiorum xviii, 3, verba: « Impius, cum in profundum malorum venerit, contemnit. »

(38) *Διττὴ καὶ ἡ κάθαρσις.* « Duplex quoque purgatio est, quæ scilicet per aquam, et quæ per Spiritum. » Unde Aug.: « Corpus tangit, et animam abluit. »

(39) *Χωρίς.* Comb., δίχα.

(40) *Πάσῃ φυλακῇ.* In Prov. iv, 23, « Omni custodia serva cor tuum. »

(41) *Ἐξαλείφωμεν.* Reg. ph, Coisl. 1 et Comb., ἐξαλείφομεν.

(42) *Ὀφείλουσιν.* Plerique codd., ὄφλουσιν.

(43) *Πίστεως.* « Fidei. » Forte, ut cum doctissimo censore conjiciamus, φύσεως, « naturæ. »

Digitized by Google

Θ'. Δεινὸν γὰρ ἀντὶ ἰατρείας ἀπονωτέρας, τὴν ἐπιπονωτέραν ἐργάσασθαι, καὶ ἀπορρίψαντας χάριν αἴτου χρεωστεῖν κόλασιν, καὶ ἀντιμετρεῖν ἁμαρτίᾳ διόρθωσιν. Πόσον γὰρ εἰσοίσομεν δάκρυον, ἵν' ἀντισωθῇ τῇ πηγῇ τοῦ βαπτίσματος; τίς δὲ ὁ ἐγγυητής, ὅτι μενεῖ τὴν θεραπείαν τὸ τέλος, ἀλλ' οὐκ ὀφείλοντας ἡμᾶς (44) ἔτι τὸ κριτήριον ὑποδέξεται, καὶ τῆς ἐκεῖσε δεομένους πυρώσεως; Σὺ μὲν δεήσῃ (45) τοῦ Δεσπότου τυχὸν, ὁ καλὸς καὶ φιλάνθρωπος γεωργὸς, ἔτι φείσασθαι τῆς συκῆς, καὶ μήπω ταύτην ἐκτεμεῖν ἐγκαλουμένην τὸ ἄκαρπον, ἀλλὰ συγχωρηθῆναι περιβαλεῖν κόπρια, δάκρυα, στεναγμοὺς, ἀνακλήσεις (46), χαμευνίας, ἀγρυπνίας, τῆξιν ψυχῆς καὶ σώματος, τὴν δι' ἐξαγορεύσεως, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς ἐπανόρθωσιν· ἄδηλον δὲ, εἰ φείσεται ταύτης ὁ Δεσπότης, ὡς καταργούσης τὸν τόπον, ἄλλου (47) δεομένου φιλανθρωπίας, καὶ γινομένου χείρονος ἐκ τῆς εἰς τοῦτον μακροθυμίας. Συνταφῶμεν οὖν Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἵνα καὶ συναναστῶμεν· συγκατέλθωμεν, ἵνα καὶ συνυψωθῶμεν· συνανέλθωμεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.

IX. Grave enim est facilioris medicinæ loco, difficiliorem et molestiorem adhibere, ac projecta misericordiæ gratia, supplicils seipsum obnoxium reddere, atque ex delicti ratione emendationem æquare. Quantam enim lacrymarum vim impendemus, ut ea cum baptismi fonte exæquari possit? Quis autem sponsor erit, fore, ut vitæ finis curationem exspectet, ac non potius adhuc ære alieno pressos, atque ignis illius ardore opus habentes, tribunal illud suscipiat? Tu quidem fortasse, bone et humane agricola, Dominum supplex rogabis, ut ficulneæ adhuc parcat [87], nec eam sterilitatis accusatam adhuc succidat, verum tibi permittat, ut stercora undique in eam injicias, hoc est, lacrymas, gemitus, preces, chameunias, vigilias, animæ et corporis macerationem, ac denique correctionem eam, quæ ex peccati confessione, contemptiorique **697** vitæ genere exsistit; at incertum est, an Dominus illi parcet, utpote quæ etiam locum otiose occupet, cum interim alius misericordia egeat, atque ob longanimitatem, quæ ipsi exhibetur, deterior fiat. Proinde, cum Christo per baptismum sepeliamur, ut et cum eo resurgamus [88]; cum eo descendamus, ut simul etiam extollamur, cum eo ascendamus, ut simul quoque gloria afficiamur.

Ι'. Ἐάν σοι προσβάλῃ μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ τοῦ φωτὸς διώκτης καὶ πειραστὴς (προσβαλεῖ δέ· καὶ γὰρ, καὶ (48) τῷ Λόγῳ, καὶ Θεῷ μου προσέβαλε διὰ τὸ κάλυμμα, τῷ κρυπτῷ φωτὶ διὰ τὸ φαινόμενον), ἔχεις ᾧ νικήσεις· μὴ φοβηθῇς τὸν ἀγῶνα. Προβαλοῦ τὸ ὕδωρ, προβαλοῦ τὸ Πνεῦμα, ἐν ᾧ πάντα τὰ βέλη τοῦ Πονηροῦ (49) τὰ πεπυρωμένα σβεσθήσεται. Πνεῦμα μὲν ἔστιν, ἀλλὰ διαλύον ὄρη· ὕδωρ μὲν ἔστιν, ἀλλὰ πυρὸς σβεστήριον. Ἐὰν προσβάλῃ (50) τὴν χρείαν (καὶ γὰρ κἀκείνῳ τετόλμηκε), καὶ ζητῇ τοὺς λίθους ἄρτους γενέσθαι, τὸ πειρᾶν (51) ἐπιθέμενος· μὴ ἀγνοήσῃς αὐτοῦ τὰ νοήματα. Δίδαξον ἃ μὴ μεμάθηκε· τὸν λόγον ἀντίθες τὸν ζωτικὸν, ὃς ἐστιν ἐξ οὐρανοῦ πεμπόμενος ἄρτος, καὶ τῷ κόσμῳ τὸ ζῆν χαριζόμενος. Ἐὰν (52) διὰ κενοδοξίας ἐπιβουλεύῃ (53) σοι (καὶ γὰρ ἐκείνῳ [54], ἀνάγων ἐπὶ τὸ τοῦ ἱεροῦ πτερύγιον, καὶ, *βάλε σεαυτὸν κάτω*, λέγων, εἰς ἐπίδειξιν τῆς θεότητος), μὴ κατενεχθῇς διὰ τῆς ἐπάρσεως. Ἂν τοῦτο (55) λάθῃ, οὐ μέχρι τούτου στήσεται. Ἀπληστός ἐστιν, εἰς πάντα ἐπέρχεται. Σαίνει μὲν τῷ χρηστῷ (56), τελευτᾷ δὲ εἰς πονηρόν. Οὗτος αὐτοῦ τῆς μάχης ὁ τρόπος. Ἀλλὰ καὶ Γραφῶν ἔμπειρος ὁ λῃστής. Ἐκεῖθεν τὸ, *Γέγραπται*, περὶ τοῦ ἄρτου· ἐντεῦθεν τὸ, *Γέγραπται*, περὶ τῶν ἀγγέλων. *Γέγραπται γὰρ*,

X. Si te luminis persecutor et tentator post baptismum adortus fuerit (et certe adorietur; nam et Verbum, et Deum meum, propter carnis velamen oppugnare aggressus est, lumen, inquam, illud absconditum, propter humanitatem quæ in aspectum cadit); habes quo eum superes; ne certamen reformides. Aquam adversus eum oppone, oppone Spiritum, in quo ignita omnia pravi illius tela exstinguentur [89]. Spiritus quidem est, verum qui montes dissolvat. Aqua quidem est, sed quæ ignis exstinguendi vim habeat. Si inopiam tibi proposuerit (nam hoc quoque Christo proponere non dubitavit), ac famem ob oculos ponens, postularit, ut lapides panes fiant [90]; ne illius cogitationes ignores. Doce quæ non didicit; oppone vitalem illum sermonem, qui panis est cœlitus missus, ac mundo vitam largitur [91]. Si tibi per inanem gloriam insidias moliatur (quemadmodum et illi, cum in templi pinnaculum eum sustulit ac dixit: *Projice te deorsum* [92], ut divinitatis specimen edas), ne per animi elationem dejicias. Nam si hoc evicerit, nequaquam hic consistet. Inexplebilis est, ad omnia grassatur. Benignitatis quidem specie lenocinatur, verum in malum desinit. Hæc est illius pugnandi ratio. Atque etiam Scripturarum peritus est hic latro. Hinc illud, *Scriptum*

[87] Luc. XIII, 8. [88] Rom. VI, 4. [89] Ephes. VI, 16. [90] Matth. IV, 3. [91] Joan. VI, 33. [92] Matth. IV, 6.

(44) *Ἡμᾶς*. Deest in pluribus Regg. et Colb.
(45) *Δεήσῃ*. Reg. c, δεηθήσῃ.
(46) *Ἀνακλήσεις*. Coisl. 1, ἀναπλήσεις.
(47) *Ἄλλου*. In quibusdam, ἀλλ' οὐ.
(48) *Καί*. Deest in tribus Regg.
(49) *Βέλη τοῦ Πονηροῦ*. Sic quatuor Regg., novem Colb., duo Coisl., etc. Prave in ed., μέλη τοῦ πονηροῦ.
(50) *Προσβάλῃ*. Regg. bm, ph et Comb., προβάλῃ.
(51) *Τὸ πειρᾶν*. Sic Reg. ph et Coisl. 1. In ed., τῷ πεινῆν.
(52) *Ἐάν*. Or. 1 addit, δέ.
(53) *Ἐπιβουλεύῃ*. In nonnullis, ἐπιβουλεύσῃ.
(54) *Καὶ γὰρ ἐκείνῳ*. Sic plures codd. Reg. c, κἀκείνῳ. Nonnulli, κἀκεῖνον. In ed., καὶ γὰρ ἐκεῖνο.
(55) *Τοῦτο*. Reg. ph, τούτου.
(56) *Χρηστῷ*. Tres Colb., Χριστῷ.

Digitized by Google

est, de pane : hinc istud, *Scriptum est*, de angelis. *Scriptum est enim*, inquit, *quia angelis suis mandavit de te, et in manibus portabunt te*[93]. O vitii sophista! Quomodo id, quod sequitur, suppressisti? (Hoc enim probe intelligo, etiamsi ipse reticueris); nimirum, quod super aspidem te et basiliscum ascendam, et calcabo super serpentes et scorpiones, Trinitate videlicet septus et communitus. Si per avaritiam te oppugnet, uno temporis momento atque obtutu, regna omnia, velut ad se attinentia, ostendens, atque adorationem a te **698** exigens, ut pauperem contemne. Dic, signaculo fretus : Ipse quoque Dei imago sum : nondum, ut tu, a superna gloria propter superbiam dejectus sum : Christo indutus sum : Christum mihi per baptismum vindicavi : tu me ipse adora. His verbis, mihi crede, ut a Christo primo lumine, ita ab iis, qui ab ipso illuminati sunt, victus ac pudefactus recedet. Hæc beneficia lavacrum affert iis, qui ipsius vim agnoscunt : has iis, qui laudabili fame laborant, epulas proponit.

XI. Baptizemur itaque, ut victoriam assequamur : lustralium aquarum participes simus, quæ et hyssopum extergendi facultate superant, et legalem sanguinem puritate, et vitulæ cinerem sanctitate, inquinatos homines aspergentis[94], ac brevem corporis purgationem afferentis, non autem peccatum prorsus de medio tollentis. Quid enim purgatione iis opus esset, qui semel purgati fuissent? Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua cogamur. Ne beneficium tanquam injuriam differamus; nec exspectemus ut plura peccata congeramus, quo plura nobis condonentur; nec Christo, cauponum et negotiatorum ritu, abutamur; nec graviori sarcina oneremur, quam vires nostræ ferre queant, ne simul cum ipsa navi demergamur, ac gratiam naufragio amittamus; sicque, dum plura spe atque animo concipimus, omnia perdamus. Ad donum accurre, quandiu mentis adhuc compos es : quandiu nondum es et corpore et animo æger, vel certe sic astantibus videris, etiamsi mente sis integra : quandiu bonum tuum non in aliis situm est, verum in tua ipsius potestate : quandiu lingua non titubat, nec frigore confecta est; nec, ut nihil amplius dicam, sacræ initiationis pronuntiandæ vim et facultatem amisit; quandiu fidelis effici potes, non hominum opinione et conjectura,

φησιν, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε. Ὦ σοφιστὰ τῆς κακίας (57)· πῶς τὸ ἐξῆς ὑπεκράτησας; Πάνυ γὰρ νοῶ τοῦτο (58), κἂν αὐτὸς ἀποσιωπήσῃς (59) ὅτι ἐπὶ τὴν ἀσπίδα σε καὶ τὸν βασιλίσκον ἐπιβήσομαι, καὶ καταπατήσω (60) ἐπάνω δφεων καὶ σκορπίων, τῇ Τριάδι τετειχισμένος. Ἐὰν ἐξ ἁπληστίας καταπαλαίῃ σε, πάσας ὑποδεικνύων τὰς βασιλείας, ὡς αὐτῷ διαφερούσας, ἐν μιᾷ καιροῦ τε ῥοπῇ καὶ δψεως, ἀπαιτῶν τὴν προσκύνησιν· ὡς πένητος καταφρόνησον. Εἶτ᾽ ἐν τῇ σφραγῖδι θαρρήσας· Εἰκὼν εἰμι καὶ αὐτὸς Θεοῦ· τῆς ἄνω δόξης οὕπω δι᾽ ἅπαρσιν, ὥσπερ σὺ, καταβέβλημαι· Χριστὸν ἐνδέδυμαι· Χριστὸν μεταπεποίημαι τῷ βαπτίσματι· σύ με προσκύνησον. Ἀπελεύσεται, σαφῶς οἶδα (61), τούτοις ἡττημένος καὶ ἡσχυμμένος, ὥσπερ ἀπὸ Χριστοῦ τοῦ πρώτου φωτὸς, οὕτω τῶν ἀπ᾽ ἐκείνου πεφωτισμένων. Τοιαῦτα τὸ λουτρὸν τοῖς ἡσθημένοις αὐτοῦ χαρίζεται· τοιαύτην ποστείνει τοῖς καλῶς πεινῶσι τὴν πανδαισίαν.

ΙΑ'. Βαπτισθῶμεν οὖν, ἵνα νικήσωμεν· μετάσχωμεν καθαρσίων ὑδάτων, ὑσσώπου ῥυπτικωτέρων, αἵματος νομικοῦ καθαρωτέρων, σποδοῦ δαμάλεως ἱερωτέρων, ῥαντιζούσης τοὺς κεκοινωμένους, καὶ πρόσκαιρον ἐχούσης σώματος κάθαρσιν, οὐ παντελῆ τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν. Τί γὰρ ἔδει καθαίρεσθαι τοὺς ἅπαξ κεκαθαρμένους; Βαπτισθῶμεν σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον βιασθῶμεν (62). Καὶ μὴ ἀναβαλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν, ὡς ἀδικίαν· μηδὲ ἀναμείνωμεν πλεῖον γενέσθαι κακοί, ἵνα πλεῖον (63) συγχωρηθῶμεν· μηδὲ γενώμεθα Χριστοκάπηλοι (64) καὶ Χριστέμποροι (65)· μηδὲ φορτισθῶμεν πλέον (66) ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδρῳ τῇ νηῒ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν, ἀνθ᾽ ὧν τὸ πλεῖον (67) ἠλπίσαμεν, τὸ πᾶν ἀπολέσαντες. Ἕως ἔτι τῶν λογισμῶν κύριος εἶ πρόσδραμε τῷ δωρήματι· ἕως οὕπω νοσεῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν, ἢ δοκεῖς (68) οὕτω τοῖς παροῦσι, κἂν σωφρονῇς· ἕως οὐκ ἐπ᾽ ἄλλοις κεῖται τὸ σὸν ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ αὐτὸς εἶ τούτου κύριος· ἕως οὐ παράφορος ἡ γλῶσσα, οὐδὲ κατεψυγμένη, οὐδὲ ζημιοῦται, ἵνα μὴ πλείόν τι λέγω, τὰ τῆς μυσταγωγίας ῥήματα· ἕως δύνασαι γενέσθαι πιστὸς, οὐκ εἰκαζόμενος, ἀλλ᾽ ὁμολογούμενος· οὐκ ἐλεούμενος, ἀλλὰ μακαριζόμενος· ἕως δῆλόν σοι τὸ δῶρον, ἀλλ᾽ οὐκ ἀμφίβολον· καὶ τοῦ

[93] Matth. IV, 6. [94] Hebr. IX, 4.

(57) *Ὦ σοφιστὰ τῆς κακίας*. Sic plures codd. Reg. bm, ὡς. In ed., ὁ σοφιστὰ τῆς κακίας. Deest τῆς in duobus Regg.

(58) *Πάνυ γὰρ νοῶ τοῦτο*. Codex Mazar. et Colb. maximus, πάνυ γὰρ ἀγνοῶ τοῦτο. « Maxime et hoc ignoro. » Et ad marg., εἰρωνεία, « Ironice dictum. »

(59) *Ἀποσιωπήσῃς*. In nonnullis, ἀπεσιώπησας.

(60) *Καταπατήσω*. Regg. bm et ph, περιπατησω.

(61) *Σαφῶς οἶδα*. Sic plerique codd. In ed., σαφῶς εὖ οἶδα.

(62) *Βιασθῶμεν*. « Vi aliqua cogamur, » id est, urgente morbo, vel periculo.

(63) *Πλεῖον*. In nonnullis, πλείονα.

(64) *Χριστοκάπηλοι*. Illi sunt qui « Christum, » id est « baptismum » vendunt, eum per voluptatum illecebras prodentes.

(65) *Χριστέμποροι*. Qui baptismi gratiam pretio redimunt, eamque morbi, vel alicujus periculi occasione acquirunt.

(66) *Πλέον*. Quatuor Regg. et Or. 4, πλεῖον.

(67) *Τὸ πλεῖον*. Deest τό in pluribus codd.

(68) *Ἢ δοκεῖς*, etc. Bill. « Aut his, qui adsunt, ita esse videris, » etc. Bas. exponit : Ὅμως δοκῇς τοῖς ἑστῶσι παραπαίειν. « Cum tamen astantibus delirare videaris. Multi enim, » ait Elias, « ex febris æstu insaniam contraxerunt. »

Digitized by Google

βάθους ἡ χάρις ἅπτεται, ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα ἐπιτάφια λούεται· ἕως οὐ δάκρυα περὶ σὲ τῆς ἐξόδου μηνύματα, καὶ ταῦτα εἰς σὴν χάριν τυχὸν ἐπεχόμενα (69), καὶ γυνὴ, καὶ παῖδες τὴν ἐκδημίαν μεθέλκοντες (70), καὶ ζητοῦντες ἐξόδια ῥήματα· ἕως οὐκ ἰατρὸς ἄτεχνος περὶ σὲ, ὥρας σοι χαριζόμενος, ὧν οὐκ ἔστι κύριος, καὶ νεύματι ταλαντεύων τὴν σωτηρίαν, καὶ φιλοσοφῶν περὶ τῆς νόσου μετὰ τὸν θάνατον, ἢ τοὺς μισθοὺς βαρύνων ταῖς ὑποχωρήσεσιν, ἢ τὴν ἀποάγνωσιν αἰνιττόμενος· ἕως οὐ μάχη βαπτιστοῦ καὶ χρηματιστοῦ, τοῦ μὲν, ὅπως ἐφοδιάσῃ φιλονεικοῦντος, τοῦ δὲ, ὅπως γραφῇ κληρονόμος, ἀμφότερα (71) τοῦ καιροῦ μὴ συγχωροῦντος.

A sed argumento certo et explorato; non miserationem movens, sed gratulationem: quandiu perspicuum tibi donum est, non autem obscurum et dubium; ac gratia intimos animæ sinus attingit, non autem corpus funebri aqua abluitur: quandiu non circum te lacrymæ, discessus indices, ac fortasse etiam ipsæ in tui gratiam compressæ, atque uxor et **699** liberi discessum retrahentes, et extrema verba requirentes: quandiu lateri tuo non hæret imperitus medicus, horas tibi largiens, quarum potestas penes eum non est, capitisque nutu salutem velut ad lancem expendens, ac de morbo post mortem disputans, aut recessibus suis mercedem augens, aut deploratum morbum esse significans: quandiu inter eum, qui baptizandi munere fungitur, et quæstuarium res pugna est; dum ille morientem viatico instruere, hic hæres scribi contendit, nec utrumque per tempus licet.

ΙΒ'. Τί πυρετὸν ἀναμένεις εὐεργέτην, ἀλλ' οὐ Θεόν; Τί καιρὸν, ἀλλ' οὐ λογισμόν; Τί φίλον ἐπίβουλον, ἀλλ' οὐ πόθον σωτήριον; Τί μὴ τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ τὴν βίαν; Τί μὴ τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὴν στενοχωρίαν (72); Τί παρ' ἄλλου δεῖ μαθεῖν τὴν ἔξοδον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἤδη παρούσης διανοήσῃ; Τί φάρμακα ἐπιζητεῖς (73), τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; Τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τοῦ ἐξοδίου; Σαυτὸν πρὸ τῆς ἀνάγκης ἰάτρευσον· σαυτὸν ἐλέησον, τὸν γνήσιον τῆς ἀσθενείας θεραπευτήν· σαυτῷ προσάγαγε (74) τὸ σωτήριον ὄντως φάρμακον. Ἕως ἐξ οὐρίας πλεῖς, φοβήθητι τὸ ναυάγιον· καὶ ἥτινα ναυαγήσεις, τῇ δεινῇ βοηθῷ χρώμενος. Πανηγυρισθήτω τὸ δῶρον, ἀλλὰ μὴ θρηνηθήτω· ἐπεργασθήτω τὸ τάλαντον, ἀλλὰ μὴ συγχωσθήτω. Γενέσθω τι μέσον (75) τῆς χάριτος καὶ τῆς ἀναλύσεως, ἵνα μὴ ἐξαλειφθῇ τὰ πονηρὰ γράμματα μόνον, ἀλλὰ καὶ μετεγγραφῇ τὰ βελτίονα· ἵνα μὴ τὸ χάρισμα μόνον ἔχῃς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίδοσιν· ἵνα μὴ τὸ πῦρ φύγῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς δόξης κληρονομήσῃς, ἣν τὸ ἐπεργάσασθαι τῷ δώρῳ (76) χαρίζεται. Ἔστι γὰρ τοῖς μὲν μικροψύχοις μέγα, τὸ φυγεῖν βάσανον· τοῖς δὲ μεγαλοψύχοις, τὸ καὶ τυχεῖν ἀντιδόσεως.

B XII. Quid febrim, quæ te beneficio afficiat, exspectas, non autem Deum? Quid tempus, non autem rationem? Quid insidiosum amicum, non autem salutare desiderium? Quid vim potius, quam potestatem? Quid rerum angustiam potius, quam libertatem? Quid opus est, ut de exitu tuo ab alio certior fias, ac non ipse potius de eo, tanquam jam præsenti, cogitas? Quid medicamenta quæris, nihil profutura? Quid criticum sudorem, cum fortasse lethalis adsit? Tibi ipsi, priusquam urgeat necessitas, medere; tui ipsius miserere, qui verus et germanus infirmitatis es medicus; tibi ipsi revera salutare medicamentum adhibe. Dum secundo vento navigas, naufragium time; et tutior a naufragio eris, adjutorem ac socium tibi timorem asciscens. Læte atque C hilariter domum celebretur, non autem defleatur; negotiatione accrescat talentum, non autem terra obruatur. Inter gratiam ac mortem, temporis aliquid intercedat, ut non solum pravæ litteræ deleantur, verum etiam earum loco meliores inscribantur; nec solum gratiam habeas, verum etiam præmium consequaris; nec ignis tantum supplicium effugias, verum etiam gloriæ hæreditatem percipias, quam negotiatio dono adjuncta conciliat. Nam parvis quidem atque abjectis animis amplum ac præclarum videtur, pœnam vitare: at qui magno et excelso animo præditi sunt, ad mercedem quoque aspirant.

ΙΓ'. Τρεῖς γὰρ οἶδα τάξεις τῶν σωζομένων, δουλείαν, μισθαρνίαν, υἱότητα. Εἰ δοῦλος εἶ, τὰς πληγὰς φοβήθητι· εἰ μισθωτὸς, πρὸς τὸ λαβεῖν βλέπε μόνον. Εἰ δὲ ὑπὲρ (77) τούτους, καὶ υἱὸς, ὡς πατέρα αἰδέσθητι. Ἔργασαι τὸ καλὸν, ὅτι καλὸν τῷ D πατρὶ πείθεσθαι, κἂν εἰ σοι μηδὲν ἔσεσθαι μέλλοι. Τοῦτο αὐτὸ μισθὸς, τὸ τῷ πατρὶ (78) χαρίζεσθαι.

XIII. Tres enim eorum, qui salutem consequuntur, classes esse scio, servorum videlicet, mercenariorum et filiorum. Si servus es; plagas metue. Si mercenarius, mercedem duntaxat specta. Sin autem supra hos assurgis, ac filius es, ut patrem reverere. Bonis operibus stude, quia bonum est patri obtemperare, etiamsi ex ea re nihil quæstus

(69) *Ἐπεχόμενα.* Colb. f et Jes., ἐπιχεόμενα, « profusæ. »

(70) *Ἐκδημίαν μεθέλκοντες.* « Discessum retrahentes, » id est, a baptismate ægrotantis animum avocantes, ut extrema ejus verba excutiant, non tam ægro, quam sibi ipsis consulentes.

(71) *Ἀμφότερα.* In ed. sequitur μή, quod auctoritate codd. delevimus.

(72) *Στενοχωρίαν.* Sic plures codd. In ed., στενωχωρίαν.

(73) *Ἐπιζητεῖς.* Regg. b, c, d, Or. 1, etc., ζητεῖς.

(74) *Προσάγαγε.* Quatuor Regg., πρόσαγε.

(75) *Γενέσθω τι μέσον.* « Inter baptismum et mortem, » inquit Nicetas, « aliquid temporis intercedat; ut non modo sacramentum et peccatorum remissionem, quam affert baptismus, habeas; verum etiam mercedem ac remunerationem accipias, ut qui virtutem excoluerit. »

(76) *Τῷ δώρῳ.* Par., τὸ δῶρον.

(77) *Εἰ δὲ ὑπέρ.* Sic quatuor Regg. Deest δέ in ed.

(78) *Τῷ πατρί.* Deest τῷ in tribus Regg. et Or. 1.

Digitized by Google

ad te rediturum sit. Hoc ipsum merces est, patri obsequi. Quæ utinam ne contemnamus. Absurdum enim 700 fuerit, cum pecunias avide præripias, sanitatem in longius differre atque extrahere; cum corpus præpurges, animæ purgationem in aliud tempus reservare; cum ex hac terrena servitute in libertatem vindicari studeas, supernæ libertatis cupiditate minime tangi; cum studium et diligentiam omnem adhibeas, ut magnificas ædes incolas, aut splendidas vestes geras, nihil curæ suscipere, ut ipse summo pretio dignus sis; cum ad bene de aliis merendum promptus sis, de teipso bene mereri nolle. Et quidem si tibi pretio hoc bonum comparare liceret, nullis omnino pecuniis parceres: nunc autem, quia gratuita misericordia proponitur, idcirco tibi prompta et exporrecta beneficentia et liberalitas contemptum parit. Omne tibi tempus ad ablutionem idoneum est, quandoquidem nullum tempus, mortis periculo vacat. Cum Paulo, id est, cum magna illa voce, ad te clamo: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* [95]. Quo loco particula, *Nunc*, non certum aliquod tempus, sed tempus omne designat. Et rursus: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus* [96], peccati noctem discutiens: quandoquidem in nocte spes mala, ut testatur Isaias [97], ac mane accipi conducibilius est.

XIV. Sere, cum serendi tempus fuerit, et fruges comporta, et horrea solve, cum tempus hoc postularit, et tempestive planta, et uvam maturam detonde, et veris temperie fretus navem e portu solve, rursusque oriente hieme, marique sæviente, fac eam in portum subducas. Quin tibi quoque, et belli, et pacis tempus sit, et matrimonii ineundi, et a matrimonii opere abstinendi, et amicitiæ, et dissidii, si quidem ita necesse sit, atque omnis denique rei, si Salomoni auscultandum est [98]. Auscultandum est autem; utile enim consilium proponit. At vero salutis tuæ negotium semper age, ac quælibet occasio sit tibi tempus suscipiendi baptismatis. Si autem semper hodiernum diem præteriens, crastinum observes, paulatim differendo, non animadvertis te a pravo illo deludi, ut ita fert illius consuetudo. Da mihi præsens, inquit, futurum Deo; mihi juveniles annos, Deo seniles; mihi voluptates, Deo corpus effetum, nullisque usibus aptum. Verum, quanto in periculo versaris? Quot quamque inopinati rerum casus? Vel bellum 701 oppresserit, vel terræ motus obruerit, vel mare exceperit, vel bellua ra-

Ὧν ἡμεῖς μὴ καταφρονουντες φαινοιμεθα (79). Ὡς ἔστιν ἄτοπον, χρήματα μὲν προαρπάζειν, ὑγείαν (80) δὲ ἀναβάλλεσθαι· καὶ σώματα μὲν προκαθαίρειν, ψυχῆς δὲ κάθαρσιν ταμιεύεσθαι· καὶ τῆς μὲν κάτω δουλείας ἐλευθερίαν ζητεῖν (81), τῆς ἄνω δὲ μὴ ἐφίεσθαι· καὶ ὅπως μὲν οἰκήσεις (82) μεγαλοπρεπῶς, ἢ ἀμφιέσῃ, πᾶσαν ποιεῖσθαι σπουδήν, ὅπως δὲ αὐτὸς πλείστου ἄξιος ἔσῃ, μηδὲν (83) φροντίζειν· καὶ ἄλλους μὲν εὖ ποιεῖν πρόθυμον εἶναι, σαυτὸν (84) δὲ μὴ βούλεσθαι. Καὶ εἰ μὲν ὤνιον ἦν σοι τὸ ἀγαθὸν, μηδενὸς ἂν φείδεσθαι χρήματος· εἰ δὲ πρόκειται τὸ φιλάνθρωπον, καταφρονεῖς τῷ ἑτοίμῳ τῆς εὐποιΐας. Πᾶς σοι καιρὸς ἐκπλύσεως, ἐπειδὴ πᾶς ἀναλύσεως. Μετὰ Παύλου βοῶ σοι, τῆς μεγάλης φωνῆς· *Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας*· οὐχ ἕνα καιρὸν, ἀλλὰ πάντα τοῦ *Νῦν* ὁρίζοντος. Καὶ πάλιν· *Ἔγειραι, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς*, λύων τὴν νύκτα (85) τῆς ἁμαρτίας· ἐπειδὴ, Ἐν νυκτὶ ἐλπὶς πονηρὰ, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, καὶ τῷ πρωΐ (86) ληφθῆναι λυσιτελέστερον.

ΙΔ'. Σπεῖρε (87) μὲν ὅτε καιρὸς, καὶ συγκόμιζε (88), καὶ λύε τὰς ἀποθήκας, ὅτε τούτου καιρὸς, καὶ φύτευε καθ' ὥραν, καὶ κειρέσθω σοι βότρυς ὥριμος, καὶ ἀνάγου θαρρήσας ἔαρι, καὶ ἄνελκε τὴν ναῦν, πάλιν ἀρχομένου χειμῶνος, καὶ τῆς θαλάσσης ἀγριουμένης. Καὶ πολέμου καιρὸς ἔστω σοι, καὶ εἰρήνης, καὶ γάμου, καὶ τῶν οὐ γάμου, καὶ φιλίας, καὶ διαστάσεως, ἂν ταύτης δεήσῃ, καὶ παντὸς ὅλως πράγματος, εἴ τι τῷ Σολομῶντι πειστέον. Πειστέον (89) δέ· καὶ γὰρ ὠφέλιμος ἡ παραίνεσις. Ἀεὶ δὲ τὴν σωτηρίαν ἐργάζου, καὶ πᾶς ἔστω σοι καιρὸς τοῦ βαπτίσματος ὅρος. Ἐὰν ἀεὶ τὸ σήμερον παρατρέχων, ἐπιτηρῇς τὸ εἰς αὔριον, λανθάνεις (90) ταῖς κατὰ μικρὸν ἀναβολαῖς ὑπὸ τοῦ Πονηροῦ κλεπτόμενος, ὥσπερ (91) ἐκείνου τρόπος. Ἐμοὶ δὸς τὸ παρὸν, Θεῷ τὸ μέλλον· ἐμοὶ τὴν νεότητα, Θεῷ τὸ γῆρας· ἐμοὶ τὰς ἡδονὰς, ἐκείνῳ τὴν ἀχρηστίαν. Ὅσος ὁ περὶ σὲ κίνδυνος! ὅσα τὰ παρ' ἐλπίδα (92) συμπτώματα! Ἢ πόλεμος παρανάλωσεν, ἢ σεισμὸς συνέχωσεν, ἢ θάλασσα ὑπεδέξατο, ἢ θηρίον ἥρπασεν, ἢ νόσος ἀπώλεσεν, ἢ ψὶξ (93) παραδραμοῦσα, τὸ φαυλότατον (τί γὰρ τοῦ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον εὐκολώ-

[95] II Cor. vi, 2. [96] Ephes. v, 14. [97] Isa. xxxviii, 13. [98] Eccle. iii, 1 sqq.

(79) *Φαινοίμεθα*. Regg. bm et ph, φαινώμεθα.
(80) *Ὑγείαν*. Tres Regg., ὑγιείαν.
(81) *Ἐλευθερίαν ζητεῖν*. Par., ἐλευθεριάζειν ζητεῖν.
(82) *Οἰκήσεις*. Tres Regg., octo Colb. et Or. 1, οἰκήσῃς.
(83) *Μηδέν*. Sic quatuor Regg. et decem Colb. In ed., μηδέ.
(84) *Σαυτόν*. Sic quatuor Regg. et duodecim Colb. In Regg. bm et in ed., ἑαυτόν.
(85) *Τὴν νύκτα*. Reg. ph, τὸ σκότος, « tenebras. »
(86) *Τῷ πρωΐ*. Tres Regg., tres Colb. et Or. 1, τὸ πρωΐ.
(87) *Σπεῖρε*. Regg. ph et Par., σπεῖραι.
(88) *Καὶ συγκόμιζε*. Sic quinque Regg. et tres Colb. Deest καί in ed.
(89) *Πειστέον*. Reg. bm, πιστέον.
(90) *Λανθάνεις*. Sic Coisl. 1, Jes. et Gabr. Sic etiam legit Billius. Deest in ed.
(91) *Ὥσπερ*. Regg. b, c, d, ὅσπερ. Regg. ph, ὅπερ. Mox, τὸ μέλλον. Sic codd. Prave in ed., τῷ μέλλον.
(92) *Ἐλπίδα*. Reg. b, ἐλπίδας.
(93) *Ἢ ψὶξ*. Budæus, « aut mica aberrans. »

Digitized by Google

τερον, κἂν μέγα φρονῇς τῇ εἰκόνι;), ἢ πότος (94) πλεονάσας, ἢ ἄνεμος κρημνίσας, ἢ ἵππος συναρπάσας, ἢ φάρμακον (95) ἐκ προνοίας ἐπιβουλεῦσαν, τυχὸν δὲ καὶ ἀντὶ σωτηρίου φανὲν δηλητήριον, ἢ δικαστὴς ἀπάνθρωπος, ἢ δῆμιος (96) ἀπαραίτητος, ἢ τι τῶν ὅσα ταχίστην ποιεῖ τὴν μετάστασιν, καὶ βοηθείας ἰσχυροτέραν.

A puerit, vel morbus exstinxerit, vel mica panis, res vilissima, transverse per fauces currens (quid enim hominis interitu facilius, quantumvis ob divinam imaginem glorieris?), vel immodica crapula, vel ventus in præceps agens, vel equus sessorem secum abripiens, vel pharmacum de industria ad insidias comparatum, fortasse etiam pro salutari pestiferum inventum, vel inhumanus judex, vel inexorabilis carnifex, vel denique quidpiam eorum, quæ celerem mortem, atque omni ope et auxilio validiorem, efficiunt.

ΙΕ'. Εἰ δὲ προκαταλάβοις σεαυτὸν τῇ σφραγῖδι, καὶ τὸ μέλλον ἀσφαλίσαιο τῷ καλλίστῳ τῶν βοηθημάτων καὶ στερροτάτῳ, σημειωθεὶς καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τῷ χρίσματι καὶ τῷ Πνεύματι, ὡς ὁ (97) Ἰσραὴλ πάλαι τῷ νυκτερινῷ καὶ φυλακτικῷ τῶν πρωτοτόκων αἵματι (98)· τί σοι συμβήσεται, καὶ τί σοι πεπραγμάτευται; Τῶν Παροιμιῶν ἄκουσον· Ἐὰν γὰρ κάθῃ, φησὶν, ἄφοβος ἔσῃ· Ἐὰν δὲ καθεύδῃς, ἡδέως ὑπνώσεις. Καὶ παρὰ τοῦ Δαβὶδ εὐαγγελίσθητι· Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ συμπτώματος, καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. Τοῦτό σοι καὶ ζῶντι μέγιστον εἰς ἀσφάλειαν. Πρόβατον γὰρ ἐσφραγισμένον οὐ ῥᾳδίως ἐπιβουλεύεται, τὸ δὲ ἀσήμαντον κλέπταις εὐάλωτον· καὶ ἀπελθόντι δεξιὸν ἐντάφιον, ἐσθῆτος λαμπρότερον, χρυσοῦ τιμιώτερον, τάφου μεγαλοπρεπέστερον, ἀγόνων χοῶν εὐσεβέστερον (99), ἀπαργμάτων ὡρίων καιριώτερον, ὧν τοῖς νεκροῖς οἱ νεκροὶ χαρίζονται, νόμον ποιησάμενοι τὴν συνήθειαν. Πάντα οἰχέσθω σοι, πάντα διαρπαζέσθω, χρήματα, κτήματα, θρόνοι, λαμπρότητες, ὅσα τῆς κάτω περιφορᾶς· σὺ δὲ (1) κατάλυσον ἐν ἀσφαλείᾳ τὸν βίον, μηδὲν ζημιωθεὶς (2) τῶν ἐκ Θεοῦ σοι δοθέντων εἰς σωτηρίαν βοηθημάτων.

XV. At si per baptismum teipsum præmunieris, ac pulcherrimo et firmissimo auxilio tibi in futurum caveris, animum scilicet et corpus unctione et Spiritu consignans, quemadmodum olim Israel nocturno illo cruore, qui primigenos tuebatur; quid tibi accidet, et quod tibi præsidium comparatum erit? Audi Salomonis Proverbia: *Si sederis*, ait, *intrepidus eris; si dormieris, suavem somnum carpes* [99]. Audi etiam quid tibi læti nuntiet David: *Non timebis*, inquit, *a timore nocturno, ab incursu, et dæmonio meridiano* [1]. Hoc tibi et viventi, maximum ad securitatem momentum afferet (pecus enim signata non facile insidiis appetitur, quæ autem minime signata est, a furibus facile capi potest); et vita perfuncto, commodum quoddam, tanquam funebre munus, futurum est, veste splendidius, auro præstantius, tumulo magnificentius, infructuosis libaminibus religiosius, maturorum fructuum primitiis tempestivius, iisque omnibus rebus, quas mortui mortuis largiuntur, consuetudinem pro lege observantes. Omnia tibi pereant, omnia diripiantur, pecuniæ, prædia, throni, splendores, ac cætera, quæ vagæ atque incertæ hujus vitæ sunt: tu vero secura et tranquilla mente diem ultimum claude, nullo ex omnibus, quæ Dei beneficio tibi ad salutem concessa sunt, auxilio destitutus.

ΙϚ'. Ἀλλὰ φοβῇ, μὴ διαφθείρῃς τὸ χάρισμα, καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάλλῃ τὴν κάθαρσιν, ὡς δευτέραν οὐκ ἔχων; Τί δαί; Οὐ φοβῇ, μὴ διώκτῃ καιρῷ κινδυνεύσῃς, καὶ τὸ μέγιστον ὧν ἔχεις, ἀφαιρεθῇς Χριστόν; Ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο φεύξῃ καὶ τὸ γενέσθαι Χριστιανός; Ἄπαγε! Οὐχ ὑγιαίνοντος ὁ φόβος (3), παραφρονοῦντος ὁ λογισμός. Ὦ τῆς ἀνυλαβοῦς εὐλαβείας, εἰ δεῖ τοῦτο εἰπεῖν! ὦ τῶν τοῦ πονηροῦ σοφισμάτων! Ὄντως σκότος ἐστὶ, καὶ φῶς ὑποκρίνεται. Ὅταν μηδὲν ἰσχύσῃ φανερῶς πολεμῶν, ἀφανῶς ἐπιβουλεύει.

XVI. At metuis, ne gratiam corrumpas, ac proinde purgationi moram producis, utpote nullam alteram jam ultra habens? **702** Quid autem? Non vereris, ne persecutionis tempore in periculum adducaris, ac Christo, possessione omnium, quas habes, præstantissima, spolieris? Num igitur ob hanc causam a suscipiendo Christianismo refugies? Absit! Non est sani hominis hic metus: desipientis est hæc cogitatio. O incautam, ut ita loquar, cautionem! O ingentes pravi illius versutias! Vere

[99] Prov. III, 24. [1] Psal. XC, 5.

(94) *Πότος.* In nonnullis, et quidem optimæ notæ, ποταμός, « fluvius exundans. » Sic etiam legit Nicetas.

(95) *Ἢ φάρμακον*, etc. Nicetas id exponit de pharmaco consulto temperato, seu veneno, vel de pharmaco ad purgationem quidem et salutem, medicorum opinione, porrecto; verum ipso eventu, exitiale ac lethale invento.

(96) *Ἢ δήμιος*, etc. Nicet. ἢ δῆμος, « vel factio plebis inexorabilis, » qua sæpe contigit, ut viri insignes perierint.

(97) *Ὡς ὁ.* Sic quinque Regg. et novem Colb. Deest ὁ in ed.

(98) *Αἵματι.* Sic plures Regg. et Colb. Or. 1, etc., quorum auctoritate delevimus, καὶ χρίσματι, « et unctionibus, » quæ in ed. immediate sequuntur. Has etiam voces nec Nicetas nec Billius agnoscunt.

(99) *Ἀγόνων χοῶν εὐσεβέστερον.* Schol. Τῶν τοῖς νεκροῖς διδομένων· « Libamina quæ mortuis offerebantur. » Illa porro constabant vino, melle, lacte et oleo, ac mortuorum sepulcris a parentibus et propinquis infundebantur. Dicuntur « infructuosa, » quod cadaveribus impenderentur. In his autem erat quædam pietas, idque spectat Gregorii comparatio. Billius in notis cum Hervagio, commodius legi ἀγώνων, « certamina » arbitratur, quia scilicet olim varia certamina in funeribus clarissimorum virorum proponebantur. Sed nihil opus est Gregorii similitudinem ad hæc certamina detorquere, ut recte Combefisius contra Billium observat.

(1) *Σὺ δέ.* Reg. ph addit, μοί.

(2) *Ζημιωθείς.* Coisl. 1, ζημιωθῇς.

(3) *Φόβος.* Comb., λόγος, « sermo. »

Digitized by Google

ille caligo est, et lucem ementitur. Cum aperto marte nihil perficit, insidias obscure tendit; et cum pravus sit, quasi humanus ac bene affectus, consilium dat, ut alterutro certe modo superior omnino discedat, nec ulla ratione ipsius insidias effugiamus. Id quod hic quoque perspicue molitur. Nam cum tibi in animum inducere nequeat, ut baptismum palam aperteque contemnas ac pro nihilo ducas, per fictam cautionem te eo mulctat, ut in eam fraudem, quam metuis, imprudens per metum incidas; et dum times, ne donum corrumpas, ea ipsa de causa ab hoc prorsus excidas. Atque ille quidem hoc ingenio est, nec unquam versutiæ suæ finem statuet, quandiu nos ad cœlum properantes videbit, unde ipse dejectus est. Tu autem, o homo Dei, fac adversarii insidias cognitas habeas. Etenim adversus habentem, et de rebus maximis, certamen initur. Ne hostem in consilium adhibeas; ne fidelis fieri ac nominari parvipendas. Quandiu in catechumenorum numero es, in pietatis vestibulo versaris. Intrare te oportet, atrium pertransire, sancta contueri, in Sancta sanctorum prospicere, cum Trinitate conjungi. Magna sunt ea, ob quæ oppugnaris; magno quoque præsidio opus habes. Quocirca fidei clypeum adversus eum objice. Timet te cum armis dimicantem; ac propterea te charismate spoliat, ut inermem et incautum facilius opprimat. Omnes ætatum gradus, omnia vitæ genera et instituta attingit. Quare omni studio propulsetur.

XVII. Juvenis es? Contra pravos affectus, in acie cum subsidio sta, in Dei phalange nomen profitere, adversus Goliath strenue pugna, mille, vel decies totidem hostes cape, ac tibi subjice. Ita flore ætatis fruere; nec tuam juventutem marcescere sustine, imperfecta **703** fide mortuam et exstinctam. Senilem ætatem agis, nec a necessarie præstituto die longe abes? Canos reverere; prudentiam, quæ a te requiritur, pro ea, qua nunc teneris, infirmitate, præsta; paucis his diebus, quos reliquos habes, succurre; purgationem senectuti committe. Quid in effeta senectute atque extremo vitæ spiritu, juvenilis ætatis vitia pertimescis? An tu etiam exspectas, dum mortuus, non jam misericordiam magis, quam tui odium movens, abluaris? An voluptatum reliquias in his vitæ reliquiis expetis? Turpe est, cum ætate consenueris ac defluxeris, libidine tamen te minime consenuisse; sed, vel ea affici, vel eam certe opinionem, per baptismi dilationem, homini-

A Καὶ γίνεται σύμβουλος ὡς χρηστὸς (4), ὢν πονηρός· ἵν' ἑνί γε τῷ τρόπῳ πάντως ἰσχύσῃ, καὶ μηδαμόθεν αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν διαφύγωμεν. Ὅπερ οὖν κἀνταῦθα σαφῶς τεχνάζεται. Τὸ γὰρ φανερῶς καταφρονεῖν τοῦ βαπτίσματος πείθειν οὐκ ἔχων, ζημιοῖ σε διὰ τῆς πλαστῆς ἀσφαλείας, ἵν' ὃ φοβῇ γε (5), τοῦτο λάθῃς παθὼν διὰ τοῦ φόβου· καὶ τὸ φθεῖραι τὴν δωρεὰν δεδοικὼς, αὐτῷ τούτῳ (6) τῆς δωρεᾶς ἐκπέσῃς. Ὁ μὲν οὖν τοιοῦτός ἐστι, καὶ οὔποτε παύσεται τῆς ἑαυτοῦ διπλόης, ἕως ἂν βλέπῃ πρὸς οὐρανὸν ἐπειγομένους ἡμᾶς, ὅθεν αὐτὸς ἐκπέπτωκεν (7). Σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε (8) τοῦ Θεοῦ, γνῶθι τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ ἀντικειμένου. Πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα (9), καὶ ὑπὲρ τῶν μεγίστων, ἡ μάχη. Μὴ λάβῃς σύμβουλον τὸν ἐχθρόν· μὴ καταφρονήσῃς τοῦ ἀκοῦσαι καὶ γενέσθαι πιστός.

B Ἕως εἶ κατηχούμενος, ἐν προθύροις εἶ τῆς εὐσεβείας. Εἶσω γενέσθαι σε δεῖ, τὴν αὐλὴν διαβῆναι, τὰ ἅγια κατοπτεῦσαι, εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων παρακύψαι, μετὰ τῆς Τριάδος γενέσθαι. Μεγάλα ἐστὶν ὑπὲρ ὧν πολεμῇ (10)· μεγάλης δεῖ σοι καὶ τῆς ἀσφαλείας. Προβαλοῦ τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως. Φοβεῖταί σε μετὰ τοῦ ὅπλου μαχόμενον· καὶ διὰ (11) τοῦτο γυμνοῖ σε τοῦ χαρίσματος, ἵνα κρατήσῃ ῥᾳδίον σοι ἀόπλου καὶ ἀφυλάκτου. Πάσης ἡλικίας ἅπτεται, πάσης ἰδέας βίου. Διὰ πάντων ἀποκρουσθήτω.

C ΙΖ'. Νέος εἶ; Στῆθι κατὰ τῶν παθῶν μετὰ τῆς συμμαχίας (12), εἰς Θεοῦ παράταξιν ἀριθμήθητι, ἀρίστευσον (13) κατὰ τοῦ Γολιάθ, λάβε τὰς χιλιάδας, ἢ τὰς μυριάδας. Οὕτω τῆς ἡλικίας ἀπόλαυσον· ἀλλὰ μὴ ἀνάσχῃ μαρανθῆναί σου τὴν νεότητα, τῷ ἀτελεῖ τῆς πίστεως νεκρωθεῖσαν. Γηραιὸς εἶ, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἐγγὺς προθεσμίας; τὴν πολιὰν αἰδέσθητι· ὃς ἦν ἀπαιτῇ (14) φρόνησιν, ἀνθ' ἧς νῦν ἔχεις ἀσθενείας· ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις βοήθησον· πίστευσον τῷ γήρᾳ τὴν κάθαρσιν. Τί φοβῇ τὰ νεότητος ἐν βαθεῖ γήρᾳ, καὶ ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς; Ἢ καὶ σὺ μένεις, νεκρὸς λουθῆναι, οὐ μᾶλλον ἐλεούμενος, ἢ μισούμενος; Ἢ ποθεῖς τῶν ἡδονῶν τὰ λείψανα (15), βίου λείψανον ὤν; Αἰσχρὸν τὴν μὲν ἡλικίαν παρακμάσαι, μὴ παρακμάσαι δὲ τὴν ἀσέλγειαν· ἀλλ' ἢ πάσχειν τοῦτο, ἢ δοκεῖν, διαμέλλοντα (16) πρὸς τὴν κάθαρσιν, Νήπιον ἔστι σοι; Μὴ λαβέτω καιρὸν ἡ κακία· ἐκ βρέφους ἁγιασθήτω, ἐξ ὀνύχων καθιερωθήτω τῷ Πνεύματι. Σὺ (17) δέδοικας τὴν σφραγῖδα διὰ τὸ τῆς

(4) *Ὡς χρηστός.* Sic Reg. bm. Coisl. 1 et Comb. Deest ὡς in ed.

(5) *Φοβῇ γε.* Deest γε in sex Regg.

(6) *Αὐτῷ τούτῳ.* Sic plures Regg. et Colb. In ed., αὐτὸ τούτῳ.

(7) *Ἐκπέπτωκε.* Regg. a et bm, ἔπεσεν.

(8) *Ὦ ἄνθρωπε.* Sic tres Regg. et tres Colb. Deest ὦ in ed.

(9) *Πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα.* Forte legendum, ἐχθραίνοντα, « inimicum » quamvis Nicetas innuat, hæc verba, πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα ἕρπει ὁ φθόνος, « habentem enim invidia persequitur, » ex Sophocle in *Ajacis* tragœdia, a Gregorio mutuata fuisse.

(10) *Πολεμῇ.* Reg. bm, πολεμεῖ.

(11) *Καὶ διά.* Sic quatuor Regg., etc. In ed. deest, καί.

(12) *Μετὰ τῆς συμμαχίας.* « Cum subsidio, » nempe, baptismatis. Bill., « Cum auxiliaribus copiis. » Minus apte quidem; David enim, non « auxiliaribus copiis, » sed Dei præcipue auxilio munitus, pugnavit adversus Goliath. Ea certe Gregorii mens est, ut Christianus baptismatis auxilio fretus, adversus diabolum in acie stet.

(13) *Ἀρίστευσον.* Sic quinque Regg., Coisl. 1 et Or. 1. In ed., ἀρίστευε.

(14) *Ἀπαιτῇ.* Regg. bm, ph et Or. 1, ἀπαιτεῖ.

(15) *Τὰ λείψανα.* Sic quatuor Regg. Deest τά in ed.

(16) *Διαμέλλοντα.* Comb., ἐμβραδύνοντα.

(17) *Σύ.* Coisl. 1, σὺ δέ.

Digitized by Google

φύσεως ασυνες· ὡς μικροψυχος ἡ μήτηρ (18), καὶ ὀλιγόπιστος! Ἡ Ἄννα δὲ, καὶ πρὶν ἢ (19) γεννηθῆναι τὸν Σαμουὴλ, καθυπέσχετο τῷ Θεῷ, καὶ γεννηθέντα, ἱερὸν εὐθὺς ποιεῖ, καὶ τῇ ἱερατικῇ στολῇ συνανέτρεψεν, οὐ τὸ ἀνθρώπινον φοβηθεῖσα, τῷ δὲ Θεῷ πιστεύσασα. Οὐδὲν δεῖ σοι περιαμμάτων καὶ ἐπῳσμάτων, οἷς ὁ πονηρὸς συνεισέρχεται, κλέπτων εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ σέβας, ἐν τοῖς κουφοτέροις. Δὸς αὐτῷ τὴν Τριάδα, τὸ μέγα καὶ καλὸν φυλακτήριον.

A bus præbere. Infans tibi est? Ne occasionem improbitas arripiat : ab infantia sanctificetur, ab ipsis unguiculis Spiritui consecretur. At propter naturæ imbecillitatem sigillum metuis? Quam imbecillis animi mater es pusillæque fidei! Anna vero Samuelem, prius etiam quam procreatus esset, Deo vovit; atque in lucem editum statim consecravit, ac cum sacerdotali stola educavit[a], nihil humani verita, sed Deo fidem habens. Nihil tibi amuletis, nec incantamentis opus est, quibuscum pravus ille in leviorum hominum animos simul irrepit, venerationem Deo debitam furtim ad se transferens. Trinitatem ipsi da, magnum, inquam, illud et pulchrum amuletum.

ΙΗ'. Τί ἔτι; Παρθενίαν ἀσκεῖς; Τῇ (20) καθάρσει σφραγίσθητι· ταύτην ποίησαι (21) τοῦ βίου κοινωνὸν, καὶ συνόμιλον· αὕτη (22) ῥυθμιζέτω σοι, καὶ βίον, καὶ λόγον, πᾶν μέλος, πᾶν κίνημα, πᾶσαν αἴσθησιν. Τίμησον αὐτὴν, ἵνα σε κοσμήσῃ, ἵνα δῷ τῇ σῇ κεφαλῇ στέφανον χαρίτων. στεφάνῳ δὲ τρυφῆς ὑπερασπίσῃ (23) σου. Δέδεσαι γάμῳ; Καὶ τῇ σφραγῖδι συνδέθητι· ταύτην συνοίκισον σεαυτῷ τῆς σωφροσύνης φύλακα· πόσων (24) εὐνούχων οἴει, πόσων θυρωρῶν οὖσαν ἀσφαλεστέραν; Οὔπω σαρκὶ συνεζεύχθης (25): μὴ φοβηθῇς τὴν τελείωσιν. Καθαρὸς εἶ, καὶ μετὰ τὸν γάμον· ἐμὸς ὁ κίνδυνος, ἐγὼ τούτου συναρμοστὴς, ἐγὼ νυμφοστόλος. Οὐ γὰρ, ἐπεὶ (26) ἡ παρθενία τιμιωτέρα, ἐν τοῖς ἀτίμοις ὁ γάμος. Μιμήσομαι Χριστὸν, τὸν καθαρὸν νυμφαγωγὸν, καὶ νυμφίον, ὃς καὶ θαυματουργεῖ γάμῳ, καὶ τιμᾷ συζυγίαν τῇ παρουσίᾳ. Μόνον ἔστω γάμος καθαρὸς (27), καὶ πόθοις ῥυπαροῖς ἀνεπίμικτος. Ἔν αἰτῶ μόνον· λάβε παρὰ τοῦ δώρου τὴν ἀσφάλειαν, καὶ δὸς τῷ δώρῳ τὴν ἀγνείαν κατὰ καιρὸν, ἕως εὐχῆς πρόκειται προθεσμία, καὶ ἀσχολίας (28) τιμιωτέρα, καὶ ταύτην ἐκ κοινῆς ὁμολογίας καὶ συναινέσεως. Οὐ γὰρ νομοθετοῦμεν, ἀλλὰ παραινοῦμεν, καὶ τῶν σῶν τι λαβεῖν ὑπὲρ σοῦ βουλόμεθα, καὶ τῆς κοινῆς ὑμῶν ἀσφαλείας ἕνεκεν (29). Ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν οὐ βίος, οὐκ ἐπιτήδευμα, ᾧ μὴ τοῦτο λυσιτελέστερον. Δέξαι, ὁ ἐν ἐξουσίᾳ (30), τὸν χαλινόν· ὁ ἐν δουλείᾳ, τὴν ἰσοτιμίαν· ὁ ἀθυμῶν, τὴν παραμυθίαν· ὁ ἐν εὐθυμίᾳ, τὴν παιδαγωγίαν, ὁ πένης, τὸν ἄσυλον πλοῦτον· ὁ εὐπορῶν, τὴν καλὴν ὧν ἔχεις οἰκονομίαν. Μηδὲν σοφίσῃ, μηδὲν τεχνάσῃ κατὰ τῆς σεαυτοῦ (31) σωτηρίας. Κἂν γὰρ τοὺς ἄλλους παραλογιζώμεθα,

XVIII. Quid præterea? Virginitatem colis? Baptismo consignare : hunc tibi vitæ socium et familiarem ascisce. Hic tibi, et vitam, et verba moderetur, omnia membra, omnes animi motus, omnes sensus. Honore eum complectere, ut te ornet, capitique tuo gratiarum coronam nectat[a], et corona deliciarum te protegat. Matrimonii vinculis astrictus es? Baptismo quoque constringere : hunc tibi contubernalem adjunge pudicitiæ custodem, innumeris eunuchis et janitoribus tutiorem. Nondum carni copulatus es? Ne baptismi perfectionem extimescas. Purus ac mundus es, inito etiam matrimonio; in me hoc periculum recipio, ego harum nuptiarum conglutinator, ego auspex. Nec enim, quia honoratior est virginitas, idcirco turpe et ignominiosum est matrimonium. Christum imitabor, purum, inquam, illum pronubum et sponsum, qui et miraculum in nuptiis edit, et 704 conjugium præsentia sua honestat[b]. In id tantum incumbe, ut purum sit matrimonium, atque ab obscenarum cupiditatum contagione liberum. Hoc unum posco; a dono securitatem accipe, ac vicissim istud dono repende, ut certo tempore, quandiu scilicet assignatum fuerit orationi tempus, omni negotio præstabilius, a re uxoria abstineas, idque ex communi pacto et consensu. Non enim legem sancimus, sed consilium damus; ac quidpiam eorum, quæ tua sunt, ad utilitatem tuam communemque utriusque vestrum securitatem, accipere volumus. Ut autem in summa dicam, nullum vitæ genus est, nullum studium et institutum, cui non hoc conducibilius sit. Qui conditione libera gaudes, frenum ac-

[a] 1 Reg. I, 11 sqq. [a] Eccli. XXXII, 3. [b] Joan. II, 1 sqq.

(18) *Μικρόψυχος ἡ μήτηρ.* Plures Regg., μικρόψυχος εἶ μήτηρ.

(19) *Πρὶν ἤ.* Deest ἤ in pluribus codd.

(20) *Τῇ.* Reg. ph, καὶ τῇ.

(21) *Ποίησαι.* Duo Regg., ποίησον.

(22) *Αὕτη.* Nempe, καθάρσις, « lavacrum vitam tibi et sermones componat. »

(23) *Ὑπερασπίσῃ.* Savil., ὑπερασπιεῖ, « proteget. »

(24) *Πόσων*, etc. « Quot putas eunuchis, quot janitoribus tutiorem? »

(25) *Συνεζεύχθης.* Comb., συνεδέτης.

(26) *Ἐπεί.* Quinque Regg. et Or. 1, εἰ.

(27) *Καθαρός.* Reg. bm, Chrys. et Or. 1, λαμπρός, « splendidum matrimonium. »

(28) *Ἀσχολίας.* Coisl. 1, ἀσχολία.

(29) *Ἕνεκεν*, Deest in tribus Regg., Coisl. 1 et Or. 1.

(30) *Ὁ ἐν ἐξουσίᾳ.* Bill. « Qui in potestate et imperio es. » Quantum conjicere possumus, non agitur hic de iis qui imperio potiuntur, sed de iis qui conditione « libera, » gaudent, seu, qui sui juris sunt, quibus opponuntur, qui conditione « servili » premuntur, juxta illud Apost. ad Galat. III, 28, « Non est servus neque liber; omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. »

(31) *Σεαυτοῦ.* Quatuor Regg., tres Colb. et Or. 1, σῆς. « Nihil adversus animæ tuæ, » etc. Id est, nihil callidioris consilii adversus tuam ipsius salutem excogita, fingens scilicet te propter baptismi reverentiam procrastinatione uti, cum revera eam differendi sacramenti causam habeas, ut liberius tuis indulgeas voluptatibus. Nam quamvis alios fefellerimus, conscientiæ tamen nostræ fucum facere non poterimus.

Digitized by Google

cipe; qui servili premeris, æqualem honoris gradum; qui in mœrore versaris, solatium; qui læto atque hilari es animo, disciplinam; qui rerum inopia laboras, opes tutas, nec direptioni obnoxias; qui divitiis affluis, præclaram facultatum tuarum administrationem. Nihil adversus animæ tuæ salutem captiose comminiscere, nihil machinare. Nam licet aliis fucum faciamus, nobis quidem ipsis numquam poterimus. Ac profecto adversus seipsum ludere, admodum periculosum et stolidum est:

ἡμᾶς γε αὐτοὺς οὐ δυνησόμεθα· ὡς τό γε καθ' ἑαυτοῦ παίζειν, λίαν ἐπισφαλὲς καὶ ἀνόητον.

XIX. At in media hominum frequentia versaris, ac publicarum rerum cura et administratione inquinaris: atque idcirco metuis, ne misericordia, quam per baptismum consecutus es, depereat? Simplici oratione tecum agam. Forum quoque ipsum, si fieri potest, cum pulchro comitatu fuge, aquilæ, vel, ut magis apposite dicam, columbæ pennis tibi ipsi impositis. (Quid enim tibi cum Cæsare, aut Cæsaris rebus?) Atque ita fuge, ut non ante conquiescas, quam eo perveneris, ubi nec peccatum est, nec infuscatio, nec serpens in via mordens, piosque tuos gressus impediens. Abripe animam tuam ex hoc mundo; fuge Sodomam; incendium fuge; irretorto oculo gradere, ne in salis lapidem concrescas. In montem salutis causa te confer, ne simul corripiaris. Quod si jam occupatus es, ac necessariis vinculis astrictus, ita tecum ipse disputa, vel ego potius tecum disputabo. Præstat quidem, et bonum consequi, et purgationem tueri ac conservare: verum si utrumque non datur, illud certe præstat, **705** in rerum publicarum administratione nonnihil interdum sordium contraxisse, quam omnino a gratia excidere: quemadmodum scilicet a patre et hero quandoque objurgari satius est, quam domo ejici: et exiguo splendore perstringi, quam prorsus obscurari. Prudentum porro et cordatorum virorum est, ut in bonis meliora et excellentiora, ita in malis minora et leviora eligere. Quocirca ne tantopere purgationem formides. Ea enim, quæ recte et cum laude gerimus, a justo et benigno rerum nostrarum judice semper ad vitæ nostræ studia atque instituta, tanquam ad amussim quamdam, exiguntur. Atque ita plerumque accidit, ut qui in civili vita et in medio posita, aliquid honeste et ex virtute fecerit, in meliori causa sit, quam qui a publicis muneribus feriatus, officio suo non usquequaque perfunctus fuerit: quemadmodum, ut mea fert opinio, mirabilius est hominem compedibus vinctum nonnihil progredi, quam nullo onere impeditum, currere: mirabilius item, eum, qui per cœnum incedat, leviter aspergi, quam eum, qui pura via iter faciat, purum ab omni macula manere. Argumento est Raab meretrix, cui, alioqui parum laudatæ, hospitalitas sola justitiæ laudem attulit; et publicanus, quem una tantum humilitas extulit, nullo alio nomine commendatum; ut tibi documento sit, ne de tua salute temere desperes.

Ιθ'. Ἀλλ' ἐν μέσῳ στρέφῃ, καὶ μολύνῃ τοῖς δημοσίοις· καὶ δεινὸν, εἴ σοι δαπανηθήσεσθαι τὸ φιλάνθρωπον; Ἁπλοῦς ὁ λόγος· Εἰ μὲν οἷόν τε, φύγε καὶ τὴν ἀγορὰν μετὰ τῆς καλῆς συνοδίας, πτέρυγας ἀετοῦ σεαυτῷ περιθείς, ἢ περιστερᾶς, ἵν' οἰκειότερον εἴπω (τί γάρ σοι καὶ Καίσαρι, ἢ τοῖς Καίσαρος;). Ἕως οὗ καταπαύσῃς (32), οὗ μὴ ἔστιν ἁμαρτία, μηδὲ μελάνωσις, μηδὲ δάκνων ὄφις ἐφ' ὁδοῦ, κωλύων σου τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα. Ἅρπασον τὴν σεαυτοῦ (33) ψυχὴν ἐκ τοῦ κόσμου· φύγε Σόδομα· φύγε τὸν ἐμπρησμόν· ὄδευσον ἀμεταστρεπτὶ, μὴ παγῇς λίθος ἁλός· εἰς τὸ ὄρος σώζου, μὴ συμπαραληφθῇς. Εἰ δὲ προκατέχῃ (34), καὶ δέδεσαι δεσμοῖς ἀναγκαίοις, ἐκεῖνο σεαυτῷ διαλέχθητι, μᾶλλον δὲ σοὶ αὐτὸς διαλεχθήσομαι· Κρεῖσσον μὲν καὶ τυχεῖν (35) τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ φυλάσσειν τὴν κάθαρσιν· εἰ δὲ ἀμφότερα μὲν ἐνδέχεται, κρεῖσσόν ποτε μικρὰ μολυνθῆναι τοῖς σοῖς δημοσίοις, ἢ παντάπασιν ἐκπεσεῖν τῆς χάριτος· ὥσπερ, οἶμαι, κρεῖσσον ἐπιτιμηθῆναί τι παρὰ πατρὸς καὶ δεσπότου, ἢ ἀπωσθῆναι· καὶ μικρὸν αὐγάζεσθαι, ἢ παντελῶς σκοτίζεσθαι. Σωφρόνων δὲ, ὥσπερ τῶν ἀγαθῶν τὰ μείζω καὶ τελειότερα, οὕτω καὶ (36) τῶν κακῶν αἱρεῖσθαι τὰ ἐλάττω τε καὶ κουφότερα. Διὰ τοῦτο μὴ λίαν φοβηθῇς τὴν κάθαρσιν. Κρίνεται γὰρ ἀεὶ μετὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὸ κατορθούμενον, παρὰ τοῦ δικαίου καὶ φιλανθρώπου τῶν ἡμετέρων κριτοῦ. Καὶ μικρὸν κατορθώσας πολλάκις ὁ ἐν τῷ μέσῳ, πλέον (37) ἔσχε τοῦ ἐν ἐλευθερίᾳ μὴ τὸ πᾶν κατορθώσαντος· ὥσπερ, οἶμαι, παραδοξότερον ἐν πέδαις μικρὰ προβαίνειν, ἢ τρέχειν μηδενὶ βαρούμενον· καὶ διὰ βορβόρου μικρὰ ῥαντίζεσθαι, ἢ καθαρὸν εἶναι διὰ καθαρᾶς ὁδοῦ φερόμενον. Τεκμήριον δὲ τοῦ λόγου, καὶ Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἐν ἐδικαίωσε μόνον (38), ἡ φιλοξενία, τἆλλα οὐκ ἐπαινουμένην· καὶ τὸν τελώνην ἐν ὕψωσεν, ἡ ταπείνωσις, οὐδὲν ἄλλο μαρτυρηθέντα· ἵνα σὺ μάθῃς, σεαυτοῦ μὴ ῥᾳδίως (39) ἀπογινώσκειν.

XIX. At in media hominum frequentia versaris, ac publicarum rerum cura et administratione inquinaris: atque idcirco metuis, ne misericordia, quam per baptismum consecutus es, depereat? Simplici oratione tecum agam. Forum quoque ipsum, si fieri potest, cum pulchro comitatu fuge, aquilæ, vel, ut magis apposite dicam, columbæ pennis tibi ipsi impositis. (Quid enim tibi cum Cæsare, aut Cæsaris rebus?) Atque ita fuge, ut non ante conquiescas, quam eo perveneris, ubi nec peccatum est, nec infuscatio, nec serpens in via mordens, piosque tuos gressus impediens. Abripe animam tuam ex hoc mundo; fuge Sodomam; incendium fuge; irretorto oculo gradere, ne in salis lapidem concrescas. In montem salutis causa te confer, ne simul corripiaris. Quod si jam occupatus es, ac necessariis vinculis astrictus, ita tecum ipse disputa, vel ego potius tecum disputabo. Præstat quidem, et bonum consequi, et purgationem tueri ac conservare: verum si utrumque non datur, illud certe præstat, **705** in rerum publicarum administratione nonnihil interdum sordium contraxisse, quam omnino a gratia excidere: quemadmodum scilicet a patre et hero quandoque objurgari satius est, quam domo ejici: et exiguo splendore perstringi, quam prorsus obscurari. Prudentum porro et cordatorum virorum est, ut in bonis meliora et excellentiora, ita in malis minora et leviora eligere. Quocirca ne tantopere purgationem formides. Ea enim, quæ recte et cum laude gerimus, a justo et benigno rerum nostrarum judice semper ad vitæ nostræ studia atque instituta, tanquam ad amussim quamdam, exiguntur. Atque ita plerumque accidit, ut qui in civili vita et in medio posita, aliquid honeste et ex virtute fecerit, in meliori causa sit, quam qui a publicis muneribus feriatus, officio suo non usquequaque perfunctus fuerit: quemadmodum, ut mea fert opinio, mirabilius est hominem compedibus vinctum nonnihil progredi, quam nullo onere impeditum, currere: mirabilius item, eum, qui per cœnum incedat, leviter aspergi, quam eum, qui pura via iter faciat, purum ab omni macula manere. Argumento est Raab meretrix, cui, alioqui parum laudatæ, hospitalitas sola justitiæ laudem attulit; et publicanus, quem una tantum humilitas extulit, nullo alio nomine commendatum; ut tibi documento sit, ne de tua salute temere desperes.

XX. Verum, dicet quispiam, quid mihi ex ea re accesserit, si per baptismum præoccupatus fuero, atque omnes vitæ suavitates mihi ipsi ob hujusmodi celeritatem præclusero, cum voluptatibus interim indulgere liceat, atque ita demum gratiam assequi?

Κ'. Ἀλλὰ τί μοι πλέον, φησὶ, προκατασχεθέντι διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ τερπνὸν τοῦ ζῆν ἐμαυτῷ διὰ τοῦ τάχους ἀποκλείσαντι, ἐνὸν ἐφεῖναι ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τηνικαῦτα τυχεῖν τῆς χάριτος; Οὐδὲ γὰρ τοῖς ἐν τῷ ἀμπελῶνι προκεκμηκόσιν ὑπῆρξέ τι

(32) *Καταπαύσῃς*. Duo Regg., καταπαύσεις. Coisl. 1 et Jes., καταλύσῃς.

(33) *Σεαυτοῦ*. In nonnullis, ἑαυτοῦ.

(34) *Προκατέχῃ*. Or. 1, προκατέχεις.

(35) *Καὶ τυχεῖν*. Sic sex Regg. et tres Colb. Deest καὶ in ed.

(36) *Οὕτω καὶ*. Sic Reg. ph et Comb. Deest καὶ in ed.

(37) *Πλέον*. Quatuor Regg., πλεῖον.

(38) *Ἐν ἐδικαίωσε μόνον*. « Unum solum, » nempe, « hospitalitas. » Sic tres Regg. et tredecim Colb. In ed., ἐνεδικαίωσε μόνον.

(39) *Μὴ ῥᾳδίως*. Sic tres Regg. In ed., ῥᾳδίως μή.

Digitized by Google

πλέον, ἴσου τοῦ μισθοῦ δοθέντος καὶ τοῖς τελευταίοις. Ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, ὅστις ποτὲ εἶ, ὁ ταῦτα λέγων, μόγις τῆς ἀναβολῆς ἐξειπὼν τὸ ἀπόρρητον· καί σε τῆς κακουργίας (40) οὐκ ἐπαινῶν, ἐπαινῶ τῆς ἐξαγορεύσεως. Ἀλλὰ δεῦρο, καὶ τὴν παραβολὴν ἑρμηνεύθητι, ὡς ἂν μὴ βλάπτῃ (41) τοῖς γεγραμμένοις ἐξ ἀπειρίας. Πρῶτον μὲν, οὐ περὶ τοῦ βαπτίσματος ἐνταῦθα ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς πιστευόντων, καὶ εἰς τὸν καλὸν ἀμπελῶνα εἰσερχομένων, τὴν Ἐκκλησίαν. Ἀφ' ἧς γὰρ ἡμέρας καὶ ὥρας ἐπίστευσεν ἕκαστος, ἀπ' ἐκείνης καὶ (42) ἀπαιτεῖται τὴν ἐργασίαν. Ἔπειτα, εἰ καὶ τῷ μέτρῳ τοῦ μόχθου (43), πλεῖον εἰσήνεγκαν οἱ προεισελθόντες (44), ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῷ μέτρῳ τῆς προαιρέσεως· καὶ τυχὸν τοῖς τελευταίοις, ἐκ ταύτης καὶ πλεῖον ὠφέλητο, εἰ καὶ παράδοξός πως ὁ λόγος. Τοῦ μὲν γὰρ ὕστερον εἰσελθεῖν, τὸ καὶ ὕστερον κληθῆναι πρὸς τὴν ἀμπελουργίαν αἴτιον· τῶν ἄλλων δὲ τὸ διάφορον (45) ὅσον ἐπισκεψώμεθα· Οἱ μὲν οὐ πρότερον ἐπίστευσαν, οὐδὲ εἰσῆλθον, πρὶν ἢ συμφωνηθῆναι αὐτοῖς τὸν μισθόν· οἱ δὲ ἀσύμφωνοι τῇ ἐργασίᾳ προσῆλθον, ὃ μείζονός ἐστι γνώρισμα πίστεως. Καὶ οἱ μὲν φθονερᾶς, καὶ γογγυστικῆς εὑρέθησαν ὄντες φύσεως (46)· οἱ δὲ οὐδὲν ἐγκαλοῦνται τοιοῦτον. Καὶ τοῖς μὲν μισθὸς ἦν τὸ διδόμενον, καίπερ οὖσι πονηροῖς, τοῖς δὲ ἡ χάρις (47)· ὥστε καὶ ἄνοιαν ἐγκληθέντες, εἰκότως τοῦ πλείονος ἐστερήθησαν. Τί δ' ἂν καὶ (48) αὐτοῖς ὠφισθεῖσιν ἐγένετο, καταμάθωμεν· τὸ ἴσον τοῦ μισθοῦ δηλονότι. Πῶς οὖν αἰτιῶνται τὸν ἐργοδότην, ὡς διὰ τὸ τῆς ἰσότητος ἄνισον; Ταῦτα πάντα τὴν τοῦ ἰδρῶτος ὑφαιρεῖ (49) χάριν τοῖς πρώτοις, καὶ εἰ προκεκμήκασιν. Ἐξ ὧν συμβαίνει καὶ (50) δικαίαν εἶναι τὴν τοῦ ἴσου διανομὴν, ἀντιμετρουμένης (51) τῷ πόνῳ τῆς προαιρέσεως.

A Neque enim, qui priores in vinea laborarunt[8], meliori idcirco conditione fuerunt, æqua nempe mercede postremis quoque persoluta. Negotio me liberasti, quisquis tandem es, qui talia profers, dum procrastinationis istius arcanum ægre tandem extulisti : et quamvis consilii tui perversitatem improbem, eo tamen nomine te laudo, quod eam aperte confessus es. Verum adesdum, et parabolæ expositionem accipe, ne ex hoc Scripturæ loco per imperitiam in fraudem incidas. Primum hic de baptismo non agitur, sed de his, qui aliis atque aliis temporibus fidem amplectuntur, atque in pulchram vineam, hoc est, Ecclesiam, ingrediuntur. Nam ex qua die atque hora ad fidem quisque accessit, ab eadem quoque hoc ab eo exigitur, ut operi manum admoveat. B Deinde, tametsi quantum ad laboris modum, plus **706** contulerint, qui priores ingressi sunt, non tamen, quantum ad bonæ voluntatis mensuram. Ea etiam ratione, postremis fortasse amplior merces debebatur, etsi quodammodo absurdum videri possit, quod dico. Nam quod posterius ingressi sint, ea causa fuit, quia posteriores ad vitis excolendæ operam vocati sunt. In cæteris autem rebus quantum alios antecelluerint, videamus. Illi quidem non prius crediderunt, nec ingressi sunt, quam ipsis ex conventu merces constituta fuisset : hi autem nulla condicta mercede ad laborem accesserunt, quod quidem majoris fidei argumentum est. Præterea, illi invidæ, et ad murmurandum proclivis naturæ esse inventi sunt : his nihil tale objicitur. Tum C etiam, illis merces erat quod dabatur, etiamsi improbris et malignis : his gratia. Quamobrem stoliditatis etiam et amentiæ damnati, ampliori mercede merito privati sunt. Quid autem et iis qui tarde venerant factum sit, consideremus. Certe æqualem ipsi mercedem acceperunt. Qua igitur fronte operarum conductorem criminantur, velut in æquæ mercedis persolutione ab æquitate recedentem? Hæc omnia sudoris gratiam primis subtrahunt, etiamsi priores labore fatigati sint. Ex eoque efficitur, ut æquali huic mercedis distributioni æquitas sua constet, nimirum animi voluntate cum labore compensata.

ΚΑ'. Εἰ δὲ καὶ τὴν τοῦ λουτροῦ δύναμιν ἡ παραβολὴ σκιογραφεῖ (52), κατὰ τὴν σὴν ἐξήγησιν· τί κωλύσει (53) καὶ προεισελθόντα, καὶ καυσωθέντα, μὴ βασκαίνειν τοῖς τελευταίοις, ἵν' αὐτῷ τούτῳ (54) πλέον ἔχῃς τῷ φιλανθρώπῳ, καὶ χρέος, ἀλλὰ μὴ χάριν λαβεῖν τὴν ἀντίδοσιν; Ἔπειτα εἰσελθόντας ἐκεῖ

XXI. Sed demus, lavacri quoque vim et facultatem, juxta hanc expositionem tuam parabola designari; quid prohibet, quominus ipse, et prior ingressus, et diei æstum perpessus, postremis non invideas, ut humanitate quoque ipsa et animi facilitate ac benignitate superior sis, atque remuneratio- D

[8] Matth. xx, 1 sqq.

(40) *Τῆς κακουργίας.* Sic plures Regg. et duodecim Colb. Deest τῆς in ed.

(41) *Βλάπτῃ.* Reg. ph, Coisl. 1, Or. 1, Comb., βλάπτοιο. « Ne quid damni per imperitiam ex littera accipias. »

(42) *Καί.* Deest in duobus Regg. et Or. 1.

(43) *Μόχθου.* Jes., κόπου.

(44) *Οἱ προεισελθόντες.* Sic quinque Regg. et Or. 1. Deest οἱ in ed.

(45) *Διάφορον.* Sic sex Regg., septem Colb., Coisl. 2, etc. In ed., ἀδιάφορον.

(46) *Φύσεως.* Coisl. 2 et Or. 1, γνώμης.

(47) *Ἡ χάρις.* Deest ἡ in sex Regg., tribus Colb., etc.

(48) *Τί δ' ἂν καί,* etc. Bill. « Quid autem ipsi quoque accepturi erant, si serius ipsis venire contigisset? Æquam utique mercedem. » Non recte, cum hæc ad murmuratores detorqueat, quæ ad eos, qui tarde venerant, referenda sunt.

(49) *Ὑφαιρεῖ.* Sic Regg. bm, ph, tres Colb., duo Coisl. et Or. 1. In ed., ὑφαιρεῖν.

(50) *Ἐξ ὧν συμβαίνει, καί.* In nonnullis, ἐξ ὧν τί συμβαίνει; καί, etc.

(51) *Ἀντιμετρουμένης.* Coisl. 1, ἀντιμετρουμένην.

(52) *Σκιογραφεῖ.* Duo Regg. et Or. 1, σκιαγραφεῖ.

(53) *Τί κωλύσει.* Tres Regg., tres Colb. et duo Coisl., τί κωλύει σε. Or. 1, τί κωλύει καί σε.

(54) *Ἵν' αὐτῷ τούτῳ.* Duo Coisl., ἵνα αὐτὸ τοῦτο.

Digitized by Google

nem, non beneficii et gratiæ, sed debiti loco accipias? Huc etiam accedit, quod ita demum operarios mercedem accipere vult parabola, si in vineam ingressi fuerint, ac non ab ea aberraverint; quod quidem tibi periculum imminet. Quamobrem si tibi exploratum esset fore, ut ita sentiens, ac de labore aliquid malitiose subtrahens, baptismum consequereris, ignoscendum tibi esset ad hujusmodi rationes confugienti, ac nonnihil lucri ex Domini benignitate facere cupienti; ut illud non dicam, hoc ipsum amplius laborare, amplioris mercedis loco habendum **707** esse, his quidem certe, qui animo sunt non omnino illiberali et sordido. Cum autem periculum tibi sit, ne, dum hujusmodi lucra consectaris, a vinea prorsus excidas, et dum parva et exigua obiter colligis, sorte ipsa mulcteris; age, verbis meis obtempera, pravisque misce interpretationibus et oppositionibus missis factis, simplici animo, et citra argutationem, ad donum accede, ne, antequam spei tuæ compos fias, ex hac vita abripiaris, atque imprudens in perniciem tuam hujusmodi captiones et argutias comminiscaris.

A λαμβάνειν τοὺς ἐργάτας, οὐ διαμαρτόντας τοῦ ἀμπελῶνος· ὃ σοι παθεῖν, κίνδυνος. Ὥστε εἰ μὲν ἦν δῆλον, ὅτι τεύξῃ τῆς δωρεᾶς, οὕτω φρονῶν, καὶ ὑποκρατῶν τι κακούργως τῆς ἐργασίας, συγγνωστὸν ἦν σοι πρὸς τοὺς τοιούτους καταφεύγοντι λογισμοὺς, καὶ παρακερδαίνειν τι βουλομένῳ τῆς τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίας· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ καμεῖν πλέον, πλείων μισθὸς τῷ μὴ πάντη καπηλικῷ τὴν διάνοιαν. Εἰ δὲ κίνδυνός σοι, τοῦ ἀμπελῶνος παντελῶς ἐκπεσεῖν διὰ τῆς ἐμπορίας, καὶ εἰς τὸ κεφάλαιον ζημιοῖ τὰ μικρὰ παρεκλέγων· φέρε, τοῖς ἐμοῖς πείσθητι λόγοις· ἀφελς τὰς τοιαύτας (55) παρεξηγήσεις καὶ ἀντιθέσεις, ἀσυλλογίστως τῷ δώρῳ πρόσελθε, μὴ προαναρπασθῇς (56) τῶν ἐλπίδων, καὶ κατὰ σεαυτοῦ λάθῃς (57) τὰ τοιαῦτα σοφιζόμενος.

XXII. Quid autem? Nonne, inquies, benignus et facilis est Deus? Nam et cogitationes humanas cognoscit, et animi nostri desiderium explorat, baptismique votum pro baptismo ducit. Ænigmati simile quiddam narras, si apud Deum, propter ipsius benignitatem, is pro illuminato habetur, qui luminis expers est, aut etiam intra regnum cœlorum est, qui eo frui expetit, cum interim ea minime faciat, quæ ad cœleste regnum iter aperiunt. Ego vero, quid de his rebus sentiam, libere dicam; ac futurum arbitror, ut prudentes viri sententiæ meæ calculum suum addant. Eorum, qui donum consecuti sunt, alii quidem prius a Deo et salute sua prorsus aversi erant, qui videlicet per omnia flagitiorum genera grassabantur, et de industria vitium amplexabantur. Alii quodammodo semimali, ac medio inter virtutem et vitium loco positi; ii nempe, qui tametsi malum perpetrarent, id tamen, quod perpetrabant, minime probabant, quemadmodum nec morbum suum qui febri divexantur. Alii etiam ante lustricam initiationem honeste et cum laude vivebant; illi quidem ex bona indole, isti vero quod ad baptismum seipsos sedulo ac studiose præpurgarent: qui etiam post baptismum præstantius adhuc cautiusque vitam instituunt: illud, ut bonum consequerentur; hoc, ut tueantur atque conservent. In his porro, ut melio res illi judicandi sunt, qui de improbitate quidpiam remiserunt, quam qui omnino improbi et scelerati

B ΚΒ'. Τί δαί; Οὐχὶ φιλάνθρωπον, φησὶ, τὸ Θεῖον; Καὶ γνωστικὸν γὰρ ἐννοιῶν, δοκιμάζει τε τὴν ἔφεσιν, καὶ ἀντὶ βαπτίσματος, ποιεῖται τὴν ὁρμὴν τοῦ βαπτίσματος. Αἰνίγματι λέγεις ὅμοιον, εἰ πεφωτισμένος ἐστὶ Θεῷ (58), διὰ τὸ φιλάνθρωπον, ὁ ἀφώτιστος, ἢ καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὁ ταύτης τυχεῖν σπουδάζων, δίχα τοῦ πράττειν τὰ τῆς βασιλείας. Ἐγὼ δὲ, ὡς ἔχω περὶ τούτων, εἰπεῖν θαῤῥήσω· οἶμαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων συνθήσεσθαι τοὺς νοῦν ἔχοντας. Τῶν τυχόντων τῆς δωρεᾶς, οἱ μὲν παντελῶς ἦσαν ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς σωτηρίας, πᾶν εἶδος κακίας διεξελθόντες, καὶ εἶναι κακοὶ σπουδάζοντες (59)· οἱ δὲ ἡμιμόχθηροί πως, καὶ μέσως ἔχοντες ἀρετῆς καὶ κακίας· οἱ τὸ μὲν κακὸν ἔπραξαν, τῷ πραττομένῳ δὲ οὐ συνῆνεσαν, καθάπερ οἱ C πυρέττοντες τῷ ἑαυτῶν ἀῤῥωστήματι. Οἱ δὲ καὶ πρὸ τῆς τελειώσεως (60) ἦσαν ἐπαινετοί· οἱ μὲν ἐκ φύσεως (61), οἱ δὲ κατὰ σπουδὴν προκαθαίροντες ἑαυτοὺς τῷ βαπτίσματι· καὶ μετὰ τὴν τελειότητα πεφήνασι κρείττους καὶ ἀσφαλέστεροι· τὸ μὲν, ἵνα τύχωσι τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ δὲ, ἵνα φυλάξωσιν. Ἐν τούτοις, βελτίους μὲν τῶν (62) παντάπασι πονηρῶν, οἱ τῆς κακίας τι ὑφιέμενοι· βελτίους δὲ τῶν μικρόν τι (63) ὑφιεμένων, οἱ σπουδαιότεροι καὶ προσαρώσαντες (64) ἑαυτοὺς τοῦ βαπτίσματος· ἔχουσι γάρ τι πλέον (65), τὴν ἐργασίαν. Οὐ γὰρ, ὥσπερ τῶν ἁμαρτημάτων ἐξάλειψιν ἔχει τὸ λουτρὸν, οὕτω καὶ D τῶν κατορθωμάτων ἀναίρεσιν. Τούτων δὲ αὐτῶν

(55) *Τὰς τοιαύτας.* Sic quinque Regg., plerique Colb. et Or. 1. Deest τοιαύτας in ed.

(56) *Προαναρπασθῇς.* Quinque Regg., προαρπασθῇς.

(57) *Λάθῃς.* Sic tres Regg., decem Colb., Or. 1, etc. In ed., μάθῃς, « perdiscas. »

(58) *Θεῷ.* Reg. ph, τῷ Θεῷ.

(59) *Σπουδάζοντες.* Quinque Regg., Or. 1 et Comb., σπουδάσαντες.

(60) *Τελειώσεως.* Regg. bm, ph, Or. 1 et Comb., τελειότητος.

(61) *Ἐκ φύσεως.* « Bona indole, » seu, « a natura. » Id est, inquit Nicetas, « ea indole præditi, quæ ægre ad malum propendeat. » Vetus Schol. interpretatur: ἐπιτηδειότητα, « propria ac naturali qualitate; » simulque observat, Gregorium non multum curare verborum proprietatem, præsertim cum eorum, de quibus est sermo, sensus est manifestus.

(62) *Μὲν τῶν.* Sic quinque Regg., tres Colb., Or. 1, etc. Deest τῶν in ed.

(63) *Μικρόν τι.* Sic quatuor Regg. In quibusdam, μικρόν τε. In ed., μικρῶν τι.

(64) *Προσαρώσαντες.* Sic Regg. bm, ph et Coisl. 1. Sic etiam legit Billius. In ed., προαρόσαντες, « quasi aratro proscindentes et excolentes. »

(65) *Πλέον.* Duo Regg., πλεῖον.

Digitized by Google

βελτίους, οἱ καὶ γεωργοῦντες τὸ χάρισμα, καὶ ὅτι μάλιστα εἰς κάλλος ἑαυτοὺς ἀποξέοντες (66).

A fuerunt, ita iis, qui non omnino effrenate ac prostitute peccarunt, illi præferri debent, qui virtutem coluerunt, ac seipsos ante baptismum velut scopis quibusdam purgarunt (habent enim quiddam præter cæteros, nimirum superioris vitæ studia et labores; non enim, quemadmodum **708** lavacrum hanc vim habet, ut peccata deleat, ita etiam recte facta exstinguit). Atque his rursus anteponendi sunt, qui et gratiam excolunt, et seipsos ad omnem virtutis elegantiam quam maxime expoliunt.

ΚΓ'. Ὥστε καὶ τῶν ἀποτυγχανόντων, οἱ μὲν εἰσὶ παντελῶς κτηνώδεις (67), ἢ θηριώδεις, ὡς ἂν (68) ἀνοίας ἢ πονηρίας ἔχωσιν· οἷς μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν, οὐδὲ τὸ χάρισμα, οἶμαι, σφόδρα αἰδέσιμον, ἀλλ' ὄντως χάρισμα· εἰ μὲν δοθείη, στεργόμενον· εἰ δὲ μὴ δοθείη, περιφρονούμενον (69). Οἱ δὲ γινώσκουσι μὲν, καὶ τιμῶσι τὴν δωρεάν· ἀναβάλλονται δὲ, οἱ μὲν διὰ ῥᾳθυμίαν, οἱ δὲ δι' ἀπληστίαν (70). Οἱ δὲ οὐδέ εἰσιν ἐν δυνάμει τοῦ δέξασθαι, ἢ διὰ νηπιότητα τυχὸν, ἢ τινα τελέως ἀκούσιον περιπέτειαν (71), ἐξ ἧς οὐδὲ βουλομένοις αὐτοῖς ὑπάρχει τυχεῖν τοῦ χαρίσματος. Ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνοις πλείστην διαφορὰν εὕρομεν (72), οὕτω κἂν τούτοις. Χείρους μὲν οἱ παντάπασι καταφρονηταὶ τῶν ἀπλησστοτέρων (73) ἢ ῥᾳθυμοτέρων· χείρους δὲ οὗτοι, τῶν ἐξ ἀγνοίας καὶ τυραννίδος ἀποπιπτόντων τῆς δωρεᾶς. Τυραννὶς γὰρ οὐκ ἄλλο τι, ἢ ἀκούσιος διαμαρτία. Καὶ ἡγοῦμαι, τοὺς μὲν καὶ δίκας ὑφέξειν, ὥσπερ καὶ τῆς ἄλλης πονηρίας, οὕτω καὶ τῆς τοῦ λουτροῦ περιφρονήσεως· τοὺς δὲ ὑφέξειν μὲν, ἧττον (74) δὲ, ὅτι μὴ κακίᾳ μᾶλλον ἢ ἀνοίᾳ τὴν ἀποτυχίαν εἰργάσαντο· τοὺς δὲ, μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι παρὰ (75) τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὡς ἀσφραγίστους μὲν, ἀπονήρους δὲ, ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν, ἢ δράσαντας. Οὐ γὰρ ὅστις οὐ κολάσεως ἄξιος, ἤδη καὶ τιμῆς· ὥσπερ οὐδὲ ὅστις οὐ τιμῆς, ἤδη καὶ κολάσεως. Σκοπῶ (76) δὲ κἀκεῖνο· Εἰ κρίνεις φόνου τὸν φονικὸν ἐκ μόνου τοῦ βούλεσθαι, καὶ δίχα τοῦ φόνου, βεβαπτίσθω σοι καὶ ὁ θελήσας (77) τὸ βάπτισμα, δίχα τοῦ βαπτίσματος· εἰ δὲ οὐκ ἐκεῖνο, πῶς τοῦτο, συνιδεῖν (78) οὐκ ἔχω. Εἰ βούλει δὲ οὕτως· εἰ ἀρκεῖ σοι πρὸς δύναμιν τοῦ βαπτίσματος ὁ πόθος (79), καὶ διὰ τοῦτο δικάζῃ περὶ τῆς δόξης, ἀρκείτω σοι καὶ πρὸς δόξαν, ἡ τῆς δόξης ἐπιθυμία. Καὶ τίς σοι βλάβη, τὸ μὴ τυχεῖν (80) ταύτης, τὴν ἔφεσιν ἔχοντι;

XXIII. De iis autem, qui baptismum non assequuntur, alii quidem pecudum omnino, vel ferarum vitam imitantur, prout vel amentia, vel animi pravitate laborant; qui scilicet ad cætera mala hoc quoque adjunxerunt, ut nec baptismum ipsum, ut opinor, magnopere venerentur, eoque sint animo, ut, si quidem detur, eum non gravatim accipiant; si vero non detur, susque deque ferant. Alii donum quidem agnoscunt, atque honore prosequuntur: verum moras producunt, illi ob ignaviam, isti ob infinita et irrita desideria. Alii ne accipere quidem possunt, vel propter infantiam fortasse, vel propter inopinatum prorsus et violentum aliquem casum, quo efficitur, ut ne cupientibus quidem gratia potiri liceat. Quemadmodum igitur in illis permagnum discrimen invenimus, ita etiam inter istos. Nam qui plane baptismum aspernantur, sceleratiores sunt iis, qui ob infinita ac irrita desideria, vel ob socordiam, a baptismo suscipiendo retardantur. Atque hi rursus in graviori crimine sunt, quam illi, qui per ignorantiam ac tyrannidem a baptismo exciderunt. Tyrannis enim nihil aliud est, quam rei alicujus consequendæ inopinato erepta facultas. Ac futurum existimo, ut primi quidem, cum aliorum scelerum, tum etiam baptismi contempti pœnas luant: alii autem pœnas quidem, leviores tamen pendant, ut qui non tam animi pravitate, quam stultitia, a baptismo aberrarint: postremi denique, nec cœlesti gloria, nec suppliciis a justo judice afficiantur, utpote qui licet signati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc jacturam passi potius fuerint, quam fecerint. Neque enim quisquis dignus supplicio non est, protinus honorem quoque meretur; quemadmodum ne quisquis honore indignus est, statim etiam pœnam promeretur. Quin ad hunc quoque modum rem expendo. Si eum, qui animo tantum et volun-

(66) *Ἀποξέοντες*. In nonnullis, ἀποξέσαντες.

(67) *Κτηνώδεις*. Gloss., ἄλογοι, « rationis expertes. »

(68) *Ὡς ἄν*. Sic sex Regg., tres Colb., etc. Deest ἄν in ed.

(69) *Περιφρονούμενον*. In nonnullis, καταφρονούμενον.

(70) *Δι' ἀπληστίαν*. « Ob infinita et irrita desideria. » Sic Tullius « spes infinitas » appellat « irritas spes. » Billius interpretatur: « ob inexplebilem peccandi libidinem; » quod certe nobis a Gregorii mente alienum videtur. Loquitur enim Theologus de iis, quibus baptismi desiderium inerat, sed inexpletum adhuc et inefficax; quique cunctando, alias ex aliis nectendo moras, morte demum præoccupati, gratia baptismi excidebant. Præterea eosdem Gregorius ait, « leviores pœnas daturos, ut qui non tam animi pravitate, quam stultitia a baptismo aberrarent. » An vero id dicere licuisset de iis, qui baptismi gratia excidissent « ob inexplebilem peccandi libidinem, » qui contra pœna quam maxima profecto essent digni?

(71) *Περιπέτειαν*. Gloss., σύμπτωμα, ἤτοι σύμβασμα.

(72) *Εὕρομεν*. Reg. bm, ηὕρομεν.

(73) *Ἀπλησστοτέρων*. Or. 1, ἀπλουστέρων.

(74) *Ἧττον*. Coisl. 1, ἥττονα. Orat. 1, ἧσσονα.

(75) *Παρά*. Sic omnes optimæ notæ codd. Mendose in ed., περί.

(76) *Σκοπῶ*. Comb., σκοπῶμεν.

(77) *Ὁ θελήσας*. Sic plures Regg., quatuor Colb. et Or. 1. In ed., ὁ ποθήσας.

(78) *Συνιδεῖν*. In nonnullis, συνειδεῖν.

(79) *Πόθος*. Coisl. 1, Jes. et Oxon. addunt: καὶ διὰ τοῦτο νομίζεις, καὶ δίχα βαπτίσματος ζήσεσθαι, περιττὴ λίαν ἡ τῆς δόξης ἀπόλαυσις· καὶ εἰ διὰ τοῦτο· « eamque ob rem arbitraris, te, etiam absque baptismo, vitam conseculturum, frustranea valde est gloriæ jucunditas. Quod si idcirco de gloria, » etc.

(80) *Τίς σοι βλάβη, τὸ μὴ τυχεῖν*. Quatuor Regg., undecim Colb. et Or. 1, τί σοι μὴ τυχεῖν.

Digitized by Google

tate, non autem reipsa, eædem perpetravit, cædis damnandum putas, sit sane is quoque apud **709** te pro baptizato, qui baptismum citra baptismi susceptionem expetivit : sin autem illud non admittis, quonam pacto hoc admittas, haud sane perspicio. Aut si magis placet, hoc modo agamus. Si ad vim baptismi obtinendam, ipsius desiderio teneri satis esse censes, ac propterea de gloria contendis, tibi quoque ad gloriam, gloriæ desiderium sufficiat. Quid enim tua interfuerit, ea carere, modo eam habere concupiscas ?

XXIV. Ergo, postea quam hos sermones audivistis, *accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestræ non confundentur* [6], baptismum videlicet non assecutæ. Atque illuminationem suscipite, quandiu per tempus licet, ne vos a baptismo disjunctos tenebræ comprehendant [7]. *Venit nox* [8], quando nemo potest operari, nimirum post discessum ex hac vita. Illa Davidis vox est; hæc veræ illius lucis, quæ omnem hominem in mundum venientem illuminat [9]. Existimate Salomonem his verbis inertiam ac socordiam vestram acriter insectari : *Quousque tandem piger jacebis? Quando consurges e somno* [10]? Hoc et illud causaris, atque excusas excusationes in peccatis [11]. Luminum diem exspecto ; Paschatis festum pluris facio ; Pentecosten exspectabo. Cum Christo baptizari præstat ; cum Christo in resurrectionis die ad vitam redire ; Spiritus adventum honorare. Quid postea ? Veniet repente vitæ finis in die quam non exspectas, et in hora quam ignoras : ac tum adveniet, quasi malus viator, gratiæ inopia atque in tantis bonitatis opibus fame laborabis. Sed faciendum tibi est, ut contraria per contraria colligas, messem nempe per diligentiam et industriam, sitisque restinctionem per fontem, atque, instar cervi gravissima siti laborantis, magna celeritate ad fontes [12] accurras contractamque currendo fatigationem aqua exstinguas ; non autem, ut Ismaeli accidit [13], aquæ inopia exarescas ; aut, quod poetæ fabulantur, in medio fonte siti crucieris. Miserum est, cum nundinæ efluxerint, tum demum negotiationem quærere. Miserum est, cum manna præterierit, tum cibum appetere. Miserum est, serum consilium capere, ac tum damni sensu affici, cum nulla jam ratione acceptum incommodum sarciri potest, hoc est, postquam hinc excesserimus, acerbeque conclusa fuerint, quæ quisque in hac vita gessit, atque, et scelerati homines, supplicio, et qui animos **710** purgarint, splendore affecti fuerint. Quocirca vobis providendum est, ne ad gratiam cunctanter accedatis ; verum summam celeritatem adhibeatis, ne latro vobis antevertat, ne adulter vos prætereat, ne avarus superiori conditione sit, ne sicarius bonum illud præripiat, ne publicanus, ne scortator, ne denique quisquam ex iis, qui per vim in regnum irrumpunt, illudque rapiunt [14]. Ultro enim vim patitur, ac propter bonitatem tyrannidem suffert.

ΚΔ'. Τοιγαροῦν, ἐπειδὴ τούτων ἠκούσατε τῶν φωνῶν, *Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ*, διαμαρτόντα τῆς χάριτος. Καὶ δέξασθε τὸν φωτισμὸν ἕως καιρὸς, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταδιώξῃ, καὶ καταλάβῃ χωρίσασα τοῦ φωτίσματος· *Ἔρχεται νὺξ*, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάσασθαι (81), μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν. Ἐκείνη Δαβὶδ ἡ φωνή· αὕτη τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Οἴεσθε δὲ (82) καὶ τὸν Σολομῶντα πικρῶς ὑμῖν ὀνειδίζειν τοῖς ἀργοτέροις ἢ νωθεστέροις· *Ἕως πότε* (83), *ὀκνηρὲ, κατάπεισαι*, λέγοντα ; *Πότε* δὲ *ἐξ ὕπνου ἀναστήσῃ ;* Τὸ καὶ τὸ σκήπτῃ, καὶ προφασίζῃ προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. Μένω τὰ Φῶτα· τὸ Πάσχα μοι τιμιώτερον· τὴν Πεντηκοστὴν ἐκδέξομαι· Χριστῷ συμφωτισθῆναι βέλτιον· Χριστῷ συναναστῆναι κατὰ τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν· τοῦ Πνεύματος τιμῆσαι τὴν ἐπιφάνειαν. Εἶτα τί ; *Ἥξει* τὸ τέλος ἐξαίφνης ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷς, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκεις· εἶτα παραγίνεταί σοι, ὥσπερ κακὸς ὁδοιπόρος, ἡ πενία τῆς χάριτος, καὶ λιμώξεις ἐν τοσούτῳ (84) πλούτῳ τῆς ἀγαθότητος· δέον τὰ ἐναντία τῷ ἐναντίῳ καρποῦσθαι, τῷ ἀόκνῳ τὸν ἄμητον, καὶ τῇ πηγῇ τὴν ἀνάψυξιν, ὥσπερ τὸν διψητικώτατον (85) ἔλαφον, σπουδῇ ταῖς πηγαῖς προστρέχοντα, καὶ σβεννύντα τὸν τοῦ δρόμου κόπον τῷ ὕδατι· ἀλλὰ μὴ τὸ τοῦ Ἰσμαὴλ παθεῖν, ἀνυδρίᾳ ξηραίνεσθαι· ἢ τὸ τοῦ μύθου (86), ἐν μέσῃ πηγῇ δίψῃ (87) κολάζεσθαι. Δεινὸν παρελθεῖν πανήγυριν, καὶ τηνικαῦτα τὴν πραγματείαν ἐπιζητεῖν (88). Δεινὸν τὸ μάννα παραδραμεῖν, καὶ τηνικαῦτα τροφῆς ἐφίεσθαι. Δεινὸν ὑστεροβουλία, καὶ τὸ τηνικαῦτα τῆς ζημίας αἰσθάνεσθαι (89), ὅτε οὐκ ἔστι (90) λύσις ζημίας, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, καὶ τὸν πικρὸν συγκλεισμὸν τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν κόλασιν, καὶ τὴν τῶν κεκαθαρμένων λαμπρότητα. Διὰ τοῦτο μὴ μέλλετε πρὸς τὴν χάριν· ἀλλ' ἐπείγεσθε, μὴ λῃστὴς ὑμᾶς προλάβῃ, μὴ μοιχὸς παραδράμῃ, μὴ ἅπληστος πλεονεκτήσῃ, μὴ φονεὺς προαρπάσῃ τὸ ἀγαθὸν, μὴ τελώνης, μὴ πόρνος, μή τις τῶν βιαστῶν τῆς βασιλείας καὶ ἁρπακτῶν. Βιάζεται γὰρ ἐκοῦσα, καὶ τυραννεῖται δι' ἀγαθότητα.

[6] Psal. xxxiii, 6. [7] Joan. xii, 35. [8] Joan. ix, 4. [9] Joan. i, 9. [10] Prov. vi, 10. [11] Psal. cxl, 4. [12] Psal. xli, 2. [13] Gen. xxi, 15-19 [14] Matth. xi, 12.

(81) *Ἐργάσασθαι.* Reg. ph et Or. 1, ἐργάζεσθαι.
(82) *Οἴεσθε δέ.* Deest δέ in tribus Regg.
(83) *Πότε.* In nonnullis, ἕως πότε.
(84) *Ἐν τοσούτῳ.* Sic quinque Regg., tres Colb. et Or. 1. In ed., ἐν τοιούτῳ.
(85) *Διψητικώτατον.* Tres Regg., διψικώτατον.
(86) *Τοῦ μύθου.* Alludit ad Tantali fabulam.
(87) *Δίψῃ.* Quinque Regg., δίψει.
(88) *Ἐπιζητεῖν.* Duo Regg. et Or. 1, ζητεῖν.
(89) *Αἰσθάνεσθαι.* Tres Regg. et Comb., ἐπαισθάνεσθαι.
(90) *Οὐκ ἔστι.* Regius bm, οὐκ ἔτι, « non adhuc. »

Digitized by Google

ΚΕ'. Βραδὺς ἴσθι πρὸς κακουργίαν, ὦ οὗτος, ταχὺς δὲ πρὸς σωτηρίαν, ἐμοὶ πειθόμενος· ἴσον γάρ ἐστι κακὸν, ἑτοιμότης τε πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ μέλλησις πρὸς τὸ βέλτιον. Ἐὰν ἐπὶ κῶμον κληθῇς, μὴ ταχύνῃς· ἐὰν ἐπ' ἄρνησιν, ἀποπήδησον· ἐὰν εἴπῃ (91) σοι πονηρὸν ἐργαστήριον· *Ἐλθὲ μεθ' ἡμῶν, κοινώνησον αἵματος, κρύψωμεν δὲ εἰς γῆν ἄνδρα δίκαιον ἀδίκως*· μηδὲ τὰς ἀκοὰς ὑπόσχῃς. Δύο γὰρ τὰ μέγιστα κερδανεῖς· ἐκεῖνόν τε γνωριεῖς (92) τὴν ἁμαρτίαν, καὶ σαυτὸν ἐξαιρήσεις πονηρᾶς κοινωνίας. Ἂν δέ σοι λέγῃ (93) Δαβὶδ ὁ μέγας· *Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ*· ἐὰν δὲ προφήτης ἄλλος· *Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου*· ἐὰν δὲ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· *Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*· ἢ, *Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν*, λαμπροὶ λαμπρῶς ὑπὲρ χιόνα λάμψαντες, ὑπὲρ γάλα τυρωθέντες, ὑπὲρ λίθον σάπφειρον αὐγασθέντες· μὴ ἀντιτείνωμεν, μὴ βραδύνωμεν. Γενώμεθα Πέτρος καὶ Ἰωάννης· ὡς ἐπὶ τὸν τάφον ἐκεῖνοι καὶ τὴν ἀνάστασιν, οὕτως ἐπὶ τὸ λουτρὸν (94) αὐτοὶ σπεύδωμεν, συντρέχοντες, ἀντιτρέχοντες, ὅπως ἂν τὸ ἀγαθὸν προλάβωμεν ἀγωνιζόμενοι. Καὶ μὴ εἴπῃς, Ἀπελθὼν (95) ἐπάνηκε, καὶ αὔριον βαπτισθήσομαι, δυνατὸς ὢν σήμερον εὖ παθεῖν· παρέστω μοι μήτηρ (96), παρέστω μοι πατὴρ, ἀδελφοὶ, γυνὴ, τέκνα, φίλοι, πᾶν δ τί μοι τίμιον, καὶ τηνικαῦτα σωθήσομαι· νῦν δὲ οὔπω μοι καιρὸς λαμπρύνεσθαι (97). Δέος γὰρ, μὴ κοινωνοὺς λάβῃς πένθους, οὓς εὐφροσύνης κοινωνοὺς ἤλπισας. Ἐὰν μὲν παρῶσιν, ἀγαπητέον· ἐὰν δὲ ἀπῶσι (98), μὴ ἀναμείνῃς. Αἰσχρὸν γὰρ (99) εἰπεῖν· Ποῦ δέ μοι τὸ καρποφορούμενον ἐπὶ τῷ βαπτίσματι (1); Ποῦ δὲ ἡ ἐμφώτειος (2) ἐσθὴς, ᾗ λαμπρυνθήσομαι; Ποῦ δὲ τὰ πρὸς δεξίωσιν τῶν ἐμῶν βαπτιστῶν, ἵνα κἀν τούτοις εὐδοκιμήσω; Πάνυ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ἐστὶ ταῦτα τῶν ἀναγκαίων, καὶ παρὰ (3) τοῦτο ἡ χάρις ἐλαττωθήσεται. Μὴ μικρολογοῦ (4) περὶ τὰ μεγάλα· μηδὲν ἀγεννὲς (5) πάθῃς. Μεῖζον τῶν ὁρωμένων ἐστὶ τὸ μυστήριον· σαυτὸν καρποφόρησον· Χριστὸν ἔνδυσαι, θρέψον με πολιτείᾳ· οὕτως ἐγὼ χαίρω φιλοφρονούμενος· οὕτω καὶ Θεὸς, ὁ τὰ μέγιστα χαριζόμενος. Οὐδὲν τῷ Θεῷ μέγα, ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσιν, ἵνα μὴ κάνταῦθα παρωθῶνται (6) οἱ πένητες· οὐ γὰρ ἔχουσιν, ὅπως τοῖς πλουσίοις ἀμιλληθῶσιν. Ἐν ἄλλοις μὲν, ἡ διαφορὰ τοῦ

XXV. Enimvero, si mihi auscultandum putabis, ad scelus quidem et fraudem tardus eris, celer autem ad salutem. Pari enim in vitio sunt, promptitudo ad vitium, et segnities ad virtutem. Si ad comessationem vocatus fueris, ne festines; si ad fidei abjurationem, fac pedem retro celerrime referas; si tibi flagitiosorum ac perditorum hominum sodalitium dixerit: *Veni nobiscum, particeps esto sanguinis, virum justum injuste in terram abscondamus* [15]; ne auribus quidem hos sermones admitte. Ita duas maximas utilitates consequeris; nam et illis peccatum suum indicabis, et teipsum a prava societate eximes. At si tibi magnus David dicat: *Venite, exultemus Domino* [16]; si alius propheta: *Venite, ascendamus in montem Domini* [17]; si ipse salutis nostræ vindex: *Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis et ego vos reficiam* [18]; aut, *Surgite, abeamus hinc* [19], nive splendidius effulgentes, et super lac coagulati, et super sapphirum collustrati [20]; ne in contrarium nitamur, ne moram faciamus. Petrum et Joannem æmulemur; ad baptismum, ut illi ad sepulcrum [21] et resurrectionem, omni festinatione properemus, simul currentes, certatim currentes, omni contentione in id incumbentes, ut hoc bonum priores occupemus. Ne dixeris: Abi et redi, et cras baptizabor, cum hodie beneficio affici queas. Adsit mihi mater, adsit mihi pater, fratres, uxor, liberi, amici, atque omnes quos charos habeo, et tum salutem accipiam: nunc autem nondum mihi splendidum fieri vacat. Verendum enim est, ne luctus socios accipias, quos te lætitiæ socios habiturum speraveras. Quamobrem, si quidem adsint, pulchre tecum agi puta; sin autem absint, ne eos exspectes. Turpe est enim dicere: Ubi est munus, quod propter baptismum offeram? 711 Ubi splendida vestis, in qua exsplendescam? Ubi ea, quæ ad initiatores meos excipiendos requiruntur, ut in his quoque rebus nominis celebritatem consequar? Valde enim, uti vides, hæc necessaria sunt; ac propterea gratia imminuetur. Ne in magnis rebus minuta et levicula in rationem mittas: ne turpi aliquo et abjecto affectu te duci patiaris. Istud mysterium sublimius est rebus iis, quæ in oculorum aspectum cadunt. Teipsum offer, Christum indue, honesta et laudabili vita me ale: sic ego excipi lætor; sic etiam Deus, qui

[15] Prov. I, 11. [16] Psal. XCIV, 1. [17] Mich. IV, 2. [18] Matth. XI, 28. [19] Joan. XIV, 31. [20] Thren. IV, 7. [21] Joan. XX, 3.

(91) *Ἐὰν εἴπῃ*. Or. 1, ἐὰν εἴποι.

(92) *Γνωριεῖς*. In nonnullis, γνωρίσεις, et, γνωρίζεις.

(93) *Λέγῃ*. Reg. ph, λέγει.

(94) *Τὸ λουτρόν*. Sic quinque Regg., plures Colb. etc. In ed., τὸν λουτρόν.

(95) *Ἀπελθών*. Sex Regg. et Comb., ἐπανελθών.

(96) *Μήτηρ*. In quibusdam, πατήρ.

(97) *Λαμπρύνεσθαι*. Sic codd. In ed., λαμπρυνθῆναι.

(98) *Ἀγαπητέον ἐὰν δὲ ἀπῶσι*. Sic quinque Regg., decem Colb., duo Coisl., Jes., etc. Græca hæc desunt in Par. ed. quamvis a Billio Latine reddita.

(99) *Αἰσχρὸν γάρ*. Sic Reg. bm, aliique plures. D Deest γάρ in ed.

(1) *Βαπτίσματι*. Quinque Regg., duo Coisl., etc., φωτίσματι, « illuminationi. »

(2) *Ποῦ δὲ ἡ ἐμφώτειος*. Sic Regg. bm, ph et Comb. Deest ἡ in ed. et in aliis nonnullis, qui etiam pro ἐμφώτειος habent ἐμφώτους, « vestis candida, » id est, « Baptismalis. »

(3) *Καὶ παρά*. Sic plures Regg. et Colb., Coisl. 1, Par. et Comb. Mendose in ed., περί.

(4) *Μικρολόγου*. Sic Regg. bm, ph, duo Coisl. et Comb. In ed., μικρολόγει.

(5) *Ἀγεννές*. In quibusdam, ἀγενές.

(6) *Παρωθῶνται*. Sic quinque Regg., plures Colb., Coisl. 1, Jes., Comb., etc. Prave in ed., παρα-θῶνται.

Digitized by Google

maxima quæque beneficia nobis elargitur. Nihil apud Deum magnum est, quod non pauper quoque donare possit, ut ne hac quoque in re tenuiores propellantur; cum siquidem non habeant, quomodo cum locupletibus certent. Etenim in cæteris quidem rebus inter divitias et paupertatem interest : hic autem, qui promptior atque alacrior est, idem quoque ditior evadit.

A πλουτεῖν καὶ τοῦ πένεσθαι· ἐνταῦθα δὲ, ὁ προθυμότερος, πλουσιώτερος.

XXVI. Nihil progressum tuum inhibeat : nihil animi alacritatem reprimat. Quandiu vehemens est desiderium, id quod desideras arripe. Quandiu calet ferrum, frigida obduretur, ne quid interim accidat quod animi cupiditatem infringat. Philippus sum; esto Candaces. Die ipse quoque: *Ecce aqua, quid me prohibet baptizari*[22] ? Temporis occasionem arripe: ob bonum lætitiam concipe : atque hæc locutus, baptizare; baptizatus, salutem accipe; et quamvis corpore Æthiops sis, animo dealbare. Salutem consequere, qua nihil sublimius præstantiusque est, apud eos certe, qui mente præditi sunt. Ne dicas : Baptizet me episcopus, atque is metropolitanus, aut Jerosolymitanus (non enim locorum est gratia, sed Spiritus) ; isque etiam sit claro et nobili genere ortus; grave enim fuerit, nobilitati meæ ob ejus, qui baptizat, obscuritatem, labem ac dedecus inferri; aut, si presbyter, saltem qui cælebs sit, qui continentiæ laude atque angelica vivendi ratione floreat; grave enim fuerit, si in purgationis tempore inficiar atque commaculer. Ne concionatoris aut baptizantis auctoritatem inquiras. Alius horum judex est, ac rerum obscurarum explorator : quando quidem homo faciem, Deus autem cor intuetur[23].

A ἡμερῶν, τὸ Σάββατον, τοῦτο δηλοῖ τὸ (97) συνεχῶς παρ' αὐτοῖς τιμώμενον, καθὸ καὶ ἡ τῆς ζύμης ἄρσις ἰσάριθμος· ἡ δὲ τῶν ἐτῶν, ὁ ἑβδοματικὸς ἐνιαυτὸς τῆς ἀφέσεως. Καὶ οὐκ ἐν ἑβδομάσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑβδομάσιν ἑβδομάδων, ὁμοίως ἔν τε ἡμέραις καὶ ἔτεσιν. Αἱ μὲν οὖν τῶν ἡμερῶν ἑβδομάδες γεννῶσι τὴν Πεντηκοστήν, κλητὴν ἁγίαν παρ' αὐτοῖς ἡμέραν· αἱ δὲ τῶν ἐτῶν, τὸν Ἰωβυλαῖον (98) παρ' αὐτοῖς ὀνομαζόμενον, ὁμοίως γῆς τε ἄφεσιν ἔχοντα, καὶ δούλων ἐλευθερίαν, καὶ κτήσεων ὠνητῶν ἀναχώρησιν. Καθιεροῦσι γὰρ, οὐ γεννημάτων (99) μόνον, οὐδὲ προτοτόκων, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡμερῶν καὶ ἐτων ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ τοῦτο τὸ γένος. Οὕτως ὁ ἑπτὰ τιμώμενος ἀριθμὸς τὴν τιμὴν τῆς Πεντηκοστῆς συνεισήγαγεν. Ὁ γὰρ ἑπτὰ B ἐπὶ ἑαυτὸν συντιθέμενος, γεννᾷ τὸν πεντήκοντα, μιᾶς δεούσης ἡμέρας, ἣν ἐκ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος προσειλήφαμεν, ὀγδόην τε οὖσαν τὴν αὐτὴν καὶ πρώτην, μᾶλλον δὲ μίαν καὶ ἀκατάλυτον. Δεῖ γὰρ ἐκεῖσε καταλῆξαι τὸν ἐνταῦθα Σαββατισμὸν τῶν ψυχῶν, ὡς δοθῆναι μερίδα, τοῖς ἑπτὰ (1), καί γε τοῖς ὀκτὼ, καθὼς ἤδη τινὲς τῶν πρὸ ἡμῶν τὸ Σολομώντειον (2) ἐξειλήφασι.

Γ'. Τῆς δὲ τοῦ (3) ἑπτὰ τιμῆς, πολλὰ μὲν τὰ μαρτύρια, ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν ἡμῖν ἀρκέσει. Ὡς ἑπτὰ (4) μὲν ὀνομαζόμενα τίμια Πνεύματα. Τὰς γὰρ ἐνεργείας, οἶμαι, τοῦ Πνεύματος, Πνεύματα φίλον τῷ Ἡσαΐᾳ καλεῖν. Κεκαθαρμένα δὲ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου, κατὰ τὸν Δαβὶδ, ἑπταπλασίως. Καὶ ὁ μὲν δίκαιος, ἐξάκις μὲν (5) ἐξ ἀναγκῶν ἐξαιρούμενος, ἓν δὲ τῷ ἑβδόμῳ μηδὲ πλησσόμενος. Ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς, οὐχ ἑπτάκις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωρούμενος. Καὶ μέντοι πάλιν ἐκ τῶν ἐναντίων (ἐπαινετὴ γὰρ καὶ [6] ἡ τῆς κακίας κόλασις), Κάϊν μὲν ἐκδικούμενος ἑπτάκις, τουτέστι δίκας εἰσπραττόμενος τῆς ἀδελφοκτονίας· ὁ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, ὅτι φονεὺς ἦν μετὰ τὸν νόμον καὶ τὸ κατάκριμα. Οἱ δὲ πονηροὶ γείτονες ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν (7) ἀπολαμβάνοντες· ἑπτὰ δὲ στύλοις ὁ τῆς Σοφίας οἶκος ὑπερειδόμενος· τοσούτοις δὲ ὀφθαλμοῖς ὁ τοῦ Ζοροβάβελ λίθος κοσμούμενος. Ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας ὁ Θεὸς αἰνούμενος. Καὶ μὴν

C

D

[36] Exod. xvi, 26. [37] Levit. xxv, 4. [38] ibid. 8 sqq. [39] Eccle. xi, 2. [40] Isa. xi, 2. [41] Psal. xi, 7. [42] Job v, 19. [43] Matth. xviii, 21, 22. [44] Gen. iv, 15. [45] ibid. 24. [46] Psal. lxxviii, 12. [47] Prov. ix, 1. [48] Zach. iii, 9.

(97) *Τοῦτο δηλοῖ τό.* Tres Regg., nonnulli Colb., Or. 1, Comb. et Bas., τοῦτο δὴ τό. Sic etiam legerat Billius.

(98) *Ἰωβυλαῖον.* Quinque Regg., Ἰωβηλαῖον.

(99) *Γεννημάτων.* Plures Regg., γενημάτων.

(1) *Τοῖς ἑπτά*, etc. Hæc de Eccles. xi, 2, mutuata sunt a Gregorio; et a Patribus explanata, præsertim ab Ambrosio, lib. v *in Luc.*, c. vi.

(2) *Σολομώντειον.* Savil., Σολομοντίον.

(3) *Τῆς δὲ τοῦ.* Reg. bm et Pass., τῆς μὲν οὖν.

(4) *Ὡς ἑπτά*, etc. « Ut septem venerandi Spiritus, » etc. « Non quod, » inquit Nicetas, « septem sint Spiritus; unus enim est Spiritus sanctus; sed divinas omnes actiones quæ ipsi insunt, Spiritus, ut opinor, appellat propheta. »

(5) *Ἐξάκις μέν.* Deest μέν in Reg. ph et Savil. Alludit Gregorius ad hæc Jobi, v, 19, « In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum. »

(6) *Γὰρ καί.* Sic quatuor Regg. et novem Colb. Deest καί in ed.

(7) *Αὐτῶν.* Deest in pluribus Regg. Alludit ad hæc psal. lxxviii, 12 : « Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. »

Digitized by Google

καὶ στεῖρα τίκτουσα ἑπτὰ (8), τὸν τέλειον ἀριθμὸν, ἡ τῆς ἀτελοῦς (9) ἐν τέκνοις ἀντίθετος.

septies in die laudatur Deus [49]. Atque adeo sterilis septem filios [50], qui perfectus est numerus, parit, illa, inquam, quæ imperfectæ in filiis opposita erat.

Δ'. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰς παλαιὰς ἱστορίας σκοπεῖν, ἐννοῶ μὲν τὸν ἕβδομον ἐν προγόνοις Ἐνὼχ, τῇ μεταθέσει τετιμημένον. Ἐννοῶ δὲ τὸν εἰκοστὸν πρῶτον Ἀβραὰμ, τῇ πατριαρχίᾳ δεδοξασμένον, μυστηρίου προσθήκῃ μείζονος. Τρισσουμένη γὰρ ἡ ἑβδομὰς (10) τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐργάζεται. Τολμήσειε δ' ἄν τις τῶν πάντα νεανικῶν, καὶ ἐπὶ τὸν νέον Ἀδὰμ ἐλθεῖν, τὸν Θεόν μου καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ καὶ τοῦ ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν Ἀδὰμ, ἑβδομηκοστὸν ἕβδομον ἀριθμούμενον, κατὰ τὴν τοῦ Λουκᾶ γενεαλογίαν ἀναποδίζουσαν. Ἐννοῶ δὲ καὶ τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας Ἰησοῦ τοῦ Ναυὴ, καὶ περιόδους τοσαύτας, καὶ ἡμέρας, καὶ ἱερέας, ἐξ ὧν τὰ Ἱεριχούντια τείχη κατασείεται. Ὡς δὲ καὶ τὴν ἑβδόμην ἀναστροφὴν (11), ὥσπερ δὲ μυστικὴν τὴν τρισσὴν ἐμφύσησιν (12) Ἠλίου τοῦ προφήτου, τῷ τῆς Σαρεφθίας χήρας υἱῷ τὸ ζῆν ἐμπνεύσασαν (13), καὶ τοῦ αὐτοῦ τὴν ἰσάριθμον κατὰ τῶν σχιδάκων ἐπίκλυσιν, ἡνίκα πυρὶ θεοπέμπτῳ τὴν θυσίαν ἀνήλωσε (14), καὶ τοὺς τῆς αἰσχύνης προφήτας κατέκρινε, τὸ ἴσον οὐ δυνηθέντας ἐκ τῆς προκλήσεως (15). Οὕτω δὲ καὶ τὴν ἑβδόμην κατασκοπὴν τοῦ νέφους τῷ παιδαρίῳ προστεταγμένην, Ἐλισσαίου τε τὴν ἴσην διάκαμψιν (16) ἐπὶ τὸν παῖδα τῆς Σουναμίτιδος (17), τὴν πνοὴν ζωπυρίσασαν (18). Τοῦ δὲ αὐτοῦ, οἶμαι, δόγματος (ἵνα μὴ λέγω τὴν ἑπτάκαυλον καὶ ἑπτάλυχνον τοῦ ναοῦ λυχνίαν) ἐν ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ὁ ἱερεὺς τελειούμενος, ἐν ἑπτὰ δὲ ὁ λεπρὸς καθαιρόμενος, ἐν τοσαύταις δὲ ὁ ναὸς ἐγκαινιζόμενος. Ἑβδομηκοστῷ δὲ ἔτει ὁ λαὸς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπαναγόμενος, ἵν' ὅπερ ἐστὶν ἐν μονάσι, τοῦτο ἐν δεκάσι γένηται, καὶ ἀριθμῷ τελειοτέρῳ (19) τὸ τῆς ἑβδομάδος τιμηθῇ μυστήριον. Τί μοι τὰ πόρρω λέγειν; Ἰησοῦς αὐτὸς, ἡ καθαρὰ τελειότης, οἶδε τρέφειν μὲν ἐν ἐρημίᾳ καὶ πέντε ἄρτοις πεντακισχιλίους, οἶδε δὲ καὶ ἑπτὰ (20) πάλιν τετρακισχιλίους. Καὶ τὰ τοῦ κόρου λείψανα, ἐκεῖ μὲν δώδεκα κόφινοι, ἐνταῦθα δὲ σπυρίδες ἑπτά·

IV. Quod si veteres etiam historias considerare oportet, animadverto septimum inter primævos homines Enoch translationis honore affectum [51]. Animadverto item vicesimum primum Abraham patriarchatu ornatum, mysterii majoris accessione [52]. Septenarius enim, ter in se ductus, numerum hunc efficit. Ausit autem fortasse quispiam, juvenili animi impetu fervens, ad novum quoque Adamum venire, Deum, inquam, meum, et Dominum Jesum Christum [53], qui, juxta retrogradam Lucæ descriptionem, a veteri et sub peccato constituto Adamo, septuagesimus septimus numeratur. Tum septem illas Jesu filii Nave tubas mecum reputo, totidemque **734** circuitus, et dies, et sacerdotes a quibus muri Jericho quatiuntur [54]. Consimili modo septenam Eliæ prophetæ conversionem, mysticamque illam triplicem insufflationem [55], qua Sarephtanæ viduæ filio vita inspirata est, ejusdemque numero parem super assulas proluvionem, tum cum igne divinitus immisso sacrificium assumpsit, atque infames prophetas, qui, ab eo provocati, idem facere nequiverant, obtruncavit [56]. Quo etiam in genere ponenda est septenaria illa nubis speculatio puerulo imperata [57], et æqualis Elisei circum Sunamitidis filium inflexio, qua vitalis halitus suscitatus est [58]. Ad eamdem quoque, ni fallor, doctrinam pertinet (ut septem hastilibus et lucernis instructum templi candelabrum præteream [59]), quod, et sacerdos septem diebus initiatur [60], et septem item leprosus purgatur [61], ac totidem diebus templum dedicatur [62]. Eodem denique referendum, quod septuagesimo anno populus ex captivitate reducitur [63], ut quam vim in unitatibus hic numerus habet, eamdem quoque in decadibus habeat, ac perfectiori numero septenarii mysterium honoretur. Quid autem longinqua colligo? Jesus ipse, qui pura perfectio est, quinque panibus in deserto quinque hominum millia nutrire novit [64], ac rursus septem panibus quatuor millia [65]. Atque sa-

[49] Psal. cxviii, 164. [50] I Reg. ii, 5. [51] Gen. v, 24. [52] Gen. xii, 1 sqq. [53] Luc. iii, 23. [54] Jos. vi, 3 sqq. [55] III Reg. xvii, 18 sqq. [56] III Reg. xviii, 34 sqq. [57] ibid. 43 sqq. [58] IV Reg. iv, 35. [59] Exod. xxv, 31. [60] Levit. viii, 33; Exod. xxix, 30. [61] Levit. xiv, 38 sqq. [62] III Reg. viii, 65. [63] Jerem. xxv, 11; xxix, 10. [64] Matth. xiv, 19. [65] Matth. xv, 34.

(8) *Τίκτουσα ἑπτά.* « Peperit septem; » nempe Samuelem, qui matri suæ fuit instar numerosæ prolis.

(9) *Τῆς ἀτελοῦς.* « Imperfectæ, » id est. « Phennæ. »

(10) *Γὰρ ἡ ἑβδομάς.* Sic Regg. bm, ph, Coisl. 1, Or. 1, Par., Savil., Comb., etc. In ed., γὰρ ἑβδόμη ἑβδομάς.

(11) *Ἑβδόμην ἀναστροφήν.* « Septenam Eliæ incurvationem. » Non legitur septies se incurvasse Eliam super puerum Sarephtanæ viduæ, ut eum a morte revocaret: ait enim Scriptura, III Reg. xvii, 21, « Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus. »

(12) *Ὥσπερ δὲ μυστικὴν τὴν τρισσὴν ἐμφύσησιν.* Hæc desunt in pluribus codd.

(13) *Τὸ ζῆν ἐμπνεύσασαν.* Jes., τὴν ζωὴν ἐμπνέουσαν.

(14) *Ἀνήλωσε.* Quatuor Regg. et Jes., ἀνάλωσε.

(15) *Προκλήσεως.* Reg. bm, προσκλήσεως

(16) *Ἴσην διάκαμψιν.* « Æqualis inflexio, » seu, « septenaria incurvatio. » Non ait Scriptura, IV Reg. iv, 35, Eliseum se septies incurvasse super puerum, sed ait tantum, « puerum septies oscitasse. »

(17) *Σουναμίτιδος.* Quatuor Regg., etc., Σουμανίτιδος.

(18) *Ζωπυρίσασαν.* Novem Colb., Coisl. 1, Or. 1, etc., ζωπυρήσασαν. In nonnullis, ζωπυρίσαντα.

(19) *Τελειοτέρῳ.* Regg. bm et ph, τελειοτέρῳ.

(20) *Καὶ ἑπτά.* Sic Regg. bm, ph, Pass., Savil., etc. Deest καί in edit.

Digitized by Google

turitatis reliquiæ, illic quidem duodecim cophini, hic autem septem sportæ : neutrum, opinor, temere, nec aliter, quam Spiritu dignum erat. Quin per te quoque ipse Scripturas pervolvens, multos numeros observaveris, qui profundius aliquid habeant, quam quod prima fronte præ se ferunt. Quod autem præsenti tempori commodissimum est, ob has fortasse, vel his proximas, vel etiam sublimiores quasdam, ac diviniores rationes, Pentecostes diem Hebræi colunt, ac nos item colimus ; quemadmodum et nonnullos alios Hebraicos ritus observamus, qui apud illos quidem typice celebrabantur, a nobis autem mystice peraguntur. Cum hæc a nobis de die dicta sint, ad ea quæ sequuntur progrediamur.

A οὐδέτερον ἀλόγως, οἶμαι, οὐδὲ ἀναξίως τοῦ Πνεύματος. Καὶ σὺ δ' ἂν κατὰ σαυτὸν ἀναλεγόμενος, πολλοὺς τηρήσαις ἀριθμοὺς, ἔχοντάς τι τοῦ φαινομένου βαθύτερον. Ὁ δὲ τῷ παρόντι καιρῷ χρησιμώτατον, ὅτι κατὰ τούτους ἴσως τοὺς λόγους, ἢ ὅτι ἐγγύτατα (21) τούτων, ἢ καὶ θειοτέρους τινὰς, τιμῶσι μὲν Ἑβραῖοι τὴν Πεντηκοστὴν ἡμέραν, τιμῶμεν δὲ καὶ ἡμεῖς· ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἄλλα τινὰ (22) τῶν Ἑβραϊκῶν, τυπικῶς μὲν παρ' ἐκείνοις (23) τελούμενα, μυστικῶς δὲ ἡμῖν ἀποκαθιστάμενα. Τοσαῦτα περὶ τῆς ἡμέρας προδιαλεχθέντες, ἐπὶ τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν.

735 V. Pentecosten celebramus, ac Spiritus adventum, et præstitutum pollicitationi exsequendæ B diem, speique impletionem. Ac, bone Deus, quantum est hoc mysterium! Quam magnum et venerandum! Corporea Christi finem habent, vel, ut rectius dicam, ea, quæ ad corporeum ipsius adventum spectabant ; vereor enim dicere res ad corpus pertinentes, quoad mihi cujusdam oratio persuaserit, præclarius esse corpus deposuisse. Spiritus autem actiones initium sumunt. Quænam porro ea erant, quæ ad Christum spectabant ? Virgo, nativitas, præsepe, incunabula, angeli divinam gloriam prædicantes, pastores accurrentes, stellæ cursus, Magorum adoratio, et munerum oblatio, infantium cædes ab Herode patrata, ipse in Ægyptum fugiens, ex Ægypto rediens, circumcisus, baptizatus, supernum testimonium consecutus, tentatus, lapidibus propter nos impetitus, utpote quibus afflictionis pro fide ac recta doctrina subeundæ exemplum dari oportebat, proditus, clavis affixus, sepultus, vitæ restitutus, ascendens ; quorum nunc etiam plurima patitur : ab impiis quidem, ea, quæ ignominiam habent, pro sua quoque lenitate patienter tolerat : a piis autem et Christi amore præditis, ea, quæ cum honore conjuncta sunt. Atque ut illis iram, eodem modo nobis quoque benignitatem differt ; hoc fortasse consilio, ut et illis pœnitentiæ spatium concedat, et desiderium nostrum exploret ; num scilicet in calamitatibus et certaminibus pietatis causa susceptis, animis frangemur : quemadmodum jam olim divinæ dispensationis et impervestigabi-

Ε'. Πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν, καὶ Πνεύματος ἐπιδημίαν (24), καὶ προθεσμίαν ἐπαγγελίας, καὶ ἐλπίδος συμπλήρωσιν. Καὶ τὸ μυστήριον ὅσον! ὡς μέγα τε καὶ σεβάσμιον (25) ! Τὰ μὲν δὴ (26) σωματικὰ τοῦ Χριστοῦ πέρας ἔχει, μᾶλλον δὲ τὰ τῆς σωματικῆς ἐνδημίας (27)· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν τὰ τοῦ σώματος, ἕως ἂν μηδεὶς πείθῃ (28) με λόγος, ὅτι κάλλιον ἀπεσκευάσθαι τοῦ σώματος (29). Τὰ δὲ τοῦ Πνεύματος ἄρχεται. Τίνα δὲ ἦν τὰ τοῦ Χριστοῦ ; Παρθένος, γέννησις, φάτνη, σπαργάνωσις, ἄγγελοι δοξάζοντες, ποιμένες προστρέχοντες, ἀστέρος (30) δρόμος, μάγων προσκύνησις καὶ δωροφορία, Ἡρῴδου παιδοφονία, φεύγων Ἰησοῦς εἰς Αἴγυπτον, ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου, περιτεμνόμενος, βαπτιζόμενος, μαρτυρούμενος ἄνωθεν, πειραζόμενος, λιθαζόμενος (31) δι' ἡμᾶς, οἷς τύπον C ἔδει δοθῆναι τῆς ὑπὲρ τοῦ λόγου κακοπαθείας, προδιδόμενος, προσηλούμενος, θαπτόμενος, ἀνιστάμενος, ἀνερχόμενος, ὧν καὶ νῦν πάσχει πολλά· παρὰ μὲν τῶν μισοχρίστων, τὰ τῆς ἀτιμίας καὶ φέρει (μακρόθυμος γάρ)· παρὰ δὲ τῶν φιλοχρίστων, τὰ τῆς ἐπιτιμίας. Καὶ ἀναβάλλεται, ὥσπερ ἐκείνοις τὴν ὀργὴν, οὕτως ἡμῖν τὴν χρηστότητα· τοῖς μὲν ἴσως μετανοίας διδοὺς καιρὸν, ἡμῶν δὲ δοκιμάζων τὸν πόθον, εἰ μὴ ἐκκακοῦμεν (32) ἐν ταῖς θλίψεσι καὶ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν· ὥσπερ (33) ἄνωθεν θείας οἰκονομίας λόγος, καὶ τῶν ἀνεφίκτων αὐτοῦ κριμάτων, οἷς εὐθύνει σοφῶς τὰ ἡμέτερα. Τὰ μὲν δὴ Χριστοῦ τοιαῦτα· καὶ τὰ ἑξῆς ὀψόμεθα ἐνδοξότερα, καὶ ὀφθείημεν. Τὰ δὲ τοῦ Πνεύματος, παρέστω μοι τὸ Πνεῦμα, καὶ διδότω λόγον, ὅσον καὶ βούλομαι· εἰ δὲ μὴ τοσοῦτον, D ἀλλ' (34) ὅσος γε τῷ καιρῷ σύμμετρος. Πάντως δὲ

(21) *Ἐγγύτατα*. Coisl. 2 et Savil., ἐγγυτάτω.

(22) *Ἐστὶ καὶ ἄλλα τινά*. Sic plures optimæ notæ codd. In ed., ἐστί τινα ἃ καὶ ἄλλα.

(23) *Παρ' ἐκείνοις*. « Apud illos quidem figurate celebrabantur ; a nobis autem, re figurata in mysterio exhibita, peraguntur. » Sic tres Regg., decem Colb., Pass., etc. In ed., γὰρ ἐκείνοις. Bill. in prima ed. : « Apud illos quidem figura tenus celebratos (ritus), a nobis autem mystice restitutos et perfectos. » Nicetas : « A nobis autem mystice et vere restituuntur et perficiuntur. Quo in genere est illorum circumcisio et noster baptismus, illorum Pascha, agnus sensibilis, et nostrum Pascha, Christus. »

(24) *Ἐπιδημίαν*. Plures optimæ notæ codd., ἐνδημίαν, « Spiritus præsentiam. »

(25) *Σεβάσμιον*. In nonnullis, θαυμάσιον.

(26) *Τὰ μὲν δή*. Sic Reg. ph. Alii, τὰ μὲν οὖν. Deest δή in ed.

(27) *Ἐνδημίας*. Sic quatuor Regg., Oxon., etc. In ed., ἐκδημίας, « discessum. »

(28) *Πείθῃ*. Duo Colb., πείθει. « Quoad mihi cujuspiam oratio persuaserit. Nunquam autem persuadebit, » inquit Nicetas. Hic Gregorius perstringit Origenem, qui animas corpore detineri docebat, nec nisi eo exutas nativam assequi perfectionem.

(29) *Τοῦ σώματος*. Tres Regg., Coisl. 1, Or. 1, etc., τῷ σώματι.

(30) *Ἀστέρος*. Savil., ἀστέρων.

(31) *Λιθαζόμενος*. Sic codd. Prave in ed., λιπαζόμενος.

(32) *Ἐκκακοῦμεν*. Sic plures Regg., Coisl. 1, Par. In nonnullis, ἐκκακῶμεν. In ed., ἐκκαμοῦμεν, « succumbamus. »

(33) *Ὥσπερ*. Comb., ὅσπερ.

(34) *Ἀλλ'*. Deest in quinque Regg, Or. 1 et Savil.

Digitized by Google

παρέσται δεσποτικῶς, ἀλλ' οὐ δουλικῶς, οὐδὲ ἀναμένον ἐπίταγμα, ὡς τινες οἴονται. Πνεῖ γὰρ ὅπου θέλει, καὶ ἐφ' οὓς (35) βούλεται, καὶ ἡνίκα, καὶ ὅσον. Οὕτως ἡμεῖς καὶ νοεῖν καὶ λέγειν ἐμπνεόμεθα περὶ (36) τοῦ Πνεύματος.

A lium ipsius judiciorum, quibus res nostras sapienter moderatur, est ratio. Atque hujusmodi quidem sunt, quæ ad Christum pertinent; et quæ postea sequentur, splendidiora conspiciemus, utinamque et ipsi conspiciamur. Ad Spiritus autem mysteria explicanda, Spiritus ipse mihi adsit, tantamque dicendi facultatem tribuat, quantam cupio : aut si non tantam, at certe quæ huic festi celebritati par sit. Ac profecto aderit heriliter, non serviliter, nec jussum atque imperium, ut quibusdam videtur, exspectans. Spirat enim ubi vult, et super quos vult, et quando, et quantum. Ex divino nobis est afflatu, ut sic de Spiritu sentiamus et loquamur.

Γ'. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οἱ μὲν εἰς κτίσμα καταγοντες (37), ὑβρισταὶ, καὶ δοῦλοι κακοὶ, καὶ κακῶν κάκιστοι. Δούλων γὰρ κακῶν, ἀθετεῖν δεσποτείαν, καὶ ἐπανίστασθαι κυριότητι, καὶ ὁμόδουλον ποιεῖν ἑαυτοῖς τὸ ἐλεύθερον. Οἱ δὲ Θεὸν νομίζοντες, ἔνθεοι καὶ λαμπροὶ τὴν διάνοιαν. Οἱ δὲ καὶ ὀνομάζοντες, εἰ μὲν εὐγνώμοσιν, ὑψηλοί· εἰ δὲ ταπεινοῖς, οὐκ οἰκονομικοί· πηλῷ μαργαρίτην πιστεύοντες, καὶ ἀκοῇ σαθρᾷ βροντῆς ἦχον, καὶ ὀφθαλμοῖς ἀσθενεστέροις ἥλιον, καὶ τροφὴν στερεὰν τοῖς ἔτι γάλα ποτιζομένοις (38)· δέον κατὰ μικρὸν προάγειν (39) αὐτοὺς εἰς τὸ ἔμπροσθεν, καὶ προβιβάζειν τοῖς ὑψηλοτέροις, φωτὶ φῶς χαριζομένους, καὶ ἀληθείᾳ προξενοῦντας ἀλήθειαν· διὸ καὶ ἡμεῖς τὸν τελειότερον τέως (40) ἀφέντες λόγον (οὔπω γὰρ καιρὸς), οὕτως αὐτοῖς διαλεξόμεθα.

736 VI. Qui Spiritum sanctum in rerum creatarum ordinem dejiciunt, contumeliosi sunt et mali servi, atque adeo malorum pessimi. Malorum enim servorum est, imperium rejicere, et adversus dominationem insurgere, atque id, quod liberum est, in eamdem secum servitutis classem redigere. B Qui autem Deum eum censent, divini profecto viri sunt, ac splendido animo præditi. Qui vero etiam appellant, si quidem apud viros probos, sublimes et excelsi sunt : sin autem apud abjectos et humi provolutos, haud satis prudenter agunt; utpote qui luto margaritam, et imbecillæ auri tonitrui sonum, et solem infirmis oculis, et lacte adhuc utentibus solidum cibum committant ; cum eos paulatim ad ulteriora promovere, atque ad sublimiora provehere conveniat, lumini lumen largiendo, ac veritati veritatem conciliando. Quocirca nos quoque, perfectiori interim sermone misso facto (nondum enim tempus id postulat), ad hunc modum cum ipsis disseremus.

Ζ'. Εἰ μὲν οὐδὲ ἄκτιστον, ὦ οὗτοι, ὁμολογεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲ ἄχρονον, τοῦ ἐναντίου πνεύματος σαφῶς ἡ ἐνέργεια· δότε γὰρ τῷ ζήλῳ τι καὶ παρατολμῆσαι μικρόν. Εἰ δὲ τοσοῦτον γοῦν ὑγιαίνετε, ὥστε τὴν πρόδηλον φεύγειν ἀσέβειαν, καὶ τῆς δουλείας ἔξω τιθέναι τὸ καὶ ἡμᾶς (41) ποιοῦν ἐλευθέρους, τὸ ἐξῆς αὐτοὶ σκέψασθε, μετὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἡμῶν. Πείθομαι γὰρ ποσῶς τούτου μετέχειν ὑμᾶς, καὶ ὡς οἰκείοις ἤδη συνδιασκέψομαι (42). Ἢ δότε μοι τὸ μέσον τῆς δουλείας (43), καὶ τῆς δεσποτείας, ἵν' ἐκεῖ θῶ τὴν ἀξίαν τοῦ Πνεύματος· ἢ τὴν δουλείαν φεύγοντες, οὐκ ἄδηλον, ὅποι τάξετε τὸ ζητούμενον (44). Ἀλλὰ ταῖς συλλαβαῖς δυσχεραίνετε, καὶ προσπταίετε τῇ φωνῇ, καὶ λίθος προσκόμματος ὑμῖν τοῦτο γίνεται, καὶ πέτρα σκανδάλου, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς τισίν. Ἀνθρώπινον τὸ πάθος. Συμβῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς. Γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον, ἢ φίλαυτοι. Δότε τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, καὶ δώσομεν ὑμῖν (45) τῆς φωνῆς τὴν συγχώρησιν· ὁμο-

VII. Si quidem, o viri, nec increatum, nec temporis expertem Spiritum sanctum creditis, spiritu adversario haud dubie afflamini : dabitis enim veniam, si zelo commotus, asperius aliquod verbum C extulero. Quod si hactenus saltem recte sentitis, ac belle valetis, ut manifestam impietatem fugiatis, atque eum, qui nos quoque liberos efficit, a servili ordine eximatis, quod sequitur, una cum Spiritu sancto ac nobis, expendite. Vos quippe quadamtenus ipsius participes esse confido, ac jam velut cum nostris simul rem considerabo. Aut mihi aliquid, quod inter servitutem et dominationem interjectum sit, date, ut illic Spiritus dignitatem collocem : aut, cum servitutis nomen fugiatis, non obscurum erit, quo loco atque ordine id, quod exquiritur, ponetis. At syllabas moleste fertis, atque ad vocem impingitis, lapisque offensionis et petra scandali hoc vobis efficitur [46], nec mirum, cum D Christus quoque nonnullis scandalo fuerit. Humanus

[46] Isa. VIII, 14 ; Rom. IX, 33.

(35) *Ἐφ' οὓς*. Reg. d. ad marg., ἐφ' ὅσους.

(36) *Περί*. Sic plerique melioris notæ codd. In Par. ed., παρά. « Sic nos, Spiritu afflati, et cogitamus et loquimur. »

(37) *Κατάγοντες*. In nonnullis, καταβάλλοντες. Ita olim legebatur in Regg. bm et ph. Sed nunc, altera manu, ut in editis.

(38) *Γάλα ποτιζομένοις*. In quibusdam, γαλακτιζομένοις.

(39) *Προάγειν*. Sic magno consensu codices. In ed., προσάγειν.

(40) *Τελειότερον τέως*. Sic quinque Regg., sex Colb., Or. 1 et Pass. Deest τέως in edit.

(41) *Ἡμᾶς*. Sic Nicetas. Sic etiam legit Billius. In ed., ὑμᾶς.

(42) *Συνδιασκέψομαι*. Sic Regg. bm, ph, Savil., etc. Comb., συνδιασκεψόμεθα. In ed., συνδιασκέψωμαι.

(43) *Τῆς δουλείας*. Deest τῆς, sicut et mox ante δεσποτείας, in pluribus Regg.

(44) *Ὅποι τάξετε τὸ ζητούμενον*. Sav., ὅπη. Deest τό in Coisl. 1. « Quod quæritur, » nempe « Spiritus, » de quo quæstio est.

(45) *Δώσομεν ὑμῖν*, etc. « Dabimus vobis vocis veniam ; nequaquam, » ut ait Nicetas, « eam a vobis exigentes. »

Digitized by Google

is quidem affectus. Verum spiritualiter inter nos hanc controversiam transigamus : fraternæ potius charitatis studium, quam nostri amorem præ nobis feramus. Vim divinitatis ac potentiam nobis date, et nos vicissim divinitatis vocem vobis concedemus. Naturam aliis vocibus, quibus plus **737** tribuitis, confiteamini; ac vos, ut infirmos curabimus, nonnulla vobis grata et jucunda suffurantes. Etenim turpe quidem illud est, turpe, inquam, ac perabsurdum, cum animo valeatis, circa vocis sonum jejunos et minutos vos præbere, ac thesaurum occultare, quasi aliis eum invidentes, aut metuentes, ne linguam quoque vestram sanctificetis; turpius autem nobis est, eodem vitio teneri, quod vobis objicimus, atque, cum vestram de minutis rebus contentionem damnemus, minute etiam de litteris disputare.

A λογήσατε τὴν φύσιν ἐν ἄλλαις φωναῖς, αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον (46)· καὶ ὡς ἀσθενεῖς ὑμᾶς ἰατρεύσομεν (47)· ἔστιν ἃ καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν παρακλέψαντες. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ, αἰσχρὸν, καὶ ἱκανῶς ἄλογον, κατὰ ψυχὴν ἐῤῥωμένους (48), μικρολογεῖσθαι περὶ τὸν ἦχον, καὶ κρύπτειν τὸν θησαυρὸν, ὥσπερ ἄλλοις βασκαίνοντας, ἢ μὴ (49) καὶ τὴν γλῶσσαν ἁγιάσητε δεδοικότας· αἴσχιον δὲ ἡμῖν ὃ ἐγκαλοῦμεν παθεῖν, καὶ μικρολογίαν καταγινώσκοντας, αὐτοὺς μικραλογεῖσθαι περὶ τὰ γράμματα.

VIII. Trinitatem, o viri, unius Deitatis esse fatemini, aut, si magis placet, unius naturæ; atque hanc vocem, *Deus*, a Spiritu vobis postulabimus. Dabit enim profecto secundum, qui primum dedit, idque potissimum, si id de quo pugnatur, spiritualis quædam timiditas fuerit, non autem diabolica contentio. Atque, ut apertius et compendiosius loquar, sic inter nos agamus, ut nec vos, sublimioris vocis causa, nos in crimen vocetis (nec enim invidia et reprehensione premi debet hujusmodi ascensus); nec nos vicissim eam vocem, cujus modo capaces estis, vobis objiciemus, quandiu alio itinere ad idem hospitium feremini. Non enim victoriam ambimus, sed, ut fratres, quorum disjunctione cruciamur, ad nos redeant, laboramus. Atque hæc ad vos dicta sint, apud quos vitale quidpiam reperimus, quippe qui sane atque integre de Filio sentiatis; quorum, cum vitam mirifice probemus, doctrinam tamen non omni ex parte laudamus; qui cum ea, quæ sunt Spiritus, habeatis, Spiritum quoque insuper assumite, ut non solum certetis, sed etiam legitime, cum hinc quoque coronæ decus comparetur. Hoc vobis morum et vitæ præmium detur, ut Spiritum plene perfecteque confiteamini, ac nobiscum, imo etiam ante nos, quantum æquum est, prædicetis. Atque etiam majus quiddam vestra causa dicere, illudque Apostoli proloqui non dubitabo. Adeo vos amplector atque exosculor; adeo concinnam hanc vestram et compositam vestem revereor, et contractum ex continentia colorem, et sacros hos cœtus, et venerandam virginitatem ac purgationem, et noctes, quas in psalmorum cantione insomnes transigitis, et

B Η'. Μιᾶς Θεότητος, ὦοὗτοι, τὴν Τριάδα ὁμολογήσατε, εἰ δὲ βούλεσθε, μιᾶς φύσεως· καὶ τὴν Θεὸς φωνὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος ὑμῖν αἰτήσομεν. Δώσει γὰρ, εὖ οἶδα, ὁ τὸ πρῶτον δοὺς, καὶ τὸ δεύτερον, καὶ μάλιστα, εἰ δειλία τις εἴη πνευματικὴ, καὶ μὴ (50) ἔνστασις διαβολικὴ, τὸ μαχόμενον. Ἔτι σαφέστερον εἴπω καὶ συντομώτερον· Μήτε ὑμεῖς (51) ἡμᾶς εὐθύνητε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς (φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἀναβάσεως), οὔτε ἡμεῖς τὴν ἐφικτὴν τέως ὑμῖν ἐγκαλέσομεν (52), ἕως ἂν καὶ δι' ἄλλης ὁδοῦ πρὸς τὸ αὐτὸ φέρησθε καταγώγιον. Οὐ γὰρ νικῆσαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ προσλαβεῖν ἀδελφοὺς, ὧν τῷ χωρισμῷ σπαρασσόμεθα. Ταῦτα ὑμῖν, παρ' οἷς τι καὶ ζωτικὸν εὑρίσκομεν, τοῖς περὶ τὸν Υἱὸν ὑγιαίνουσιν· ὧν τὸν βίον θαυμάζοντες, οὐκ ἐπαινοῦμεν πάντη (53) τὸν λόγον· C οἱ τὰ τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, καὶ τὸ Πνεῦμα προσλάβετε, ἵνα μὴ ἀθλῆτε μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως, ἐξ οὗ καὶ ὁ στέφανος. Οὗτος ὑμῖν δοθείη τῆς πολιτείας μισθὸς, ὁμολογῆσαι τὸ Πνεῦμα τελείως, καὶ κηρύξαι σὺν ἡμῖν τε καὶ πρὸ ἡμῶν ὅσον ἄξιον. Τολμῶ τι καὶ μεῖζον ὑπὲρ ὑμῶν, τὸ τοῦ Ἀποστόλου φθέγξασθαι. Τοσοῦτον ὑμῶν περιέχομαι, καὶ τοσοῦτον ὑμῶν αἰδοῦμαι (54) τὴν εὔκοσμον ταύτην στολὴν, καὶ τὸ χρῶμα τῆς ἐγκρατείας, καὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα συστήματα, καὶ τὴν σεμνὴν παρθενίαν καὶ κάθαρσιν, καὶ τὴν πάννυχον ψαλμῳδίαν, καὶ τὸ φιλόπτωχον, καὶ φιλάδελφον, καὶ φιλόξενον, ὥστε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ παθεῖν τι, ὡς κατάκριτος, δέχομαι· μόνον εἰ σταίητε μεθ' ἡμῶν, καὶ κοινῇ τὴν Τριάδα δοξάσαιμεν. Περὶ γὰρ τῶν ἄλλων, τί χρὴ καὶ (55) λέγειν, D σαφῶς τεθνηκότων (οὓς Χριστοῦ μόνου [56] ἐγεῖραι, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς [57] κατὰ τὴν αὐτοῦ

(46) *Αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον.* « Quibus plus tribuitis; » id est, inquit Nicetas, « quas magis honoratis ac veneramini. »

(47) *Ἰατρεύσομεν.* « Curabimus, » more medicorum, qui dulcia quædam indulgent, ut ægri medicamina admittant, nonnulla etiam grata furtim elargientes.

(48) *Κατὰ ψυχὴν ἐῤῥωμένους.* Bill.: « cum animo optime valeatis. » Non certe « optime » animo valebant quos alloquitur Gregorius.

(49) *Ἢ μή.* Sav., εἰ μή. Mox, δεδοικότος. Sic codd. In Par. ed., δεδοικότα.

(50) *Καὶ μή.* Sic plures Regg. et Colb., Or. 1, etc. In ed., ἀλλὰ μή.

(51) *Ὑμεῖς.* Deest in pluribus Regg. et Colb., in Colsl. 1, Or. 1, etc.

(52) *Ἐγκαλέσομεν.* Reg. bm, ἐγκαλέσωμεν.

(53) *Πάντη.* Deest in Regg. bm, ph, etc.

(54) *Τοσοῦτον ὑμῶν αἰδοῦμαι.* Macedonianos hic alloquitur, qui revera, licet de Spiritu sancto non recte sentirent, plurima tamen modestiæ, abstinentiæ, charitatis aliarumque virtutum exempla dabant.

(55) *Καὶ.* Deest in Regg. bm, ph.

(56) *Μόνου.* Sic Regg. bm, ph, aliique plures. In ed., μόνον.

(57) *Τοὺς νεκρούς.* Sic quatuor Regg., quatn 1 Colb., Or. 1, Pass. Deest τούς in edit.

Digitized by Google

δύναμιν,» οἱ κακῶς (58) τῷ τόπῳ χωρίζονται, τῷ λόγῳ συνδεδεμένοι, καὶ τοσοῦτον πρὸς ἀλλήλους ζυγομαχοῦσιν, ὅσον ὀφθαλμοὶ διάστροφοι, τὸ ἓν βλέποντες, καὶ οὐ τῇ ὄψει, τῇ θέσει δὲ στασιάζοντες· εἴ γε καὶ διαστροφὴν αὐτοῖς ἐγκλητέον, ἀλλὰ μὴ τύφλωσιν; Ἐπεὶ δὲ μετρίως ἐθέμην τὰ πρὸς ὑμᾶς, φέρε, καὶ πρὸς τὸ Πνεῦμα πάλιν ἐπανέλθωμεν· οἶμαι δὲ καὶ ὑμεῖς ἤδη συνέψεσθε.

A propensum in pauperes, et fratres, et hospites studium atque amorem, ut anathema etiam a Christo **738** esse [67], ac nonnihil, ut damnatus, perpeti non recusem; modo nobiscum adjungamini, communibusque animis Trinitatem celebremus. Nam quid de aliis dicam, perspicue mortuis (quos ad vitam revocare, Christi solius est, qui sua potentia mortuos vivificat); qui loco male atque improbe distrahuntur, cum doctrinæ vinculo constricti sint, tantumque inter se contendunt, quantum distorti oculi, unam eamdemque rem cernentes, ac non obtutu, sed situ duntaxat inter se dissidentes; si tamen illis distortio et perversitas, non autem cæcitas objicienda est? Postquam autem ad vos utcunque disserui, agedum, ad Spiritum jam ipsum redeamus; ac vos jam, ut opinor, dicentem sequemini.

Θ'. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν μὲν ἀεί, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, ἀλλ' ἀεὶ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντεταγμένον (59), καὶ συναριθμούμενον· οὐδὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ, ἢ Υἱὸν Πατρὶ, ἢ Πνεῦμα Υἱῷ. Τῷ μεγίστῳ γὰρ ἂν ἦν ἄδοξος ἡ θεότης, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας ἐλθοῦσα εἰς συμπλήρωσιν τελειότητος. Ἦν οὖν ἀεὶ μεταληπτὸν, οὐ μεταληπτικόν· τελειοῦν, οὐ τελειούμενον· πληροῦν, οὐ πληρούμενον· ἁγιάζον, οὐχ ἁγιαζόμενον· θεοῦν, οὐ θεούμενον· αὐτὸ ἑαυτῷ ταυτὸν ἀεὶ, καὶ οἷς συντέτακται· ἀόρατον, ἄχρονον, ἀχώρητον, ἀναλλοίωτον, ἄποιον, ἄποσον, ἀνείδεον, ἀναφὲς, αὐτοκίνητον, ἀεικίνητον, αὐτεξούσιον, αὐτοδύναμον, παντοδύναμον (εἰ καὶ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν, ὥσπερ τὰ τοῦ Μονογενοῦς ἅπαντα, οὕτω δὴ καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος ἀναπέμπεται)· ζωὴ, καὶ ζωοποιόν· φῶς, καὶ χορηγὸν φωτός· αὐτοαγαθὸν, καὶ πηγὴ ἀγαθότητος· Πνεῦμα εὐθὲς, ἡγεμονικὸν, κύριον, ἀποστέλλον, ἀφορίζον, ναοποιοῦν ἑαυτῷ, ὁδηγοῦν, ἐνεργοῦν ὡς βούλεται, διαιροῦν χαρίσματα· Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀληθείας, σοφίας, συνέσεως, γνώσεως, εὐσεβείας, βουλῆς, ἰσχύος, φόβου, τῶν ἀπηριθμημένων (60)· δι' οὗ Πατὴρ γινώσκεται (61), καὶ Υἱὸς δοξάζεται, καὶ παρ' ὧν μόνων γινώσκεται, μία σύνταξις, λατρεία μία, προσκύνησις, δύναμις, τελειότης, ἁγιασμός. Τί μοι μακρολογεῖν; Πάντα ὅσα ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ, πλὴν τῆς (62) ἀγεννησίας. Πάντα ὅσα ὁ Υἱὸς, τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς γεννήσεως. Ταῦτα δὲ οὐκ οὐσίας ἀφορίζει, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, περὶ οὐσίαν δὲ ἀφορίζεται.

IX. Spiritus sanctus semper quidem erat, et est, et erit, nec ullo ortu generatus, nec finem habiturus, sed semper cum Patre et Filio conjunctus, atque connumeratus: nec enim conveniebat ut vel Pater Filio, vel Filius Spiritu sancto unquam careret. Nam alioqui maximum divinitati dedecus conflaretur, ut quæ ad perfectionem tanquam ex pœnitentia venisset. Erat igitur semper perceptibilis, non particeps; perficiens, non ab alio perfectus; explens, non expletus; sanctificans, non sanctificatus; deificans, non deificatus: ipse semper, et secum, et cum iis, quibus adjunctus est, idem et æqualis; invisibilis, temporis expers, nullo loco inclusus, immutabilis; qualitate, quantitate, forma et tactu carens, seipsum movens, ac sempiternum motum habens, arbitrii liber, per se potens, omnipotens (tametsi ad primam causam, ut omnia ea quæ Unigeniti sunt, ita etiam quæ Spiritus sancti sunt, referantur); vita, et vivificans; lux, et lucis largitor; bonitas ipsa, et fons bonitatis; Spiritus rectus, principalis, dominus, mittens, segregans, templum sibi exstruens, viam præmonstrans, arbitratu suo operans, gratiasque dividens; Spiritus adoptionis, veritatis, sapientiæ, intellectus, scientiæ, pietatis, consilii, fortitudinis [68], timoris, quemadmodum numerantur; per quem Pater cognoscitur, et Filius glorificatur, et a quibus solis ipse cognoscitur, una classis, unus cultus, una adoratio, potentia, perfectio, sanctitas. Quid pluribus verbis opus est? Omnia, quæcunque Pater habet, sunt Filii, præterquam **739** quod ingenitus non est. Omnia quæcunque Filius, Spiritus sancti sunt, si generationem exceperis. Hæc porro substantiam non secernunt, ut quidem ipse sentio, verum circa substantiam secernuntur.

Ι'. Ὀδίνεις τὰς ἀντιθέσεις (63); ἐγὼ δὲ τοῦ λόγου τὸν δρόμον. Τίμησον τὴν ἡμέραν τοῦ Πνεύματος· ἐπίσχες μικρὸν τὴν γλῶτταν, εἰ δυνατόν. Περὶ ἄλλων γλωσσῶν ὁ λόγος· ταύτας αἰδέσθητι, ἢ φοβήθητι,

X. Parturis objectiones? At ego orationis cursum. Diem Spiritui sacrum honori habe; linguam paululum, si fieri potest, comprime. De aliis linguis sermo nobis institutus est; has venerare, aut

[67] Rom. IX, 3. [68] Isa. XI, 12.

(58) *Οἱ κακῶς*, etc. Ruf., « qui male loco discedunt, cum perfidia consonent. »

(59) *Συντεταγμένον*. Regg. D, c, Cypr. et Par. addunt, καὶ συνημμένον. « Quibuscum ejusdem est ordinis, iisque conjunctus et connumeratus. »

(60) *Τῶν ἀπηριθμημένων*. Nicetas addit, παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ, « qui apud Isaiam numerati sunt. » Sic passim loquuntur Patres. Minus recte Billius: « Quemadmodum superius commemoravimus. » Nihil enim superius commemoratum est. Gregorius refert quæ de Christo vaticinans Isaias enumeravit, nempe, « et requievit super eum Spiritus sapientiæ, » etc.

(61) *Γινώσκεται*. Tres Colb et Pass., γνωρίζεται.

(62) *Τῆς*. Deest in plerisque codd. tum ante ἀγεννησίας, tum ante γεννήσεως.

(63) *Τὰς ἀντιθέσεις*. Bill. ad marg., ἀντιλογίας, « refutationes. »

Digitized by Google

metue, utpote quæ cum igne appareant. Hodie doceamus; cras argute et artificiose disseremus. Hodie festum agamus; cras inhoneste et indecore nos geremus. Hæc mystice, illa theatrice; hæc ecclesiis, illa foro; hæc sobriis, illa temulentis; hæc serio agentium sunt, illa adversus Spiritum ludentium. Posteaquam autem aliena submovimus, age, nostra componamus.

XI. Primum igitur Spiritus sanctus in angelicis, et cœlestibus virtutibus, iisque, quæ post Deum primæ sunt, eumque circumstant, vim suam exercebat. Neque enim aliunde perfectionem et splendorem habent, idque præterea, ut ad malum ægre, vel nullo prorsus modo moveri queant, quam a Spiritu sancto. Deinde in Patribus et prophetis, quorum alii Deum per imaginem viderunt, aut cognoverunt, alii autem etiam res futuras præsciverunt, impressam nimirum per Spiritum sanctum principem animi partem habentes, et cum futuris tanquam cum præsentibus versantes. Hujusmodi quippe Spiritus vis ac potentia est. Tum in Christi discipulis (Christum enim prætermitto, cui aderat, non ut operans, sed ut æqualem comitans); iisque trifariam, prout ipsorum captus ferebat, tribusque temporibus: nempe, antequam Christus per Passionem glorificatus esset: postquam per Resurrectionem glorificatus fuit: ac denique post ejus ad cœlos Ascensionem, sive restitutionem, sive quocunque alio nomine res ea sit appellanda. Hoc autem perspicue ostendit, tum prima illa morborum spirituumque depulsio, quæ scilicet non absque Spiritus numine fiebat; tum illa post confectum salutis nostræ 740 negotium insufflatio, quæ divinioris proculdubio inspirationis specimen habebat; tum postremo præsens hæc ignearum linguarum divisio, quam etiam solemni festo celebramus. Verum primo quidem, obscure; deinde, expressius; nunc vero, perfectius, utpote qui non jam operatione sola præsens sit, ut prius, sed essentiali, ut sic loquar, modo adsit, simulque versetur. Nam cum Filius corporeum nobiscum consuetudinem habuisset, Spiritum quoque corporeo modo cerni conveniebat; et cum Christus ad sese reversus esset, eum ad nos descendere et quidem ita, ut ei, tanquam Dominus, veniret, et, tanquam Deo nequaquam oppositus, mitteretur. Etenim hujusmodi voces non minus concordiam declarant, quam naturam distrahunt.

XII. Idcirco, post Christum quidem accedit, ne Paracletus nobis desit: *Alius* autem, ut tu honoris æqualitatem cogites. Quod enim ait, *alius*, alium,

μετὰ πυρὸς ὁρωμένας (64). Σήμερον δογματίσωμεν (65), αὔριον τεχνολογήσωμεν· σήμερον ἑορτάσωμεν, αὔριον ἀσχημονήσωμεν. Ταῦτα μυστικῶς, ἐκεῖνα θεατρικῶς· ταῦτα ταῖς ἐκκλησίαις, ἐκεῖνα ταῖς ἀγοραῖς· ταῦτα τοῖς νήφουσιν, ἐκεῖνα τοῖς μεθύουσιν· ταῦτα σπουδαζόντων, ἐκεῖνα παιζόντων κατὰ τοῦ Πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ ἀπεσκευασάμεθα τὸ ἀλλότριον, φέρε, καταρτίσωμεν (66) τὸ ἡμέτερον.

ΙΑ'. Τοῦτο ἐνήργει, πρότερον μὲν ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς καὶ οὐρανίοις (67) δυνάμεσι, καὶ ὅσαι πρῶται μετὰ Θεὸν, καὶ περὶ Θεόν. Οὐ γὰρ ἄλλοθεν αὐταῖς ἡ τελείωσις καὶ ἡ ἔλλαμψις, καὶ τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον, ἢ ἀκίνητον, ἢ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἔπειτα ἐν τοῖς Πατράσι, καὶ ἐν τοῖς προφήταις, ὧν οἱ μὲν ἐφαντάσθησαν Θεὸν, ἢ ἔγνωσαν, οἱ δὲ καὶ τὸ μέλλον προέγνωσαν τυπούμενοι τῷ Πνεύματι τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ ὡς παροῦσι συνόντες τοῖς ἐσομένοις. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις. Ἔπειτα ἐν τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς (ἐῶ γὰρ Χριστὸν εἰπεῖν, ᾧ παρῆν, οὐχ ὡς ἐνεργοῦν, ἀλλ' ὡς ὁμοτίμῳ συμπαρομαρτοῦν)· καὶ τούτοις τρισσῶς, καθ' ὅσον οἷοί τε ἦσαν χωρεῖν, καὶ κατὰ καιροὺς τρεῖς· πρὶν δοξασθῆναι Χριστὸν τῷ Ἅδῃ· μετὰ τὸ δοξασθῆναι τῇ Ἀναστάσει (68)· μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς Ἀνάβασιν, ἢ ἀποκατάστασιν, ἢ ὅ τι χρὴ λέγειν. Δηλοῖ δὲ ἡ πρώτη τῶν νόσων, καὶ ἡ τῶν πνευμάτων κάθαρσις, οὐκ ἄνευ Πνεύματος δηλαδὴ γενομένη· καὶ τὸ μετὰ τὴν οἰκονομίαν ἐμφύσημα, σαφῶς ὂν ἐμπνευσις θειοτέρα· καὶ ὁ νῦν μερισμὸς τῶν πυρίνων γλωσσῶν, ὃ καὶ πανηγυρίζομεν (69). Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον, ἀμυδρῶς· τὸ δὲ δεύτερον, ἐκτυπώτερον· τὸ δὲ νῦν, τελεώτερον, οὐκ ἔτι ἐνεργείᾳ παρὸν, ὡς (70) πρότερον, οὐσιωδῶς δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, συγγινόμενόν τε καὶ συμπολιτευόμενον. Ἔπρεπε γὰρ, Υἱοῦ σωματικῶς ἡμῖν ὁμιλήσαντος, καὶ αὐτὸ φανῆναι σωματικῶς· καὶ Χριστοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπανελθόντος, ἐκεῖνο πρὸς ἡμᾶς κατελθεῖν· ἐρχόμενον μὲν ὡς Κύριον, πεμπόμενον δὲ ὡς οὐκ ἀντίθεον. Αἱ γὰρ τοιαῦται φωναὶ οὐχ ἧττον τὴν ὁμόνοιαν δηλοῦσιν, ἢ φύσεις (71) χωρίζουσιν.

ΙΒ'. Διὰ τοῦτο, μετὰ Χριστὸν μὲν, ἵνα Παράκλητος ἡμῖν μὴ λείπῃ· Ἄλλος δὲ, ἵνα σὺ τὴν ὁμοτιμίαν (72) ἐνθυμηθῇς. Τὸ γὰρ, ἄλλος, ἄλλος οἷος (73)

(64) *Ὁρωμένας*. Unus Colb., ὁρμωμένας. « Utpote cum igne prolapsas. » Bill. « Ut quæ conspiciantur. »

(65) *Δογματίσωμεν*. Billius in prima ed. « Hodie fidei dogmata proponamus. » Id est, ut exponit Nicetas, « fideliter doctrina de Spiritu sancto, quam Scriptura nobis offert, utamur; cras autem artificiose disseremus, et ab honesto et decoro recedemus; id est, argute et sophistice, et ex dialecticæ artis legibus et methodo disputationem instituemus. » Addit Nicetas: « Hæc verba, » doceamus et festum agamus, « consulendi animo dicuntur; hæc autem, » artificiose disseremus et ab honesto et decoro recedemus, « sunt ironice loquentis, atque hujusmodi res aversantis. Unde et turpitudinem et temulentiam eas vocat, atque ad forum et theatra rejicit. »

(66) *Καταρτίσωμεν*. « Componamus. » Sic magno consensu codd. In ed., καταρτύσωμεν, « instruamus. »

(67) *Οὐρανίοις*. Regg. bm, ph, Or. 1, Savil., οὐρανίαις.

(68) *Τῇ Ἀναστάσει*. Sic plures Regg., novem Colb., Coisl. 1, etc. Deest τῇ in ed.

(69) *Ὃ καὶ πανηγυρίζομεν*. Or. 1, ᾧ καὶ πανηγυρίζομεν. « Cui etiam festum diem consecramus. »

(70) *Ὡς*. Pass. addit, τό.

(71) *Φύσεις*. Sic plures Regg., octo Colb., Coisl. 2, etc. In ed., φύσιν.

(72) *Ὁμοτιμίαν*. Quinque Regg., decem Colb., etc., Ἰσοτιμίαν.

(73) *Ἄλλος οἷος*. « Alium, qualis ego sum. » Sic Coisl. 1, Nicet. et Comb. Deest οἷος in ed.

Digitized by Google

ἐγὼ, καθίσταται. Τοῦτο δὲ συνδεσποτείας, ἀλλ' οὐκ ἀτιμίας ὄνομα. Τὸ γὰρ, ἄλλος, οὐκ ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων οἶδα λεγόμενον. Ἐν γλώσσαις δὲ, διὰ τὴν πρὸς τὸν Λόγον οἰκείωσιν. Πυρίναις δὲ, ζητῶ πότερον διὰ τὴν κάθαρσιν (οἶδε γὰρ ὁ λόγος ἡμῶν καὶ πῦρ καθαρτήριον, ὡς πανταχόθεν [74] βουλομένοις ὑπάρχει μαθεῖν)· ἢ διὰ τὴν οὐσίαν. Πῦρ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πῦρ καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν, κἂν πάλιν ἀγανακτῇς τῷ ὁμοουσίῳ στενοχωρούμενος. Μεριζομέναις δὲ, διὰ τὸ τῶν χαρισμάτων διάφορον· καθεζομέναις δὲ, διὰ τὸ βασιλικὸν, καὶ τὴν ἐν τοῖς (75) ἁγίοις ἀνάπαυσιν· ἐπεὶ καὶ Θεοῦ θρόνος τὰ χερουβίμ. Ἐν ὑπερῴῳ δὲ (εἰ μή τῳ περιεργότερος εἶναι δοκῶ τοῦ δέοντος), διὰ τὴν ἀνάβασιν τῶν δεξομένων, καὶ τὴν χαμόθεν ἔπαρσιν· ἐπεὶ καὶ ὕδασι θείοις ὑπερῷά στεγάζεται, δι' ὧν ὑμνεῖται Θεός. Καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς ἐν ὑπερῴῳ τοῦ μυστηρίου κοινωνεῖ τοῖς τὰ ὑψηλότερα τελουμένοις, ἵνα ἐκεῖνο παραδειχθῇ, ὅτι τὸ μέν τι καταβῆναι δεῖ Θεὸν πρὸς ἡμᾶς, ὃ καὶ πρότερον ἐπὶ Μωϋσέως οἶδα γενόμενον, τὸ δὲ ἡμᾶς ἀναβῆναι, καὶ οὕτω γενέσθαι (76) κοινωνίαν Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, τῆς ἀξίας συγκιρναμένης Ἕως δ' ἂν ἑκάτερον ἐπὶ τῆς ἰδίας μένῃ, τὸ μὲν περιωπῆς (77), τὸ δὲ ταπεινώσεως, ἄμικτος ἡ ἀγαθότης, καὶ τὸ φιλάνθρωπον ἀκοινώνητον· καὶ χάσμα (78) ἐν μέσῳ μέγα καὶ ἀδιάβατον, οὐ τὸν πλούσιον τοῦ Λαζάρου μόνον, καὶ τῶν ὀρεκτῶν Ἀβραὰμ κόλπων διεῖργον, τὴν δὲ γενητὴν φύσιν καὶ ῥέουσαν, τῆς ἀγενήτου (79) καὶ ἑστηκυίας.

A qualis ego sum, constituit. Hoc porro nomen parem imperii gradum indicat, non ignominiam. Vox enim, *alius*, non de alienis, sed de iis, quorum eadem substantia est, usurpatur. Jam vero in linguis apparet, propter cognationem eam, quam cum Verbo habet. Cur autem in linguis igneis [69]? Utrum propter purgationem (ignis autem purgantis Scriptura meminit, quemadmodum cuivis discere promptum est); an vero propter essentiam? Deus enim noster ignis est [70], et quidem ignis improbitatem absumens, discrucieris rursum licet propter consubstantialem in angustias redactus. Atque in dispertitis quidem linguis apparet [71], ob gratiarum diversitatem; sedentibus autem [72], propter regiæ dignitatis excellentiam, ejusque super sanctos requiem; quandoquidem Deus quoque pro throno cherubinos habet [73]. In cœnaculo vero [74] (nisi forte curiosius quam par sit, ista persequi videor), propter eorum qui accepturi sunt, ascensionem, atque a terra subvectionem: nam et cœnacula quædam divinis aquis, a quibus Dei quoque laudes celebrantur, tegi audivimus [75]. Atque ipse Jesus, cum sublimioribus rebus discipulos initiaret, mysterium ipsis in cœnaculo impertit [76], ut illud indicetur, et Deum ad nos descendere oportere, quemadmodum olim in Moyse contigisse scimus [77], et nos ad eum ascendere, sicque Deum cum hominibus consortium inire, 741 dignitate commista. Quandiu autem uterque in propriis manserit, Deus scilicet in sua specula, et homo in humilitate sua, nec bonitas miscebitur, nec benignitas communicabilis; sed erit magnum et inextricabile chaos interjectum [78], non modo divitem a Lazaro, et expetendo illo Abrahæ sinu dirimens, verum etiam procreatam et fluxam atque caducam naturam, ab increata et stabili.

ΙΓ'. Τοῦτο ἐκηρύχθη μὲν ὑπὸ τῶν προφητῶν, ὡς ἐν τῷ (80), *Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ* (81)· καὶ, *Ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ Πνεύματα*· καὶ, *Κατέβη Πνεῦμα Κυρίου* (82), *καὶ ὡδήγησεν αὐτούς*· καὶ, Πνεῦμα ἐπιστήμης ἐμπλῆσαν Βεσελεὴλ τὸν ἀρχιτέκτονα τῆς σκηνῆς· καὶ, Πνεῦμα παροξυνόμενον· καὶ, Πνεῦμα ἐξᾶραν Ἠλίαν ἐν ἅρματι, καὶ ζητηθὲν παρὰ Ἐλισσαίου διπλάσιον· καὶ, πνεύματι ἀγαθῷ καὶ ἡγεμονικῷ Δαβὶδ ὁδηγούμενός τε καὶ στηριζόμενος. Ἐπηγγέλθη δὲ, ὑπὸ μὲν Ἰωὴλ πρότερον· *Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγοντος*· *Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα*

XIII. Hic a prophetis quidem prædicatus est, quemadmodum ex his Scripturæ locis patet: *Spiritus Domini super me* [79]: et, *Requiescent super eum Spiritus septem* [80]: item, *Descendit Spiritus Domini, et deduxit eos* [81]: ad hæc, Spiritus scientiæ a quo Beseleel, tabernaculi architectus, impletus est [82]: ac præterea, Spiritus ad iracundiam provocatus [83]: insuper, Spiritus qui Eliam in curru extulit, ac duplex ab Eliseo postulatus est [84]: adde spiritum bonum et principalem [85], quo David deducitur et confirmatur. Promissus autem est; prius quidem a Joele his verbis utente: *Et erit in no-*

[69] Act. II, 3 sqq. [70] Deut. IV, 24. [71] Act. II, 3. [72] Ibid. [73] Isa. XXXVII, 16. [74] Act. I, 13. [75] II Reg. XVIII, 33; Act. IX, 37. [76] Luc. XXII, 22 sqq. [77] Exod. III, 2. [78] Luc. XVI, 26. [79] Isa. LXI, 1. [80] Isa. XI, 2. [81] Isa. LXIII, 14. [82] Exod. XXXV, 30 sqq. [83] Isa. LXIII, 10. [84] IV Reg. II, 9 sqq. [85] Psal. L, 14.

(74) *Πανταχόθεν*. Regg. bm, ph, decem Colb., etc., πολλαχόθεν.

(75) *Ἐν τοῖς*. Reg. ph et sex Colb., ἐπὶ τοῖς.

(76) *Καὶ οὕτω γενέσθαι*, etc. Nicet. Συγκιρνωμένου τοῦ θείου ἀξιώματος τῇ εὐτελείᾳ· « Divina majestate se nostræ vilitati commiscente. » Non bene Billius: « sicque inter Deum et homines consortium iniri, utriusque videlicet dignitate inter se commista; » quasi aliqua esset hominis dignitas cum Deo collata.

(77) *Περιωπῆς*. Sic Bas. ed. et Comb. Alii, περιοπῆς, male. EDIT.

(78) *Χάσμα*, etc. « Vorago, hiatus magnus et impermeabilis. » Plures codices hoc ordine legunt: χάσμα μέγα ἐν μέσῳ.

(79) *Γενητὴν... ἀγενήτου*. Sic plerique optimæ notæ codd. In ed., γεννητὴν... ἀγεννήτου.

(80) *Ὡς ἐν τῷ*. Sic Regg. et Colb. plures. In nonnullis, ὡς ἐν τό. In ed., ἕως ἐν τῷ.

(81) *Ἐπ' ἐμέ*. Nonnulli codd. addunt, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. « Propterea unxit me. » Sic etiam legerat Billius.

(82) *Πνεῦμα Κυρίου*. In quibusdam, παρὰ Κυρίου.

Digitized by Google

vissimis diebus : Effundam de Spiritu meo super omnem carnem (scilicet fide præditam), *et super filios vestros et super filias vestras* [86], et quæ sequuntur ; postea autem ab ipso quoque Jesu, qui, ut a Spiritu glorificatur [87], ita vicissim quoque ipsum glorificat ; quemadmodum et Patrem glorificat, et a Patre glorificatur [88]. Et hæc quidem promissio, quam larga et copiosa est, fore ut in æternum permaneat [89] ; sive nunc cum his qui per tempus digni erunt ; sive in posterum cum his, qui alterius ævi bonis digni habebuntur ; posteaquam videlicet ipsum per honestam et præclaram vitæ rationem integrum servaverimus, ac non hactenus amiserimus, quatenus in peccatum prolapsi fuerimus

A (δηλαδὴ τὴν πιστεύουσαν [83]), *καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ὑπὸ δὲ Ἰησοῦ καὶ ὕστερον, δοξαζομένου τε καὶ ἀντιδοξάζοντος, ὡς τὸν Πατέρα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πατρός. Καὶ ἡ ἐπαγγελία, ὡς δαψιλὴς, συνδιαιωνίζειν (84) καὶ συμπαραμενεῖν, εἴτουν νῦν τοῖς κατὰ καιρὸν (85) ἀξίοις, εἴτε ὕστερον τοῖς τῶν ἐκεῖσε ἀξιουμένοις, ὅταν ὁλόκληρον αὐτὸ τῇ πολιτείᾳ φυλάξωμεν, ἀλλὰ μὴ τοσοῦτον ἀποβάλωμεν, καθ' ὅσον ἂν ἁμαρτάνωμεν.

XIV. Hic Spiritus cum Filio quidem rerum creationem et resurrectionem fabricatur. Suadeat tibi istud : *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [90] ; et, *Spiritus divinus, qui fecit me : Flatus omnipotentis, qui docet me* [91] ; et rursus, *Emittes Spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terræ* [92]. Est etiam ille spiritualis regenerationis auctor. Hujus rei tibi fidem faciat, quod Christus ait : *Neminem regnum videre aut accipere posse, nisi qui per Spiritum desuper renatus fuerit* [93], ac per diurnam et lucidam **742** creationem, qua per sese quisque fingitur, a priori generatione, quæ noctis arcanum est, purificatus fuerit. Hic Spiritus, utpote sapientissimus, atque hominum amantissimus, si pastorem nactus fuerit, psaltem efficit, ovravos spiritus incantantem, atque Israelis regem designat [94]. Si caprarium moros vellicantem, prophetam reddit. Davidem [95] et Amos [96] cogita. Si adolescentem pulchræ indolis acceperit, presbyterorum judicem constituit, idque supra quam ætatis ratio ferre videtur. Testis est Daniel [97], qui leones in lacu superavit. Si piscatores invenerit, Christo irretit, ut orbem universum sermonis retibus complectantur. Petrum mihi atque Andream accipe, tonitruique filios [98], qui spiritualia intonuerunt. Si publicanos, ad discipulatum elucratur, atque animarum negotiatores efficit. Testis Matthæus [99], heri publicanus, hodie evangelista. Si feroces persecutores, zelum commutat, ac Paulos pro Saulis facit, nec minus pios reddit, quam impios offenderat [1]. Hic et lenitatis est Spiritus ; et tamen in eos, qui peccant, incitatur. Proinde lenem ipsum et clementem, non autem iracundum experiamur, dignitatem ipsius confitentes, ac blasphemiam fugientes, nec eum implacabiliter irascen-

ΙΔ'. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα συνδημιουργεῖ μὲν Υἱῷ καὶ τὴν κτίσιν καὶ τὴν ἀνάστασιν. Καὶ πειθέτω σε τὸ, *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· Πνεῦμά τε θεῖον τὸ ποιῆσάν με· Πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με·* καὶ πάλιν· *Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.* Δημιουργεῖ δὲ (86) τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν· καὶ πειθέτω σε τὸ, *Μηδένα δύνασθαι τὴν βασιλείαν ἰδεῖν ἢ λαβεῖν, ὃς τις μὴ ἄνωθεν ἐγεννήθη Πνεύματι*, καὶ τὴν προτέραν ἐκαθαρίσθη γέννησιν, ἣ νυκτός ἐστι μυστήριον, ἡμερινῇ καὶ φωτεινῇ διαπλάσει, ἣν καθ' ἑαυτὸν (87) ἕκαστος διαπλάττεται. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα (σοφώτατον γὰρ καὶ φιλανθρωπότατον), ἂν ποιμένα λάβῃ, ψάλτην ποιεῖ, πνευμάτων πονηρῶν κατεπάδοντα, καὶ βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ἀναδείκνυσιν (88). Ἐὰν αἰπόλον συκάμινα κνίζοντα, προφήτην ἐργάζεται. Τὸν Δαβὶδ καὶ τὸν Ἀμὼς ἐνθυμήθητι. Ἐὰν μειράκιον εὐφυὲς λάβῃ, πρεσβυτέρων ποιεῖ κριτὴν καὶ παρ' ἡλικίαν. Μαρτυρεῖ Δανιὴλ, ὁ νικήσας ἐν λάκκῳ λέοντας. Ἐὰν ἁλιέας εὕρῃ, σαγηνεύει Χριστῷ, κόσμον ὅλον τῇ τοῦ λόγου πλοκῇ συλλαμβάνοντας. Πέτρον λάβε μοι, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ τοὺς υἱοὺς τῆς βροντῆς, τὰ πνευματικὰ βροντήσαντας. Ἐὰν τελώνας, εἰς μαθητείαν κερδαίνει, καὶ ψυχῶν ἐμπόρους δημιουργεῖ. Φησὶ Ματθαῖος, ὁ χθὲς τελώνης, καὶ σήμερον εὐαγγελιστής. Ἐὰν διώκτας θερμοὺς, τὸν ζῆλον μετατίθησι, καὶ ποιεῖ Παύλους ἀντὶ Σαύλων, καὶ τοσοῦτον εἰς εὐσέβειαν, ὅσον εἰς κακίαν κατέλαβεν. Τοῦτο καὶ Πνεῦμά ἐστι πραότητος· καὶ παροξύνεται τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Τοιγαροῦν πειραθῶμεν ὡς πράου, καὶ μὴ ὀργίλου, τὴν ἀξίαν ὁμολογοῦντες, καὶ τὸ βλάσφημον (89) φεύγοντες, καὶ μὴ βουληθῶμεν ἰδεῖν ὀργιζόμενον ἀσυγχώρητα. Τοῦτο κἀμὲ ποιεῖ σήμερον ὑμῖν τολμηρὸν κήρυκα· εἰ μὲν

[86] Joel II, 28. [87] Joan. XVI, 14. [88] Joan. VIII, 54. [89] Joan. XIV, 16. [90] Psal. XXXII, 6. [91] Job XXXIII, 4. [92] Psal. CIII, 30. [93] Joan. III, 5. [94] I Reg. XVI, 12 sqq. [95] ibid. 11. [96] Amos I, 1. [97] Dan. XIII, 45. [98] Matth. IV, 18-21. [99] Matth. IX, 9. [1] Act. VIII, 3 sqq.

(83) *Πιστεύουσαν*. Regg. bm, ph, etc., πιστεύσασαν.

(84) *Συνδιαιωνίζειν*. Sic Regg. bm, ph, Coisl. 1, etc. In ed., συνδιαιωνίσει.

(85) *Κατὰ καιρόν*. « Pro tempore, per tempus. » Minus apte Bill. « ad tempus, » quasi Spiritus gratia ex se « ad tempus » sit.

(86) *Δημιουργεῖ δέ*. Sic plures Regg. et Colb., Comb., etc. Deest δέ in ed.

(87) *Ἴσν καθ' ἑαυτόν*, etc. « Suopte proposito animique voluntate, » ut ait Nicetas. « Nam baptismi regeneratio libera, » etc.

(88) *Ἀναδείκνυσιν*. Duo Colb. et Jes. addunt : Ἐὰν νέον ἐκ ποιμένων, ἀριστέα κατ' ἀλλοφύλων ἐργάζεται. Ἔχεις τὴν κατὰ τοῦ Γολιὰθ νίκην τοῦ Δαβὶδ μαρτυροῦσαν τῷ λόγῳ· « Si ex pastoribus juvenem, extraneis præstantiorem efficit. Testis est victoria quam David adversus Goliath reportavit. » Verum Nicetas ista non agnoscit, nec Rufinus

(89) *Βλάσφημον*. Pass., βλασφημεῖν.

Digitized by Google

οὖν (90) οὐδὲν πεισόμενον, τῷ Θεῷ χάρις· εἰ δὲ πεισόμενον, καὶ οὕτω χάρις· τὸ μὲν, ἵνα φείσηται τῶν μισούντων ἡμᾶς· τὸ δὲ, ἵν' ἡμᾶς ἁγιάσῃ, μισθὸν τοῦτον (91) λαβόντας τῆς ἱερουργίας τοῦ Εὐαγγελίου, τὸ τελειωθῆναι δι' αἵματος.

A tem videre in animum inducamus. Hic me quoque hodierno die præsidentem et audacem præconem reddit : si nihil propterea perpessurus sum, Deo sit gratia; si autem perpessurus, sic quoque Deo gratia : alterum, ut iis, qui nobis infesti sunt, parcat : alterum, ut nos sanctificet, hoc videlicet evangelici ministerii præmium consecutos, ut cruenta morte perfungamur.

ΙΕ'. Ἐλάλουν μὲν οὖν ξέναις γλώσσαις, καὶ οὐ πατρίοις (92), καὶ τὸ θαῦμα μέγα, λόγος ὑπὸ τῶν οὐ μαθόντων λαλούμενος· καὶ τὸ σημεῖον (93) τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἵν' ᾖ τῶν ἀπίστων κατήγορον, καθὼς γέγραπται· *Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις* (94), *καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις, λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου* (95), *λέγει Κύριος*. Ἤκουον δέ. Μικρὸν ἐνταῦθα ἐπίσχες, καὶ διάπόρησον, πῶς διαιρήσεις τὸν λόγον. Ἔχει γάρ τι ἀμφίβολον ἡ λέξις (96), τῇ στιγμῇ διαιρούμενον. Ἆρα γὰρ ἤκουον ταῖς ἑαυτῶν διαλέκτοις ἕκαστος (97), ὡς φέρε εἰπεῖν, μίαν μὲν ἐξηχεῖσθαι φωνὴν, πολλὰς δὲ ἀκούεσθαι, οὕτω κτυπουμένου τοῦ ἀέρος, καὶ, ἵν' εἴπω σαφέστερον, τῆς φωνῆς φωνῶν γινομένων (98)· ἢ τὸ μὲν, *Ἤκουον*, ἀναπαυστέον, τὸ δὲ, *Λαλούντων ταῖς ἰδίαις φωναῖς*, τῷ ἑξῆς προσθετέον, ἵν' ᾖ, *Λαλούντων φωναῖς*, ταῖς ἰδίαις τῶν ἀκουόντων, ὅπερ γίνεται, *ἀλλοτρίαις*· καθὰ καὶ (99) μᾶλλον τίθεμαι. Ἐκείνως μὲν γὰρ τῶν ἀκουόντων ἂν εἴη μᾶλλον, ἢ τῶν λεγόντων, τὸ θαῦμα· οὕτω δὲ τῶν λεγόντων· οἳ καὶ μέθην καταγινώσκονται, δῆλον ὡς αὐτοὶ θαυματουργοῦντες περὶ τὰς φωνὰς τῷ Πνεύματι.

XV. At vero linguis externis, non autem vernaculis, apostoli loquebantur [2], singularique miraculo sermo ab his, qui non didicerant, proferebatur; signumque illud infidelibus erat, non fidelibus, ut infidelium accusator esset, sicut scriptum est : *Quoniam in aliis linguis, et in labiis aliis, loquar populo huic, nec sic exaudient me, dicit Dominus* [3]. Audiebant **743** autem. Verum hic paululum consiste, atque ambige quo modo distinguenda sit oratio. Textus enim nonnullam ambiguitatem habet, interpunctione dirimendam. Utrum enim audiebant sua quisque dialecto, ita ut, verbi gratia, vox quidem una emitteretur, multæ autem audirentur, sic videlicet pulsato ac perstrepente aere, pluribusque vocibus, et, ut magis perspicue dicam, ex una voce effectis : an potius in hoc verbo, *Audiebant*, punctum statuendum est; atque hæc verba, *Loquentes suis linguis* [4], cum his, quæ sequuntur, jungenda sunt, ut sic legatur, *loquentes linguis*, propriis scilicet audientium, hoc est, *externis;* qui etiam sensus mihi magis arridet. Nam in primo quidem sensu, eorum potius, qui audiebant, quam qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit; in isto autem, eorum qui loquebantur; utpote qui etiam temulentiæ insimulantur, haud dubie, quia ipsi Spiritus operatione novum quoddam miraculum circa voces designabant.

B

ΙϚ'. Πλὴν ἐπαινετὴ μὲν καὶ ἡ παλαιὰ διαίρεσις τῶν φωνῶν (ἠνίκα τὸν πύργον ᾠκοδόμουν οἱ κακῶς καὶ ἀθέως ὁμοφωνοῦντες, ὥσπερ καὶ τῶν νῦν τολμῶσί τινες)· τῇ γὰρ τῆς φωνῆς διαστάσει συνδιαλυθὲν τὸ ὁμόγνωμον, τὴν ἐγχείρησιν ἔλυσεν· ἀξιεπαινετωτέρα δὲ ἡ νῦν θαυματουργουμένη. Ἀπὸ γὰρ ἑνὸς Πνεύματος εἰς πολλοὺς χυθεῖσα (1), εἰς μίαν ἁρμονίαν πάλιν συνάγεται. Καὶ ἔστι διαφορὰ χαρισμάτων, ἄλλου (2) δεομένη χαρίσματος, πρὸς διάκρισιν τοῦ (3) βελτίονος· ἐπειδὴ πᾶσαι τὸ ἐπαινετὸν ἔχουσι. Καλὴ δ' ἂν κἀκείνη λέγοιτο, περὶ ἧς Δαβὶδ λέγει· *Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδίελε τὰς*

C

XVI. Quanquam autem laudabilis quoque fuit vetus illa linguarum divisio (cum scilicet male atque impie inter se concordes erant, qui turrim exstruebant [5], quemadmodum nunc quoque quidam facere non verentur), dissoluta simul, cum linguarum divortio, animorum concordia, susceptum negotium abrupit; laudabilior tamen est ea, quæ nunc insigni miraculo patratur. Ab uno enim Spiritu in multos diffusa, ad unum concentum rursus connectitur. Atque gratiarum diversitas est, alia gratia opus habens, ad discernendum quænam sit præstantior; quandoquidem nulla est, quæ laude

[2] Act. II 4. [3] Isa. XXVIII, 11; I Cor. XIV 21. [4] Act. II, 6. [5] Gen. XI, 1 sqq.

(90) *Οὖν*. Deest in Or. 1.

(91) *Τοῦτον*. Sic Regg. bm, ph et Savil. In ed., τοῦτο.

(92) *Πατρίοις*. Sic sex Regg., quatuor Colb., duo Coisl., Par., etc. Mendose in ed., μετρίοις.

(93) *Τὸ σημεῖον*. Apostolus, I Cor. XIV, 22, ait : « Linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus. »

(94) *Ἐν ἑτερογλώσσοις*, etc. Chrysostomus hæc verba Isaiæ tribuit. Habet enim Isa. XXVIII, 11 : Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας, ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ. Quod Vulgata sic vertit : « In loquela enim labii, et lingua altera, loquetur ad populum istum. » Legitur etiam I Cor. XIV, 21 : Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· Ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ· « In Lege scriptum est : Quoniam in aliis linguis et labiis aliis D loquar populo huic. » Alludit Apostolus ad Isaiæ contextum jam citatum. Mirum igitur videtur, Nicetam de verbis istis pronuntiasse : « Apud Isaiam non reperiuntur... vel malitiose submota sunt, vel per oblivionem transmissa. »

(95) *Μοῦ*. Deest in Reg. ph.

(96) *Ἡ λέξις*. Deest in Or. 1.

(97) *Ἕκαστος*. Sic plures codd. In ed., ἑκάστοτε.

(98) *Γιγομένων*. Savil. et Comb., γινομένης.

(99) *Καθὰ καί*. Jes., ᾧ καί.

(1) *Χυθεῖσα*. Plures Regg. et Colb., χεθεῖσα.

(2) *Ἄλλου*. Reg. bm, ἀλλ' οὐ. Intelligit Gregorius « linguarum » donum, quod alio, nempe « interpretationis » dono, opus habet.

(3) *Τοῦ*. Reg. bm, Par., Pass., τῆς.

Digitized by Google

careat. Quid præclara quoque illa divisio dici possit, de qua loquitur David : *Præcipita, Domine, et divide linguas eorum* [6]. Quid ita? Quoniam dilexerunt omnia verba præcipitationis, linguam dolosam [7]; tantum non aperte hujusce loci ac tempestatis linguas accusans, quæ divinitatem scindunt. Ac de his quidem hactenus.

XVII. Quoniam autem habitantibus Jerusalem religiosissimis Judæis, Parthis, Medis et Elamitis, Ægyptiis et Libycis, Cretensibus et Arabibus, Mesopotamitis et Cappadocibus meis, linguæ loquebantur, atque ex omni gente, quæ sub cœlo est, Judæis, illic (si cui sic cogitare placet) congregatis, operæ pretium fuerit videre, tum quinam hi erant, tum cujus captivitatis. Nam illa Ægyptiaca et 744 Babylonica, præterquam quod circumscripta et certo loco definita erat, jam etiam olim per captivorum reditum soluta fuerat. Illa autem Romana, qua temeritatis et audaciæ adversus salutis auctorem pœna expetebatur, nondum acciderat, sed imminebat. Relinquitur igitur, ut hanc captivitatem Antiochicam esse censeamus, iis temporibus non multo antiquiorem. Quod si cui hæc expositio minus probatur ut curiosius alieniusque petita (neque enim captivitatem hanc veterem esse, neque in multas orbis partes diffusam); ac probabiliorem quærit, illud fortasse rectius fuerit existimare, quod cum sæpe, atque a multis, hæc natio exsilii causa solum vertere coacta sit, quemadmodum Esdras litterarum monumentis prodidit, aliæ quidem tribus in patriam restitutæ fuerint, aliæ vero in exsilio relictæ; quibus, ut verisimile est in multas nationes dispersis, tum temporis quidam adfuerint, et Spiritus miraculi participes exstiterint.

XVIII. Atque hæc a nobis perpensa et considerata sint, quæ etiam ejusmodi esse arbitramur, ut doctrinæ studiosi, ea pro superfluis supervacaneisque nequaquam habituri sint. Quod si quis aliud quidpiam ad hujus diei solemnitatem contulerit, nobis quoque id collegerit. Sed jam concio quidem solvenda est (satis enim longe se porrexit oratio); festi autem celebratio nunquam abrumpenda. Quin potius festum agendum est, nunc quidem corporeo quoque modo, paulo post autem omnino spirituali; illic nimirum, ubi rationes harum rerum purius apertiusque cognoscemus, in ipso Verbo, et Deo, et Domino nostro Jesu Christo, vero eorum, qui salutem consequuntur, festo et exsultatione; cum quo gloria et veneratio Patri cum sancto Spiritu, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

A γλώσσας αὐτῶν. Διατί; Ὅτι ἠγάπησαν πάντα τὰ ῥήματα καταποντισμοῦ γλῶσσαν δολίαν· μόνον οὐχὶ (4) φανερῶς τὰς ἐνταῦθα γλωσσας καταιτιώμενος, αἱ θεότητα τέμνουσιν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον.

IZ'. Ἐπεὶ δὲ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσολὴμ εὐλαβεστάτοις Ἰουδαίοις, Πάρθοις, καὶ Μήδοις, καὶ Ἐλαμίταις, Αἰγυπτίοις, καὶ Λίβυσι, Κρησί τε καὶ Ἄραψι, Μεσοποταμίταις τε καὶ τοῖς ἐμοῖς Καππαδόκαις, ἐλάλουν αἱ γλῶσσαι, καὶ τοῖς ἐκ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἰουδαίοις (εἴ τῳ φίλον οὕτω νοεῖν), ἐκεῖσε συνειλεγμένοις, ἄξιον ἰδεῖν, τίνες (5) ἦσαν οὗτοι, καὶ τῆς ποίας αἰχμαλωσίας. Ἡ B μὲν γὰρ εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα περίγραπτός (6) τε ἦν, καὶ πάλαι τῇ ἐπανόδῳ λέλυτο. Ἡ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων οὔπω γεγένητο, ἔμελλε δὲ, εἰσπραξις οὖσα τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος θρασύτητος. Λείπεται δὴ τὴν ὑπ' Ἀντιόχου ταύτην ὑπολαμβάνειν, οὐ πολὺ τούτων οὖσαν τῶν καιρῶν πρεσβυτέραν. Εἰ δέ τις ταύτην μὲν οὐ προσίεται τὴν ἐξήγησιν, ὡς περιεργοτέραν (οὔτε γὰρ παλαιὰν εἶναι τὴν αἰχμαλωσίαν, οὔτ' ἐπὶ πολὺ τῆς οἰκουμένης χεθεῖσαν), ζητεῖ δὲ τὴν πιθανωτέραν, ἐκεῖνο ἴσως ὑπολαβεῖν (7) ἄμεινον, ὅτι πολλάκις, καὶ ὑπὸ πλειόνων, τοῦ ἔθνους μεταναστάντος, ὡς τῷ Ἔσδρᾳ ἱστόρηται, αἱ μὲν τῶν φυλῶν ἀνεσώθησαν, αἱ δὲ ὑπελείφθησαν· ὧν εἰκὸς διασπαρεισῶν εἰς ἔθνη πλείονα, τηνικαῦτα παρεῖναί τινας, καὶ μετέχειν τοῦ θαύματος.

IH'. Καὶ ταῦτα προεξήτασται τοῖς φιλομαθέσιν, ἴσως οὐ περιέργως (8). Καὶ ὅτι ἂν ἄλλο συνεισφέρῃ (9) τις εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν, καὶ ἡμῖν τοῦτο ἔσται συνειλοχώς (10). Ἡμῖν δὲ τὸν μὲν σύλλογον ἤδη διαλυτέον (ἱκανὸς γὰρ ὁ λόγος), τὴν δὲ πανήγυριν οὐδέποτε. Ἀλλ' ἑορταστέον (11), νῦν μὲν (12) καὶ σωματικῶς, μικρὸν δὲ ὕστερον ὅλον πνευματικῶς· ἔνθα καὶ τοὺς λόγους τούτων εἰσόμεθα καθαρώτερον καὶ σαφέστερον, ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ, καὶ Θεῷ, καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῇ ἀληθινῇ τῶν σωζομένων ἑορτῇ, καὶ ἀγαλλιάσει· μεθ' οὗ ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας τῷ Πατρὶ, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ (13) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (14). Ἀμήν.

[6] Psal. LIV, 10. [7] Psal. LI, 6.

(4) *Μόνον οὐχί.* Sic Coisl. 1, Jes., Savil., Pass., etc. In ed., μονονού.

(5) *Τίνες.* Plures codd. addunt τε. In aliis, δέ.

(6) *Περίγραπτος.* Savil., περιγράπτη.

(7) *Ὑπολαβεῖν.* Reg. ph et Or. 1, ὑπολαμβάνειν.

(8) *Οὐ περιέργως.* Nicet. : « non superflue. »

(9) *Ἂν ἄλλο συνεισφέρῃ.* Sic plures Regg. et D Coisl. 1. In ed, ἂν συμφέρῃ.

(10) *Συνειλοχώς.* Sic Bas., Savil. et Pass. In ed, συνειληχώς.

(11) *Ἑορταστέον.* Pass. addit, ἡμῖν, « festum nobis agendum est. »

(12) *Μέν.* Deest in Or. 1.

(13) *Καί.* Nonnulli addunt, ἀεί, « semper. »

(14) *Τῶν αἰώνων.* « Sæculorum. » Sic Reg. ph et Coisl. 2. Deest in ed

Digitized by Google

[745] MONITUM IN ORATIONEM XLII.

I. Jam medio circiter Maio anni 381 plerique Orientales episcopi, ad concilium a Theodosio imperatore vocati, Constantinopolim advenerant. Damnata primum in synodo Maximi Cynici ordinatione, Gregorius, licet clamans et reluctans, unanimi Patrum suffragio Constantinopolitanæ Ecclesiæ præficitur. Non multo post moritur Meletius, Antiochenæ sedis antistes, vir sanctitate et doctrina conspicuus, qui paulo ante, concordiæ magis, quam propriæ utilitati consulens, Paulinum una secum in episcopali sede collocari permiserat, ea tamen lege, ut, exstincto altero, alter solus Antiochenæ sedis episcopus agnosceretur. Verum post Meletii mortem, juniores præsules litem hac de re movere cœperunt, et de eligendo successore, magno cum tumultu, in synodo tractare aggressi sunt. Gregorius vero, pacis et æquitatis studiosissimus, quique, defuncto Meletio, primas in concilio tenebat, ad saniorem mentem blandis sermonibus turbarum artifices revocare conatur. Ob omnium oculos ponit, quanta Ecclesiæ mala pepererit præcedens Antiochenum schisma, cujus causa Oriens simul et Occidens in duas jam adversas partes miserabiliter scissi fuerant, et quam graviora adhuc imminerent, si præsul alter Meletii loco subrogaretur. Eos igitur amanter hortatur, ut Paulinum jam senio gravatum, solum absque collega sedere sinant, ac deinde, cum iste e vita excesserit, alterum more majorum eligant. At irrita plane fuere illius vota; imo Gregorium obnixe rogant amici, ut cæteris assentiatur; quod perhorrescens Theologus, secum tandem abdicandi consilium iniit, ac de synodo recessit. Interea Constantinopolim adveniunt Ægyptii ac Macedones episcopi, qui minus Gregorio quam Orientalibus præsulibus infensi, ipsius electoribus negotium facessunt, quod, contra Ecclesiæ leges et canones, Gregorium jam Sasimorum episcopum Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfecissent, aliaque permulta moventes, majus discordiarum incendium excitarunt. In tanta rerum confusione, Gregorius, solitudinis amore flagrans, ac « veluti generosus quidam equus, ut ipse loquitur (15), vinculorum, quibus adhuc tenebatur, impatiens, » arrepta dissidiorum occasione, in mediam prosiliens synodum, plura, quæ carmine de vita sua (16) intexuit, præfatus, sese, ut alter Jonas, ad sedandam tempestatem offert, ac discedendi facultatem exposcit. Turbatis ad tale propositum episcopis, quidve agerent incertis, licet nondum consentientibus, evasit Gregorius, eamdem discedendi licentiam ab imperatore petiturus. Quam ubi obtinuit, hanc subinde præclarissimam ac celeberrimam orationem coram centum quinquaginta episcopis, universo clero ac toto fidelium grege habuit.

II. In hac autem oratione, « quæ, » ut loquitur Baronius, « siccis oculis legi non potest, » Constantinopolitanæ Ecclesiæ supremum vale dicturus accedit orator. Primum concilii Patres modeste compellat, ac leviter [746] indicans, eos sane, non errantem ovem in viam reducturos, sed pastorem peregre agentem invisuros, accessisse, administrationis suæ ac doctrinæ rationem reddere, judiciumque publice apud omnes subire non erubescit. Quamobrem gregem sibi creditum contestatur, ut, si falsa loquatur, coarguat; sin autem vera, testimonio suo confirmet. Deinde tragica oratione describit, quo in statu Constantinopolitanum gregem repererit, cum illius regimen sibi fuit commendatum. « Hic grex, inquit (n. 2), exiguus erat et imperfectus, ac ne grex quidem, sed parvum quoddam ac tenue gregis vestigium, incompositus, pastore carens, nullis inclusus terminis, nec caula cinctus, oberrans in montibus et speluncis, huc illuc dispersus atque disjectus. » Harum calamitatum causas, ad Christianorum flagitia, ad crudelia præcedentium imperatorum edicta, ad hæreticorum invidiam et persecutiones refert; qui omnes ita Dei benignitatem ad iracundiam provocaverant, ut parum abfuerit, quin totus Christianus orbis in pristinas tenebras, multo sane nona Ægyptiaca plaga graviores, mergeretur. Sed talia fando, horrescit Gregorii mens, ac ideo tam flebile spectaculum ab auditorum oculis retrahit, ut totus in celebranda Dei bonitate et misericordia immoretur. Hinc hæreticos objurgat, qui, numerosa prole inflati, pusillum Gregorii gregem superbe aspernabantur. Ostendit, quam perexiguis incrementis Constantinopolitanæ Ecclesiæ grex, instar populi Israelitici, ad hanc perfectionem, quæ obtrectatorum ora premit, mirabiliter evectus sit; nec dubitat quin, Dei auxilio, altius etiam progrediatur. « Multo enim mirabilius est, inquit (n. 6), quod ex tantillo ad tantam magnitudinem pervenerit, quam ut, ex eo statu, quo nunc est, ad summum splendoris gloriæque gradum provehatur, » quod scilicet Deus, non copiosam impietatem aut infinitum pulverem, sed electionis vasa computet. Hunc igitur electum gregem, veritatis pabulo enutritum, curis omnibus conservatum, concilii Patribus, velut præstantissimum donum, offert Gregorius; eosque rogat, ut oculos per circuitum tollant, et videant venerabilem presbyterorum cœtum, diaconorum modestiam, lectorum concinnitatem, totiusque plebis discendi studium, quibus, veluti floribus, gloriæ coronam, ipsorum ornaturam caput, intexuit.

(15) Carm. *De vita sua*, vers. 1818 sqq. (16) Ibid., vers. 1838 sqq.

Digitized by Google

III. Quamvis sola Constantinopolitani gregis præsentia et inspectio, maximum, ac velut in columna insculptum, tanti pastoris doctrinæ apud concilii Patres esset argumentum, nihilominus tamen fidem suam circa sanctissimam Trinitatem apertius declarare non dubitat Theologus, ut agnoscant præsules, ac judicent, utrum merito necne ipsi invideatur. Patris igitur, et Filii, et Spiritus sancti divinitatem, non multis quidem, sed luce clarioribus argumentis demonstrat. Venenatos Sabellii Ariique errores obiter carpit; et ipse, media ac regia incedens via, Trinitatem in unitate, et unitatem in Trinitate profitetur. Observat tamen Filii generationem et Spiritus sancti processionem, nec intellectu comprehendi, nec ullis verbis explicari posse, atque contendit, temere adversus divinitatem insurgere, quisquis eas curiosius scrutari præsumit. Tum, eo utens argumento, quo Samuel olim apud Israelitas [a], iterum gregem suum contestatur, num in aliqua re infidelem Christi dispensatorem sese exhibuerit, num illius **747** damno, privatæ utilitati consuluerit, num eum molestia affecerit. At cum illius agendi ratio, tam in administrando quam in docendo, omnis prorsus vitii ac reprehensionis expers reperiatur, bonæ dispensationis præmium a concilii Patribus efflagitat. « Levate nos, inquit (n. 20), diuturnis laboribus fessos, ac recreate. Moveat vos hæc canities nostra. Alium subrogate, qui voce non inerudita, qui puris sit manibus, ac curas ecclesiasticas vobiscum simul perferre possit... Cernite hoc corpus meum, senio scilicet, morbo et labore confectum. » Eosdem obtestatur per ipsam Trinitatem, quam colunt, ut votis non abnuant, sed ipsi missionis libellum præstent. Hoc unum tantum exposcit, ut successorem eligant, qui æmulationem potius quam misericordiam moveat; ac de sufficiendi pastoris dotibus pauca præfatus, extremum tandem vale Anastasiæ suæ, magno S. Sophiæ templo cæterisque sacris illius urbis ædibus dicit. Valedicit etiam ipsi episcopali cathedræ, pontificum concilio, sacerdotum cœtui, ac reliquis deinceps Ecclesiæ ministris, monachis, virginibus, conjugatis, viduis, pauperibus, imperatoribus, aulicis, Orienti simul et Occidenti, « pro quibus, inquit, et a quibus oppugnamur. » Demum exclamans ait : « Valete, angeli hujus Ecclesiæ præsides; vale, Trinitas sancta, meditatio mea et decus meum. His velim serveris, et hos serves, meum scilicet hunc populum. Et vos, filioli, depositum, quæso, custodite : mementote lapidationum mearum, » etc.

IV. Hic siluit Theologus, manu deinceps et atramento pugnaturus; nec amplius tanti veritatis præconis vox Constantinopoli personuit. Longius forsan quam par erat, hanc analyticam synopsim, protraxisse videbimur; sed plurimum nobis arrisere, tum ornatissimæ hujus orationis argumentum et sublimitas, tum præclarissimum istud ac inauditum Gregorii factum, quod Sozomenus admirationis quam maxime dignum merito judicavit. « Mihi quidem, inquit (17), sapientissimum hunc virum, tum ob alia multa, tum maxime in hoc negotio mirari subit. Nam neque fastu elatus est propter facundiam, nec inanis gloriæ studio ei Ecclesiæ præsidere concupivit, quam pene exstinctam et mortuam ipse regendam susceperat; sed reposcentibus (melius dixisset, consentientibus) episcopis depositum reddidit; nihil de multis laboribus suis conquestus, nihil de periculis quæ, adversus hæreses decertans, subierat. » Et certe hac in re eximia humilitatis, modestiæ et charitatis specimina præbuit Gregorius; unde posteris pretiosissimam sui memoriam summo jure reliquit. Existimasse videtur Baronius hanc orationem pronuntiatam fuisse antequam ab imperatore Theologus discedendi licentiam postulasset. Verum huic sententiæ non favet communis eruditorum opinio. Ipsi etiam Bollandistæ ei manifeste contradicunt. « Ea est, inquiunt (18), oratio tricesima secunda, [nunc quadragesima secunda,] quam præcessit congressus cum imperatore, sine cujus licentia non potuisset hanc tam solemnem abdicationem facere. » Idem sentit Tillemontius (19). Præterea tunc temporis Constantinopoli degebat pius imperator, qui Gregorium benigne exceperat, eumque suffragio suo in Constantinopolitanam sedem ab episcopis evectum, magno plausu confirmarat. Nullatenus igitur Gregorio licuisset ante discedere, quam ipsius discessum probasset Theodosius. Ac mirum sane videri potest, quod tam **748** cito Gregorii votis annuerit. Hinc certo constat Gregorium, Theodosii consensu munitum, istud ultimum vale Constantinopoli pronuntiasse labente Junio anni 381. Perseverabat adhuc synodus. Nam, ut manifestum est ex epistola synodica (20), septimo Idus Julii ejusdem anni ad Theodosium data, Nectarius, post Gregorii discessum, a concilii Patribus Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfectus est.

[a] I Reg. XII, 2 sqq.

(17) *Hist.* lib. VII, c. 7, p. 712.
(18) *Act. SS.* ad 9 Maii, p. 420, col. 2.
(19) T. IX, pag. 483.
(20) *Concil.*, t. II, pag. 946.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΜΒ.

Συντακτήριος (21), *εἰς τὴν τῶν ρ' ἐπισκόπων παρουσίαν* (22).

Α'. Πῶς ὑμῖν τὰ ἡμέτερα, ὦ φίλοι ποιμένες καὶ συμποιμένες· ὧν ὡραῖοι μὲν οἱ πόδες, εὐαγγελιζομένων εἰρήνην καὶ ἀγαθὰ, μεθ' ὧν ἐληλύθατε· ὡραῖοι δὲ τὰ πρὸς ἡμᾶς, οἷς εἰς καιρὸν ἐληλύθατε, οὐχ ἵνα πρόβατον πλανώμενον ἐπιστρέψητε, ἀλλ' ἵνα ποιμένα ἔκδημον (23) ἐπισκέψησθε; Πῶς τὰ τῆς ἐκδημίας ὑμῖν ἔχει τῆς ἡμετέρας; καὶ τίς ὁ ταύτης καρπὸς, μᾶλλον δὲ, τοῦ ἐν ἡμῖν Πνεύματος, ᾧ κινούμεθά τε ἀεὶ, καὶ νῦν κεκινήμεθα, μηδὲν ἴδιον ἔχειν ἐπιθυμοῦντες, μήτ' ἴσως ἔχοντες; Ἆρά γε συνίετε παρ' ὑμῶν αὐτῶν, καὶ καταμανθάνετε, καὶ λογισταὶ τῶν ἡμετέρων ἐστὲ χρηστότεροι; ἢ δεῖ, καθάπερ τοὺς στρατηγίας, ἢ δημαγωγίας, ἢ διοικήσεως χρημάτων λόγον ἀπαιτουμένους (24), δημοσίᾳ καὶ αὐτοὺς ὑποσχεῖν ὑμῖν τὰς εὐθύνας, ὧν διῳκήκαμεν; Οὐ γὰρ αἰσχυνόμεθα κρινόμενοι, ὅτι καὶ κρίνομεν ἐν τῷ μέρει, καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ἀμφότερα. Παλαιὸς δὲ ὁ νόμος· ἐπεὶ καὶ Παῦλος τοῖς ἀποστόλοις ἐκοινοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον· οὐχ ἵνα φιλοτιμήσηται (*πόῤῥω* γὰρ τὸ Πνεῦμα πάσης φιλοτιμίας), ἀλλ' ἵν', ἢ βεβαιωθῇ τὸ κατορθούμενον, ἢ διορθωθῇ τὸ ὑστερούμενον, εἴ ἄρα τι καὶ τοιοῦτον ἦν ἐν τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεγομένοις, ἢ πραττομένοις, ὡς αὐτὸς παραδηλοῖ περὶ ἑαυτοῦ γράφων· *Ἐπειδὴ καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται*, κατὰ τὴν εὐταξίαν (25) τοῦ πάντα καλῶς οἰκονομοῦντος καὶ διαιροῦντος Πνεύματος. Εἰ δὲ ἐκεῖνος μὲν ἰδίᾳ καί τισιν, ἐγὼ δὲ δημοσίᾳ καὶ πᾶσιν ὑπέχω λόγον, μηδὲν θαυμάσητε. Καὶ γὰρ χρῄζω μᾶλλον ὠφεληθῆναι τῇ τῶν ἐλέγχων ἐλευθερίᾳ, ἥπερ ἐκεῖνος, εἴ τι φαινοίμην ἐλλείπων τοῦ δέοντος, μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον. Καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως ἀπολογήσασθαι (26), ἢ ἐν εἰδόσι τοὺς λόγους ποιούμενον.

Β'. Τίς οὖν ἡ ἀπολογία; Καὶ εἰ μὲν ψευδὴς, ἐλέγξατε· εἰ δὲ ἀληθὴς, μαρτυρήσατε ὑμεῖς, ὑπὲρ ὧν, καὶ ἐν οἷς ὁ λόγος. Ὑμεῖς γάρ μοι καὶ ἀπολογία, καὶ

ORATIO XLII[a].

Supremum vale, coram centum quinquaginta episcopis.

I. Quo pacto res nostræ vobis se habere videntur, o chari pastores et collegæ; quorum et speciosi pedes sunt, annuntiantium pacem et bona [9], quibuscum huc veniistis; et, quantum ad nos attinet, speciosi, utpote, ad quos opportune vos contulistis, non ut errantem ovem in viam reducatis, verum ut pastorem peregrinum invisatis? Quo pacto peregrinatio nostra judicio vestro se habet? Et quis hujus fructus [10], vel, ut rectius loquar, Spiritus in nobis habitantis [11], quo et semper movemur [12], et nunc moti sumus, nihil proprium habere cupientes, nec fortasse habentes? Utrum tandem per vosmetipsos intelligitis, et percipitis, ac benigniores rerum nostrarum censores estis? An contra nobis faciendum est, ut, quemadmodum qui militaris imperii, aut gubernationis popularis, aut pecuniarum administrationis rationem exposcuntur, sic nos quoque eorum, quæ a nobis administrata sunt, rationes publice vobis reddamus? Nec enim subire judicium erubescimus; quandoquidem etiam vicissim judicamus, atque utrumque cum pari charitate. Vetus autem hæc lex est. Nam etiam Paulus Evangelium cum apostolis communicabat [13]; non ut ambitiose se ostentaret; procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus est Spiritus; sed ut, vel confirmaretur quod recte et cum laude gerebat, vel corrigeretur quod officio deerat; si quid tamen hujusmodi erat in iis, quæ ab eo dicebantur, vel agebantur, quemadmodum ipse ostendit, cum de seipso ad hunc modum scribit: *Quoniam et spiritus prophetarum prophetis subjiciuntur* [14], juxta constitutum Spiritus ordinem, **749** qui omnia recte dispensat et dividit. Quod si ille quidem privatim et apud quosdam, ego autem publice et apud omnes judicium subeo, ne id vobis mirandum accidat. Nam ego ea, quæ ex libera reprehensione percipitur, utilitate magis opus habeo, quam ille, si qua in re officii partes deseruisse videar, ne alioqui frustra curram, aut cucurrerim [15]. Nec vero aliter defensionis munus recte suscipi potest, quam si apud eos, quibus administrationis meæ ratio cognita est, sermo habeatur.

II. Quæ igitur est nostra defensio? Ac si quidem falsa, coarguite; si autem vera, testimonio vestro confirmate, vos, inquam, quorum causa, et

[9] Isa. LII, 7; Rom. X, 15. [10] Galat. V, 22. [11] II Tim. I, 14. [12] Act. XVII, 28. [13] Galat. II, 2. [14] I Cor. XIV, 32. [15] Galat. II, 2.

[a] Alias XXXII, quæ autem 42 erat, nunc 45.

(21) *Συντακτήριος*. Hæc vox, ut exponit Nicetas, idem sonat, ac ἀποχαιρετικός, id est, si loqui fas est, « valedictoria oratio. » In hac enim oratione Constantinopolitanæ plebi supremum vale dicit Gregorius, et ab episcopis centum quinquaginta in concilio coadunatis discedendi facultatem efflagitat. Quod ipsi concessum est. Reg. Henrici codex habet συναχτήριος, pro συντακτήριος. Utraque vox deest in pluribus codd.

(22) *Παρουσίαν*. Duo Colb. addunt, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας λεχθείς, « ad tumulum sanctæ Anastasiæ dicta. »

(23) *Ἔκδημον*. Plures codd., συνέκδημον, quod sequitur Billius, et vertit: « peregre, ut vos, agentem. » Nicetas: τὸν ἀπόδημον τῆς πατρίδος ποιμένα· « pastorem a patria peregrinantem. »

(24) *Ἀπαιτουμένους*. In quibusdam, ἀπέχοντας, « recipientes. »

(25) *Κατὰ τὴν εὐταξίαν*, etc. Bill.: « juxta Spiritus constitutionem. » Comb.: « juxta Spiritus disciplinam. »

(26) *Ἀπολογήσασθαι*. Reg. pl, addit, δικαίως, « juste, merito. »

Digitized by Google

apud quos hæc habetur oratio. Vos enim mihi estis defensio, et testes, et gloriæ corona [16], ut ego quoque ex Apostoli verbis aliquid audacter usurpem. Illic grex exiguus quondam erat et imperfectus, quantum quidem oculorum sensu judicari poterat, ac ne grex quidem, sed parvum quoddam et tenue gregis vestigium, aut reliquiæ, incompositus, pastore carens, nullis terminis inclusus, nec pascui liberi jus habens, nec caula cinctus, oberrans in montibus, in speluncis et cavernis terræ [17], huc illuc dispersus atque disjectus, eoque redactus, ut, qua quamque ovem sors tulisset, contegeretur ac pabularetur, præclareque secum agi duceret, si salutem suam subriperet; non secus videlicet ac grex ille, quem leones expulerunt, aut tempestas dissolvit, aut caligo dissipavit; quem et prophetæ lugent, populi Israelitici gentibus traditi calamitatem adumbrantes; et nos etiam luximus, quandiu luctuoso statu res nostræ fuerunt. Nam ipsi quoque revera expulsi et projecti fuimus, atque in montes omnes et colles ob pastoris inopiam dispersi; ac dira quædam tempestas Ecclesiam invasit, et horrendæ belluæ in nos impetum fecerunt, quæ ne nunc quidem, reddita serenitate, nobis parcunt; verum, qua sunt impudentia, potentiores etiam et atrociores, quam tempus ferat, se præbent; atque tristis quædam caligo cuncta occupavit et contexit, multo sane nona illa Ægyptiorum plaga [18], hoc est, palpabilibus tenebris, gravior, præ qua pene nec alii alios videre potuimus.

μάρτυρες, καὶ καυχησεως στέφανος, ἵνα τολμήσω κἀγώ τι τῶν τοῦ Ἀποστόλου νεανιεύσασθαι (27). Τοῦτο τὸ ποίμνιον ἦν, ὅτε μικρόν τε καὶ ἀτελὲς ἦν, ὅσον ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις, καὶ οὐδὲ ποίμνιον, ἀλλὰ ποίμνης τι μικρὸν ἴχνος, ἢ λεῖψανον, ἀσύνταχτον (28), καὶ ἀνεπίσκοπον, καὶ ἀόριστον, μήτε νομὴν ἐλευθέραν ἔχον, μήτε μάνδρᾳ περιεχόμενον, πλανώμενον ἐν δρεσι, καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ἄλλο ἀλλαχοῦ διεσπαρμένον τε καὶ διερριμμένον, ὡς ἕκαστον ἔτυχε σκεπόμενον (29), ἢ νεμόμενον, καὶ διακλέπτον ἀγαπητικῶς (30) τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν· οἷον ἐκεῖνο τὸ ποιμνιον, ὃ λέοντες ἐξῶσαν, ἢ ζάλη διέλυσεν, ἢ σκοτόμαινα διεσκέδασεν· ὃ θρηνοῦσι μὲν προφῆται (31), τοῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἀπεικάζοντες πάθεσι, παραδεδομένου (32) τοῖς ἔθνεσιν· ἐθρηνήσαμεν (33) δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον θρήνων ἐπράττομεν ἄξια. Τῷ ὄντι γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐξώσθημεν καὶ ἀπερρίφημεν, καὶ ἐπὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸν διεσπάρημεν, ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένος (34)· καὶ πονηρός τις χειμὼν κατέσχε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ δεινοὶ θῆρες ἐπιπεπτώκασιν, οἱ μηδὲ νῦν μετὰ τὴν αἰθρίαν ἡμῶν φειδόμενοι· ἀλλ' ἀναισχυντοῦντες (35) εἶναι, καὶ τοῦ καιροῦ δυνατώτεροι· καὶ σκυθρωπή τις σκοτόμαινα ἐπέλαβε πάντα καὶ συνεκάλυψε, πολὺ τῆς ἐνάτης τῶν Αἰγυπτίων πληγῆς βαρυτέρα, τοῦ ψηλαφητοῦ λέγω σκότους, ὑφ' οὗ μικροῦ δεῖν μηδὲ ἀλλήλους ἰδεῖν ἐδυνήθημεν (36).

750 III. Atque, ut aliquid, quod majorem commiserationem redoleat, dicam, eo scilicet, qui nos afflixit, tanquam parente, fretus: *Abraham nescivit nos, et Israel ignoravit nos: at tu Pater noster es* [19]: in te oculos conjicimus; præter te alium non novimus; nomen tuum invocamus. *Propterea causam dicam*, inquit Jeremias, *cæterum judicia loquar ad te* [20]. *Facti sumus ut a principio, cum non imperares nobis* [21], et oblitus es testamenti sancti tui, ac misericordias tuas nobis occlusisti. Propterea opprobrium facti sumus dilecto tuo; nos, inquam, Trinitatis adoratores, perfecti perfectæ divinitatis clientes et supplices; nec eo audaciæ prorumpentes, ut quidquam eorum, quæ supra nos sunt, ad nos detrahamus et dejiciamus; nec ita superbi et arrogantes, ut, quod impiæ linguæ ac

Γ'. Καὶ, ἵν' εἴπω τι συμπαθέστερον (37), ὡς πατρὶ τῷ παραδεδωκότι θαρρήσας· *Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς· ἀλλὰ σὺ Πατὴρ ἡμῶν εἶ*· καὶ πρὸς σὲ βλέπομεν· ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν· τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. *Διὰ τοῦτο ἀπολογήσομαι, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ*, φησὶν Ἱερεμίας, *ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν*, καὶ ἐπελάθου διαθήκης ἁγίας σου, καὶ ἀπέκλεισας ἀφ' ἡμῶν τὰ ἐλέη (38) σου. Διὰ τοῦτο ἐγενήθημεν ὄνειδος τῷ ἀγαπητῷ σου, οἱ τῆς Τριάδος προσκυνηταί, οἱ τέλειοι τῆς τελείας θεότητος πρόσφυγες· καὶ μὴ τολμῶντές τι τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς εἰς ἡμᾶς κατάγειν (39)· μηδὲ τοσοῦτον ἐπαίρεσθαι κατὰ τὰς ἀθέους γλώσσας καὶ θεομάχους, ὥστε τὴν δεσποτείαν ποιεῖν ὁμόδουλον· ἀλλὰ παρεδόθημεν δηλαδὴ διὰ τὰς ἄλλας (40) ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὸ μὴ

[16] 1 Thess. II 19. [17] Hebr. XI 38. [18] Exod. X, 21. [19] Isa. LXIII, 16. [20] Jerem. XII, 1. [21] Isa. LXIII, 19.

(27) *Νεανιεύσασθαι*. Or. 2, παῤῥησιάσθαι, « cum fiducia loqui. »

(28) *Ἀσύντακτον*. Reg. ph, ἀσύναχτον.

(29) *Σκεπόμενον*. « Contegeretur. » Sic Reg. ph, Coisl. 2, Or. 2, etc. Nicetas exponit, κρυπτόμενον, « absconderetur. » In ed., σκοπούμενον, quod vertit Bill.: « regeretur. »

(30) *Διακλέπτον ἀγαπητικῶς*. Sic unus Colb., Gabr., Comb. Sic etiam videtur legisse Nicetas. Deest ἀγαπητικῶς in ed.

(31) *Προφῆται*. In sacro textu Ezech. XXXIV, 12, ποιμένες, « pastores. »

(32) *Παραδεδομένου*. Sic plures codd. In ed., παραδεχομένου.

(33) *Ἐθρηνήσαμεν*. Sic Or. 2 et Comb. In ed., ἐθρηνεύσαμεν.

(34) *Ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένος*. Or. 2, ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένες, « quasi in vastitate dispersi pastores. »

(35) *Ἀναισχυντοῦντες*. Hic significare videtur Gregorius hæreticorum impudentiam ad id audaciæ prorupisse, ut, ne quidem a pio imperatore Theodosio, comprimi possit.

(36) *Ἐδυνήθημεν*. Tres Colb. et Comb., ἠδυνήθημεν.

(37) *Συμπαθέστερον*. Par., συντομώτερον, « brevius. »

(38) *Τὰ ἐλέη*. In nonnullis, τὸ Ἔλεος.

(39) *Κατάγειν*. In quibusdam, καταγαγεῖν.

(40) *Ἄλλας*. In nonnullis, πολλάς, « multa. »

Digitized by Google

ἀξίως τῶν ἐντολῶν σου ἀναστραφῆναι· ἀλλ' ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς (41) πορευθῆναι. Διὰ τί γὰρ ἕτερον ἀνδράσιν ἀδικωτάτοις καὶ πονηροτάτοις παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν; Ὁ πρῶτος (42) Ναβουχοδονόσορ ἐξέθλιψεν ἡμᾶς, ὁ μετὰ Χριστὸν κατὰ Χριστοῦ μανείς, καὶ διὰ τοῦτο μισήσας Χριστὸν, ὅτι δι' αὐτοῦ σέσωστο· καὶ τῶν ἱερῶν βίβλων τὰς ἀθέους θυσίας ἀντιλαβών. *Κατέφαγέ με, ἐμερίσατό* (43) *με, ἐκάλυψέ με σκότος λεπτὸν*, ἵνα μὴ ἀποστῶ, μηδὲ θρηνῶν, τῆς Γραφῆς. *Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι*, καὶ χερσὶν ἀνόμων δικαίως αὐτὸν παρέδωκεν (44), ἐκτοπίσας εἰς Πέρσας, (οἷα τὰ τοῦ Θεοῦ (45) κρίματα!) καὶ ὑπὲρ αἱμάτων ἀνοσίων αἷμα ἐχέθη δίκαιον, ἐνταῦθα μόνον οὐδὲ μακροθυμῆσαι ἀνασχομένης (46) τῆς δίκης, *παραβραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου*. Ὁ δεύτερος, οὐδὲν (47) ἐκείνου φιλανθρωπότερος, ὅτι μὴ καὶ βαρύτερος, ὅσῳ τοῦ (48) Χριστοῦ φέρων ὄνομα, ψευδόχριστος ἦν, καὶ Χριστιανοῖς βάρος ὁμοῦ τε καὶ ὄνειδος (49), οἷς καὶ τὸ ποιεῖν ἄθεον, καὶ τὸ πάσχειν ἄδοξον· τῷ μηδὲ ἀδικεῖσθαι δοκεῖν, μηδὲ τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα τῷ πάσχειν προσεῖναι (50) τὴν μαρτυρίαν· ἀλλὰ κάνταῦθα κλέπτεσθαι τὴν ἀλήθειαν, πάσχοντας ὡς Χριστιανοὺς, ὡς ἀσεβεῖς κολάζεσθαι. Οἴμοι, ὅτι ἐπλουτήσαμεν ἐν τοῖς κακοῖς, *ὅτι πῦρ κατέφαγε τὰ ὡραῖα τῆς οἰκουμένης. Τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ τὰ κατάλοιπα τῆς ἀκρίδος κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη*· εἶτα ὁ βροῦχος, εἶτα οὐκ οἶδ' ὅ τι πρὸς τούτοις, καὶ (51) ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ κακῷ φυόμενον. Τί ἂν τις ἐκτραγῳδοίη πάντα τὰ τοῦ καιροῦ κακὰ, καὶ τὴν τότε κατασχοῦσαν ἡμᾶς, εἴτε εἰσπραξιν χρὴ λέγειν, εἴτε δοκιμασίαν καὶ πύρωσιν; Πλὴν ὅτι διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ προήλθομεν εἰς ἀναψυχὴν εὐδοκίᾳ τοῦ σώζοντος Θεοῦ.

Deitatis hostes faciunt, dominium in servilem ordinem nobiscum redigamus; sed scilicet propter alia scelera nostra, et quia non, ut mandatis tuis dignum erat, vitæ nostræ rationes instituimus; verum post pravam nostram mentem et cogitationem ambulavimus. Quænam enim alia causa proferri potest, cur hominibus iniquissimis, atque omnium, quos terra fert, sceleratissimis dediti sumus? Primus Nabuchodonosor nos obtrivit, ille, inquam, qui post Christum adversus Christum furore flagravit, atque ob eam causam Christum invisum habuit, quia per eum salutem consecutus fuerat; ac sacros libros cum impiis sacrificiis commutavit. *Devoravit me, in partes distraxit me* [22]: *contexerunt me tenebræ tenues* [23], ut, ne lugens quidem, a verbis Scripturæ recedam. *Nisi quia Dominus adjuvit me* [24], atque ipsum (qualia Dei judicia!) in Persidem ejectum, iniquorum manibus, ut merebatur, tradidisset, imo sceleratus cruor in ultionem innoxii sanguinis juste effusus fuisset (hic solum justitia quidem longanimitate uti non sustinuit), *propemodum habitasset in inferno anima mea* [25]. Secundus nihilo humanior illo fuit, imo eo etiam acerbior, quod Christi nomen ferens, pseudochristus erat, Christianisque onus simul et dedecus, quibus et facere impium, et pati inglorium erat; quod ne injuriam quidem accipere viderentur, nec illustre martyrii nomen cruciatibus accederet; verum hic quoque fucus veritati fieret, ut qui tanquam Christiani patiebantur, tanquam impii cruciatu afficerentur. Heu me! quia **751** in malis divites et copiosi exstitimus, *quia ignis speciosa terræ comedit* [26]. *Residuum erucæ comedit locusta, et residuum locustæ comedit rubigo* [26*]; tum bruchus, ac postea nescio quod aliud atque aliud malum subinde exoriens. Quid autem omnia illius temporis mala tragica oratione prosequi attinet, eamque, quæ tum nos invasit, sive pœnam dicere convenit, sive explorationem ac purgationem? Cæterum *transivimus per ignem et aquam* [27], ac benigna Salvatoris voluntate in refrigerium prodiimus.

Δ'. Ἀλλ' ὅ μοι λέγειν (52) ἀπ' ἀρχῆς ὁ λόγος ὥρμητο· τοῦτο τὸ γεώργιον ἦν, ὅτε μικρόν τε καὶ πενιχρὸν ἦν, καὶ (53) οὐχ ὅπως Θεοῦ, τοῦ τὸν κόσμον ὅλον γεωργήσαντός τε καὶ γεωργοῦντος τοῖς καλοῖς τῆς εὐσεβείας σπέρμασί τε καὶ δόγμασιν, ἀλλ' οὐδὲ πένητος ἑνὸς τῶν ἐνδεῶν καὶ μετρίων, ὥς γε ἐδόκει· ἀλλ' οὐδὲ (54) γεώργιον ὅλως, οὐδὲ ἀποθηκῶν, οὐδὲ ἄλω τυχὸν, οὐδὲ δρεπάνης ἄξιον· οὐδὲ θημὼν (55), οὐδὲ δράγματα, ἢ δράγματα μικρά τε καὶ ὥρα, καὶ οἷα τὰ ἐκ δωμάτων, μήτε χεῖρα πληροῦντα τοῦ

IV. Enimvero, ut eo se, unde digressa est, oratio referat: hæc seges parva quondam et inops erat, ac non modo Deo, qui pulchris pietatis seminibus et doctrinis totum orbem terrarum excoluit, atque excolit, sed ne paupere quidem, ac tenui homunculo digna, ut quidem videbatur: imo nec seges omnino, nec horreis, nec area fortasse, nec falce digna: nec etiam acervi, nec manipuli, aut certe parvi et immaturi, et quales sunt tectorum, nec messoris manum implentes, nec eorum, qui per-

[22] Jer. LI, 34. [23] Psal. LIV, 6. [24] Psal. XCIII, 17. [25] ibid. [26] Joel I, 19. [26*] ibid. 4. [27] Psa. LXV, 12.

(41) *Πονηρᾶς*. Deest in Or. 2.
(42) *Ὁ πρῶτος*. Julianum imperatorem intelligit.
(43) *Ἐμερίσατο*. In quibusdam, ἐμέρισε.
(44) *Παρέδωκεν*. Or 2, παραδέδωκεν.
(45) *Τὰ τοῦ Θεοῦ*. Sic quinque Regg. Deest τοῦ in ed.
(46) *Ἀνασχομένης*. In aliis, ἀνεχομένης.
(47) *Οὐδέν*. Sic plures codd. In ed., οὐδέ.
(48) *Ὅσῳ τοῦ*. Reg. bm et tres Colb., ὅσῳ τό.
(49) *Χριστιανοῖς βάρος ὁμοῦ τε καὶ ὄνειδος*. Sic Reg. bm, aliique plures. In ed., Χρ. ὄνειδος.
(50) *Ὄνομα τῷ πάσχειν προσεῖναι*. Sic Regg. bm, ph, Par. et Gabr. Deest τῷ πάσχειν in ed.
(51) *Καὶ*. Rejicit Combefisius.
(52) *Ὅ μοι λέγειν*. Sic plerique codd. In ed., ὃ μὴ λέγειν.
(53) *Καὶ*. Deest in nonnullis.
(54) *Ἀλλ' οὐδέ*. Sic plerique codd. Deest ἀλλά in ed.
(55) *Θημών*. Reg. bm, θημονιῶν.

Digitized by Google

transeunt, benedictionem illicientes [28]. Talis seges, tantilla messis nostra erat; magna tamen, et spicis copiosa, et pinguis, apud eum, qui abscondita intuetur, et tali agricola digna habebatur illa, quam animarum valles multiplicant, cum recta doctrina excoluntur; quamvis nec in vulgus nota esset, nec in unum cogeretur, sed paulatim colligeretur, non secus ac stipula in messe, et racemulus in vindemia, cum nullus est botrus [29]. Quin illa quoque, et quidem admodum tempestive, mihi videor adjecturus, ut ficum præmaturam in deserto Israelem inveni [30], et ut unum aut alterum acinum in immaturo botro maturum, Domini quidem benedictione servatum [31], ac primitiis consecratum, adhuc tamen parvum et rarum, nec os comedentis implentem : atque etiam, ut signiferum lignum in colle, et malum navis in monte [32], aut si quid aliud est singulare, nec multis conspicuum. Atque hæc quidem pristina nostra paupertas et mœstitia fuit.

V. Ex quo autem tempore Deus, qui pauperem facit et ditat, qui mortificat et **752** vivificat [33], qui sola voluntate omnia facit atque immutat, qui ex nocte diem facit, ex hieme ver, ex tempestate tranquillitatem [34], ex siccitate pluviam [35]; idque plerumque unius justi, diuturna persecutione vexati precibus permotus; qui denique mansuetos in altum suscipit, ac peccatores usque ad terram humiliat [36], illud secum dixit : *Videns vidi afflictionem Israelis* [37] : nec luto, nec laterum conficiendorum labore diutius opprimentur; ac locutus visitavit, et visitans salutem attulit, populumque suum eduxit in manu potenti et brachio excelso, in manu Moysis et Aaron electorum suorum [38]. Quid fit, et quid mirum perpetratur? Ea nimirum, quæ memoriæ prodita, et litterarum monumentis commendata circumferuntur. Nam ut miracula in via edita, magnumque illum strepitum taceam, ac rem uno verbo complectar; Joseph unus in Ægyptum proficiscitur [39], ac sexcenta hominum millia non multo post ex Ægypto excedunt [40]. Quid hoc admirabilius aut illustrius divinæ magnificentiæ argumentum, cum ex rebus perditis ac deploratis, iter secundis aperire voluerit? Promissionis terra per unum hominem odio habitum sorte distribuitur, atque is, qui venditus fuerat, gentes sedibus pellit, ipseque in gentem magnam constituitur, ac parva illa pro-

A θερίζοντος (56), μητε τῶν παριόντων εὐλογιαν προκαλούμενα. Τοιοῦτον ἡμῶν τὸ γεώργιον, τοσοῦτον τὸ θέρος· μέγα μὲν, καὶ εὔσταχυ, καὶ πῖον τῷ θεωρητῇ τῶν κρυπτῶν, καὶ τοιούτου γεωργοῦ πρέπον εἶναι, ὃ πληθύνουσι κοιλάδες ψυχῶν καλῶς τῷ λόγῳ γεωργουμένων (57)· οὐ μὴν γνωριζόμενον τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ εἰς ἓν συναγόμενον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν συλλεγόμενον, ὡς καλάμη (58) ἐν ἀμητῷ, καὶ ὡς ἐπιφυλλὶς ἐν τρυγητῷ, μὴ ὑπάρχοντος βότρυος. Προσθήσειν μοι δοκῶ κἀκεῖνα, καὶ λίαν κατὰ καιρὸν, ὡς συκῆν (59) ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὡς ῥάγα μίαν (60) ἢ δευτέραν ὥριμον ἐν ἀώρῳ τῷ βότρυϊ, εὐλογίαν μὲν Κυρίου τετηρημένην, καὶ ἀπαρχὴν καθιερωμένην, πλὴν ὀλίγην ἔτι καὶ σπάνιον, καὶ οὐ πληροῦσαν στόμα ἔσθοντος (61)· καὶ ὡς σημαίαν ἐπὶ B βουνοῦ, καὶ ὡς ἱστὸν ἐπ' ὄρους, ἢ εἴ τι ἄλλο τῶν μοναδικῶν τε καὶ οὐ πλείοσι θεωρουμένων. Ταῦτα μὲν τὰ τῆς προτέρας πενίας καὶ κατηφείας.

Ε'. Ἀφ' οὗ δὲ ὁ πτωχίζων καὶ πλουτίζων Θεὸς, ὁ θανατῶν καὶ ζωογονῶν, ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων μόνῳ τῷ βούλεσθαι, ὁ ποιῶν ἐκ μὲν νυκτὸς ἡμέραν, ἐκ δὲ χειμῶνος ἔαρ, ἐκ δὲ ζάλης γαλήνην, ἐκ δὲ αὐχμῶν ἐπομβρίαν· καὶ τοῦτο δι' ἑνὸς δικαίου πολλάκις εὐχὴν ἐπὶ πολὺ διωχθέντος· ὁ ἀναλαμβάνων πραεῖς εἰς ὕψος, καὶ ταπεινῶν ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς, ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸν (62) εἶπεν· *Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ Ἰσραὴλ* (63)· καὶ οὐ μὴ προσθῶσιν ἔτι τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ ταλαιπωρεῖν· καὶ εἰπὼν, ἐπεσκέψατο, καὶ ἐπισκεψάμενος ἔσωσε, *καὶ ἐξήγαγε,* C *τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν χειρὶ κραταιῷ* (64), *καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ ἐν χειρὶ Μωσῆ καὶ Ἀαρὼν* (65) τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. Τί γίνεται, καὶ τί θαυματουργεῖται; Ἃ βίβλοι καὶ μνῆμαι φέρουσιν. Ἐκτὸς γὰρ τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν θαυμασίων, καὶ τῆς μεγάλης ἐκείνης βομβήσεως, ἵν' εἰπω τι συντομώτατον, Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον εἷς, καὶ μυριάδες ἑξήκοντα μετ' ὀλίγον (66) ἐξ Αἰγύπτου. Τί τούτου θαυμασιώτερον, ἢ μεῖζον τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλονοίας τεκμήριον, ὅταν ἐκ τῶν ἀπόρων θέλῃ πόρον δοῦναι τοῖς πράγμασι; καὶ γῆ τῆς ἐπαγγελίας κληροδοτεῖται δι' ἑνὸς μισηθέντος, καὶ ὁ πραθεὶς ἔθνη μεθίστησι, καὶ εἰς ἔθνος καθίσταται μέγα, καὶ ἡ μικρὰ παραφυὰς ἐκείνη, ἄμπελος εὐκλήματοῦσα γίνεται, καὶ τοσαύτη, ὡς ἐπεμβαίνειν D μὲν ποταμοῖς, ἐκτείνεσθαι δὲ μέχρι θαλάσσης, ἐξ ὁρίων (67) εἰς ὅρια πλατυνομένην (68), καλύπτειν δὲ

[28] Psal. CXXVIII, 6 seqq. [29] Mich. VII, 1. [30] Ose. IX, 10. [31] Isa. LXV, 8. [32] Isa. XXX, 17. [33] I Reg. II, 6. [34] Amos V, 8. [35] III Reg. XVIII, 45. [36] Psal. CXLVI, 6. [37] Exod. III, 7. [38] Psal. CXXXV, 11; LXXVI, 21. [39] Gen. XXXVII, 28. [40] Exod. XII, 37.

(56) *Τοῦ θερίζοντος.* Sic codd. In Par. ed., θρίζοντος.

(57) *Γεωργουμένων.* In nonnullis, γεωργούμεναι.

(58) *Καλάμη.* Reg. bm, καλάμην.

(59) *Ὡς συκῆν.* Tres Regg., Or. 2, etc., ὡς σκοπόν, « ut scopum. » Ose. IX, 10 : ὡς σκοπὸν ἐν συκῇ πρώϊμον· « ut scopum in ficu temporaneum. »

(60) *Ῥάγα μίαν.* Sic plerique codd. Reg. bm, ῥῶγα μίαν. In Isa. LXV, 8 : Ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ῥὼξ ἐν τῷ βότρυϊ· « Quomodo invenietur acinum in botro. » In ed. conjunctim, ῥαγαμίαν.

(61) *Ἔσθοντος.* In nonnullis, ἐσθίοντος.

(62) *Αὐτόν.* Duo Regg., quatuor Colb. et Or. 2, ἑαυτόν. Mox, εἶπεν. Reg. bm, εἰπών.

(63) *Τοῦ Ἰσραὴλ.* Or. 2, τοῦ λαοῦ μου, « populi mei. »

(64) *Κραταιῷ.* Coisl. 2 et Or. 2, κραταιᾷ.

(65) *Ἐν χειρὶ Μωσῆ καὶ Ἀαρών.* Schol. : Ἑαυτὸν αἰνίττεται καὶ μέγαν Βασίλειον· « Significat seipsum et magnum Basilium. » Non probamus scholiastæ sententiam. Id certe alienissimum est a Gregorii mente.

(66) *Μετ' ὀλίγον.* Reg. bm, μετὰ μικρόν.

(67) *Ἐξ ὁρίων,* etc. Bill. « a montibus ad montes. »

(68) *Πλατυνομένην.* Tres Regg., πλατυνομένη.

Digitized by Google

δρη τῷ ὕψει τῆς δόξης, κέδρων δὲ ὑπεραίρεσθαι, καὶ ταῦτα τῶν τοῦ Θεοῦ ἅτινα δὴ τὰ ὄρη ταῦτα, καὶ ἅστινας τὰς κέδρους ὑπολῃπτέον.

A pago vinea lata et palmitibus abundans efficitur, in eamque magnitudinem evadit, ut et supra fluvios ascendat, et usque ad mare extendatur, et a finibus ad fines dilatetur [41], et gloriæ sublimitate montes operiat, et cedrorum magnitudinem superet, et quidem cedros Dei quicunque tandem montes illi, et quæcunque cedri existimandæ sunt.

ς'. Τοιοῦτόν ποτε τοῦτο τὸ ποίμνιον, καὶ τοιοῦτον νῦν, οὕτως εὐεκτοῦν τε καὶ πλατυνόμενον· εἰ δὲ μήπω τελείως (69), ἀλλ' εἰς τοῦτό γε ταῖς κατὰ μέρος (70) ὁδεῦον προσθήκαις· προφητεύω δὲ (71), ὅτι καὶ ὁδεῦσον. Τοῦτό μοι τὸ Πνεῦμα προλέγει τὸ ἅγιον, εἴ τι προφητικὸς ἐγὼ, καὶ βλέπων τὰ ἔμπροσθεν· καὶ ἅμα τοῖς προλαβοῦσιν ἔχω θαῤῥεῖν (72), καὶ λογισμῷ γινώσκειν, ὡς λόγου σύντροφος. Πολὺ γὰρ παραδοξότερον, ἐξ ἐκείνου τοσαύτην γενέσθαι, ἢ τὴν νῦν οὖσαν εἰς ἄκρον προελθεῖν λαμπρότητος. Ἐξ οὗ γὰρ συνάγεσθαι ἤρξατο παρὰ τοῦ ζωογονοῦντος τοὺς νεκροὺς, ὀστᾶ πρὸς ὀστᾶ, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ τοῖς ξηροῖς (73) ἐδόθη Πνεῦμα ζωῆς καὶ παλιγγενεσίας, πᾶσαν, εὖ οἶδα, πληρωθῆναι δεῖ τὴν ἀνάστασιν· ὥστε *μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς οἱ παραπικραίνοντες*· μηδὲ σκιὰν κρατοῦντες, ἢ ἐνύπνιον ἐξεγειρομένων (74), ἢ αὔρας διαπνεούσας, ἢ νηὸς ἴχνη καθ' ὕδατος, ἔχειν τι νομιζέτωσαν. *Ὀλολυζέτω* (75) *πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος*. Τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς παιδευέσθωσαν, καὶ μανθανέτωσαν, ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός· οὐδὲ ἀνέξεται, μὴ ἐν ἐκστάσει διακόψαι κεφαλὰς δυναστῶν, ὡς ὁ Ἀμβακούμ φησιν, ἡ διακοπτομένη (76) θεότης, καὶ διαιρουμένη κακῶς εἰς τε τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον· ὡς ἂν μάλιστα καὶ θεότης ὑβρισθείη καταγομένη, καὶ βαρηθείη κτίσις ὁμοτιμίᾳ θεότητος.

VI. Talis quondam hic grex erat, talisque rursum nunc, tamque succulentus, lateque se porrigens; ac si nondum perfectionem assecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, ut auguror, progressurus. Hoc mihi prædicit Spiritus sanctus, si quid vaticinandi arte valeo, futuraque prospicio. Ac simul ex iis, quæ præcesserunt, spem non dubiam concipio, atque ratiocinatione id percipio, utpote rationis alumnus. Multo enim mirabilius est, quod ex tantillo ad tantam magnitudinem pervenerit, quam ut ex eo statu, quo nunc est, ad summum splendoris gloriæque gradum provehatur. Posteaquam enim semel ab eo, qui mortuos **753** ad vitam revocat, ossa cum ossibus, et commissuræ cum commissuris jungi cœperunt, ac aridis ossibus Spiritus vitæ et regenerationis datus est [42], resurrectionem perfecte expleri necesse est: ac proinde, *qui exasperant, non exaltentur in semetipsis* [43]; nec umbram, aut somnium exsurgentium [44], aut auram perflantem, aut navis vestigia aquis impressa tenentes, quidquam se habere existiment. *Ululet pinus, quia cecidit cedrus* [45]. Ex aliorum malis documentum sibi capiant, ac discant, pauperem nequaquam in finem usque oblivioni fore [46]; nec Divinitatem sese diutius cohibituram, quin procerum capita, ut Habacuc loquitur [47], cum stupore dissecet, utpote quæ ipsa quoque dissecta sit, et male divisa in id quod præest, et quod subest; ut sic maxime, et Deitas contumelia afficiatur, in creaturarum ordinem redacta, et res creatæ graventur, Deitati honore adæquatæ.

ζ'. Δοκῶ μοι κἀκείνης ἀκούειν τῆς φωνῆς, παρὰ τοῦ συνάγοντος τοὺς συντετριμμένους, καὶ τοὺς πεπιεσμένους εἰσδεχομένου· *Πλάτυνον τὰ σχοινίσματά σου ἔτι· ἐκπέτασον εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερά· πῆξον, τῶν αὐλαιῶν· μὴ φείσῃ*. Ἐγὼ παραδέδωκά σε, καὶ ἐγὼ βοηθήσω σοι. Ἐν θυμῷ μικρῷ ἐπάταξά σε, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ δοξάσω σε. Μεῖζον τὸ μέτρον τῆς φιλανθρωπίας, ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς παιδαγωγίας. Ἐκεῖνα, διὰ τὴν πονηρίαν· ταῦτα, διὰ τὴν Τριάδα (77) προσκυνουμένην. Ἐκεῖνα, διὰ τὴν κάθαρσιν· ταῦτα, διὰ τὴν ἐμὴν δόξαν· ὃς *Δοξάζω τοὺς δοξάζοντας, καὶ παροξυνῶ τοὺς παροξυνοῦντας*. *Ἰδοὺ ταῦτα ἐσφράγισται παρ' ἐμοὶ*, καὶ οὗτος ἄλυτος νόμος ἀντιμετρήσεως. Σὺ δέ μοι περιείχου τῶν τοίχων, καὶ τῶν πλακῶν, καὶ τῆς κε-

VII. Quin illam quoque ejus, qui contritos colligit, et oppressos ad se recipit, vocem mihi audire videor: *Dilata adhuc locum funiculorum tuorum: extende ad dextram et ad sinistram: fige, atriis ne parcas* [48]. Ego tradidi te, et ego auxiliabor tibi. In parva ira percussi te, in sempiterna autem misericordia glorificabo te. Major est mensura benignitatis, quam mensura correptionis. Priora illa, propter flagitia; hæc, propter Trinitatem adoratam. Illa, ob purgationem; hæc, ob gloriam meam; utpote qui *glorifico glorificantes me* [49], *et ad iram provoco provocantes me* [50]. *Ecce hæc signata sunt apud me* [51], atque hæc remunerationis inviolabilis lex est. At tu parietes, et tabulas, et scite atque eleganter incisos lapides, et longas porticus et ambulacra avide complectebaris, atque

[41] Psal. LXXXIX, 19 seqq. [42] Ezech. XXXVII, 7, 10; [43] Psal. LXV, 7. [44] Psal. LXXII, 20. [45] Zach. XI, 2. [46] Psal. IX, 19. [47] Habac. III, 13. [48] Isa. LIV, 2. [49] 1 Reg. II, 30. [50] Deut. XXXII, 21. [51] ibid. 34.

(69) *Τελείως*. Duo Regg. et Or. 2, τελέως, « perfecte. »

(70) *Μέρος*. Savil., μικρόν, « parvis incrementis. »

(71) *Προφητεύω δέ*. Sic duo Regg., tres Colb., duo Coisl., etc. Sic legit Bill. In ed., καὶ προφητεύσω δέ.

(72) *Θαῤῥεῖν*. Regg. bm, ph, θαρσεῖν.

(73) *Τοῖς ξηροῖς*. « Aridis ossibus. » Sic Nicetas. Bill. : « siccis rebus. »

(74) *Ἐξεγειρομένων*. Sic Reg. bm, duo Coisl., Or. 2, Comb. Sic etiam legit Bill. In ed., ἐξαγειρομένων, « congregantium. »

(75) *Ὀλολυζέτω*, etc. « Ululet pinus : » id est, prolapsis majoribus hæreticis, minores lugeant.

(76) *Ἡ διακοπτομένη*. Sic duo Coisl. In ed., ἡ διακοπτομένη.

(77) *Διὰ τὴν Τριάδα*, etc. « Propter Trinitatem adoratam, » id est, « propter Trinitatis cultum. »

Digitized by Google

auro fulgebas, et collucebas, illudque partim aquæ instar spargebas, partim quasi arenam aggerebas; nimirum ignorans, præstantiorem esse fidem sub dio degentem, quam copiosam et magnificam impietatem, ac tres in nomine Domini congregatos [55], plures apud Deum censeri, quam multos divinitatem abnegantes. An tu universos etiam Chananæos Abrahamo uni antepones [56]? An Sodomitas uni Lot [57]? An Madianitas Moysi [58]? Peregrinis, inquam, his et hospitibus? Quid? An trecentos illos viros [59], qui cum Gedeone lamberunt; tot hominum millibus, qui terga verterunt, inferiores esse contendes? An Abrahæ vernaculos [60], numero haud **754** multo plures, multis illis regibus, atque innumerabilibus copiis, quas, quamvis ipsi pauci essent, persecuti tamen sunt atque fugarunt? Illud autem quomodo intelligendum esse censes: *Si fuerit numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiæ salvæ fient* [61]? Quo item modo illud: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu ante Baal* [62]? Non est ita, non, inquam, ita est. *Non in pluribus beneplacitum est Deo* [63].

A dammodo afficior, ut non admodum mihi cum vulgo conveniat, nec eamdem viam ingredi sustineam; rusticius id quidem fortasse atque imperitius, **764** sed tamen ita afficior. Ea, quæ aliis voluptatem gignunt, mihi molesta sunt: quæ autem aliis tristia et injucunda videntur, ea animum meum oblectant. Quocirca, ne hoc quidem mihi mirum fuerit, si vinculis etiam astringar, ut incommodus et morosus, ac plerisque desipere videar, quemadmodum ethnico cuidam philosopho accidit, cui prudentia quasi insania vitio vertebatur, quoniam omnia irridebat, risu videlicet ea digna esse perspiciens, quæ a multis summo studio expetuntur: aut etiam musto plenus esse censear, ut postea Christi discipuli, cum linguis loquerentur [77]; ignorante scilicet multitudine id Spiritus vi et facultate fieri, non mentis aberratione.

ΚΓ'. Σκοπεῖτε γὰρ καὶ ἡμῶν τὰ ἐγκλήματα. Τοσοῦτος χρόνος, φησὶν, ἐξ οὗ τὴν Ἐκκλησίαν ἄγεις, μετὰ τῆς τοῦ καιροῦ ῥοπῆς, καὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος ὁρμῆς, τοσούτου πράγματος· τί τῆς μεταβολῆς ἡμῖν ἐπεσήμηνε; Πόσοι καθ' ἡμῶν ἔμπροσθεν γεγόνασιν ὑβρισταί; Τί δεινὸν οὐ πεπόνθαμεν; Οὐχ ὕβρεις; Οὐκ ἀπειλάς; Οὐ φυγάς; Οὐ χρημάτων ἁρπαγάς; Οὐ δημεύσεις; Οὐ πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὺς (70) θαλαττίους; Οὐ ναοὺς βεβηλωμένους (71) ἁγίων αἵμασι, καὶ γενομένους ἀντὶ ναῶν πολυάνδρια; Οὐ πρεσβυτέρων ἐπισκόπων, οἰκειότερον δὲ πατριαρχῶν εἰπεῖν, σφαγὰς δημοσίας; Οὐ τὸ πάντα τόπον ἄβατον εἶναι τοῖς εὐσεβέσι μόνοις; Οὐχ ὅ τι ἂν εἴποι τις τῶν δεινῶν; Ὧν τί τοῖς πεποιηκόσιν ἀντιδεδώκαμεν, ἐπειδὴ τὸ ἐξεῖναι ποιεῖν εὖ ποιοῦν ἀντεστράφη, καὶ παιδεύειν ἔδει τοὺς ὑβριστάς; Ἐῶ τἄλλα· τὰ δὲ ἡμέτερα, ἵνα μὴ τὰ σὰ λέγωμεν, οὐ δεδιώγμεθα; Οὐχ ὑβρίσμεθα; Οὐκ ἀπεληλάμεθα ἐκκλησιῶν, οἰκιῶν, ἐρήμων (72) αὐτῶν, τὸ δεινότατον; Οὐκ ἠνέγκαμεν δῆμον μαινόμενον; ὑπάρχους ὑβρίζοντας; Βασιλέας ὑβριζομένους (73), καὶ μετὰ τῶν προσταγμάτων; Εἶτα τί; Γεγόναμεν ἰσχυρότεροι, καὶ διαπεφεύγασιν οἱ διώκοντες. Τοῦτο γάρ· αὐτάρκης ἐμοὶ τιμωρία κατὰ τῶν ἀδικούντων (74), ἡ τοῦ ἀντιδρᾶν ἐξουσία. Τοῖς δὲ οὐχ οὕτω δοκεῖ· λίαν γάρ εἰσιν ἐντελεῖς καὶ δίκαιοι περὶ τὴν ἀντίδοσιν· καὶ διὰ τοῦτο (75) ἀπαιτοῦσι τὰ τοῦ καιροῦ. Τίς ὕπαρχος, φησὶν, ἐζημίωται; Τίς δῆμος σεσωφρόνισται; Τίνες δήμων ἀνάπτται; Τίνα φόβον ἡμῖν αὐτοῖς καὶ (76) πρὸς τὸ μέλλον ἐχαρισάμεθα;

B XXIII. Jam crimina quoque nostra, quæso, expendite. Tanto jam tempore, inquiunt, Ecclesiæ præes, temporis auxilio fultus, atque imperatoris favore, tanta re, ac tanti momenti. Ecquod mutationis signum nobis affulsit? Quot homines contumeliis nos prius affecerunt? Quid non acerbitatis passi sumus? An non injurias? An non minas? An non exsilia? An non pecuniarum direptiones? An non bonorum proscriptiones? An non presbyteri in medio mari combusti? An non templa sanctorum cruore contaminata, et ex templis in sepulcra immutata? An non publicas senum episcoporum, aut, ut aptiore verbo utar, patriarcharum cædes? An non illud, ut piis solis invius omnis locus esset? An non denique quidquid calamitatis ullis verbis quisquam consequi C possit? Quorum quidnam iis, qui hæc fecerant, rependimus? Quandoquidem versis, ut par erat, rerum vicibus, rependendi potestas nobis facta est, atque eos, a quibus per summam contumeliam vexati fueramus, castigari oportebat. Et, ut omissis aliis, nostra, ne dicam tua, commemoremus, nonne persecutionem passi sumus? Nonne contumeliis omnibus affecti? Nonne ecclesiis, domibus, et quod acerbissimum est, solitudinibus ipsis pulsi sumus? Nonne furentem populum tulimus? Contumeliosos præfectos? Imperatores simul cum edictis suis contumeliose spretos? Quid postea? Fortiores exstitimus, et persecutores nostri pœnam effugerunt. Ita sane est, inquam. Mihi enim adversus eos, qui injuriam D intulerunt, satis gravis pœna est, referendæ injuriæ **765** potestas. At istis aliter videtur; perquam enim exacti ac justi sunt ad ulciscendum; atque idcirco ea, quæ temporis sunt, exigunt. Quis præfectus multatus est, inquiunt? Quis populus castigatus? Qui plebis inflammatores? Quem nostri terrorem adversariis in posterum injecimus?

[77] Act. II, 4 sqq.

(68) Ὅ τις. In nonnullis, ὥς τις. « Democritum » intelligit.

(69) Φρενῶν. Reg. bm, φρενός.

(70) Πρεσβυτέρων ἐμπρησμούς. Alludit ad 80 presbyteros, quos Valens imperator Nicomediæ navi impositos in medio mari crudeliter exussit.

(71) Βεβηλωμένους. Or. 2, βεβηλουμένους.

(72) Ἐρήμων. Plures Regg., plures Colb. et Or. 2 ἐρημιῶν.

(73) Βασιλέας ὑβριζομένους, etc. Hæc de Theodosio intelligit Nicetas. « Pertulimus, » inquit, « Valentem, qui adversus nos aliquid edixerat... Gravissimum autem et maxime calamitosum est ferre imperatorem contumelia affectum. » Et certe, Catholici ac Gregorius ipse, quamvis Theodosii ipsiusque edictorum auctoritate et patrocinio futi, gravia tamen ac plurima mala ab hæreticis pertulerant.

(74) Ἀδικούντων. In quibusdam, ἀντιδίκων, « adversariorum. »

(75) Καὶ διὰ τοῦτο, etc. Quidam e Catholicis Gregorio objiciebant, quod, Theodosii favore protectus, acceptas ab hæreticis injurias non ulciscereatur.

(76) Καὶ. Reg. bm, κἄν.

Digitized by Google

XXIV. Quin hæc quoque fortasse nobis exprobraverint (jam enim exprobrarunt); quod nec lauta et opipara mensa, nec magnifica veste utimur, nec splendide in publicum prodimus, nec eos, qui nos adeunt, graviter ac fastuose excipimus. Nesciebam scilicet, nobis cum consulibus, et præfectis, clarissimisque belli ducibus, qui tot opibus copiisque circumfluunt, ut, quo sua projiciant, non habeant, æmulationem et certamen esse; illudque oportere, ut et nobis, pauperum bonis ad luxum et delicias abutentibus, venter undique comprimatur, et necessaria in res superfluas effundantur, atque altaria ipsa ructibus nostris contaminentur. Nesciebam, nos equis insignibus et lascivis ferri, sellisque et curribus magnifice attolli, ac cum fastu et pompa deduci, velutque blanda manu demulceri oportere, atque omnes nobis, perinde ac belluis, de via decedere, et in utramque viæ partem scindi ac distrahi, aut etiam tantam præeuntium turbam esse, ut procul incessus noster magnificus appareat. Si hæc gravia vobis et acerba fuere', præterierunt: hanc injuriam mihi condonate. Antistitem alium, qui multitudini placeat, create: mihi autem date solitudinem, et rusticitatem, et Deum, cui soli etiam per tenuem victum cultumque placebimus. At grave est concionibus, et cœtibus, et publicis conventibus, et plausibus his, a quibus quasi pennis in sublime ferimur, et familiaribus, et amicis, et honoribus, et urbis pulchritudine ac magnitudine, et hoc denique fulgore, qui eos, qui hæc intuentur, nec oculorum aciem intro collectam habent, circumfundit et illuminat, privari. Verum hoc mihi minus grave fuerit, quam si diutius in tumultu versser, ac civilis vitæ turbis et fervoribus commaculer, atque ad vulgi mores meipsum inflectere necesse habeam. Non enim sacerdotes, sed rhetores quærunt; nec animarum dispensatores, sed pecuniarum custodes; nec puros sacrificos, sed fortes ac robustos defensores. Nonnihil eos excusabo: sic eos erudivimus, qui omnibus omnia efficimur [76], haud scio utrum, ut omnes **766** salvos faciamus, an ut perdamus.

A

B

C

XXV. Quid dicitis? Num vos his verbis permovemus, ac victoriam obtinuimus? An potius ad vestros animos inflectendos validior nobis adhibenda est oratio? Vos ergo per Trinitatem ipsam, quam nos colimus, et vos colitis, per communem nostram spem, atque hujus populi coagmentationem obtéstor: hoc mihi beneficium date: cum precibus me dimittite: hoc mihi sit dimicationis præconium: missionis libellum mihi date, quemadmodum imperatores militibus solent; ac, si quidem vestra voluntas tulerit, cum fausto et præclaro elogio et testi-

D

ΚΔ'. Τάχα δ' ἂν καὶ ταῦτα ἡμῖν ὀνειδίσαιεν (καὶ γὰρ ὠνειδίκασι)· τὸ δὲ τῆς τραπέζης φιλότιμον (77), τὸ δὲ τῆς ἐσθῆτος αἰδέσιμον, αἱ δὲ πρόοδοι, τὸ δὲ σοβαρὸν πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας. Ἠγνόουν γάρ, ὅτι πρὸς ὑπάτους ἡμῖν καὶ ὑπάρχους ἡ ἄμιλλα, καὶ στρατηγῶν τοὺς εὐδοκιμωτάτους, οἳ μὴ ἔχουσιν (78), ὅποι τὰ ἑαυτῶν ῥίψουσι (79). Καὶ δεῖ περιστένειν μὲν ἡμῖν τὴν γαστέρα κατατρυφῶσι τῶν πτωχικῶν (80), ὡς δὲ εἰς τὰ περιττὰ κεχρῆσθαι τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τῶν θυσιαστηρίων κατερεύγεσθαι. Ἵπποις δὲ φέρεσθαι τρυφεροῖς, καὶ δίφρων ὑπεραίρεσθαι περιλάμπρως, προπομπεύεσθαί τε καὶ περιποππύζεσθαι, καὶ πάντας ὑποχωρεῖν ἡμῖν, ὥσπερ θηρίοις, καὶ περισχίζεσθαι, ἢ καὶ πόρρωθεν εἶναι δήλους ἐπερχομένους. Εἰ ταῦτα δεινὰ γέγονε, παρελήλυθε· χαρίσασθέ (81) μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. Ἄλλον προστήσασθε (82) τὸν ἀρέσοντα τοῖς πολλοῖς· ἐμοὶ δὲ δότε (83) τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὸν Θεὸν, ᾧ μόνῳ, καὶ διὰ τῆς εὐτελείας, ἀρέσομεν (84). Δεινὸν, εἰ στερησόμεθα λόγων, καὶ συλλόγων, καὶ πανηγύρεων, καὶ τῶν κρότων τούτων ὑφ' ὧν πτεροῦμεθα, καὶ οἰκείων, καὶ φίλων, καὶ τιμῶν, καὶ κάλλους πόλεως καὶ μεγέθους, καὶ τῆς πανταχόθεν περιλαμπούσης ἀστραπῆς (85) τοὺς πρὸς αὐτὰ βλέποντας, ἀλλὰ μὴ εἴσω συννενευκότας· ἀλλ' οὔπω τοσοῦτον ὅσον (86) εἰ θορυβήσομαι καὶ χρανθήσομαι τοῖς ἐν μέσῳ ταράχοις καὶ βράσμασι, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς πολλοὺς μετακλίσεσιν. Οὐ γὰρ ζητοῦσιν ἱερεῖς, ἀλλὰ ῥήτορας· οὐδὲ ψυχῶν οἰκονόμους, ἀλλὰ χρημάτων φύλακας· οὐδὲ θύτας καθαροὺς, ἀλλὰ προστάτας ἰσχυρούς. Ἀπολογήσομαί τι περὶ αὐτῶν· οὕτως ἡμεῖς αὐτοὺς ἐπαιδεύσαμεν, οἳ πᾶσι πάντα γινόμεθα, οὐκ οἶδα πότερον, ἵνα σώσωμεν πάντας, ἢ ἀπωλέσωμεν.

ΚΕ'. Τί φατε; Πείσομεν ὑμᾶς τοῖς λόγοις τούτοις, καὶ νενικήκαμεν; Ἦδεῖ καὶ στερρότερων λόγων ἡμῖν πρὸς τὸ πείθειν; Ναὶ, πρὸς τῆς Τριάδος αὐτῆς, ἣν πρεσβεύομεν καὶ πρεσβεύετε, πρὸς τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐλπίδος, καὶ τῆς τοῦ λαοῦ τοῦδε (87) συμπήξεως, δότε μοι τὴν χάριν ταύτην· μετὰ εὐχῶν ἡμᾶς ἀποπέμψατε· αὕτη γενέσθω μοι τῆς ἀθλήσεως ἡ ἀνάῤῥησις· δότε μοι (88) τὸ γράμμα τῆς ἀφέσεως, ὥσπερ τοῖς στρατιωτικοῖς οἱ βασιλεῖς· καὶ, εἰ βούλεσθε, μετὰ δεξιᾶς τῆς μαρτυρίας, ἵν' ἔχω τὸ ἐπιτίμιον· εἰ δὲ μὴ, ὅπως βούλεσθε· οὐδὲν περὶ τούτου διοίσο-

[76] I Cor. IX, 22.

(77) *Τραπέζης φιλότιμον.* Familiaris Gregorio hæc ironia.
(78) *Ἔχουσι.* Reg. ph et Coisl. 1, ἔχωσι.
(79) *Ῥίψουσι.* Duo Coisl. et Or. 2, ῥίψωσι.
(80) *Κατατρυφῶσι τῶν πτωχικῶν.* Coisl. 2, καὶ κατατρυφῶσι τῶν ψυχικῶν, « spiritualibus bonis. »
(81) *Χαρίσασθε.* Or. 2, χαρίσασθαι.
(82) *Προστήσασθε.* In quibusdam, προστήσασθαι.
(83) *Ἐμοὶ δὲ δότε.* Sic Coisl. 2, etc. Deest δότε in ed.
(84) *Ἀρέσομεν.* Reg. bm et Comb., ἀρέσομαι.
(85) *Ἀστραπῆς.* Regg. bm et ph addunt, καὶ φωτιζούσης, « coruscante fulgore. »
(86) *Ὅσον.* Deest in nonnullis codd.
(87) *Τοῦδε.* Coisl. 2 addit, ἡμῶν.
(88) *Μοι.* Deest in Reg. bm.

Digitized by Google

μαι, ἕως ἂν Θεὸς ᾖδῃ (89) τὰ ἡμέτερα ὅπως ἂν ἔχῃ. Τίνα οὖν ἀντεισάξομεν; Ὄψεται ἑαυτῷ Κύριος ποιμένα εἰς προστασίαν, ὡς πρόβατον εἶδεν εἰς ὁλοκάρπωσιν. Ἓν τοῦτο (90) ἐπιζητῶ μόνον, τῶν φθονουμένων (91) ἔστω τις, μὴ τῶν ἐλεουμένων· μὴ τῶν πάντα (92) πᾶσι χαριζομένων, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ προσκρούειν εἰδότων ὑπὲρ τοῦ βελτίονος· τὸ μὲν γὰρ ἐνταῦθα ἡδιστον, τὸ δὲ ἐκεῖθεν λυσιτελέστατον. Ὑμεῖς μὲν οὖν τοὺς προπεμπτηρίους (93) ἡμῖν μελετήσατε λόγους· ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀποδώσω τὸν συντακτήριον (94).

monio, ut honori meo consulatur; sin minus, utcunque vobis collibuerit: nihil ea re altercabor, quandiu Deus rerum nostrarum statum inspectabit. Dicet aliquis: Quem igitur tibi substituemus? Videbit sibi Dominus pastorem ad præfecturam, quemadmodum ovem vidit ad holocaustum. Hoc unum requiro, ut talis sit, qui æmulationem, non miserationem provocet; qui non in omnibus rebus cunctis obsequatur, sed qui in quibusdam etiam ob recti studium in hominum offensionem incurrat. Alterum enim in præsens jucundissimum est; alterum in posterum utilissimum. At vos quidem orationes discessui meo congruentes parate; ego autem his verbis extremum vos salutabo.

ΚΖ'. Χαίροις, Ἀναστασία μοι τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμε. Σὺ γὰρ τὸν λόγον ἡμῖν ἐξανέστησας ἔτι καταφρονούμενον· τὸ τῆς κοινῆς νίκης χωρίον, ἡ νέα Σηλὼμ (95), ἐν ᾗ πρῶτον τὴν σκηνὴν ἐπήξαμεν, τεσσαράκοντα ἔτη περιφερομένην (96) ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ πλανωμένην (97). Σύ τε ὁ μέγας ναὸς οὗτος καὶ περιβόητος, ἡ νέα κληρονομία (98), τὸ νῦν μέγας εἶναι παρὰ τοῦ Λόγου λαβὼν (99), ὃν Ἰεβοῦς πρότερον ὄντα, Ἱερουσαλὴμ πεποιήκαμεν· ὑμεῖς τε ὅσοι μετὰ τοῦτον εὐθὺς τοῖς κάλλεσιν, ἄλλος ἄλλο τι τῆς πόλεως μέρος διειληφότες, ὥσπερ σύνδεσμοί τινες καὶ τὸ γειτονοῦν (1) οἰκειούμενοι· οὓς μετὰ τῆς ἀσθενείας ταύτης, οὐχ ἡμεῖς, ἡ χάρις δὲ σὺν ἡμῖν ἐπλήρωσε τοῖς ἀπεγνωσμένοις. Χαίρετε, ἀπόστολοι (2), ἡ καλὴ μετοικία, οἱ ἐμοὶ διδάσκαλοι τῆς ἀθλήσεως, εἰ καὶ μὴ πολλάκις ὑμῖν ἐπανηγύρισα, ἴσως τὸν τοῦ ὑμετέρου Παύλου Σατᾶν (3) περιφέρων ἐν τῷ (4) σώματι πρὸς τὸ συμφέρον, δι' ὃν νῦν ὑμῶν ἀποικίζομαι. Χαῖρέ μοι, ὦ καθέδρα, τὸ ἐπίφθονον ὕψος τοῦτο καὶ ἐπικίνδυνον, ἀρχιερέων συνέδριον, ἱερέων αἰδοῖ καὶ χρόνῳ τετιμημένον (5), ὅσον τε ἄλλο περὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν λειτουργικὸν Θεοῦ, καὶ ἐγγίζον Θεῷ τῷ ἐγγίζοντι. Χαίρετε, Ναζαραίων (6) χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία, χηρῶν, ὀρφανῶν συστήματα, πτωχῶν ὀφθαλμοί, πρὸς Θεὸν καὶ πρὸς ἡμᾶς βλέποντες. Χαίρετε, οἶκοι φιλόξενοι (7) καὶ

XXVI. Vale, Anastasia, nomen a pietate habens. Tu enim nobis fidei doctrinam, quæ adhuc contemptui erat, excitasti. Vale, inquam, communis victoriæ sedes, nova Silo [79], in qua primum arcam fiximus, quadraginta annis in deserto circumactam incertisque sedibus vagantem. Vale tu quoque, o magnum hoc et nobile templum, nova hæreditas, quod magnitudinem, quam nunc habes, a Verbo suscepisti, quodque nos, cum prius Jebus esses, Jerusalem effecimus. Valete vos etiam, aliæ sacræ ædes, huic dignitate proximæ, alia aliam quamdam urbis partem complectentes, quasi vincula quædam et compages, propinqua etiam loca connectentes; quas cum hac corporis imbecillitate, non nos, sed Dei gratia **767** nobiscum [80], qui pro perditis ac desperatis habebamur, implevit. Valete, apostoli, præclara colonia, certaminis mei magistri, etsi minus sæpe festa vestra celebravi, fortasse Pauli vestri Satanam [81] ad utilitatem meam in corpore circumferens, ob quem nunc a vobis abscedo. Vale, cathedra, invidiosum hoc et periculosum fastigium, pontificum concilium, sacerdotum non minus majestate quam ætate ornatum, et quicunque tandem alii circa sacrosanctam mensam Deo ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis. Valete, Nazaræorum chori, psalmodiarum concentus, nocturnæ stationes, virginum sanctimonia, mulie-

[79] Jos. XVIII, 1. [80] I Cor. XV, 10. [81] II Cor. XII, 7.

(89) *Θεὸς ᾖδῃ*. In quibusdam, εἴδῃ Θεός.

(90) *Ἓν τοῦτο*. « Hoc unum. » Sic Regg. et Colb. plures, Coisl. 2, etc. In ed., Ἂν τοῦτο.

(91) *Τῶν φθονουμένων*, etc. Id est, « qui virtutibus æmulationem, non autem vitiis miserationem provocet. »

(92) *Μὴ τῶν πάντα*. Sic quinque Regg. et Or. 2. Deest τῶν in edit.

(93) *Προπεμπτηρίους*. Hi sunt sermones, quibus hominem discedentem aut discessurum prosequimur.

(94) *Συντακτήριον*. Sic sermo discedentis apellatur. Dicitur etiam ἀποχαιρετικός, ut qui extremum vale dicit.

(95) *Ἡ νέα Σηλώμ*. Sic plerique codd. In ed., ἡ Σηλώμ. « aut Silo. »

(96) *Περιφερομένην*. Or. 2, φερομένην. Par., περιφρονουμένην.

(97) *Καὶ πλανωμένην*. Deest in Or. 2.

(98) *Νέα κληρονομία*. « Nova hæreditas. » Intelligitur magnum Sanctæ Sophiæ templum, quod per multos annos ab hæreticis occupatum fuerat, quodque Theodosius nonita pridem Catholicis restituerat.

(99) *Τὸ νῦν μέγας εἶναι παρὰ τοῦ Λόγου λαβών*. Bill. « Quod magnitudinem, quam nunc habes, ab orthodoxa doctrina suscepisti. » Hanc interpretationem mutuatus est ex Niceta, qui hunc locum sic exponit: Κυρίως μέγας ὑπάρχων, διὰ τὸν λόγον τῆς ὀρθοδοξίας. Verum arbitramur rectius, παρὰ τοῦ Λόγου, de « Verbo, » tum palam et libere prædicato, intelligi.

(1) *Τὸ γειτονοῦν*. Comb., τὰ γειτονοῦντα, « propinqua loca vobis adjungentes. »

(2) *Ἀπόστολοι*. Intelligit vel altare, vel templum in quod Constantius imperator sanctorum Andreæ, Lucæ et Timothei reliquias transtulerat. Vide Till. t. IX, p. 485.

(3) *Σατᾶν*. Nicetas exponit, σκόλοπα, « stimulum. » Billius intelligit episcoporum invidiam, quæ Gregorium excedere coegit.

(4) *Ἐν τῷ*. Sic sex Regg. et Par. Deest ἐν in ed.

(5) *Τετιμημένον*. Sic plures codd. In ed., τετιμημένων.

(6) *Ναζαραίων*. Quinque Regg., Or. 2 et Comb., Ναζιραίων. « Monachos » intelligit.

(7) *Οἶκοι φιλόξ*. In quibusdam, οἶκοι φιλόπτωχοι

Digitized by Google

rum modestia, viduarum et orphanorum cœtus, A pauperum oculi, in Deum et in nos intuentes. Valete, domus hospitales et Christi amantes, infirmitatisque meæ adjutrices. Valete, sermonum meorum amatores, et cursus, et concursiones, et styli, tam perspicui, quam occulti, atque hujus suggesti cancelli, a multitudine compressi hominum, audiendi studio sese mutuo protrudentium. Valete, imperatores, et palatia, omnesque imperatoris famuli et cubicularii: si quidem imperatori fideles, haudquaquam certum habeo; Deo autem magna ex parte infidi. Manibus plaudite, acute clamate, rhetorem vestrum in sublime tollite. Siluit vobis improba et loquax lingua; nec tamen omnino silebit. Pugnabit enim manu et atramento. Cæterum in præsentia consiluimus.

φιλόχριστοι, καὶ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας ἀντιλήπτορες. Χαίρετε, τῶν ἐμῶν λόγων ἐρασταὶ, καὶ δρόμοι, καὶ συνδρομαὶ (8), καὶ γραφίδες (9) φανεραὶ καὶ λανθάνουσαι, καὶ ἡ βιαζομένη κιγκλὶς, αὕτη τοῖς περὶ τὸν λόγον ὠθιζομένοις. Χαίρετε, ὦ βασιλεῖς, καὶ βασίλεια, ὅσον τε περὶ τὸν βασιλέα θεραπευτικὸν καὶ οἰκίδιον· εἰ μὲν καὶ βασιλεῖ πιστὸν, οὐκ οἶδα· Θεῷ δὲ τὸ πλεῖον ἄπιστον (10). Κροτήσατε χεῖρας, ὀξὺ βοήσατε, ἄρατε εἰς ὕψος τὸν ῥήτορα (11) ὑμῶν. Σεσίγηκεν ὑμῖν ἡ πονηρὰ γλῶσσα καὶ λάλος· οὐ μὴν σιγήσεται παντάπασιν (12)· μαχήσεται γὰρ (13) διὰ χειρὸς καὶ μέλανος· τὸ δ' οὖν παρὸν σεσιγήκαμεν.

XXVII. Vale, civitas magna, et Christi amore B prædita (vera enim testabor, etsi non secundum scientiam hic zelus est [82]; benigniores nos disjunctio reddidit). Ad veritatem accedite; ad meliorem frugem tandem aliquando vos convertite; Deum, amplius quam consuevistis, colite. Non turpe est sententiam mutare; sed in malo perseverare, funestum et exitiosum. Vale, Oriens et Occidens, pro quibus et a quibus oppugnamur; testis ille est, qui pacatos vos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur. **768** Non enim Dei quoque jacturam facient, qui thronis cesserint; sed supernam cathedram habebunt, his multo sublimiorem et tutiorem. Præter omnia et ante omnia clamabo: Valete, angeli, hujus Ecclesiæ præsides, meæque præsentiæ ac peregrinationis, si modo in manu Dei C res nostræ sunt. Vale, Trinitas, meditatio mea, et decus meum. His velim serveris, et hos serves, meum hunc populum (meus enim est, etiam si aliter gubernemur); atque audiam te quotidie, tum sermone, tum vita et moribus augeri, et in sublime attolli. Filioli, depositum, quæso, custodite [83]: memores estote lapidationum mearum [84]. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

ΚΖ'. Χαῖρε, ὦ μεγαλόπολι καὶ φιλόχριστε (μαρτυρήσω γὰρ τἀληθῆ, καὶ εἰ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν ὁ ζῆλος (14)· πεποίηκε χρηστοτέρους ἡμᾶς ἡ διάζευξις). Πρόσιτε τῇ ἀληθείᾳ· μετασκευάζεσθε ὀψὲ γοῦν· τιμήσατε Θεὸν (15), πλέον τῆς συνηθείας. Οὐχ ἡ μετάθεσις τὸ αἰσχρὸν ἔχει, ἀλλ' ἡ τοῦ κακοῦ τήρησις τὴν ἀπώλειαν. Χαίροις, Ἀνατολὴ καὶ Δύσις, ὑπὲρ ὧν, καὶ ὑφ' ὧν πολεμούμεθα· μάρτυς ὁ εἰρηνεύσων ὑμᾶς (16), ἂν ὀλίγοι μιμήσωνται τὴν ἐμὴν ὑποχώρησιν. Οὐ γὰρ καὶ τὸν Θεὸν ἀπολοῦσιν οἱ τῶν θρόνων παραχωρήσαντες, ἀλλ' ἕξουσι τὴν ἄνω καθέδραν, ἢ πολὺ τούτων ἐστὶν ὑψηλοτέρα τε καὶ ἀσφαλεστέρα. Ἐπὶ πᾶσί τε (17) καὶ πρὸ πάντων βοήσομαι· Χαίρετε, ἄγγελοι, τῆσδε τῆς Ἐκκλησίας ἔφοροι, καὶ τῆς ἐμῆς παρουσίας καὶ ἐκδημίας, εἴπερ ἐν χειρὶ Θεοῦ τὰ ἡμέτερα. Χαίρέ μοι, ὦ Τριὰς, τὸ ἐμὸν μελέτημα καὶ καλλώπισμα· καὶ σώζοιο τοῖσδε, καὶ σώζοις τούσδε, τὸν ἐμὸν λαὸν (ἐμὸς γὰρ, κἂν ἄλλως (18) οἰκονομώμεθα)· καὶ ἀγγέλοιό (19) μοι διαπαντὸς ὑψουμένη, καὶ αὐξουμένη, καὶ λόγῳ, καὶ πολιτείᾳ. Τεκνία, φυλάσσοιτέ μοι τὴν παρακαταθήκην· μέμνησθέ μου τῶν λιθασμῶν. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

[82] Rom. x, 2. [83] 1 Tim. vi, 20. [84] Coloss. iv, 18.

καὶ φιλόξενοι, « domus pauperum et hospitales. »

(8) *Συνδρομαί.* Reg. bm, συνδρομοί.

(9) *Γραφίδες.* « Styli, graphia, » non « calami, » ut vertit Bill., qui hisce temporibus nondum erant in usu; sed in cereis tabulis styli vel graphii ope scribebant.

(10) *Ἄπιστον.* Eunuchos significat, qui magna ex D parte Ariano et Macedoniano errore infecti erant. Unde subjungit, ὀξὺ βοήσατε, « acute clamate. »

(11) *Ῥήτορα.* Intelligit propugnatorem erroris.

(12) *Παντάπασιν.* Deest in nonnullis. In aliis, παντελῶς.

(13) *Γάρ.* Reg. ph addit, καί

(14) *Ζῆλος* « Zelus » nimirum injurias ulciscendi.

(15) *Θεόν.* Regg. bm et ph, τὸν Θεόν.

(16) *Ὑμᾶς.* Sic plures Regg., Coisl. 2 et Or. 2. In ed., ἡμᾶς. Videtur hic Gregorius alludere ad schisma Antiochenæ Ecclesiæ, Meletii morte renovatum. Vide Monitum n. 1. Idcirco ait Theologus, « Orientem et Occidentem pacatos fore, si nonnulli secessionem suam imitarentur. » Magna siquidem fuit inter præsules de hujus Ecclesiæ episcopatu contentio; ac demum, post Gregorii discessum, concilii Patres Flavianum Meletii loco in Antiochena sede collocarunt.

(17) *Πᾶσί τε.* Deest τε in Reg. ph et Or. 2.

(18) *Ἄλλως.* Reg. bm, ἄλλος.

(19) *Ἀγγέλοιο.* Reg. bm, ἀγγέλλοις.

Digitized by Google

769 MONITUM IN ORATIONEM XLIII.

I. Basilius Magnus, cujus virtutes ac pretiosa mors in hac funebri oratione celebrantur, jam, juxta probabiliorem sententiam, Cæsareæ obierat Kalendis Januarii anni 379. Interea Gregorius Constantinopolim, ut periclitanti fidei patrocinaretur, accitus, tunc debitum pietatis et amicitiæ tributum tam charo capiti minime solvere potuit. Ut autem primum ex urbe Constantinopoli discedendi licentiam obtinuit, Nazianzum revertitur. « Non multo post, » ut optime observat doctissimus Tillemontius [20], « Cæsaream venit, » ut sacros amici cineres suis irrigaret lacrymis, ac publice ipsius laudes flebili oratione prosequeretur.

II. « Illustris est, inquit Billius [21], hæc oratio, ac princeps inter eas quæ in demonstrativo genere versantur. In ea enim, tanquam optimi artifices in pulcherrima materia, omnes ingenii et industriæ vires effudisse videtur, perspicuumque omnibus facere voluisse, quantas secum opes ex Ægypto ad terram sanctam deportasset. » Hanc eruditissimi viri opinionem libenti animo amplectimur. Etenim, quoquo modo inspiciatur hæc oratio, cæteris nullatenus inferior reperietur. In ea quippe Basilii vitam, historica quidem, sed ornatissima serie percurrit Theologus. Undequaque nativos pietatis et eloquentiæ flores ità profuse spargit, ut simul, et amici tumulum exornare, et remotissimæ posteritati Basilii nomen consecrare videatur.

III. Cæterum, nullo modo culpandus Gregorius, si quasdam huic charitatis officio moras attulerit, cum, ut ipse loquitur (n. 2), « pulchre coacti, nec sine Dei numine forsan peregre profecti, in veræ doctrinæ periclitantis negotio interim occupati fuerimus. » Quam excusationem ipsimet Basilio in cœlis probandam sibi pollicetur; quippe qui, cum nihil « nisi veritatem, nisi salutarem doctrinam spiraverit, » eam periclitantem defendi potius malit, quam se funebri oratione ab amico celebrari. Hinc non immerito censent eruditi, hanc orationem dictam fuisse post ipsius e Constantinopolitana sede abdicationem, in celeberrima Cæsariensis ecclesiæ concione, mense Augusto vel Septembri anni 381.

(20) T. IX, p. 511. (21) *Arg. hujus Or.*

ΛΟΓΟΣ ΜΓ'.

Εἰς τὸν μέγαν (22) *Βασίλειον, ἐπίσκοπον Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐπιτάφιος.*

Α'. Ἐμελλεν ἄρα (23), πολλὰς ἡμῖν ὑποθέσεις τῶν λόγων ἀεὶ προτιθεὶς (24) ὁ μέγας Βασίλειος (καὶ γὰρ ἐφιλοτιμεῖτο τοῖς ἐμοῖς λόγοις, ὡς οὔπω τοῖς ἑαυτοῦ τῶν πάντων οὐδεὶς), ἑαυτὸν νῦν ἡμῖν (25) προθήσειν, ὑπόθεσιν ἀγώνων μεγίστην τοῖς περὶ λόγους (26) ἐσπουδακόσιν. Οἶμαι γὰρ, εἴ τις τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως πεῖραν ποιούμενος, ἔπειτα πρὸς μέτρον κρῖναι ταύτην θελήσειε, μίαν ἐκ πασῶν ὑπόθεσιν προστησάμενος, καθάπερ οἱ ζωγράφοι τοὺς ἀρχετύπους πίνακας, ταύτην ἂν ὑφελὼν μόνην, ὡς λόγου κρεῖττονα, τῶν ἄλλων ἐλέσθαι τὴν πρώτην. Τοσοῦτον ἔργον ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐφημία, μὴ ὅτι γε ἡμῖν τοῖς πάλαι πᾶν τὸ φιλότιμον καταλύσασιν· ἀλλὰ καὶ οἷς βίος ἐστὶν ὁ λόγος, ἐν τοῦτο ἐσπουδακόσι καὶ μόνον, ταῖς τοιαύταις (27) ἐνευδοκιμεῖν ὑποθέσεσιν. Ἔχω μὲν οὕτω

A **770** *Funebris oratio in laudem Basilii Magni Cæsareæ in Cappadociæ episcopi* [a].

I. Hoc profecto supererat, ut, cum magnus ille Basilius multa nobis orationum argumenta proposuisset (sic enim meis orationibus gloriabatur, ut nemo unquam omnium perinde suis), seipsum nunc nobis proponeret, argumentum certaminum omnium maximum, iis, qui litteris et eloquentiæ operam dederunt. Nam existimo, si quis suam in dicendo facultatem experiri, eamque postea velut ad normam exigere vellet, materiam unam ex omnibus sibi proponens, quemadmodum pictores eas tabulas, ex quibus exempla petunt, eum, hac sola submota, velut oratoriam omnem vim superante, cæterarum primam quamque delecturum. Tam arduum opus
B est hujus viri encomium, non nobis solum, qui jam olim omne gloriæ studium deposuimus; verum

[a] Alias 20. Quæ autem 43 erat, nunc 44. — Habita Cæsareæ circa mensem Augustum vel Septembrem anni 381.

(22) *Εἰς τὸν μέγαν*, etc. Sic plures codices. In quibusdam, εἰς τὸν ἅγιον, etc. In aliis, sicut in editis, desunt τὸν μέγαν, et, τὸν ἅγιον.

(23) *Ἐμελλεν ἄρα.* Ita prorsus Lucianus in philosophi Demonactis laudem exorsus : Ἐμελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος, etc. Unde Muretus, penultimo variarum lectionum libro, ait : « Fortasse a vero non longe aberraturus sit, si quis sanctissimum eumdemque eloquentissimum virum a summe impio, sed culto tamen ac polito scriptore aliquid sumpsisse credat. »

(24) *Προτιθεὶς.* Regg. a, c, d, προθεὶς.

(25) *Ἡμῖν.* Sic Regg. a, c, d, bm, etc. Deest in edit.

(26) *Περὶ λόγους.* Pass., περὶ λόγων.

(27) *Ταῖς τοιαύταις.* In nonnullis, τὰ τοιαύταις.

Digitized by Google

etiam illis, quibus vita est oratio, quique etiam in id unum operam suam contulerunt, ut hujusmodi argumentis, nominis sui famam celebrent. Hac de re quidem sic existimo, et, ut mihi persuadeo, admodum recte. Cæterum nescio, qua tandem alia in re sermonibus uti queam, si nunc iis minime usus fuero; aut quid ipse gratius facere possim, vel mihi, vel iis qui virtutem laudibus efferunt, vel ipsis denique sermonibus, quam si hujus viri laudes prædicem. Ita enim me primum ipse velut ære quodam alieno utcunque liberavero. Debetur quippe, ut si quid aliud, viris, cum cætera egregiis, tum in dicendo copiosis, oratio. Deinde, illos simul, et voluptate afficiet hic sermo, et ad virtutis studium exstimulabit. Quarum enim rerum laudes novi, earum quoque haud dubie incrementa explorata habeo; nec quidquam omnino est, quod non hac ratione augeatur. Postremo, quod ad sermones attinet, utrovis modo res præclare se habitura est. Nam si ad ipsius dignitatem et meritum propius accesserint, vim suam et **771** facultatem ostendent; sin autem ab illius præstantia longe abfuerint (quod omnino iis, qui eum laudare instituerint, accidere necesse est), re ipsa se succubuisse declarabunt, eumque de cujus laudibus agitur, omnem vim orationis superare.

II. Hæc quidem sunt, quæ me ad dicendum, et ad suscipiendum hoc certamen impulerunt. Quod si multo serius, quam tempus postulabat, ac post tot alios, qui res illius privatim publiceque laudibus ornarunt, ad hoc munus accessi, nemini mirum videatur. Verum ignoscat mihi, velim, divina anima, mihique, et nunc, et ante veneranda. Quemadmodum autem omnino, cum apud nos ageret, multa mea errata pro amicitiæ jure ac præstantiori lege corrigebat (non enim dicere vereor, quod cunctis esset lex et norma virtutis); sic nunc quoque supra nos positus, facilem se mihi ac exorabilem præbebit. Ignoscant etiam, quæso, quicunque ex vobis ferventiores illius laudatores sunt; si qui tamen alii aliis ferventiores sunt, ac non potius omnes hac una in re, hoc est, in ipsius laude et prædicatione, pares sumus. Non enim negligentia et contemptu officium prætermisimus; absit enim, ut aut virtutem, aut amicitiæ officium usque adeo negligamus, nec quod hoc laudationis munus cuiquam alii potius, quam nobis convenire arbitremur. Sed primum, ut verum fatear, sermonem habere detrectabam, quemadmodum qui ad sacra accedunt, priusquam vocem animumque perpurgassem.

(28) *Μᾶλλον ἤ.* Sic Regg. bm, ph, Pass., etc. Deest ἤ in ed.

(29) *Ἀρετῆς.* Comb., τῆς ἀρετῆς.

(30) *Ὧν γὰρ τοὺς ἐπαίνους*, etc. Obscura profecto sententia. Hanc Nicetas sic exponit : « Quarum rerum laudes celebrantur, eas quoque progressum et incrementum accipere compertum habeo. In nulla igitur re ex omnibus aliter accidit, quin incrementum, ex eo quod laudetur, accipiat. » Conjicimus Gregorium hic indicare, quod, quo magis quidquam, sive virtus, sive vitium, sive alia res, laudatur, eo magis ipsius amor et desiderium in auditorum animis infigatur. Unde generatim dicendum, quod quidquid laudatur, ipsa laudatione, incrementa accipere necesse sit.

(31) *Κρεῖττον.* Regg. a, c, d, sex Colb., Chrys., etc., κρείττω.

περὶ τούτων, καὶ, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, λίαν ὀρθῶς. Οὐκ οἶδα δὲ, εἰς ὅ τι ἂν ἄλλο χρησαίμην τοῖς λόγοις, μὴ νῦν χρησάμενος· ἢ ὅ τί ποτ' ἂν μᾶλλον ἢ (28) ἐμαυτῷ χαρισαίμην, ἢ τοῖς ἀρετῆς (29) ἐπαινέταις, ἢ τοῖς λόγοις αὐτοῖς, ἢ τὸν ἄνδρα τοῦτον θαυμάσας. Ἐμοί τε γὰρ ἔσται τοῦτο χρέος ἱκανῶς ἀφωσιωμένον. Χρέος δὲ, εἴπερ ἄλλο τι, τοῖς ἀγαθοῖς τά τε ἄλλα καὶ περὶ τὸν λόγον, ὁ λόγος. Ἐκείνοις θ' ἅμα μὲν ἡδονὴ γένοιτο, καὶ ἅμα παράκλησις εἰς ἀρετὴν, ὁ λόγος. Ὧν γὰρ τοὺς ἐπαίνους (30) οἶδα, τούτων σαφῶς καὶ τὰς ἐπιδόσεις· ἐπ' οὐδενὸς οὖν τῶν ἁπάντων, οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ οὐχὶ τῶν ἁπάντων. Τοῖς τε λόγοις αὐτοῖς ἀμφοτέρωθεν ἂν ἔχοι τὸ πρᾶγμα καλῶς. Εἰ μὲν ἐγγὺς ἔλθοιεν τῆς ἀξίας, τὴν ἑαυτῶν ἐπιδεδειγμένοις δύναμιν· εἰ δὲ πλεῖστον ἀπολειφθεῖεν (ὃ πᾶσα πάθειν ἀνάγκη τοῖς ἐκείνου ἐγκωμιάζουσιν), ἔργῳ δεδηλωκόσι τὴν ἧτταν, καὶ τὸ κρεῖττον (31) ἢ κατὰ λόγου δύναμιν εἶναι τὸν εὐφημούμενον.

Β'. Ἃ μὲν οὖν πεποίηκέ μοι τὸν λόγον, καὶ δι' ἃ τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐνεστησάμην, ταῦτά ἐστιν. Εἰ δὲ τοσοῦτον ἀπήντηκα τοῦ καιροῦ δεύτερος, καὶ μετὰ τοσούτους ἐπαινέτας, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὰ ἐκείνου σεμνύναντας (32), μηδεὶς θαυμαζέτω. Ἀλλὰ συγγινωσκέτω μὲν ἡ θεία ἡ ψυχὴ, καὶ πάντ' ἐμοὶ σεβασμία καὶ νῦν καὶ πρότερον. Πάντως δὲ ὡς σὺν ἡμῖν ὢν, ἐπηνώρθου πολλὰ τῶν ἐμῶν, ὅρῳ τε φιλίας καὶ νόμῳ κρείττονι (οὐ γὰρ αἰσχύνομαι τοῦτο λέγειν, ὅτι καὶ πᾶσι νόμος ἦν ἀρετῆς)· οὕτω καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς γενόμενος, συγγνώμων ἔσται τοῖς ἡμετέροις. Συγγινωσκέτωσαν δὲ καὶ ὑμῶν ὅσοι θερμότεροι τοῦ ἀνδρὸς ἐπαινέται· εἴπερ τίς ἐστιν ἄλλου (33) θερμότερος, ἀλλὰ μὴ τοῦτο μόνον πάντες ὁμότιμοι τὴν τοῦ ἀνδρὸς εὐφημίαν. Ὑὸ γὰρ ὀλιγωρίᾳ (34) τὸ εἰκὸς ἐνελίπομεν (35)· μή ποτε τοσοῦτον ἀμελήσαιμεν (36), ἢ ἀρετῆς, ἢ τοῦ φιλικοῦ καθήκοντος· οὐδὲ τῷ νομίζειν ἄλλοις μᾶλλον ἡμῶν προσήκειν τὸν ἔπαινον. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὤκνουν τὸν λόγον, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, ὥσπερ οἱ τοῖς ἱεροῖς (37) προσιόντες, πρὶν καθαρθῆναι καὶ φωνὴν καὶ διάνοιαν. Ἔπειτα, οὐκ ἀγνοοῦντας μὲν, ὑπομνήσω δ' οὖν ὅμως, ὧν μεταξὺ (38) περὶ τὸν ἀληθῆ λόγον ἠσχολήμεθα κινδυνεύοντα, καλῶς βιασθέντες, καὶ κατὰ Θεὸν ἴσως ἐκ-

(32) *Σεμνύναντας.* Reg. a et Comb., σεμνύνοντας.

(33) *Ἄλλου.* Comb., ἄλλος ἄλλου.

(34) *Ὀλιγωρίᾳ.* In quibusdam, ῥᾳθυμίᾳ.

(35) *Ἐνελίπομεν.* Sic Or. 2. In ed., ἐνελείπομεν.

(36) *Ἀμελήσαιμεν.* Reg. c, ἀμελησαίμην.

(37) *Οἱ τοῖς ἱεροῖς.* « Qui ad templa accedunt. » Apud Orientales, ad sacrarum ædium porticus, fontes et phialæ præsto erant, ut accedentes possent sordes extergere.

(38) *Ὧν μεταξύ.* Schol. Ἔοικε τὸν παρόντα λόγον, μετὰ τὸ κατελθεῖν ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἐκδεδωκέναι· « Videtur hanc orationem, postquam Constantinopolim reliquit, edidisse. »

Digitized by Google

δημοι γεγονότες, καὶ οὐδ' ἀπὸ γνώμης ἐκείνῳ τῷ γενναίῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ, καὶ μηδὲν ἕτερον ἀναπνεύσαντι, ὅτι μὴ λόγον εὐσεβῆ καὶ κόσμου παντὸς σωτήριον. Τὰ γὰρ τοῦ σώματος ἴσως οὐδὲ θαρρῆσαι χρὴ λέγειν ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ ὑπὲρ τὸ σῶμα, πρὶν ἐνθένδε μεταναστῇ (39), καὶ μηδὲν ἀξιοῦντι τῶν τῆς ψυχῆς καλῶν ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ (40) παραβλάπτεσθαι. Τὰ μὲν δὴ τῆς ἀπολογίας ἐνταῦθα κείσθω. Καὶ γὰρ οὐδὲ μακροτέρας οἶμαι ταύτης δεήσειν ἡμῖν, πρὸς ἐκεῖνόν γε ποιουμένοις τὸν λόγον (41), καὶ τοὺς εἰδότας σαφῶς τὰ ἡμέτερα. Ἤδη δὲ πρὸς αὐτὴν ἡμῖν ἰτέον τὴν εὐφημίαν, αὐτὸν προστησαμένοις (42) τοῦ λόγου τὸν ἐκείνου θεόν· μὴ καθυβρίσαι τὸν ἄνδρα τοῖς ἐγκωμίοις, μηδὲ πολὺ δεύτερον τῶν ἄλλων ἐλθεῖν· κἂν ἐκείνου πάντες ἴσον ἀπολειπώμεθα, καθάπερ οὐρανοῦ καὶ ἡλιακῆς ἀκτῖνος, οἱ πρὸς αὐτὰ βλέποντες.

A Deinde, tametsi enim id non ignoretis, in memoriam tamen vobis revocabo, in veræ doctrinæ periclitantis negotio interim occupati fuimus, pulchre coacti, nec sine Dei numine fortasse peregre profecti, nec præter voluntatem ac consilium eximii illius veritatis propugnatoris, quique nil unquam aliud quam piam orbique universo salutarem doctrinam spiravit. Nam de corporis mei imbecillitate forsan ne sermonem quidem facere audendum est, ad strenuum virum, corporeque, etiam antequam hinc migraret, sublimiorem, ac illud asserentem, nihil ex animæ bonis a vinculo impediri. Atque hic excusatio nostra finem habeat. Neque enim longiore alia mihi opus fore arbitror, cum sim duntaxat apud eum, ceterosque, quibus res nostræ probe B cognitæ sunt et exploratæ, locuturus. Jam igitur ad laudationem nobis accedendum **772** est, illius Deum orationi nostræ præficientibus; ne nostris laudibus huic viro dedecus inferamus, ab iisque, qui jam in hoc argumento versati sunt, longo intervallo prætereamur; quanquam fortasse omnes ab illo pari intervallo distemus, non secus atque a cœlo solisque radiis, qui ea contuentur.

Γ'. Εἰ μὲν οὖν ἐώρων αὐτὸν γένει καὶ τοῖς ἐκ γένους φιλοτιμούμενον, ἢ τινι τῶν μικρῶν ὅλως, καὶ οἷς οἱ χαμαὶ βλέποντες (43), ἄλλος ἂν ἡρώων ὤφθη κατάλογος. Ὅσα τῶν ὑπὲρ ἐκεῖνον τοῖς χρόνοις ἐκείνῳ συνεισενεγκεῖν (44) εἴχομεν! Καὶ οὐδ' ἂν ταῖς ἱστορίαις παρήκαμεν ἔχειν τι πλέον ἡμῶν· ἐκεῖνό γε πλέον ἔχοντες πάντως, τὸ μὴ πλάσμασι, μηδὲ μύθοις, αὐτοῖς δὲ τοῖς πράγμασι καλλωπίζεσθαι, καὶ ὧν πολλοὶ μάρτυρες. Πολλὰ μὲν γὰρ ὁ Πόντος ἡμῖν ἐκ τοῦ πατρὸς προβάλλει τὰ διηγήματα, καὶ οὐδενὸς C ἐλάττω τῶν πάλαι περὶ αὐτὸν θαυμάτων, ὧν πλήρης (45) πᾶσα συγγραφή τε καὶ ποίησις· πολλὰ δὲ τὸ ἐμὸν ἔδαφος τοῦτο, οἱ σεμνοὶ Καππαδόκαι, τὸ μηδὲν ἧττον κουροτρόφον (46), ἢ εὔιππον. Ὅθεν τῷ πατρῴῳ γένει τὸ μητρῷον ἡμεῖς ἀντανίσχομεν. Στρατηγίαι τε καὶ δημαγωγίαι, καὶ κράτος ἐν βασιλείοις αὐλαῖς· ἔτι δὲ, περιουσίαι, καὶ θρόνων ὕψη, καὶ τιμαὶ δημόσιαι, καὶ λόγων λαμπρότητες, τίνων, ἢ πλείους, ἢ μείζους; Ὧν ἡμῖν εἰ βουλομένοις εἰπεῖν ἐξῆν, οὐδὲν ἂν ἦσαν (47) ἡμῖν οἱ Πελοπίδαι (48), καὶ Κεκροπίδαι (49), καὶ οἱ Ἀλκμαίωνες (50), Αἰακίδαι (51)

III. Enimvero si eum genere, ac generis splendore gloriari perspicerem, aut ulla re ex iis, quæ omnino parvæ sunt, et quibus ii, qui humi defixos oculos habent, efferri solent, alius utique heroum catalogus appareret. Quanta a majoribus illius ad eum ornandum accipere possemus! Nec historiis quidem quidquam hac parte cederemus; hoc certe nomine superiores futuri, quod non commentitiis fictisque narrationibus, sed rebus ipsis, quarum multi testes sunt, ornaremur. Multa enim nobis narratu digna ex paterno latere Pontus suppeditat, et quidem priscis suis prodigiis, quibus, et historicorum, et poetarum volumina plena sunt, neutiquam inferiora: multo etiam veneranda hæc mea patria Cappadocia, non minus juvenum, quam equorum bona nutrix. Unde paterno generi materni generis splendorem opponimus. Quorumnam autem et militaria imperia, et populorum gubernationes, et in imperatorum aulis potentia et auctoritas; ac præterea, opes, et excelsi throni, et publici honores, ac sermonum splendores, vel plures, vel majores exsti-

(39) *Μεταναστῇ*. In nonnullis, μεταναστῆναι.

(40) *Ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ*. « A vinculo, » id est, « a corpore. » Gregorius plerumque morbis fractus, ægerrime ferebat, se non posse omnibus officiis defungi. D

(41) *Ποιουμένοις τὸν λόγον*. Sic plures codd. In ed. deest τὸν λόγον, et pro ποιουμένοις, legitur, ποιούμενος.

(42) *Προστησαμένοις*. In quibusdam, προστησομένοις.

(43) *Καὶ οἷς οἱ χαμαὶ βλέποντες*. Sic quatuor Regg., quinque Colb., Chrys., Or. 2, Par., Pass., etc. In ed., καὶ ὅσων οἱ χαμαὶ βαίνοντες, « et quotquot super terram gradiuntur. »

(44) *Συνεισενεγκεῖν*. Sic plures Regg. In ed., συνεσενεγκεῖν.

(45) *Ὧν πλήρης*, etc. De rebus, quæ in Ponto gesta fuerant, ut observat Nicetas, historiam edidere Xenophon et Polybius; Apollonius vero poema conscripsit.

(46) *Κουροτρόφον*. « Alludit, » inquit Nicetas, « ad istud Homeri *Odyss.* IX, vers. 27 : Τρηχεῖ, ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· Aspera, sed bona juvenum nutrix. » Hic observandum, quod Basilii pater e Ponto erat oriundus, ejusque mater e Cappadocia.

(47) *Οὐδὲν ἂν ἦσαν*. Sic Regg. a, c, duo Coisl., plures Colb., Or. 2 et Pass. Deest ἦσαν in ed. et in aliis nonnullis codd.

(48) *Πελοπίδαι*. « Pelopidæ. » Sic dicti a Pelope, qui Tantali Phrygiæ regis filius fuit; et ipse rex, Græciæ regionem nomine Apia, Peloponesum nominavit.

(49) *Κεκροπίδαι*. « Cecropidæ » genus traxerunt a Cecrope Athenarum rege, qui magnopere Atticam exornavit, et ad Ægyptiacæ linguæ cognitionem, utpote ex Ægypto ortus, Græcæ quoque peritiam adjunxit.

(50) *Ἀλκμαίωνες*. « Alcmæon » Atheniensis Pisistrati tyrannide civitatem oppressam in libertatem vindicavit; unde Alcmæones.

(51) *Αἰακίδαι*. « Æacidæ » sic vocati ab Æaco Jovis filio, singulari justitiæ laude prædito.

Digitized by Google

terunt? Quæ nobis, si arbitratu nostro commemorare liceret, nihil essent Pelopidæ, nec Cecropidæ, nec Alcmæones, nec Æacidæ, nec Heraclidæ, nec alii quibus nihil est sublimius; qui quidem, cum nihil proprium habeant quod aperte prædicent, ad obscura confugiunt, dæmones videlicet quosdam, et deos, ac fabulas, majoribus suis attribuentes, quorum ea est ratio, ut quod in ipsis maxime speciosum et illustre est, fide careat; quod autem creditur, probrum et contumelia sit.

A τε καὶ Ἡρακλεῖδαι (52), καὶ ὧν οὐδὲν ὑψηλότερον· οἵτινες ἐκ τῶν οἰκείων φανερῶς εἰπεῖν οὐκ ἔχοντες, ἐπὶ τὸ ἀφανὲς καταφεύγουσι, δαίμονας δή τινας, καὶ θεοὺς, καὶ μύθους τοῖς προγόνοις ἐπιφημίζοντες, ὧν τὸ σεμνότατον ἀπιστία, καὶ ὕβρις τὸ πιστευόμενον (53).

IV. Quoniam autem de eo viro mihi oratio instituta est, qui nobilitatem viritim expendi vult, nec, cum formæ atque colores, et equi, tam nobilissimi, quam abjectissimi ex seipsis explorari soleant, nos contra per ea, quæ extra nos posita sunt, depingi, posteaquam unum aut alterum ex iis, quæ a majoribus ipse habuit, quæque, et ipsius vitæ conveniunt, et maximam ei, si commemorentur, voluptatem allatura sunt, exposuero, ad ipsum confestim me convertam. Aliarum quidem familiarum, vel etiam sigillatim cujuslibet hominis, alia sunt insignia, et narrationes, vel majores, vel minores, quæ, instar paternæ cujusdam hæreditatis, vel longinquius, vel propinquius exorsæ, ad posteros devolvuntur: huic autem utriusque generis decus pietas fuit, quemadmodum nunc oratio declarabit. **773**

Δ'. Ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ ἀνδρὸς ἡμῖν ὁ λόγος, κατ' ἄνδρα κρίνεσθαι τὴν εὐγένειαν (54) ἀξιοῦντος, καὶ μὴ, τὰς μὲν μορφὰς, καὶ τὰς χρόας ἐξ ἑαυτῶν δοκιμάζεσθαι, καὶ τῶν ἵππων τοὺς εὐγενεστάτους ἢ ἀτιμοτάτους, ἡμᾶς δὲ ζωγραφεῖσθαι τοῖς ἔξωθεν, ἓν ἢ δύο τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχόντων αὐτῷ, καὶ ταῦτα οἰκεῖα τῷ ἐκείνου βίῳ, καὶ οἷς ἂν μάλιστα ἡσθείη λεγομένοις, εἰπὼν, ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι. Ἄλλου μὲν οὖν ἄλλο τι γνώρισμα καὶ διήγημα, καὶ γένους, καὶ τοῦ καθέκαστον, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον, καθάπερ τις κλῆρος πατρῷος, ἢ πόρρωθεν, ἢ ἐγγύθεν ἠργμένος, κάτεισιν εἰς τοὺς ὕστερον· τούτῳ δὲ γενοῖν τοῖν (55) ἀμφοτέροιν τὸ εὐσεβὲς ἐπίσημον, δηλώσει δὲ (56) νῦν ὁ λόγος.

V. Persecutio erat, et quidem persecutionum omnium atrocissima maximeque horrenda; iis loquor, quibus Maximini persecutio nota est, qui, cum post multos, qui paulo ante exstiterant, ingruisset, hoc effecit, ut omnes humani ac faciles fuisse viderentur, ingenti nimirum ipse audacia furens, atque impietatis principatum consequi summo studio contendens. Hunc athletarum quidem nostrorum permulti superarunt, et ad mortem usque decertantes, et pene usque ad mortem; hactenus videlicet relicti, ut victoriæ suæ superstites essent, nec cum ipsis certaminibus abscederent, sed aliis, virtutis aliptæ, vivi martyres, spirantes columnæ, tacitaque præconia relinquerentur, cum multis autem aliis, et quidem celebribus, paterni etiam illius avi, quibus, cum omne pietatis genus coluissent, eximiam tempestas illa coronidem invexit. Etenim illi quidem animo ita constituti et comparati erant, ut ea omnia facile perpessuri, ob quæ Christus eos, qui ipsius certamen nostra causa susceptum imitantur, corona donat.

Ε'. Διωγμὸς ἦν, καὶ διωγμῶν ὁ φρικωδέστατος καὶ βαρύτατος· εἰδόσι λέγω τὸν Μαξιμίνου, ὃς πολλοῖς τοῖς (57) ἐγγύθεν γενομένοις ἐπιφυεὶς, πάντας φιλανθρώπους ἀπέδειξε, θράσει τε πολλῷ ῥέων, καὶ φιλονεικῶν τὸ τῆς ἀσεβείας κράτος (58) ἀναδήσασθαι. Τοῦτον πολλοὶ μὲν ὑπερέσχον τῶν ἡμετέρων ἀγωνιστῶν, καὶ μέχρι θανάτου διηγωνισμένοι, καὶ πρὸ θανάτου μικρόν· τοσοῦτον ἀπολειφθέντες, ὅσον ἐπιβιῶναι τῇ νίκῃ, καὶ μὴ συναπελθεῖν τοῖς παλαίσμασιν, ἀλλ' ὑπολειφθῆναι τοῖς ἄλλοις ἀλεῖπται (59) τῆς ἀρετῆς, ζῶντες μάρτυρες, ἔμπνοοι στῆλαι, σιγῶντα κηρύγματα, σὺν πολλοῖς δὲ τοῖς ἀριθμουμένοις καὶ οἱ πρὸς πατρὸς τούτῳ πατέρες, οἷς πᾶσαν ἀσκήσασιν εὐσεβείας ὁδὸν, καλὴν ἐπήνεγκεν ὁ καιρὸς ἐκεῖνος τὴν κορωνίδα. Παρασκευῆς μὲν γὰρ οὕτως εἶχον καὶ γνώμης, ὡς πάντα ῥᾳδίως οἴσοντες, ἐξ ὧν στεφανοῖ Χριστὸς τοὺς τὴν ἐκείνου μιμησαμένους ὑπὲρ ἡμῶν ἄθλησιν.

VI. Verum quoniam certamen quoque legitimum .psis esse oportebat (lex autem martyrii hæc est, ut, nec nos ultro ad certamen accedamus, hac nimirum ratione tum persecutoribus, tum imbecillioribus athletis consulentes, nec, cum præsentes sumus,

Ϛ'. Ἐπεὶ δὲ νόμιμον αὐτοῖς ἔδει καὶ τὸν ἀγῶνα γενέσθαι (νόμος δὲ μαρτυρίας, μήτε ἐθελοντὰς πρὸς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν, φειδοῖ τῶν διωκόντων καὶ τῶν ἀσθενεστέρων, μήτε παρόντας ἀναδύεσθαι· τὸ μὲν γὰρ θράσους, τὸ δὲ ἀνανδρίας (60) ἐστίν· καὶ (61)

(52) *Ἡρακλεῖδαι.* « Heraclidæ. » Sic dicti Herculis posteri.

(53) *Πιστευόμενον.* Tres Regg. et Pass., πιστευομένων.

(54) *Εὐγένειαν.* Pass., εὐσέβειαν, « pietatem. »

(55) *Τούτῳ δὲ γενοῖν τοῖν.* Sic plures codd. Coisl. 1, τούτῳ δὲ τοῖν γενοῖν τοῖν ἀμφοτέροιν. In ed., τῷ δὲ γονοῖν ἀμφοτέροιν.

(56) *Δέ.* Nonnulli addunt, καί.

(57) *Τοῖς.* Deest in Regg. d, ph.

(58) *Κράτος.* Coisl. 2 aliique plures addunt, αὐτός.

(59) *Ἀλεῖπται.* « Aliptæ, » id est, « cohortatores. » Mox, σιγῶντα κηρύγματα, « tacita præconia, » quia non sermonibus, sed membrorum lacerationibus pietatem prædicabant.

(60) *Ἀνανδρίας.* In nonnullis, ἀνανδρείας. « Præclarum est, » inquit Origenes comment. *in Joan.*, « non

(61) *Καί.* Tres Regg., κἄν.

Digitized by Google

τούτῳ τιμῶντες ἐκεῖνοι τὸν νομοθέτην), τι μηχανῶνται (62); Μᾶλλον δὲ, πρὸς τί φέρονται παρὰ τῆς πάντα τὰ ἐκείνων ἀγούσης προνοίας; Ἐπί τινα τῶν Ποντικῶν ὀρῶν λόχμην (πολλαὶ δὲ αὗται παρ' αὐτοῖς εἰσι καὶ βαθεῖαι, καὶ ἐπιπλεῖστον διήκουσαι) καταφεύγουσι, λίαν ὀλίγοις χρώμενοι, καὶ τῆς φυγῆς συνεργοῖς, καὶ τῆς τροφῆς ὑπηρέταις. Ἄλλοι μὲν οὖν θαυμαζέτωσαν τὸ τοῦ χρόνου μῆκος (καὶ γὰρ ἐπὶ πλεῖστον αὐτοῖς, ὥς φασι, τὸ τῆς φυγῆς παρετάθη, ἔτος που ἑβδομον, καὶ μικρόν τι πρὸς), τό τε τῆς διαίτης σώμασιν εὖ γεγονόσι στενόν τε καὶ παρηλλαγμένον, ὡς τὸ εἰκός· καὶ τὸ ὑπαιθρίοις (63) κρυμοῖς, καὶ θάλπεσι, καὶ ὄμβροις ταλαιπωρεῖν· ἥ τε ἄφιλος ἐρημία, καὶ τὸ ἀκοινώνητόν τε καὶ ἄμικτον· ὅσον εἰς κακοπάθειαν τοῖς ὑπὸ πολλῶν δορυφορουμένοις καὶ τιμωμένοις; Ἐγὼ δὲ, ὃ τούτων μεῖζόν ἐστι καὶ παραδοξότερον, λέξων ἔρχομαι· ἀπιστήσει δ' οὐδεὶς, ἢ ὅστις οὐδὲν μέγα οἴεται τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ διωγμοὺς καὶ κινδύνους, κακῶς γινώσκων καὶ λίαν ἐπικινδύνως.

certamen detrectemus; illud quippe temerarii ac præcipitis est animi, hoc timidi et ignavi; in hac quoque re legislatorem honore afficientes), quid moliuntur? Vel potius, quonam a divina providentia, **774** quæ omnia eorum gubernabat, feruntur? Ad quamdam Ponticorum montium silvam (illic autem permultæ sunt et profundæ ac longe se porrigentes) cum paucis admodum, tam fugæ comitibus, quam cibi ministris, confugiunt. Admirentur hic quidem alii temporis diuturnitatem (nam in annum pene septimum, atque aliquando amplius, protractum illis exsilium fuisse narrant), et vivendi rationem corporibus generosis angustam et insolentem, ut verisimile est; illudque item, quod sub dio agentes, algoribus, caloribus, pluviis divexarentur; ac denique amicis, atque hominum commercio et societate destitutam solitudinem; quæ res, quam gravis et ærumnosa iis fuisse putanda est, qui a multis stipari atque honore affici solebant? Ego autem, quod his majus et admirabilius est, exponam; nec mihi quisquam fidem abrogabit, nisi qui nihil magnum esse existimarit persecutiones et pericula Christi causa suscepta, prave utique et admodum periculose judicans.

Ζ'. Ἐπόθουν τι καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν οἱ γεννάδαι (64), τῷ χρόνῳ κάμνοντες, καὶ τῶν ἀναγκαίων ὄντες ἐπικορεῖς (65)· καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἰσραὴλ οὐκ ἐφθέγξαντο (οὐ γὰρ ἦσαν γογγυσταὶ κατὰ τοὺς ἐκείνους (66) ἐν τῇ ἐρήμῳ ταλαιπωροῦντας (67) μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου φυγὴν, ὡς ἄρα βελτίων Αἴγυπτος αὐτοῖς εἴη τῆς ἐρημίας, πολλὴν τῶν λεβήτων καὶ τῶν κρεῶν (68) χορηγοῦσα τὴν ἀφθονίαν, τῶν τε ἄλλων, ὅσα ἐκεῖσε ἀπέλιπον· ἡ γὰρ πλινθεία καὶ ὁ πηλὸς οὐδὲν ἦν αὐτοῖς τότε διὰ τὴν ἄνοιαν), ἄλλα δὲ ὡς εὐσεβέστερα, καὶ πιστότερα. Τί γάρ ἐστιν, ἔλεγον, τῶν ἀπίστων, εἰ ὁ τῶν θαυμασίων Θεὸς, ὁ θρέψας πλουσίως ἐν ἐρήμῳ ξένον λαὸν, καὶ φυγάδα, ὥστε καὶ ἄρτον ὀμβρῆσαι, καὶ βλύσαι ὄρνιθας, τρέφων οὐ τοῖς ἀναγκαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς περιττοῖς· εἰ ὁ τεμὼν θάλασσαν, καὶ στήσας ἥλιον, καὶ ποταμὸν ἀνακόψας, καὶ τἄλλα δὴ ὑπειπόντες, ὅσα πεποίηκε (φιλεῖ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις φιλιστορεῖν (69) ἡ ψυχὴ, καὶ πολλοῖς θαύμασιν ἀνυμνεῖν τὸν Θεόν)· οὗτος, ἐπῆγον, καὶ ἡμᾶς θρέψειε σήμερον τοῖς τῆς τρυφῆς τοὺς τῆς εὐσεβείας (70) ἀγωνιστάς; Πολλοὶ μὲν θῆρες τὰς τῶν πλουσίων διαφυγόντες τραπέζας, ἅπερ ἦν ποτε καὶ ἡμῖν, τοῖς ὄρεσι τούτοις ἐμφωλεύουσι· πολλοὶ δὲ ὄρνιθες τῶν ἐδωδίμων τοὺς ποθοῦντας ἡμᾶς ὑπερίπτανται, ὧν τί μὴ θηράσιμόν (71) σοι θελήσαντι μόνον; Ταῦτ' ἔλεγον, καὶ ἡ θήρα παρῆν, ὄψον αὐτόματον, ἀπραγμάτευτος πανδαισία, ἔλαφοι τῶν λόφων

VII. Suaviores quasdam epulas egregii viri exoptabant, ut qui temporis longinquitate laborarent, ac necessariorum ciborum fastidium contraxissent. Nec idcirco tamen Israelitarum sermonibus utebantur (non enim queruli et murmuratores erant, ut illi, cum, post fugam ex Ægypto, ærumnis in deserto premerentur[85]; nimirum solitudine meliorem sibi atque optabiliorem Ægyptum esse rati, ut qui amplissimam ollarum et carnium, aliarumque omnium rerum, quas illic reliquerant, copiam ipsis subministraret; nec enim jam, qua dementia erant, gravis ipsis laterum confectio et lutum esse videbatur); verum alia, quæ majorem pietatem ac fidem redolebant, loquebantur. Quid enim, aiebant, fierine hoc nequit, ut Deus ille miraculorum, qui peregrinum et fugitivum populum adeo large et copiose in deserto aluit[86], ut et panem, et aves tanquam ex fonte profunderet, non solum necessariis, sed etiam superfluis cibis eum nutriens; qui mare scidit[87], solis cursum compressit[88], fluvium inhibuit[89], aliaque deinde subjungentes, quæcunque ab eo gesta fuerant (solet enim in hujusmodi rebus animus veteres historias libenter persequi, ac Dei gloriam ex multis miraculis celebrare); idem ipse Deus, inferebant, nos quoque pietatis athletas hodierno die lautioribus obsoniis pascat? Multæ feræ divitum mensis, quales quondam **775** nobis erant,

[85] Exod. xvi, 2 sqq. [86] ibid. 13. [87] Exod. xiv, 21. [88] Jos. iii, 16. [89] Jos. x, 12.

« non recusare confessionem, nec dubitare mori pro veritate. Non minus tamen hoc etiam præclarum est, non dare causam tali periculo... non solum quod incertus nobis est ejus eventus; verum etiam ne causa simus, cur scelestiores sint majoribusque peccatis se contaminent. »

(62) *Μηχανῶνται*. Or. 2, μηχάνονται.

(63) *Ὑπαιθρίοις*. Sic plures Regg., duo Coisl., Or. 2, etc. In ed., ὑπαιθρίους.

(64) *Γεννάδαι*. Sic Regg. a, c, d, decem Colb., Pass. et Jes. In ed., γενναδες.

(65) *Ἐπικορεῖς*. Plures codd., διακορεῖς.

(66) *Κατὰ τοὺς ἐκείνους*. Sic sex Regg., octo Colb., etc. Deest τούς in ed.

(67) *Ταλαιπωροῦντας*. Comb., ταλαιπωρήσαντας.

(68) *Καὶ τῶν κ.* Sic Regg. a, ph. Deest τῶν in ed.

(69) *Φιλιστορεῖν*. Coisl. 1, πολυΐστωρ εἶναι. Pas., πολυΐστορεῖναι.

(70) *Τοὺς τῆς εὐσεβείας*. Sic plures codd. Deest τῆς in ed.

(71) *Ὅν τί μὴ θηράσιμον*. Sic omnes codd. Mendose in ed., ὧν τί μοι θηράσιμον.

Digitized by Google

fuga elapsæ in his montibus delitescunt; multæ esculentæ aves supra nos, qui eas expetimus, volitant; quorum quid omnino est, quod te, vel solum annuente, non facile capi possit? Hæc eorum verba erant: ac præda verborum comes erat, obsonium ultro oblatum, convivium nullo labore instructum, cervi e tumulis repente apparentes. Quam proceri! Quam pingues! Quam ad cædem prompti et alacres! Propemodum eos conjiceres, quod non citius vocati essent, moleste ferre. Illi capitum nutu alliciebant, hi sequebantur. Quo insectante, et cogente? Nemine. Quibus equis? Quibus canibus? Quo latratu, aut clamore, aut juvenum studio, viarum exitus, ut venationis leges ferunt, occupantium? Orationis tantum justæque petitionis vinculo constricti. Quis, vel nostra, vel omnium, qui unquam fuerunt, memoria, talem venationem ac prædam cognovit?

A ποθὲν ὑπερφανέντες ἀθρόως. Ὡς μὲν εὐμεγέθεις! ὡς δὲ πίονες! ὡς δὲ πρόθυμοι πρὸς σφαγήν! Μονονουχὶ καὶ τοῦτο εἰκάζειν ἦν, ὅτι μὴ (72) τάχιον ἐκλήθησαν, ἐδυσχέραινον. Οἱ μὲν εἶλκον τοῖς νεύμασιν, οἱ δὲ ἤγοντο. Τίνος διώκοντος ἢ συναναγκάζοντος; Οὐδενός. Τίνων ἱππέων; Ποίων (73) κυνῶν; Τίνος ὑλακῆς, ἢ κραυγῆς, ἢ νέων προκαταλαβόντων τὰς διεξόδους τοῖς θήρας νόμοις; Εὐχῆς δέσμιοι καὶ δικαίας αἰτήσεως. Τίς ἔγνω τοιοῦτον θήραμα τῶν νῦν, ἢ τῶν πώποτε;

VIII. O rem admirandam! Ipsi prædæ suæ arbitri erant. Quidquid placebat, voluntate tantum tenebatur; quod supererat, ad silvas in secundam mensam relegabatur. Coqui extemporales, cœna exquisita, convivæ grati, præsens miraculum tanquam prælndium quoddam rerum in spe positarum habentes. Ex quo etiam ad eam dimicationem, ob quam hæc illis præsto erant, alacriores reddebantur. Ac talia quidem sunt, quæ narranda susceperam. Tu vero Dianas tuas, et Oriones, et Actæones, infelices illos venatores, mihi narra; tu, inquam, qui me persequeris, fabulasque admiraris, ac cervam virgini substitutam; si quid tantum ad laudem et gloriam tibi suppetit, ut interim narrationem hanc minime fabulosam esse donemus. Quæ deinceps sequuntur, quam turpia sunt! Quæ enim C hujus commutationis utilitas, si ea de causa virginem e periculo extrahat, ut hospitibus necem afferre doceatur, et inhumanitatem pro humanitate rependere condiscat? Atque hoc hactenus, ex multis unum, ac pro multis, mea quidem sententia. Quod etiam ipsum non eo commemoravi, ut ei cumulum aliquem gloriæ afferam (nam nec mare fluviis, qui in ipsum influunt, opus habet, etiamsi plurimi maximique influant: nec is, quem nunc laudamus, his, qui ad ipsius encomium aliquid erogent); verum, ut ostendam, quibus ille ortus majoribus, **776** in quos velut in exemplar respiciens, quanto longius jaculatus sit. Nam si aliis magnum est aliquid a majoribus ad gloriam accepisse, majus profecto ipsi est majoribus suis laudis cumulum ex se adjecisse, velut fluctu reciprocante.

B Η'. Ὦ τοῦ θαύματος! Αὐτοὶ τοῦ θηράματος ἦσαν ταμίαι. Ὅσον φίλον, εἶχετο θελήμασι (74) μόνον· ὅσον περιττὸν, ἀπεπέμφθη ταῖς λόχμαις εἰς δευτέραν τράπεζαν. Οἱ ὀψοποιοὶ σχέδιοι, τὸ δεῖπνον εὐπρεπὲς (75), οἱ δαιτυμόνες εὐχάριστοι, προοίμιον ἔχοντες ἤδη τῶν ἐλπιζομένων, τὸ παρὸν θαῦμα. Ἐξ οὗ καὶ πρὸς τὴν ἄθλησιν, ὑπὲρ ἧς ταῦτα ἦν αὐτοῖς, ἐγίνοντο προθυμότεροι. Τοιαῦτα τὰ ἐμὰ διηγήματα. Σὺ δέ μοι λέγε τὰς Ἐλαφηβόλους (76) σου, καὶ τοὺς Ὠρίωνας, καὶ τοὺς Ἀκταίωνας, τοὺς κακοδαίμονας θηρευτὰς, ὁ ἐμὸς διώκτης, ὁ τοὺς μύθους θαυμάζων, καὶ τὴν ἀντιδοθεῖσαν ἔλαφον τῆς παρθένου (77), εἴ τι τοσοῦτον εἰς φιλοτιμίαν ἔστι σοι, κἂν δῶμεν μὴ μῦθον εἶναι τὸ ἱστορούμενον (78). Ὡς τά γε ἑξῆς τοῦ λόγου, καὶ λίαν αἰσχρά. Τί γὰρ ὄφελος τῆς ἀντιδόσεως, εἰ σώζει παρθένον, ἵνα ξενοκτονεῖν διδαχθῇ, ἀπανθρωπίαν μαθοῦσα φιλανθρωπίας ἀντίδοσιν; Τοῦτο μὲν οὖν τοσοῦτον ἐκ πολλῶν ἕν, καὶ ἀντὶ πολλῶν, ὡς ὁ ἐμὸς (79) λόγος. Καὶ τοῦτο διῆλθον, οὐχ ἵν' ἐκείνῳ προσθῶ τι τῆς εὐδοξίας (οὔτε γὰρ θάλασσα δεῖται τῶν εἰσρεόντων εἰς αὐτὴν ποταμῶν, κἂν εἰσρέωσιν ὅτι πλεῖστοι καὶ μέγιστοι, οὔτε τῶν εἰσοισόντων τι πρὸς εὐφημίαν, ὁ νῦν ἐπαινούμενος)· ἀλλ' ἵν' ἐπιδείξαιμι, οἷων (80) αὐτῷ τῶν ἐξαρχῆς ὑπαρχόντων, καὶ πρὸς ὃ παράδειγμα βλέπων, ὅσον ὑπερηκόντισεν (81). Εἰ γὰρ μέγα τοῖς ἄλλοις τὸ προσλαβεῖν τι παρὰ τῶν ἄνωθεν εἰς φιλοτιμίαν, μεῖζον ἐκείνῳ τὸ προσθεῖναι (82) τοῖς ἄνω παρ' ἑαυτοῦ, καθάπερ (83) ῥεύματος ἀνατρέχοντος.

IX. Quanquam autem conjugii parentum ipsius, D quod non minus virtutis, quam corporum erat,

Θ'. Τῆς δὲ τῶν πατέρων συζυγίας, οὐχ ἧττον κατὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ὁμότιμον, ἢ καὶ τὰ σώματα (84), πολλὰ

(72) *Ὅτι μή*. Reg. ph, ὅτι εἰ μή. Et in Or. 2, ὡς εἰ μή.

(73) *Ποίων*. In nonnullis, τίνων.

(74) *Θελήμασι*. Regg. a, c, d, Coisl. 1, Or. 2, etc., θελήσασι.

(75) *Εὔπρεπές*. Regg. c, d et decem Colb., εὐτρεπές, « parata. » Sic legit Billius.

(76) *Ἐλαφηβόλους*. « Dianas. » Dicta est Ἐλαφηβόλος Diana, quasi cervos scite figens, aut certo ictu feriens. Hæc Orioni et Actæoni irata, alterum a scorpione percutiendum, alterum suismet manibus dilacerandum objecit.

(77) *Ἀντιδοθεῖσαν ἔλαφον τῆς παρθένου*. « Substitutam virgini cervam. » Iphigenia Agamemnonis filia, cum Dianæ in sacrificium esset oblata, Diana miseratione permota, ipsius loco cervam substituit. Quæ postea Dianæ sacerdos facta, hospitibus manus inferre, hominesque ipsi immolare didicit.

(78) *Τὸ ἱστορούμενον*. Sic Regg. a, c, d, bm, ph et Pass. Deest τό in ed.

(79) *Ὁ ἐμός*. Sic Regg. a, c, d, bm, ph, Or. 2 et Pass. Deest ὁ in ed.

(80) *Οἷων*, etc. Bill. : « quibus ornamentis at initio præditus, et in quod exemplar intuens, » etc.

(81) *Ὑπερηκόντισεν*. Or. 2, ὑπερκόντησεν.

(82) *Προσθεῖναι*. Or. 2, προσθῆναι.

(83) *Καθάπερ*. In quibusdam, ὡς.

(84) *Ἢ καὶ τὰ σώματα*. In nonnullis, ἢ κατὰ σώματα.

Digitized by Google

μὲν καὶ ἄλλα γνωρίσματα, πτωχοτροφίαι, ξενοδοχίαι, ψυχῆς κάθαρσις ἐξ ἐγκρατείας, ἀπόμοιρα κτήσεως Θεῷ καθιερωθείσης (πρᾶγμα οὔπω τότε πολλοῖς σπουδαζόμενον, ὥσπερ νῦν αὐξηθέν τε καὶ τιμηθὲν ἐκ τῶν πρώτων ὑποδειγμάτων [85]), τά τε ἄλλα, ὅσα Πόντῳ (86) καὶ Καππαδόκαις μερισαμένοις ἤρκεσε πολλῶν πληροῦν ἀκοάς· ἐμοὶ δὲ μέγιστον δοκεῖ καὶ περιφανέστατον ἡ εὐτεκνία. Τοὺς γὰρ αὐτοὺς πολύπαιδας καὶ καλλίπαιδας, μῦθοι μὲν ἴσως ἔχουσιν· ἡμῖν δὲ τούτους ἡ πεῖρα παρέστησε, τοιούτους μὲν αὐτοὺς γεγονότας, ὥστε εἰ καὶ μὴ τοιούτων ἦσαν πατέρες, ἑαυτοῖς εἰς εὐδοξίαν ἀρκεῖν· τοιούτων δὲ πεφηνότες πατέρες (87), ὥστε εἰ καὶ μὴ (88) αὐτοὶ τοσοῦτον (89) ἦσαν εἰς ἀρετὴν, πάντας ὑπεραίρειν τῇ εὐτεκνίᾳ. Ἕνα μὲν γὰρ ἢ δύο γενέσθαι τῶν ἐπαινουμένων, κἂν τῇ φύσει δοίη τις· ἡ δὲ διὰ πάντων ἀκρότης, σαφὲς τῶν ἀγαγόντων ἐγκώμιον. Δηλοῖ δὲ ὁ μακαριστὸς τῶν ἱερέων καὶ τῶν παρθένων ἀριθμὸς, καὶ τῶν ἐν γάμῳ, μηδὲν τῇ συζυγίᾳ βλαβῆναι (90) βιασαμένων, πρὸς τὴν ἴσην τῆς ἀρετῆς εὐδόκιμησιν, ἀλλὰ βίων (91) αἱρέσεις μᾶλλον, ἢ πολιτείας ταῦτα ποιησαμένων.

A multa quoque alia insignia sunt, nimirum, pauperum alendorum, atque hospitum excipiendorum studium, animæ purgatio per continentiam, bonorum portio Deo consecrata (quæ res nondum tunc multis studio erat, ut nunc ex primis exemplis adaucta et culta est), aliaque omnia, quæ inter Pontum et Cappadoces divisa, multorum auribus implendis suffecerunt; mihi tamen maximum et clarissimum esse videtur felicitas in liberis. Nam qui simul et multos, et probos atque honestos filios habuerint, in fabulis fortasse reperias: hos autem experientia ipsa nobis exhibuit, ut qui tales quidem ipsi fuerint, ut, etiamsi talium liberorum parentes haudquaquam exstitissent, sibi ipsis tamen ad nominis claritatem sufficere potuissent; rursum autem ejusmodi filios in lucem extulerint, ut, etiamsi ipsi non tanta virtute fuissent, omnes tamen sobolis felicitate superaturi essent. Nam cum unus aut duo cum laude vivunt, id tale est, ut naturæ ascribi queat; at undique perfecta et ad summum provecta omnium virtus, iis plane, a quibus editi et educati sunt, assignari debet. Quod quidem liquido demonstrat ille felicitatis nomine prædicandus sacerdotum et virginum numerus, eorumque, qui in matrimonio eam vim sibi adhibuerunt, ut nihil impedimento esset, quominus parem virtutis gloriam assequerentur; atque illud effecerunt, ut hæc generum vitæ potius, quam rationis vivendi electiones essent.

Γ. Τίς οὐκ οἶδε τὸν τούτου πατέρα, Βασίλειον, τὸ μέγα παρὰ πᾶσιν ὄνομα, ὃς πατρικῆς εὐχῆς ἔτυχεν, ἵνα μὴ λέγω μόνος, εἴπερ τις ἀνθρώπων; Παντὸς γὰρ κρατῶν ἀρετῇ, παρὰ τοῦ παιδὸς κωλύεται μόνου τὸ πρωτεῖον ἔχειν. Τίς Ἐμμελίαν (92), τὴν ὅπερ ἐγένετο προκληθεῖσαν, ἢ γενομένην δ προεκλήθη· τὴν τῆς ἐμμελείας ὄντως φερώνυμον, ἢ τοῦτο ἐν γυναιξὶν ὤφθη, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ὅπερ ἐν ἀνδράσιν ἐκεῖνος. Ὥστ' εἴπερ ἔδει δουλεύσοντα (93) πάντως τῇ φύσει τὸν νῦν εὐφημούμενον (94) ἀνθρώποις δοθῆναι, ὥσπερ τινὰ τῶν πάλαι (95) παρὰ Θεοῦ δεδομένων εἰς κοινὸν ὄφελος, μήτε ἐξ ἄλλων μᾶλλον ἁρμόζειν, ἢ ἐκείνων τοῦτον γενέσθαι, μήτε ἐκείνοις ἑτέρου μᾶλλον ἢ τοῦδε πατράσιν ὀνομασθῆναι· ὅπερ οὖν καλῶς ποιοῦν καὶ συνέδραμεν. Ἐπεὶ δὲ τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἐπαίνων νόμῳ θείῳ πειθόμενοι, ὃς πατράσι (96) κελεύει πᾶσαν νέμειν τιμὴν, τοῖς μνημονευθεῖσιν ἀποδεδώκαμεν, ἐπ' αὐτὸν ἴωμεν ἤδη, τοσοῦτον εἰπόντες, ὃ καὶ πᾶσιν ἂν οἶμαι δόξειεν ἀληθῶς λέγεσθαι τοῖς ἐκεῖνον ἐπισταμένοις, ὅτι μόνης ἡμῖν ἔδει τῆς ἐκείνου ζωῆς πρὸς ἅπαντα τὰ καλὰ παραδείγματος.

X. Eccui Basilius, Basilii nostri pater, incognitus est, vir magni apud omnes nominis, qui paterni voti compos factus est, si quis unquam alius, ne dicam solus? Cum enim reliquos omnes virtute superarit, a solo filio primas obtinere prohibetur. Eccui **777** Emmelia, quæ id prius appellata est, quod postea fuit; aut id fuit, quod prius nuncupata fuerat; illa, inquam, merito ἐμμελείας, id est, *concinnitatis*, nomen ferens, quæ, ut uno verbo dicam, hoc inter mulieres fuit, quod ille inter viros; ut, si quidem eum, cujus laudes illustrandas suscepimus, ad servitutem naturæ obeundam, mortalibus dari oportebat, velut quempiam ex priscis illis viris, qui ad publicam utilitatem divino beneficio concessi sunt, neque huic ex aliis potius, quam ex his gigni conveniret, neque illis rursus cujusquam alterius potius, quam hujus parentes nominari. Quæ duæ res percommode concurrerunt. Posteaquam autem legi divinæ obtemperantes, quæ honorem omnem parentibus haberi jubet, iis, quorum mentione vitæ gerendæ. Diversæ viæ sunt, quibus omnes pariter ad virtutis scopum tendere debent. Multos enim liberos procreaverat Basilii pater, quorum alii virginitatem, alii matrimonium amplexi, ad parem virtutis ac pietatis gloriam pervenerunt, et, ut loquitur Tillemontius, tom. IX, art. 4, pag. 7, « inter illos generis vitæ, non sanctitatis discrimen exstitit. »

(85) *Ὑποδειγμάτων*. Pass., παραδειγμάτων.

(86) *Ὅσα Πόντῳ*, etc. Basilii parentes tam eximia pietatis munificentiæ et charitatis exempla, tum in Ponto, tum apud Cappadoces præstiterant, ut regiones illæ de illorum laudibus continuo personarent. Quod quidem monumentum honorificentissimum est, ac ipso marmore pretiosius.

(87) *Πεφηνότες πατέρες*. Chrys. et Coisl. 1, πεφηνότας πατέρας. Pass., πεφυκότας πατέρας.

(88) *Εἰ καὶ μή*. Regg. c, d et Pass., εἰ μὴ καί.

(89) *Τοσοῦτον*. Chrys. et Par., τοσοῦτοι.

(90) *Βλαβῆναι*. Duo Coisl., παραβλαβῆναι.

(91) *Ἀλλὰ βίων*, etc. Ostendit hic Gregorius sacerdotium, cœlibatum et matrimonium, vitæ quidem genere et instituto inter se differre, non item ratione vitæ gerendæ. Diversæ viæ sunt, quibus omnes pariter ad virtutis scopum tendere debent. Multos enim liberos procreaverat Basilii pater, quorum alii virginitatem, alii matrimonium amplexi, ad parem virtutis ac pietatis gloriam pervenerunt, et, ut loquitur Tillemontius, tom. IX, art. 4, pag. 7, « inter illos generis vitæ, non sanctitatis discrimen exstitit. »

(92) *Ἐμμελίαν*. In nonnullis, Ἐμμέλειαν. « Emmelia, » Basilii mater.

(93) *Δουλεύσοντα*. Pass., δουλεύσαντα.

(94) *Εὐφημούμενον*. Reg. d, ἐπαινούμενον.

(95) *Τῶν πάλαι*. Sic Regg. a, c, d, bm, pl, Coisl. 1 et 2, Or. 2, etc. In ed., τῶν παλαιῶν πάλαι

(96) *Ὃς πατράσι*. Sic quinque Regg. In ed., πατράσι.

Digitized by Google

tionem fecimus, primitias laudum persolvimus, ad ipsum jam orationem conferamus, hoc tantum præfati, quod neminem fore puto, qui non verissime a me dici existimet, qui modo illum noverit, nobis in eo laudando atque ornando sola ipsius voce opus esse. Idem enim ipse, et splendida est materia iis, qui laudationis munus aggrediuntur, et solus pro eximia sua dicendi facultate huic materiæ par. At pulchritudinis quidem, et roboris, et magnitudinis laudem, quibus plerosque delectari conspicio, volentibus relinquemus; non quod in his etiam quoquam eorum, qui res parvas in pretio habent, et circa corpus volutantur, inferior esset, cum adhuc ætate floreret, ac nondum philosophia carnem domuisset; sed ne idem nobis, quod imperitioribus athletis, usu veniat, qui, profusis in vana minimeque necessaria colluctatione viribus, in seriis postea certaminibus, quibus victoria comparatur, ac præconis voce cuipiam corona tribuitur, inferiores reperiuntur. Ea vero, quæ nec dictu superflua nec ab orationis scopo aliena fore videntur, laudanda suscipiam.

XI. Illud autem inter omnes sanæ mentis homines constare arbitror, eruditionem inter humana bona principem locum tenere; non de hac nostra solum ac nobiliore loquor, quæ, contempto omni sermonis lepore atque ornatu, saluti uni, atque earum rerum, quæ ratione atque animo intelliguntur, **778** pulchritudini arctissime hæret; sed etiam de externa, quam plerique Christiani, pravo quodam judicio, ut insidiosam et periculosam, ac procul a Deo avertentem, aspernantur. Quemadmodum enim cœlum, terram, aerem, ac quæque eorum complexu coercentur, non ideo contemnere debemus, quia nonnulli scelerate acceperunt, pro Deo ea quæ Dei sunt venerantes; quin potius, quidquid, tum ad vitam, tum ad animi oblectationem usui est, decerpentes, quidquid periculosum est, fugimus; non res creatas adversus Creatorem, ut stulti faciunt, concitantes, sed ex rebus conditis Conditorem agnoscentes[90], atque omnem intellectum, ut Apostoli verbis utar[91], Christo captivum submittentes: quemadmodum insuper, nec ignis, nec cibus, nec ferrum, nec res ulla alia suapte natura, vel maxime utilis est, vel maxime noxia, verum ut iis, qui utuntur, placet; atque adeo e reptilibus bestiis quasdam interdum salutaribus medicamentis admiscemus: eodem nos quoque modo ex litteris illis et disciplinis, id sane, quod in inquirenda rerum na-

[90] Sap. XIII, 5. [91] II Cor. X, 5.

νου φωνῆς ἐκεῖνον ἐγκωμιάζουσιν. Ὁ γὰρ αὐτὸς ὑπόθεσίς τε λαμπρὰ τοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ μόνος τῇ τοῦ λόγου δυνάμει τῆς ὑποθέσεως ἄξιος. Κάλλους μὲν δὴ, καὶ ῥώμης, καὶ μεγέθους, οἷς τοὺς (97) πολλοὺς ὁρῶ χαίροντας, τοῖς βουλομένοις παραχωρήσομεν (98)· οὐχ ὅτι κἀν τούτοις ἔλαττόν τινος ἠνέγκατο τῶν μικρολόγων, καὶ περὶ τὸ σῶμα καλινδουμένων, ἕως ἦν ἔτι νέος, καὶ οὔπω φιλοσοφίᾳ τῶν σαρκῶν κατεκράτησεν· ἀλλ' ἵνα μὴ ταυτὸν (99) πάθω (1) τοῖς ἀπειροτέροις τῶν ἀθλητῶν, οἳ τὴν ἰσχὺν ἐν τοῖς εἰκῇ παλαιομένοις (2) καὶ παρέργοις κενώσαντες, ἥττους ἐν τοῖς καιρίοις εὑρίσκωνται, καὶ τοῖς ἐξ ὧν τὸ νικᾶν ὑπάρχει, καὶ στεφανίτας ἀναγορεύεσθαι. Ἃ δὲ οὐδαμῶς (3) ἂν εἰπὼν οἶμαι περιττὸς (4) δόξειν, οὐδὲ ἔξω τοῦ σκοποῦ βάλλειν τὸν λόγον, ταῦτ' ἐπαινέσομαι.

ΙΑ'. Οἶμαι δὲ πᾶσιν ἀνωμολογῆσθαι (5) τὸν νοῦν (6) ἐχόντων, παίδευσιν τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαθῶν εἶναι τὸ πρῶτον· οὐ ταύτην μόνην (7) τὴν εὐγενεστέραν, καὶ ἡμετέραν, ἢ πᾶν (8) τὸ ἐν λόγοις κομψὸν καὶ φιλότιμον ἀτιμάζουσα, μόνης ἔχεται τῆς σωτηρίας, καὶ τοῦ κάλλους τῶν νοουμένων· ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξωθεν, ἣν οἱ πολλοὶ Χριστιανῶν (9) διαπτύουσιν, ὡς ἐπίβουλον καὶ σφαλερὰν, καὶ Θεοῦ πόρρω βάλλουσαν, κακῶς εἰδότες. Ὥσπερ γὰρ οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ ὅσα τούτων, οὐκ ἐπειδὴ κακῶς τινες ἐξειλήφασιν, ἀντὶ Θεοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ σέβοντες, διὰ τοῦτο περιφρονητέον· ἀλλ' ὅσον χρήσιμον αὐτῶν καρπούμενοι πρός τε ζωὴν καὶ ἀπόλαυσιν, ὅσον ἐπικίνδυνον διαφεύγομεν (10)· οὐ τῷ Κτίστῃ τὴν κτίσιν ἐπανιστάντες κατὰ τοὺς ἄφρονας, ἀλλ' ἐκ τῶν δημιουργημάτων τὸν Δημιουργὸν καταλαμβάνοντες, καὶ, ὃ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς Χριστόν· ὡς δὲ καὶ πυρὸς, καὶ τροφῆς, καὶ σιδήρου, καὶ τῶν ἄλλων, οὐδὲν καθ' ἑαυτὸ χρησιμώτατον ἴσμεν, ἢ βλαβερώτατον, ἀλλ' ὅπως ἂν δοκῇ τοῖς χρωμένοις (11)· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἑρπυστικῶν (12) θηρίων ἔστιν, ἃ τοῖς πρὸς σωτηρίαν φαρμάκοις συνεκεράσαμεν· οὕτω καὶ (13) τούτων, τὸ μὲν ἐξεταστικόν τε καὶ θεωρητικὸν, ἐδεξάμεθα· ὅσον δὲ εἰς δαίμονας φέρει, καὶ πλάνην, καὶ ἀπωλείας βυθὸν, διεπτύσαμεν· ὅτι μὴ κἀκ τούτων πρὸς θεοσέβειαν ὠφελήμεθα (14), ἐκ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον καταμαθόντες (15), καὶ τὴν

(97) *Οἷς τούς*. Sic Regg. a, c, d, bm, ph, Or. 2 et Coisl. 1. Comb. Prave in ed. Par., ὅτι τούς.

(98) *Παραχωρήσομεν*. Regg. bm et ph, παραχωρήσωμεν.

(99) *Μὴ ταυτόν*. Sic Regg. a, c, d, ph, Coisl. 1 et Or. 2. In ed., μήτ' αὐτόν.

(1) *Πάθω*. Coisl. 2, πάθωμεν.

(2) *Παλαιομένοις*. In nonnullis, παλαιουμένοις.

(3) *Ἃ δὲ οὐδαμῶς*. Or. 2, ὃ δ' οὐδαμῶς.

(4) *Περιττός*. Reg. ph addit, εἶναι.

(5) *Ἀνωμολογῆσθαι*. Sic recte unus Reg. et Coisl. 2. In ed., ἂν ὡμολογῆσθαι.

(6) *Τὸν νοῦν*. Or. 2, τῶν νοῦν.

(7) *Μόνην*. Or. 2, μόνον.

(8) *Ἡμετέραν, ἢ πᾶν*. Sic duo Regg. et duo Coisl. In nonnullis, ἡμετέραν, ἥτις πᾶν. In ed., ἡμετέραν, ἢ πᾶν.

(9) *Πολλοὶ Χριστιανῶν*. In quibusdam, πολλοὶ τῶν, etc.

(10) *Διαφεύγομεν*. Sic quinque Regg., Or. 2 et Comb. In ed., διαφεύγωμεν.

(11) *Χρωμένοις*. Coisl. 1 et Pass. addunt, οὕτως ἔδοξεν ἔχειν, « sic se videntur habere. »

(12) *Ἑρπυστικῶν*. Regg. bm, ph, ἑρπηστικῶν.

(13) *Οὕτω καί*. Reg. ph, οὕτω δὴ καί.

(14) *Ὠφελήμεθα*. Pass., ὠφελούμεθα.

(15) *Καταμαθόντες*. Reg. bm, καταμανθάνοντες. Or. 2, καταλαμβάνοντες, « deprehendentes. »

Digitized by Google

ἀσθένειαν ἐκείνων, ἰσχὺν τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου πεποιημένοι (16). Οὔκουν ἀτιμαστέον τὴν παίδευσιν, ὅτι τοῦτο δοκεῖ τισιν· ἀλλὰ σκαιοὺς καὶ ἀπαιδεύτους ὑπολῃπτέον τοὺς οὕτως ἔχοντας, οἳ βούλοιντ' ἂν ἅπαντας εἶναι καθ' ἑαυτούς, ἵν' ἐν τῷ κοινῷ τὸ κατ' αὐτοὺς κρύπτηται, καὶ τοὺς τῆς ἀπαιδευσίας ἐλέγχους διαδιδράσκωσιν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὑπεθέμεθα καὶ ἀνωμολογησάμεθα, φέρε, τὰ κατ' αὐτὸν (17) θεωρήσωμεν.

A tura et contemplatione versatur, suscepimus; quidquid autem ad dæmones, et errorem, et exitii voraginem ducit, respuimus. Imo etiam ab eo ad Dei cultum adjuti sumus, nimirum ex deteriori, id, quod præstantius est, cognoscentes, atque doctrinam nostram illorum imbecillitate fulcientes. Quamobrem, non idcirco eruditio contemnenda est, quod ita quibusdam videatur; quin potius, stulti atque imperiti habendi sunt, qui hoc existimant, quique omnes sui similes esse cupiant, ut privata eorum inscitia sub communi deliteat, nec quisquam ipsorum imperitiam prodat et coarguat. Hoc igitur posito atque pro confesso habito, age, Basilii vitam contemplemur.

ΙΒ'. Τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῆς ἡλικίας ὑπὸ τῷ μεγάλῳ πατρὶ, ὃν κοινὸν παιδευτὴν ἀρετῆς ὁ Πόντος τηνικαῦτα προὐβάλλετο, σπαργανοῦται καὶ διαπλάττεται πλάσιν (18) τὴν ἀρίστην τε καὶ καθαρωτάτην, ἣν ἡμερινὴν ὁ θεῖος Δαβὶδ καλῶς ὀνομάζει, καὶ τῆς νυκτερινῆς ἀντίθετον. Ὑπὸ δὴ τούτῳ, καὶ βίον καὶ λόγον συναυξανομένους τε καὶ συνανιόντας ἀλλήλοις, ὁ θαυμάσιος ἐκπαιδεύεται· οὐ Θετταλικόν τι καὶ ὄρειον ἄντρον αὐχῶν, ὡς ἀρετῆς ἐργαστήριον, οὐδέ τινα Κένταυρον (19) ἀλαζόνα τῶν κατ' αὐτὸν (20) ἡρώων διδάσκαλον, οὐδὲ πτῶκας βάλλειν, ἢ κατατρέχειν νεβρῶν, ἢ θηρεύειν ἐλάφους ὑπ' αὐτοῦ διδασκόμενος, ἢ τὰ πολεμικὰ κράτιστος εἶναι, ἢ πωλοδαμνεῖν ἄριστα, τῷ αὐτῷ πώλῳ καὶ διδασκάλῳ χρώμενος, ἢ μυελοῖς ἐλάφων τε καὶ λεόντων τοῖς μυθικοῖς ἐκτρεφόμενος· ἀλλὰ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν παιδευόμενος, καὶ θεοσέβειαν ἐξασκούμενος, καὶ, συνελόντι φάναι, πρὸς τὴν μέλλουσαν τελειότητα διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς μαθημάτων ἀγόμενος. Οἱ μὲν γὰρ, ἢ βίον μόνον (21), ἢ λόγον κατωρθωκότες, τῷ ἑτέρῳ δὲ λείποντες, οὐδὲν τῶν ἑτεροφθάλμων ἐμοὶ δοκεῖν (22) διαφέρουσιν, οἷς μεγάλη μὲν ἡ ζημία, μεῖζον δὲ τὸ αἶσχος ὁρῶσι καὶ ὁρωμένοις. Οἷς δὲ κατ' ἀμφότερα εὐδοκιμεῖν ὑπάρχει, καὶ εἶναι περιδεξίοις, τούτοις καὶ τὸ εἶναι (23) τελείοις, καὶ βιοτεύειν μετὰ τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος. Ὅπερ οὖν ἐκείνῳ συμβέβηκεν εὖ ποιοῦν (24) οἴκοθεν ἔχοντι τῆς ἀρετῆς τὸ παράδειγμα, πρὸς ὃ βλέπων εὐθὺς ἄριστος ἦν. Ὥσπερ τοὺς πώλους καὶ τοὺς μόσχους ὁρῶμεν, ὁμοῦ τῇ γενέσει ταῖς μητράσιν ἑαυτῶν παρασκαίροντας· οὕτω καὶ αὐτὸς τῷ πατρὶ παραθέων ἐγγύθεν ἐν πωλικῷ τῷ φρυάγματι, καὶ τῶν ἄκρων τῆς ἀρετῆς κινημάτων, οὐ παραπολὺ λειπόμενος· εἰ βούλει δὲ, κἂν τῇ

XII. Prima igitur ætate sub magno patre, quem communem virtutis magistrum eo tempore Pontus proponebat, velut fasciis involvitur, atque optimo illo, purissimoque figmento, quod David diurnum pulchre vocat [25], nocturnoque oppositum effingitur. Sub hoc igitur, et vita simul, et sermone pariter augescentibus, atque in altum assurgentibus, egregius adolescens eruditur; non Thessalicum et montanum **779** quoddam antrum, quasi virtutis scholam et officinam, jactans, nec arrogantem quemdam Centaurum, heroum sui temporis præceptorem, nec ab eo artem percipit, qua lepores sagittis configat, vel hinnulos cursu insequatur, vel cervos venetur, vel in rebus bellicis excellat, vel feroces equos optime domet, eodem videlicet et equo utens et magistro, nec fabulosis cervorum ac leonum medullis nutritur; sed liberales artes docetur, atque ad Dei cultum excolitur, et, ut uno verbo complectar, per primas ac pueriles disciplinas ad futuram perfectionem ducitur. Nam, qui vel solos mores, vel solam doctrinam consecuti sunt, ab altera vero deseruntur, ii mihi nihil a luscis differre videntur, quibus cum magnum detrimentum sit, tum vero major turpitudo, sive alios cernant, sive ab aliis cernantur. At quibus utraque laude excellere, ac velut ambidextris esse contigit, hi nimirum omnibus numeris absoluti sunt, ac cum alterius vitæ beatitudine vitam agunt. Quod quidem illi, ut par erat, contigit, quippe qui domesticum haberet virtutis exemplar, in quod oculorum aciem intendens, statim optimus erat. Et quemadmodum equorum pullos, ac vitulos, simul atque in lucem prodierunt, matribus suis assultare videmus; sic ille patrem

[25] Psal. CXXXVIII, 16.

(16) *Πεποιημένοι.* Reg. d, ποιησάμενοι, et ad marg. ut in ed.

(17) *Τὰ κατ' αὐτόν.* « Hanc hujus vitæ partem, » quæ litteras et eruditionem spectat, « contemplemur. » Etenim de his hic agitur.

(18) *Πλάσιν.* Juxta Nicetam, per illud figmentum intelligitur baptisma, vel potius mores; quod figmentum David ps. CXXXVIII, 16, « diurnum » vocat, dicens: « Die, » vel « per diem, » vel « in die formabuntur. » Sic enim legendum ex Græco textu, ἡμέρας· non « dies formabuntur, » ut in Vulgata.

(19) *Κένταυρον.* Chiron Centaurus, Achillem in disciplinam acceptum, et equinæ suæ parti impositum, jaculari, ac lepores et hinnulos ferire docebat. Eum lactis loco, cervorum ac leonum medullis nutriebat; unde dictus est « Achilles, » quod communis et usitati cibi, qui χιλὸς dicitur, expers fuerit.

(20) *Κατ' αὐτόν.* Sic Regg. bm, ph, duo Coisl., Or. 2, Par., etc. In ed., κατ' αὐτῶν.

(21) *Ἢ βίον μόνον.* Deest μόνον in Chrys. In Pass. desunt ἢ et μόνον.

(22) *Δοκεῖν.* Pass., δοκεῖ.

(23) *Τούτοις καὶ τὸ εἶναι,* etc. « Qui utramque laudem, » inquit Nicetas, « doctrinæ scilicet et vitæ est assecutus, is perfectus est: ac deinceps jam cum alterius sæculi beatitudine vitam traducit, qua puritate et contemplatione pollet. »

(24) *Εὖ ποιοῦν.* In nonnullis, εὖ ποιεῖν, etc. « Virtutis exemplar habens, quo domi præclare imbueretur. »

Digitized by Google

cum equino et generoso impetu e propinquo affectabatur, nec a summis virtutis illius agitationibus longo intervallo distabat; aut, si mavis, in ipsa quoque virtutis adumbratione, futuræ virtutis pulchritudinem subindicabat, atque accuratioris vitæ notas ante accuratioris vitæ tempus præferebat.

A σκιαγραφίᾳ τὸ μέλλον τῆς ἀρετῆς (25) κάλλος ὑποσημαίνων, καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἀκριβείας, τὰ τῆς ἀκριβείας προχαραττόμενος.

XIII. Illic porro cum satis uberem doctrinam collegisset, nec rei cujusquam honestæ ignarum et expertem eum esse oporteret, nec ab apicula, quæ ex quibuslibet floribus utilissima quæque decerpit, labore ac diligentia superari, Cæsaream, ut scholarum urbis illius particeps esset, contendit; hanc, inquam, illustrem civitatem, et nostram (nam meorum quoque studiorum dux et magistra exstitit), non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium, 780 quibus præcellit et dominatur, metropolim; quam si quis doctrinæ palma spoliaverit, rem omnium pulcherrimam ipsique maxime propriam eripuerit. Nam cum aliæ civitates aliis ornamentis, vel antiquis, vel novis glorientur, prout, opinor, vel historiis, vel rebus quibusdam visendis ornatæ sunt; hanc contra, ut arma vel tragœdias notæ quædam atque insignia, sic litterarum gloria nobilitat, illustremque reddit. Jam quæ sequuntur, ii exponant, qui et eum apud se erudierunt, et fructum ex ipsius eruditione ceperunt; quantus videlicet magistris, quantus æqualibus esset, illos nimirum æquans, hos omni doctrinæ genere superans; quantam apud omnes tum plebeios, tum civitatis primarios gloriam brevi tempore assecutus fuerit; majorem quidem quam illa ætas ferebat, eruditionem, majorem rursus eruditione morum constantiam et gravitatem ostendens; rhetor inter rhetores, etiam ante sophisticam exhedram; philosophus inter philosophos, etiam ante philosophiæ decreta: et, quod maximum est, sacerdos Christianis, etiam ante initum sacerdotium; tantum ipsi omnes in omnibus rebus concedebant. Ipsi porro eloquentiæ studium, accessionis duntaxat, ac velut corollarii cujusdam rationem habebat, hoc tantum scilicet ex ipsa fructus decerpenti, quantum auxilii, ut ea ad nostram philosophiam uteretur; quandoquidem ad explicanda animi sensa ipsius vis ac facultas requiritur. Mens enim, quæ id, quod sentit, verbis exprimere nequit, hominum torpore laborantium incessui haudquaquam dissimilis est. At vero serium et præcipuum illius studium in eo versabatur, ut veræ philosophiæ operam daret, seseque a mundi contagione abrumperet, Deoque adjungeret, ac per terrena, supera lucraretur, et per fluxa et fragilia, ea, quæ firma et æterna sunt, compararet.

B

C

ΙΓ'. Ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς εἶχε τῆς ἐνταῦθα παιδεύσεως, ἔδει δ' αὐτὸν μηδὲν τῶν καλῶν διαφυγεῖν, μηδὲ τῷ φιλοπόνῳ τῆς μελίσσης ἀπολειφθῆναι, συλλεγούσης ἐκ παντὸς ἄνθους τὰ χρησιμώτατα, ἐπὶ τὴν Καισαρέων πόλιν (26) ἐπείγεται, τῶν τῇδε μεθέξων παιδευτηρίων· ταύτην δὲ λέγω τὴν περιφανῆ τε καὶ ἡμετέραν (ἐπεὶ καὶ τῶν ἐμῶν λόγων αὕτη καθηγεμὼν καὶ διδάσκαλος), τὴν οὐχ ἧττον λόγων μητρόπολιν, ἢ τῶν πόλεων ὧν ὑπέρκειται, καὶ καθ' ὧν ἔχει τὴν δυναστείαν· ἣν εἴ τις τοῦ ἐν λόγοις κράτους ἀποστερήσειεν. ἀφῃρηκὼς ἔσται αὐτὸ τὸ κάλλιστόν τε καὶ ἰδικώτατον (27). Ἄλλαι μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ἢ παλαιοῖς, ἢ νέοις, ὅπως ἂν οἶμαι, τῶν διηγημάτων ἔχωσιν, ἢ τῶν ὁρωμένων· τῇ δὲ, λόγοι τὸ γνώρισμα, ὥσπερ ἐν τοῖς ὅπλοις ἢ τοῖς δράμασι τὰ ἐπίσημα. Τὰ δὲ ἐξῆς αὐτοὶ διηγείσθωσαν, οἱ καὶ παιδεύσαντες τὸν ἄνδρα παρ' ἑαυτοῖς, καὶ τῆς παιδεύσεως ἀπολαύσαντες· ὅσος μὲν ἦν διδασκάλοις, ὅσος δὲ ἡλίξι, τοῖς μὲν παρεκτεινόμενος, τοὺς δὲ ὑπεραίρων κατὰ πᾶν εἶδος παιδεύσεως· ὅσον κλέος ἐντὸς ὀλίγου χρόνου παρὰ πᾶσιν ἠνέγκατο, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ δήμου, καὶ τοῖς πρώτοις τῆς πόλεως· μείζω μὲν τῆς ἡλικίας τὴν παίδευσιν, μείζω δὲ τῆς παιδεύσεως τὴν τοῦ ἤθους πῆξιν ἐπιδεικνύμενος· ῥήτωρ ἐν ῥήτορσι, καὶ πρὸ τῶν (28) σοφιστικῶν θρόνων· φιλόσοφος ἐν φιλοσόφοις, καὶ πρὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ δογμάτων· τὸ μέγιστον, ἱερεὺς Χριστιανοῖς, καὶ πρὸ τῆς ἱερωσύνης· τοσοῦτον ἦν αὐτῷ τὸ παρὰ πάντων συγκεχωρηκὸς ἐν ἅπασιν. Τῷ δὲ λόγοι μὲν τὸ πάρεργον ἦσαν, τοσοῦτον ἐξ αὐτῶν δρεπομένῳ, ὅσον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν συνεργοὺς ἔχειν· ἐπειδὴ δεῖ καὶ τῆς ἐν τούτοις δυνάμεως πρὸς τὴν τῶν νοουμένων δήλωσιν· κίνημα γὰρ ναρκώντων (29) ἐστὶ, νοῦς ἀνεκλάλητος. Φιλοσοφία δὲ ἡ σπουδὴ (30), καὶ τὸ ῥαγῆναι κόσμου, καὶ μετὰ Θεοῦ γενέσθαι τοῖς κάτω τὰ ἄνω πραγματευόμενον, καὶ τοῖς ἀστάτοις καὶ ῥέουσι τὰ ἑστῶτα καὶ μένοντα κατακτώμενον (31).

(25) *Τῆς ἀρετῆς*. Pass., τῆς μορφῆς, « formæ. »

(26) *Καισαρέων πόλιν*. Billius ad Marg. « Cæsaream Palæstinæ intelligit. » In eamdem sententiam inclinat Tillemontius. Verum Nicetas aliique eruditi « Cæsaream Cappadociæ » intelligunt. Pro ista opinione pugnant etiam novissimi operum S. Basilii editores, ac pluribus et firmissimis argumentis probant, Basilium et Gregorium, studiorum causa, primum « Cæsaream Cappadociæ » advenisse. Deinde, juxta eosdem editores, Basilius « Constantinopolim » mittitur, et Gregorius « Cæsaream Palæstinæ, ob artis oratoriæ amorem, » ut ipse loquitur, or. VII, n. 6. Vide *Basilii vitam*, ed. Par. an. 1730, tom. III, n. VI, pag. 40, ubi quæstio hæc optime pertractata videtur.

D

(27) *Ἰδικώτατον*. Reg. d et Or. 2 ad marg., ἰδιαίτατον. Nicetas hunc locum sic legit: ἔσται τὸ κάλλιστον αὐτῆς τε καὶ ἰδιαίτατον.

(28) *Καὶ πρὸ τῶν*, etc. Sam. Petit. Miscel. lib. IV, c. 1, p. 10, sic legit: Ῥήτωρ ἐν ῥήτορσι, καὶ πρώτων σοφιστικῶν θρόνων· φιλόσοφος ἐν φιλοσόφοις, καὶ πρώτων ἐν φιλοσοφίᾳ δογμάτων· τὸ μέγιστον, ἱερεὺς ἐν Χριστιανοῖς, καὶ πρώτης ἱερωσύνης.

(29) *Ναρκώντων*. Sic Coisl. 2, Nicet., Bas., Combef. In ed., ναρκόντων.

(30) *Σπουδή*. Nicet., ἀρετή, « virtus. »

(31) *Κατακτώμενον*. Pass., κτώμενον.

Digitized by Google

ΙΔ'. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, τὴν προκαθεζο- A μένην τῆς Ἑῴας πόλιν (καὶ γὰρ ἡδόκιμει σοφιστῶν τε καὶ φιλοσόφων τοῖς τελεωτάτοις, ὧν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὰ κράτιστα συνελέξατο τάχει τε καὶ μεγέθει (32) φύσεως)· ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὸ τῶν λόγων ἔδαφος τὰς Ἀθήνας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πέμπεται, καὶ τῆς καλῆς περὶ τὴν παίδευσιν ἀπληστίας· Ἀθήνας τὰς χρυσᾶς ὄντως ἐμοὶ, καὶ τῶν καλῶν προξένους, εἴπερ τινί. Ἐκεῖναι γάρ μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐγνώρισαν τελεώτερον, οὐδὲ πρὶν ἀγνοούμενον· καὶ λόγους ἐπιζητῶν, εὐδαιμονίαν ἐκομισάμην· καὶ τρόπον ἕτερον ταυτὸ (33) πέπονθα τῷ Σαοὺλ, ὃς τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἐπιζητῶν, βασιλείαν εὗρατο (34), μεῖζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον ἐμπορευσάμενος. Τὸ μὲν δὴ μέχρι τούτων (35) εὔδρομος ἡμῖν (36) ὁ λόγος, καὶ διὰ λείας τῆς ὁδοῦ φέρων, καὶ ἄγαν εὐπόρου, καὶ βασι- B λικῆς ὄντως τῶν τοῦ (37) ἀνδρὸς ἐγκωμίων· τὸ δ' ἐντεῦθεν, οὐκ οἶδ' ὅ τι τῷ λόγῳ χρήσωμαι, καὶ ποῖ τράπωμαι (38)· ἔχει γάρ τι καὶ πρόσαντες ἡμῖν ὁ λόγος. Ποθῶ μὲν γὰρ ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, καὶ τοῦ καιροῦ τούτου λαβόμενος, καὶ τῶν κατ' ἐμαυτόν τι προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, καὶ μικρόν τι προσδιατρῖψαι τῷ διηγήματι, ὅθεν τε καὶ ὅπως ἡμῖν, κἀκ τίνος τῆς ἀρχῆς συνέστη τὸ τῆς φιλίας, εἴτουν συμπνοίας καὶ συμφυΐας, εἰ χρὴ προσειπεῖν οἰκειότερον. Φιλεῖ γὰρ οὔτε ὄψις ῥᾳδίως ἀναχωρεῖν τῶν τερπνῶν θεαμάτων, κἂν ἀφέλκῃ τις βίᾳ, πρὸς αὐτὰ (39) πάλιν φέρεσθαι· οὔτε λόγος τῶν ἡδίστων διηγημάτων. Δέδοικα δὲ τὸ φορτικὸν τῆς ἐγχειρήσεως. Πειράσομαι μὲν οὖν, ὡς οἷόν τε μετρίως, τοῦτο ποιεῖν. Ἂν δ' ἄρα τι καὶ βιαζώμεθα ὑπὸ τοῦ πόθου, συγγνώμῃ τῷ πάθει πάντων παθῶν ὄντι δικαιοτάτῳ, καὶ ὃ μὴ παθεῖν ἡ ζημία τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν.

XIV. Hinc Byzantium, urbem totius Orientis principatum tenentem, venit (excellentissimis enim oratoribus philosophisque florebat, quorum brevi optima quæque ingenii celeritate ac magnitudine collegit); atque inde Athenas, hoc est, litterarum sedem ac domicilium, a Deo, atque inexplebili simul et præclara doctrinæ cupiditate mittitur; Athenas, inquam, mihi vere aureas ac, si cuiquam alii, bonorum procuratrices. Nam illæ mihi hominem, non illum quidem ante ignotum, sed tamen plenius noscendum præbuerunt : ac doctrinam exquirens, beatitudinem reperi; mihique dispari modo idem quod Sauli **781** accidit, qui patris asinas quærens, regnum invenit[33], plusque in ea re, quam obiter agebat, quam in ea, quæ præcipue ipsi curæ erat, lucrifecit. Jam nobis quidem hactenus plana, et facili ac vere regia laudum illius via prosperum cursum oratio tenuit : nunc autem quam dicendi rationem sequar, aut, quo me vertam, nescio; habet enim mihi arduum aliquid hic sermo. Huc enim oratione progressus, atque hanc occasionem nactus, rerum etiam mearum aliquid adjungere, paululumque in hac narratione immorari gestio, atque unde, et quo modo, ac quibus ex initiis conflata inter nos amicitia, sive, ut congruentius loquar, animorum conspiratio et naturæ conjunctio fuerit, explicare. Quemadmodum enim oculi a jucundis spectaculis non facile recedunt, ac si quis per vim eos retrahat, eodem rursus feruntur; sic nec sermo a rerum suavissimarum commemoratione. Sed in hoc C conatu metuendam mihi difficultatem esse conspicio. Adnitar itaque, ut, quam parcissime potero, id faciam. Quod si nos forte amoris et cupiditatis æstus modum excedere coegerit, affectui nostro, quæso, ignoscite, affectuum omnium justissimo, et quo non affici, damnum ac detrimentum est, iis quidem certe, qui sana atque integra mente sunt.

ΙΕ'. Εἶχον ἡμᾶς Ἀθῆναι, καθάπερ τι ῥεῦμα ποτάμιον, ἀπὸ μιᾶς σχισθέντας πηγῆς τῆς πατρίδος, εἰς διάφορον ὑπερορίαν κατ' ἔρωτα τῆς παιδεύσεως, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ (40) συνελθόντας, ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος, οὕτω Θεοῦ κινήσαντος. Εἶχον δὲ μικρῷ (41) μὲν ἐμὲ πρότερον· τὸν δ' εὐθὺς μετ' ἐμὲ, μετὰ πολλῆς προσδεχθέντα (42) καὶ περιφανοῦς τῆς ἐλπίδος. Καὶ γὰρ ἐν πολλῶν γλώσσαις ἔκειτο πρὶν ἐπιστῇ· καὶ μέγα ἑκάστοις ἦν προκαταλαβεῖν τὸ σπουδαζόμενον. Οὐδὲν δὲ οἷον καὶ ἡδυσμά τι προσθεῖναι τῷ λόγῳ μικρὸν ἀφήγημα, τοῖς μὲν εἰδόσιν, ὑπόμνησιν, τοῖς δὲ ἀγνοοῦσι, διδασκαλίαν. Σοφιστομανοῦσιν Ἀθήνῃσι τῶν νέων οἱ πλεῖστοι καὶ ἀφρονέστεροι· οὐ τῶν ἀγεννῶν μόνον καὶ τῶν ἀνωνύμων, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν εὖ γεγονότων καὶ περιφανεστέρων, ἅτε πλῆθος σύμμικτον ὄντες, καὶ νέοι, καὶ δυσκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς (43). Ὅπερ οὖν πάσχοντας ἔστιν ἰδεῖν, περὶ τὰς

XV. Habebant nos Athenæ, velut fluxum quemdam fluminis, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones doctrinæ cupiditate dissectos, rursumque, velut ex composito, Deo videlicet ita impellente, coeuntes. Ac me quidem aliquanto ante habebant; illum autem haud multo post, et quidem cum mirifica et luculenta spe exspectatum. Etenim in multorum linguis versabatur, antequam advenisset; nec quisquam erat, qui non præclare secum agi putaret, D si id, quod summo studio expetebat, prior occuparet. Nec vero alienum erit narratiunculam unam, condimenti cujusdam vice, orationi adjungere, ut scientibus quidem memoriam renovet, ignorantibus autem documento sit. Insano quodam erga sophistas studio Athenis tenentur quam plurimi et stolidissimi adolescentes; non modo ignobiles et obscuri, sed nobiles etiam et illustres, ut qui miscella-

[33] 1 Reg. IX, 3 sqq.

(32) *Μεγέθει*. Reg. ph et Or. 2. μεγέθη.
(33) *Ταυτό*. Regg. c, ph, ταυτόν.
(34) *Εὗρατο*. Tres Regg. et Or. 2, εὑρετο.
(35) *Τούτων*. Reg. ph. τούτου
(36) *Ἡμῖν*. Deest in Reg. a.
(37) *Ὄντως τῶν τοῦ*. Sic quatuor Regg., Coisl. 1, Or. 2, etc. Deest τῶν in ed
(38) *Χρήσωμαι. . . τράπωμαι*. Or. 2 et Comb., χρήσομαι. . . τράπομαι.
(39) *Αὐτά*. Reg. ph, ἑαυτά.
(40) *Τὸ αὐτό*. Reg. ph, ταυτόν.
(41) *Μικρῷ*. Or. 2, μικρόν.
(42) *Προσδεχθέντα*. Reg. c, εἰσδεχθέντα.
(43) *Ταῖς ὁρμαῖς*. Reg. Cypr., τὴν ὁρμήν.

Digitized by Google

nea quædam multitudo sint, et juvenes, et ita effecti, ut eorum impetus vix reprimi possint. Quod igitur in equestribus certaminibus iis accidere videmus, qui equis et **782** spectaculis oblectantur; exsiliunt enim, clamant, pulverem in cœlum mittunt, sedentes habenas moderantur, aerem verberant, equos digitis, quasi scuticis, in alterum atque alterum latus subinde jungunt, cum nihil horum in ipsorum potestate situm sit : facile inter se aurigas, equos, equorum stationes, certaminis duces permutant; idque quinam tandem? Pauperes plerumque atque inopia laborantes, et quibus ne in unum quidem diem victus suppetit : hoc ipsis quoque plane circa præceptores suos, aliosque ejusdem artis professores, eorumque æmulos accidit; in hoc nimirum elaborantibus, ut et plures ipsi sint, et illos opera sua locupletiores efficiant. Atque ea res vehementer absurda et prodigiosa est. Præoccupantur urbes, viæ, portus, montium cacumina, campi, solitudines, omnes denique Atticæ ac reliquæ Græciæ partes, atque adeo incolarum maxima pars, nam et illos in partes ac studia distractos habent.

A ἀντιθέτους ἱπποδρομίας, τοὺς φιλίππους τε καὶ φιλοθεάμονας· πηδῶσι, βοῶσιν, οὐρανῷ πέμπουσι κόνιν, ἡνιοχοῦσι καθήμενοι, παίουσι τὸν ἀέρα (44), τοὺς ἵππους δὴ τοῖς δακτύλοις, ὡς μάστιξι (45), ζευγνύουσι, μεταζευγνύουσιν, οὐδενὸς ὄντες κύριοι· ἀντιδιδόασιν ἀλλήλοις ῥᾳδίως ἡνιόχους, ἵππους, ἱπποστασίας, στρατηγούς. Καὶ ταῦτα τίνες; Οἱ πένητες πολλάκις καὶ ἄποροι, καὶ μηδ' ἂν εἰς μίαν ἡμέραν τροφῆς εὐπορήσαντες (46)· τοῦτο καὶ αὐτοὶ πάσχουσιν ἀτέχνως περὶ τοὺς ἑαυτῶν διδασκάλους, καὶ ἀντιτέχνους, ὅπως πλείους τε ὦσιν αὐτοί, κἀκείνους εὐπορωτέρους ποιῶσι δι' ἑαυτῶν σπουδὴν ἔχοντες· καὶ τὸ πρᾶγμά ἐστιν ἐπιεικῶς ἄτοπον καὶ δαιμόνιον. Προκαταλαμβάνονται πόλεις, ὁδοί, λιμένες, ὀρῶν ἄκρα, πεδία, ἐσχατιαί, οὐδὲν ὅ τι μὴ τῆς Ἀττικῆς μέρος, ἢ τῆς λοιπῆς Ἑλλάδος, αὐτῶν τῶν (47) οἰκητόρων οἱ πλεῖστοι· καὶ γὰρ τούτους μεμερισμένους ταῖς σπουδαῖς ἔχουσιν.

XVI. Cum autem juvenis quispiam accesserit, atque in eorum, a quibus captus est, manus et potestatem venerit (venit autem, vel sponte, vel coactus); tum Attica hæc illis consuetudo est, ludusque rei seriæ admistus : Primum, apud eorum aliquem, qui priores ipsum arripuerint, hospitio accipitur, vel amicorum, vel propinquorum, vel qui ejusdem sunt patriæ, vel qui sophistices artem apprime callent, ac lucra magistris conciliant, eoque nomine apud eos summo honore ac pretio sunt; quandoquidem illis mercedis loco est, habere qui ipsorum commodis studeant. Deinde, a quolibet cavillis lacessitur; quod quidem, ni fallor, eo faciunt, ut eorum, qui nuper advenerunt, fastum reprimant, atque a principio ipsos in potestate redigant. Lacessitur autem : ab aliis, audacius; ab aliis, urbanius, prout ille, vel rusticis et ineptis est moribus, vel urbanitate præditus. Atque id ignaris quidem horrendum valde et inhumanum videtur, iis autem perquam jucundum et suave, qui hoc prius norunt. Amplior enim est hæc minarum ostentatio, quam **783** res ipsa. Tum per forum ad balneum cum pompa deducitur. Pompa autem hoc modo se habet : Qui deducendi juvenis munere funguntur, ordine collocati, atque æquis spatiis

ΙϚ'. Ἐπεὶ δ' ἂν οὖν τις ἐπιστῇ τῶν νέων, καὶ ἐν χερσὶ γένηται τῶν ἑλόντων (48) (γίνεται δὲ, ἢ βιασθείς, ἢ ἑκών), νόμος οὗτός ἐστιν αὐτοῖς Ἀττικὸς (49), καὶ παιδιὰ σπουδῇ σύμμικτος· Πρῶτον μὲν ξεναγεῖται παρά τινι τῶν προειληφότων, ἢ φίλων, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς πατρίδος, ἢ τῶν ὅσοι περιττοὶ τὰ σοφιστικὰ, καὶ προσαγωγοὶ τῶν λημμάτων, κἀντεῦθεν μάλιστα διὰ τιμῆς ἐκείνοις· ἐπεὶ καὶ τοῦτο μισθός ἐστιν αὐτοῖς τῶν σπουδαστῶν τυγχάνειν (50). Ἔπειτα ἐρεσχελεῖται παρὰ τοῦ βουλομένου παντός· βούλεται δὲ αὐτοῖς, οἶμαι, τοῦτο τῶν νεηλύδων συστέλλειν (51) τὸ φρόνημα, καὶ ὑπὸ χεῖρα σφῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄγειν. Ἐρεσχελεῖται δὲ, παρὰ μὲν τῶν, θρασύτερον· παρὰ δὲ τῶν, λογικώτερον, ὅπως ἂν ἀγροικίας, ἢ ἀστειότητος ἔχῃ. Καὶ τὸ πρᾶγμα, τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι λίαν φοβερὸν (52) καὶ ἀνήμερον, τοῖς δὲ προειδόσι καὶ μάλα ἡδὺ καὶ φιλάνθρωπον. Πλείων γάρ ἐστιν ἡ ἔνδειξις, ἢ τὸ ἔργον τῶν ἀπειλουμένων. Ἔπειτα πομπεύει διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἐπὶ τὸ λουτρὸν προαγόμενος. Ἡ πομπὴ δέ· Διατάξαντες ἑαυτοὺς στοιχηδὸν κατὰ συζυγίαν ἐκ διαστήματος, οἱ τελοῦντες τῷ νέῳ τὴν πρόοδον, ἐπὶ τὸ λουτρὸν προπέμπουσιν. Ἐπειδὰν δὲ πλησιάσωσι (53), βοῇ τε πολλῇ καὶ ἐξάλμασι χρώμενοι, καθάπερ ἐνθουσιῶντες (κελεύει δὲ ἡ βοὴ, μὴ προβαίνειν, ἀλλ' ἱστασθαι, ὡς

(44) *Παίουσι τὸν ἀέρα*, etc. Nicetas hunc locum sic exponit ac distinguit : Ἀντὶ τοῦ παίειν τοὺς ἵππους ταῖς μάστιξι, τὸν ἀέρα παίουσιν τοῖς δακτύλοις· « Aerem digitis verberant, cum equos scuticis verberare non possint. » Id totum refertur, non ad certantes, sed ad certaminum spectatores, quibus cum non liceat equos scuticis verberare, aut habenas moderari, tamen vel clamando, vel digitis, seu manibus plaudendo, sæpe aurigarum conatus ac molitiones frangunt, et equorum impetum deturbant.

(45) *Ὡς μάστιξι*. Deest in Reg., Cypr. Bill. « Stimulis, » quam interpretationem non probat Combefisius, quod ad metaphoram inepta sit, nec voci Græcæ respondeat.

(46) *Εὐπορήσαντες*. Regg. bm, ph. et Or. 2, εὐπορήσοντες.

(47) *Τῶν*. Deest in Reg. a.

(48) *Ἑλόντων*. Sic Regg. a, c, d, duo Coisl., or. 2 et Comb. In ed., ἐχόντων.

(49) *Ἀττικός*. Par., Ἀττικοῖς. Moris Attici mentionem faciunt Cyrus Theodorus, et Eunapius in vita Proæresii.

(50) *Σπουδαστῶν τυγχάνειν*. In nonnullis, σπουδαστῶν περὶ ταῦτα ἐντυγχάνειν.

(51) *Συστέλλειν*. Reg. c, καταστέλλειν. Bill. « ut novitiorum animos contrahant. »

(52) *Λίαν φοβερόν*, etc. Cyrus Theodorus sic in hanc consuetudinem lusit : Ναὶ, ναὶ, τὸ λουτρὸν τοῖς Ἀθήνησι ξένοις, ὡς πλῆκτρον! ὡς φόβητρον! ὡς καινὴ θέα! « Balneum profecto apud Athenienses, quam metuendum, quam formidolosum hospitibus, quam novum spectaculum! »

(53) *Πλησιάσωσι*. Sic Or. 2. In ed., πλησιάζωσι.

Digitized by Google

τοῦ λουτροῦ σφᾶς οὐ παραδεχομένου)· καὶ ἅμα τῶν θυρῶν ἀρασσομένων, πατάγῳ τὸν νέον φοβήσαντες, εἶτα τὴν εἴσοδον συγχωρήσαντες, οὕτως ἤδη τὴν ἐλευθερίαν διδόασιν, ὁμωτιμον ἐκ τοῦ λουτροῦ, καὶ ὡς αὐτῶν ἕνα δεχόμενοι· καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτοῖς τῆς τελετῆς (54) τὸ τερπνότατον, ἡ ταχίστη τῶν λυπούντων ἀπαλλαγὴ καὶ κατάλυσις. Τότε τοίνυν ἐγὼ τὸν ἐμὸν (55) καὶ μέγαν Βασίλειον, οὐκ αὐτὸς δι' αἰδοῦς ἦγον μόνον (56), τό τε τοῦ ἤθους στάσιμον καθορῶν, καὶ τὸ ἐν λόγοις καίριον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἔπειθον ὁμοίως ἔχειν, ὅσοι τῶν νέων ἀγνοοῦντες τὸν ἄνδρα ἐτύγχανον. Τοῖς γὰρ πολλοῖς εὐθὺς αἰδέσιμος ἦν, ἀκοῇ προκατειλημμένος (57). Ἐξ οὗ τί γίνεται ; Μόνος σχεδὸν (58) τῶν ἐπιδημούντων, τὸν κοινὸν διέφυγε νόμον, κρείττονος ἢ κατὰ νέηλυν ἀξιωθεὶς τῆς (59) τιμῆς.

A distincti, bini eum ad balneum antecedunt. Cum autem propius accesserint, quasi fanatico furore correpti, clamorem ingentem cum saltitatione tollentes (hic autem clamor, ne ulterius progrediantur, vetat, sed ut insistant, tanquam eos balneum minime admittat); simulque pulsatis januis, cum per strepitum juveni metum incusserint, postea concesso ingressu, ita demum eum in libertatem asserunt; atque a balneo redeuntem deinceps ut æqualem ac sodalem accipiunt; atque hoc ipsis est totius hujusce cæremoniæ jucundissimum, nimirum celerrima vexantium discessio ac cœtus solutio. Tunc igitur meum magnumque Basilium, non ipse solum veneratione prosequebar, quod illius tum in moribus gravitatem, tum in sermonibus maturitatem et prudentiam conspicerem; sed aliis etiam, B quibus non perinde cognitus erat, ut idem facerent, persuadebam. Nam apud multos statim in veneratione erat, ut qui fama et auditione jam eum præcepissent. Ex quo quid contigit? Ipse solus fere ex omnibus, qui studiorum causa Athenas veniebant, communi lege solutus est, majorem utique honorem, quam tironis conditio ferre videbatur, consecutus.

ΙΖ'. Τοῦτο ὑμῖν τῆς φιλίας προοίμιον· ἐντεῦθεν ὁ τῆς συναφείας σπινθὴρ· οὕτως ἐπ' ἀλλήλοις ἐτρώθημεν. Ἔπειτα συνηνέχθη τι καὶ τοιοῦτον· οὐδὲ γὰρ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιον· Οὐχ ἁπλοῦν γένος εὑρίσκω τοὺς Ἀρμενίους, ἀλλὰ καὶ λίαν κρυπτόν τι καὶ ὕφαλον. Τότε τοίνυν τῶν ἐκ πλείονος αὐτῷ συνήθων καὶ φίλων τινὲς, ἔτ' ἐκ τοῦ πατρὸς (60) καὶ τῆς ἄνωθεν ἑταιρίας (καὶ γὰρ ἐκείνης τῆς διατριβῆς ὄντες ἐτύγχανον), προσιόντες αὐτῷ μετὰ φιλικοῦ πλάσματος (φθόνος δὲ ἦν, οὐκ εὔνοια τὸ προσάγον), ἐπηρώC των τε αὐτὸν, φιλονείκως μᾶλλον ἢ λογικῶς, καὶ ὑποκλίνειν ἑαυτοῖς ἐπειρῶντο διὰ τῆς πρώτης ἐπιχειρήσεως, τήν τε ἄνωθεν τοῦ ἀνδρὸς εὐφυΐαν εἰδότες, καὶ τὴν τότε τιμὴν οὐ φέροντες. Δεινὸν (61) γὰρ εἶναι, εἰ προειληφότες τοὺς τρίβωνας, καὶ (62) λαρυγγίζειν (63) προμελετήσαντες, μὴ πλέον ἔχοιεν τοῦ ξένου τε καὶ νεήλυδος. Ἐγὼ δὲ ὁ φιλαθήναιος καὶ μάταιος (οὐ γὰρ ἠσθόμην τοῦ φθόνου, πιστεύων τῷ πλάσματι), ἤδη κλινομένων αὐτῶν, καὶ τὰ νῶτα μεταβαλλόντων (καὶ γὰρ ἐζηλοτύπουν τὸ τῶν Ἀθηνῶν κλέος ἐν ἐκείνοις καταλυθῆναι, καὶ τάχιστα περιφρονηθῆναι), ὑπῆρειδόν τε τοὺς νεανίας ἐπανάγων τὸν λόγον, καὶ τὴν παρ' ἐμαυτοῦ ῥοπὴν χαριζόμενος (δύναται δὲ καὶ ἡ μικρὰ προσθήκη τὸ πᾶν ἐν τοιούτοις), *ἴσας ὑσμίνῃ* (64) *τὰς κεφαλὰς*, τὸ τοῦ λόγου, κατD έστησα. Ὡς δὲ τὸ τῆς διαλέξεως ἔγνων ἀπόῤῥητον, οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι τυγχάνον, ἀλλὰ σαφῶς ἤδη παρα-

XVII. Hoc nobis amicitiæ præludium: hinc necessitudinis igniculus: sic mutuo amore sauciati sumus. Postea hujusmodi quoque quiddam accidit; nam ne hoc quidem prætermitti debet: Haud simplicem et apertam nationem Armenios esse invenio, quin potius, admodum tectam et simulatam. Tum ergo nonnulli jam olim cum ipso familiaritate et amicitia conjuncti, tum adhuc ex patre, tum ex veteri sodalitio (nam in illa schola instituti fuerant), ad ipsum per amicitiæ speciem accedentes C (invidia autem, non benevolentia ducebantur), contentiosis potius, quam doctis et argutis quæstionibus eum urgebant, ac primo impetu sibi subjicere conabantur, tum quod egregiam ipsius indolem jampridem nossent, tum quod honorem tunc ipsi præstitum permoleste ferrent. Grave enim minimeque ferendum esse judicabant, eos, qui philosophica pallia priores induissent, atque **784** in funditandis verbis operam ante posuissent, extero et tironi nequaquam anteferri. Ego autem, ille Athenarum amans ac stultus (non enim invidiam senseram, frontis involucro fidem habens, Athenarum gloriam in ipsis oppressam et celerrime contemptam indigno animo ferens), succumbentes jam adoD lescentes, et terga vertentes, reducta disputatione suffulciebam, atque auxilii mei momentum ipsis largiens (in hujusmodi porro rebus vel perexigua

(54) *Τελετῆς*. Sic Regg. a, c, d, Coisl. 2, Pass. et Comb. In ed., τελευτῆς, « finis, mors. »

(55) *Τὸν ἐμόν*. Regg. a, c, d, Coisl. 2, Or. 2 et Pass. addunt, σοφόν τε, « et sapientem. »

(56) *Μόνον*. Pass., μόνος.

(57) *Προκατειλημμένος*. Reg. bm et Pass., προκατειλημμένοις.

(58) *Μόνος σχεδόν*. Eadem sic testatur Cyrus Theodorus : Ἀλλ' ἄχρι ταῦτα τοῦ σοφοῦ Βασιλείου μόνου φυγόντος τοὺς νεηλύδων νόμους· « Hæc usque ad sapientem Basilium, qui solus tironum lege liberatus fuit. »

(59) Ἀξιωθεὶς τῆς, etc. Sic Regg. a, c, d, Or. 2 et Comb. Deest τῆς in ed

(60) *Ἔτ' ἐκ τοῦ πατρός*. Coisl. 1, εἶτ' ἐκ τοῦ πατρός. Nicet., ἔκ τε τοῦ πατρός. « Qui quondam, in ipsius patris schola, Basilii fuerant condiscipuli. »

(61) *Δεινόν*. Sic Regg. a et bm. In ed., δεινῶν.

(62) *Τρίβωνας, καί*. Sic quatuor Regg., Or. 2 et Comb. In ed. deest καί.

(63) *Λαρυγγίζειν*. Nicetas hanc vocem exponit : κομψῶς λέγειν· « ornate dicere. »

(64) *Ἴσας ὑσμίνῃ*, etc. Istud ex Homero, *Iliad.* xi, vers. 71, desumptum, ut significet « æquam et ancipitem pugnam. »

Digitized by Google

accessio quidvis potest), *æquania*, ut ille ait [94], *prælii capita* constitui. At ubi disputationis arcanum intellexi, quod jam ne contineri quidem poterat, sed perspicue sese prodebat, repente mutatus, remigationem ad puppim converti, ab illius partibus stans, ambiguamque victoriam reddidi. Qua ex re (ut erat ingenio in primis acuto) magnam statim voluptatem cepit, atque alacritate perfusus, ut cum Homericis verbis omnino describam, strenuos illos juvenes disputatione perturbatos insectabatur; nec ante argumentationibus eos ferire destitit, quam prorsus in fugam convertisset, victoriamque haud dubiam adeptus fuisset. Hæc altera nobis amicitiæ, non jam scintilla, sed fax clara et sublimis accenditur.

A γυμνούμενον, ἐξαίφνης μεταβαλὼν, πρύμναν τε (65) ἐκρουσάμην, ἐκεῖνῳ θέμενος, καὶ ἑτεραλκέα τὴν νίκην (66) ἐποίησα. Ὁ δὲ ἥσθη (67) τε αὐτίκα τῷ γενομένῳ (καὶ γὰρ ἦν ἀγχίνους, εἰ καί τις ἄλλος), καὶ προθυμίας πλησθεὶς, ἵνα τελέως (68) αὐτὸν καθομηρίσω, ἔφεπε κλονέων τῷ λόγῳ τοὺς γεννάδας ἐκείνους, καὶ παίων συλλογισμοῖς, οὐ πρὶν ἀνῆκεν, ἢ τελέως τρέψασθαι, καὶ τὸ κράτος καθαρῶς ἀναδήσασθαι. Οὗτος δεύτερος ἡμῖν τῆς φιλίας, οὐκ ἔτι σπινθὴρ, ἀλλ' ἤδη πυρσὸς ἀνάπτεται περιφανὴς καὶ ἀέριος.

XVIII. Atque illi quidem sic infecto negotio discesserunt, tum suam temeritatem multum incusantes, tum insidiarum nomine tantam in me indignationem concipientes, ut etiam apertas mihi inimicitias indicerent, ac proditionem objicerent, non modo eorum, sed ipsarum quoque Athenarum; quoniam primo impetu ab uno homine confutati atque ignominia affecti fuerant, et quidem ejusmodi, qui ne fiduciæ etiam tempus habebat. Ipse contra (humanus enim affectus est, cum, magnis quibusdam rebus spe conceptis, in eas subito incidimus, opinione nostra inferiores eas videre), ipse ejusdem quoque affectus periculum faciens, mœrebat, angebatur, non habebat quod sibi de adventu suo gratularetur. Quærebat quod spe sibi effinxerat; inanem felicitatem Athenas nominabat. Hæc quidem ille: ego autem maximam mœroris partem ipsi adimebam, tum argumentis congrediens, tum rationibus eum mulcens; cum, ut res erat, nec hominis mores statim, **785** sed diuturno tempore, ac perfectissima familiaritate, vitæque consuetudine, percipi, nec eruditionem iis, qui periculum ipsius faciunt, ex paucis argumentis ac brevi agnosci, dicerem. Illinc eum ad animi tranquillitatem revocavi, ac benevolentiæ specimen simul præbens et accipiens, arctioribus vinculis mecum astrinxi.

B ΙΗ'. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀπῆλθον ἄπρακτοι, πολλὰ μὲν τῆς προπετείας ἑαυτοῖς (69) καταμεμψάμενοι, πολλὰ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐμοὶ δυσχεράναντες, ὡς καὶ φανερὰν ἔχθραν ὁμολογῆσαι, καὶ προδοσίαν ἐπικαλεῖν, οὐκ ἐκείνων μόνον (70), ἀλλὰ καὶ αὐτῶν Ἀθηνῶν· ὡς διὰ τῆς πρώτης πείρας ἐληλεγμένων, καὶ ἡσχυμμένων ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς, καὶ ταῦτα μηδὲ τοῦ θαρρεῖν καιρὸν ἔχοντος. Ὁ δὲ (καὶ γὰρ ἀνθρώπινον τὸ πάθος, ὅταν μεγάλα ἐλπίσαντες ἀθρόως τοῖς ἐλπισθεῖσιν (71) ἐντύχωμεν, ἐλάττω τῆς δόξης ὁρᾷν (72) τὰ φαινόμενα), τοῦτο καὶ αὐτὸς πάσχων, ἐσκυθρώπαζεν, ἐδυσφόρει, τῆς ἐπιδημίας ἑαυτὸν ἐπαινεῖν οὐκ εἶχεν. Ἐζήτει τὸ ἐλπισθέν· κενὴν μακαρίαν τὰς Ἀθήνας ὠνόμαζεν. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα· ἐγὼ δὲ τῆς λύπης ἀφῄρουν τὸ πλεῖστον, καὶ λογικῶς συγγινόμενος, C καὶ κατεπᾴδων τοῖς λογισμοῖς· καὶ, ὅπερ ἦν ἀληθὲς, οὔτε ἦθος ἀνδρὸς εὐθὺς ἁλωτὸν εἶναι, λέγων, ὅτι μὴ χρόνῳ πολλῷ καὶ συνουσίᾳ τελεωτέρᾳ (73), οὔτε παίδευσιν τοῖς πειρωμένοις, ἐξ ὀλίγων τε καὶ ἐν ὀλίγῳ (74) γνωρίζεσθαι. Ὅθεν ἐπανῆγον αὐτὸν εἰς τὸ εὔθυμον, καὶ πεῖραν διδοὺς καὶ λαμβάνων, πλέον ἑμαυτῷ συνέδησα.

XIX. Ut autem temporis progressu desiderium nostrum mutuo inter nos confessi sumus, ac philosophiam id esse quod a nobis expeteretur, tum vero jam uterque alteri quidvis eramus, contubernales, convictores, concordes, unum idemque spectantes, ferventius quotidie ac firmius desiderium nobis invicem colligentes. Etenim corporum amo-

D ΙΘ'. Ὡς δὲ, προϊόντος τοῦ χρόνου, τὸν πόθον ἀλλήλοις καθωμολογήσαμεν, καὶ φιλοσοφίαν (75) εἶναι τὸ σπουδαζόμενον, τηνικαῦτα ἤδη τὰ πάντα ἦμεν ἀλλήλοις, ὁμόστεγοι, ὁμοδίαιτοι, συμφυεῖς, τὸ ἓν βλέποντες, ἀεὶ τὸν πόθον ἀλλήλοις συναύξοντες (76) θερμότερόν τε καὶ βεβαιότερον (77). Οἱ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων ἔρωτες, ἐπειδὴ ῥεόντων εἰσὶ, καὶ

[94] Hom. *Iliad.* xi, vers. 72.

(65) *Πρύμναν τε*, etc. Proverbium de iis qui cursum reflectunt, qui consilium in diversum mutant, et partes, quas prius tuebantur, deserunt.

(66) *Ἑτεραλκέα τὴν νίκην*, etc. Sic recte Nicetas exponit: « ut ad Basilium vergeret victoria meo suffragio effecti. » Hanc esse Gregorii mentem Budæus agnoscit. Cum enim pro Armenis stando Gregorius æqualem fecisset pugnæ capita; ubi primum « sese Basilio adjunxit, » θέμενος αὐτῷ, victoriam ipsi tribuit, quam Armenis favendo ancipitem fecerat.

(67) *Ὁ δὲ ἥσθη*. « Lætatus est. » Duo Regg., ἥσθη, et ad unius codicis marg., ἥσθετο, « persensit. »

(68) *Τελέως*. Reg. ph, τελείως.

(69) *Ἑαυτοῖς*. Duo Regg., ἑαυτούς.

(70) *Μόνον*. Reg. a, μόνων.

(71) *Ἐλπισθεῖσιν*. Sic codd. In ed., ἐπισθεῖσιν.

(72) *Ὁρᾷν*. Sic plerique ac optimæ notæ codd. In ed., ὁρῶντες.

(73) *Τελεωτέρᾳ*. Or. 2, Par., Pass., τελεωτάτῃ.

(74) *Ἐν ὀλίγῳ*. Sic Or. 2, Par. et Pass. Deest ἐν in ed.

(75) *Καὶ φιλοσοφίαν*. Coisl. 1, καὶ τὸ φιλοσοφίαν. Nicetas: τὴν ἄσκησιν τῶν καλῶν· « virtutum » seu « vitæ religiosæ exercitationem » interpretatur. Qua acceptione Gregorius « ascetas » philosophos appellat.

(76) *Συναύξοντες*. In quibusdam, συναυξάνοντες. Bas., συνάγοντες.

(77) *Βεβαιότερον*. Reg. c, βαιότερον

Digitized by Google

βέουσιν ἴσα καὶ ἠρινοῖς ἄνθεσιν. Οὔτε γὰρ φλὸξ μέ- A
γει, τῆς ὕλης δαπανηθείσης (78). ἀλλὰ τῷ ἀνάπτοντι
συναπέρχεται, οὔτε πόθος ὑφίσταται (79), μαραινο-
μένου τοῦ ὑπεκκαύματος. Οἱ δὲ κατὰ Θεόν τε καὶ
σώφρονες. ἐπειδὴ πράγματος ἐστῶτός εἰσι, διὰ τοῦτο
καὶ μονιμώτεροι, καὶ ὅσῳ πλέον (80) αὐτοῖς τὸ κάλ-
λος φαντάζεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἑαυτῷ τε καὶ ἀλ-
λήλοις συνδεῖ τοὺς τῶν αὐτῶν ἐραστάς. Οὗτος τοῦ
ὑπὲρ ἡμᾶς ἔρωτος ὁμος (81). Αἰσθάνομαι μὲν οὖν
ἔξω τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ μέτρου φερόμενος, καὶ οὐκ
οἶδ' ὅπως εἰς τούτους ἐμπίπτω τοὺς λόγους, οὐκ ἔχω
δ' ὅπως ἐμαυτὸν ἐπίσχω τοῦ διηγήματος. Ἀεὶ γάρ
μοι τὸ παρεθὲν ἀναγκαῖον φαίνεται, καὶ κρεῖττον
τοῦ προληφθέντος. Κἂν μέ τις ἀπάγῃ τοῦ πρόσω
τυραννικῶς, τὸ τῶν πολυπόδων πείσομαι, ὧν τῆς θα-
λάμης ἐξελκομένων, προσέξονται ταῖς κοτύλαις αἱ B
πέτραι, καὶ οὐ πρὶν ἀφεθήσονται, ἢ παρ' ἀλλήλων
τι προσλαβεῖν ἐκ τῆς βίας. Εἰ μὲν οὖν συγχωρή-
σοι (82) τις, ἔχω τὸ ζητούμενον· εἰ δὲ μή, παρ'
ἐμαυτοῦ λήψομαι.

res, quia rerum fluxarum sunt, fluunt quoque ipsi, non secus ac veris flores. Nam nec flamma, consumpta materia, remanet, sed una cum ea exstinguitur, nec desiderium, marcescente fomite, subsistit. At pudici et Deo grati amores, quandoquidem rei stabilis et firmæ sunt, propterea diuturniores etiam sunt; quantoque major pulchritudinis species ipsis objicitur, tanto etiam arctius, et secum, et inter se, earumdem rerum amatores devinciunt. Hæc quippe superni amoris lex est. Equidem me, extra tempus, et extra modum, præcipitem ferri sentio; nec quonam modo in hos sermones incidam scio; nec rursus quonam pacto meipsum ab hujusmodi narratione reprimere queam. Mihi enim, id quod prætermissum est, necessarium semper videtur, præstantiusque eo quod prius arripui. Quod si quis me vi abducere tentet, ne ulterius progrediar, idem mihi, quod polypis, accidet, quorum acetabulis, cum e cubilibus extrahuntur, petræ adhærescunt, nec prius divelluntur, quam ex illa vi quidpiam utrinque acceperint. Proinde si quis mihi hoc concesserit, habeo quod quæro; sin minus, a meipso accipiam.

Κ'. Οὕτω δὴ τὰ πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, καὶ τοιαύ-
τας ὑποστήσαντες εὐτειχεῖ (83) θαλάμῳ χρυσέας κίο-
νας (84), ὅ φησι Πίνδαρος, οὕτως ἤειμεν εἰς τὸ
πρόσω, Θεῷ καὶ πόθῳ συνεργοῖς χρώμενοι. Ὦ! πῶς
ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω μνήμην; Ἴσαι μὲν
ἐλπίδες ἦγον ἡμᾶς, πράγματος ἐπιφθονωτάτου, τῶν
λόγων· φθόνος δὲ ἀπῆν, ζῆλος δὲ ἐσπουδάζετο.
Ἀγὼν δὲ ἀμφοτέροις, οὐχ ὅστις αὐτὸς τὸ πρωτεῖον C
ἔχοι (85), ἀλλ' ὅπως τῷ ἑτέρῳ τούτου παραχωρήσειεν·
τὸ γὰρ ἀλλήλων εὐδόκιμον ἴδιον ἐποιούμεθα. Μία
μὲν ἀμφοτέροις ἐδόκει ψυχή, δύο σώματα φέρουσα.
Καὶ εἰ τὸ πάντα ἐν πᾶσι κεῖσθαι, μὴ πειστέον (86)
τοῖς λέγουσιν· ἀλλ' ἡμῖν γε πειστέον (87), ὡς ἐν
ἀλλήλοις, καὶ παρ' ἀλλήλοις ἐκείμεθα. Ἓν δ' ἀμφο-
τέροις ἔργον, ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ ζῆν πρὸς τὰς μελλού-
σας ἐλπίδας, πρὶν ἐνθένδε ἀπελθεῖν, ἐνθένδε με-
τισταμένοις. Πρὸς ὃ βλέποντες, καὶ βίον καὶ πρᾶξιν
ἅπασαν ἀπηυθύνομεν, παρά τε τῆς ἐντολῆς οὕτως
ἔχόμενοι, καὶ ἀλλήλοις τὴν ἀρετὴν παραθήγοντες· καὶ,
εἰ μὴ μέγα ἐμοὶ τοῦτο εἰπεῖν, κανόνες ὄντες ἀλλήλοις
καὶ στάθμαι, οἷς τὸ εὐθὲς (88), καὶ μὴ, διακρίνε-
ται. Ἑταίρων τε γὰρ ὠμιλοῦμεν, οὐ τοῖς ἀσελγε-
στάτοις, ἀλλὰ τοῖς σωφρονεστάτοις· οὐδὲ τοῖς μαχι-
μωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς εἰρηνικωτάτοις, καὶ οἷς συνεῖ-
ναι λυσιτελέστατον· εἰδότες, ὅτι κακίας ῥᾷον μετα- D

XX. Cum igitur hoc inter nos animo essemus talesque valido thalamo, ut est apud Pindarum [98], aureas columnas subjecissemus, ita demum porro progrediebamur, Deo et desiderio adjutoribus utentes. Heu! Quomodo harum rerum mentionem **786** sine lacrymis faciam? Par spes doctrinæ, hoc est, rei omnium invidiosissimæ, nos ducebat; et tamen aberat invidia, æmulatio autem in pretio habebatur. Hoc utrique certamen, non uter primas ferret, sed uter alteri eas concederet; uterque enim alterius gloriam pro sua ducebat. Una utrique anima videbatur, duo corpora ferens. Quod si fides iis minime habenda est, qui omnia in omnibus sita esse dicunt; at nobis certe credendum est, quod uterque in altero et apud alterum siti eramus. Unum utrique opus et studium, virtus erat, et ad futuras spes vivere, nosque ita comparare, ut, ante discessum ex hac vita, hinc migraremus. Quod quidem nobis ob oculos ponentes, vitam actionesque omnes nostras dirigebamus, tum divini præcepti ductum sequentes, tum alter alteri virtutis studium exacuentes; atque, nisi hoc arrogantius dicere videar, uterque alteri norma et amussis eramus, qua rectum a pravo discernitur. Non enim cum sodalium nostrorum petulantissimis et impudicissimis, sed cum

[98] Pind. *Olymp.*, od. VI, vers. 1.

(78) *Δαπανηθείσης*. Reg. c, δαπανωμένης.
(79) *Ὑφίσταται*. Reg. ph, ἵσταται.
(80) *Καὶ ὅσῳ πλέον*, etc. « Quanto magis pulchritudo menti objicitur. » Nimirum « anima et virtus, » ut exponit Nicetas.
(81) *Οὗτος τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς ἔρωτος νόμος*. Nicet., Ὁ τοῦ πνευματικοῦ καὶ ἡμετέρου ἔρωτος νόμος, « amoris spiritualis et nostri lex, » quasi philosophici et Christiani.
(82) *Συγχωρήσοι*. Reg. ph, συγχωρήσει.
(83) *Εὐτειχεῖ*. Sic Regg. a, c, d, bm, undecim Colb., Pindar., etc. In ed., εὐτυχεῖ, « felici, fortunato. »
(84) *Χρυσέας κίονας*. Sic tres Regg. et tres Colb. In ed., χρυσέως κίονας. Juxta Pindarum, *Olymp.* od. VI, « aureæ columnæ præclari cujusque instituti initia sunt. »
(85) *Ἔχοι*. In quibusdam, ἔχει.
(86) *Μὴ πειστέον*. Reg. bm, μὴ πιστέον. Gregorius hic carpit Anaxagoram, qui « omnia in omnibus esse » docuit; cui licet fides habenda non esset, sibi tamen Gregorius vult haberi, cum se in Basilio, et Basilium in se esse, profitetur.
(87) *Πειστέον*. Reg. bm et Comb., πιστέον.
(88) *Εὐθές*. Coisl. 1, εὐθύ.

Digitized by Google

castissimis consuetudinem habebamus; nec cum pugnacissimis, sed cum pacatissimis, iisque, quorum consuetudo maximos fructus afferebat; illud nimirum exploratum habentes, facilius esse vitium contrahere, quam virtutem impertiri; quemadmodum etiam facilius esse morbo alieno inficì, quam sanitatem largiri. Disciplinis porro, non tam jucundissimis, quam optimis oblectabamur; nam hinc quoque, vel ad virtutem, vel ad vitium, juvenes informantur.

A λαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι· ἐπεὶ καὶ νόσου μετασχεῖν μᾶλλον, ἢ ὑγίειαν (89) χαρίσασθαι. Μαθημάτων δὲ οὐ τοῖς ἡδίστοις πλέον, ἢ τοῖς καλλίστοις ἐχαίρομεν· ἐπειδὴ κάντεῦθεν ἔστιν, ἢ πρὸς ἀρετὴν τυποῦσθαι τοὺς νέους, ἢ πρὸς κακίαν.

XXI. Duæ nobis viæ notæ erant: altera prima et præstantior; secunda altera, et inferioris pretii: illa quidem ad sacras ædes nostras, et ad doctores, qui illic erant, ferebat; hæc autem ad externos præceptores. Cæteras omnes, quæ ad festa, spectacula, celebres conventus, epulas, ducebant, æquo ac libenti animo aliis reliqueramus. Nihil enim, mea quidem sententia, magni faciendum est, quod ad B recte honesteque vivendum nihil affert, nec sui studiosos meliores reddit. Jam cum aliis alia quædam cognomenta sint, vel a parentibus accepta, vel ex seipsis, hoc est, ex propriis vitæ studiis institutisque comparata: nobis contra, magna res et magnum nomen erat, Christianos et esse, et nominari; atque ea re magis efferebamur, quam Gyges palæ annuli conversione, si quidem hoc fabulosum non esset, per quam Lydiorum tyrannidem **787** occupavit: aut Midas auro, quod ipsi interitum accersivit, cum voti sui compos factus, nihil præter aurum possideret; quæ et ipsa Phrygia est fabula. Nam quid Hyperborei Abaridis sagittam, aut Argivum Pegasum dicam, quibus non tantum erat per aerem ferri, quantum nobis mutua opera et simul ad Deum attolli? Atque, ut rem in panca contraham, pestiferæ quidem aliis, quantum ad animæ salutem attinet, Athenæ sunt (nec enim id a piis viris temere existimatur); malis namque opibus, hoc est, idolis, supra reliquam omnem Græciam affluunt, difficileque factu est, non simul cum eorum laudatoribus et patronis in errorem abripi; nobis autem nihil detrimenti ab iis allatum est, utpote qui animo communiti et obsepti eramus. Quin potius, quod vix credibile est, hinc ad fidem confirmati sumus, ipsorum fraudem et imposturam agnoscentes, atque illic dæmones contemnentes, ubi dæmones admiratione afficiuntur. Quod si quis est, aut esse creditur, fluvius, per mare dulcis fluens, aut animal in igne, quo omnia consumuntur, saliens, hoc insi inter omnes æquales ac coætaneos eramus.

ΚΑ'. Δύο μὲν ἐγνωρίζοντο ἡμῖν ὁδοί· ἡ μὲν πρώτη καὶ τιμιωτέρα, ἡ δὲ δευτέρα καὶ οὐ τοῦ ἴσου λόγου· ἥ τε πρὸς τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν οἴκους, καὶ τοὺς ἐκεῖσε διδασκάλους φέρουσα, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἔξωθεν παιδευτάς. Τὰς ἄλλας δὲ τοῖς βουλομένοις παρήκαμεν, ἑορτὰς, θέατρα, πανηγύρεις, συμπόσια. Οὐδὲν γὰρ, οἶμαι, τίμιον, ὃ μὴ πρὸς ἀρετὴν φέρει, μηδὲ ποιεῖ βελτίους τοὺς περὶ αὐτὸ (90) σπουδάζοντας. Ἄλλοις μὲν οὖν ἄλλαι προσηγορίαι τινές εἰσιν, ἢ πατρόθεν, ἢ οἰκοθεν, ἐκ τῶν ἰδίων ἐπιτηδευμάτων, ἢ πράξεων (91)· ἡμῖν δὲ τὸ μέγα πρᾶγμα καὶ ὄνομα, Χριστιανοὺς (92) καὶ εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι· ᾧ πλέον ἐφρονοῦμεν, ἢ τῇ στροφῇ τῆς σφενδόνης ὁ Γύγης (93), εἴπερ μὴ μῦθος ἦν, ἐξ ἧς Λυδῶν ἐτυράννησεν· ἢ τῷ χρυσῷ ποτε Μίδας (94), δι' ὃν (95) ἀπώλετο ἐπιτυχὼν τῆς εὐχῆς, καὶ πάντα χρυσὸν κτησάμενος· ἄλλος οὗτος Φρύγιος μῦθος. Τὸν γὰρ Ἀβάριδος ὀϊστὸν (96) τί ἂν λέγοιμι τοῦ Ὑπερβορέου, ἢ τὸν Ἀργεῖον Πήγασον (97), οἷς οὐ τοσοῦτον ἦν τὸ δι' ἀέρος φέρεσθαι, ὅσον ἡμῖν τὸ πρὸ; Θεὸν αἴρεσθαι δι' ἀλλήλων, καὶ σὺν ἀλλήλοις; Εἶπω τι συντομώτερον· Βλαβεραὶ (98) μὲν τοῖς ἄλλοις Ἀθῆναι, τὰ εἰς ψυχὴν (οὐ γὰρ φαύλως τοῦτο ὑπολαμβάνεται τοῖς εὐσεβεστέροις)· καὶ γὰρ πλουτοῦσι τὸν κακὸν πλοῦτον, εἴδωλα (99), μᾶλλον τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ χαλεπὸν μὴ συναρπασθῆναι τοῖς τούτων ἐπαινέταις καὶ συνηγόροις· ἡμῖν δ' οὐδεμία παρὰ τούτων ζημία, τὴν διάνοιαν πεπυκνωμένοις καὶ πεφραγμένοις. Τοὐναντίον μὲν οὖν, εἴ τι χρὴ καὶ παράδοξον εἰπεῖν, εἰς τὴν πίστιν ἐντεῦθεν ἐβεβαιώθημεν, καταμαθόντες αὐτῶν τὸ ἀπατηλὸν καὶ κίβδηλον, ἐνταῦθα δαιμόνων καταφρονήσαντες, οὗ θαυμάζονται δαίμονες. Καὶ εἴ τίς ἐστιν, ἢ πιστεύεται ποταμὸς (1), δι' ἅλμης ῥέων γλυκὺς, ἢ ζῶον ἐν πυρὶ σκαῖρον (2), ᾧ τὰ πάντα ἁλίσκεται, τοῦτο ἡμεν ἡμεῖς ἐν πᾶσι τοῖς ἥλιξι.

(89) *Ὑγίειαν.* Reg. bm, ὑγείαν.
(90) *Περὶ αὐτό.* Pass., πρὸς τὸ αὐτό.
(91) *Ἢ πράξεων.* Pass., καὶ πράξεων.
(92) *Χριστιανούς.* Duo Regg., Coisl. 2 et Pass., Χριστιανοῖς.
(93) *Γύγης.* Plato *De republ.* II, et Cicero *De offic.* III, narrant, « Gygem » invenisse annulum, cujus palam cum ad se converteret, a nemine conspici poterat, eaque arte Lydiorum regnum occupasse.
(94) *Μίδας.* « Midas » cum optasset, ut quidquid tangeret, in aurum verteretur, ejus voti compos factus, fame periit, quod cibi omnes quos attrectaret, in aurum commutarentur.
(95) *Δι' ὅν.* Sic omnes codd. In ed., δι' ὧν.
(96) *Ἀβάριδος ὀϊστόν.* Narrant poetæ hunc Abaridem ab Apolline, cui servierat, sagittam accepisse, cujus opera Græciam peragrabat, ac oracula edebat.
(97) *Ἀργεῖον Πήγασον.* « Argivum Pegasum. » Sic dictus equus, qui alatus fingitur, et in Helicona evolans, et ungula terram feriens, Hypocrenen fontem aperuit. Cum ei Bellerophon insidens, vellet in cœlum ascendere, Pegasus, excusso sessore, evolavit et inter sidera collocatus est.
(98) *Βλαβεραί.* Sic duo Coisl., etc. In ed., βλαβερά. Mox ὑπολαμβάνεται. Regg. a, bm, ὑπολαμβάνονται.
(99) *Εἴδωλα.* Sic melioris notæ codd. In ed., τὰ εἴδωλα.
(1) *Ποταμός.* « Alpheus » Arcadiæ fluvius
(2) *Ζῶον ἐν πυρὶ σκαῖρον.* « Animal in igne saliens. » Schol. : ἡ σαλαμάνδρα· « salamandra, » quæ in ignem injecta, non tantum non laeditur, sed ipsum etiam ignem exstinguit, si Plinio fides habeatur, lib. x, c. 66.

Digitized by Google

ΚΒ'. Καὶ τὸ κάλλιστον, ὅτι καὶ φρατρία τις περὶ ἡμᾶς οὐκ ἀγεννὴς ἦν, ὑπ' ἐκείνῳ καθηγεμόνι παιδευομένη καὶ ἀγομένη, καὶ τοῖς αὐτοῖς χαίρουσα· εἰ καὶ πεζοὶ παρὰ Λύδιον ἅρμα (3) ἐθέομεν, τὸν ἐκείνου δρόμον καὶ τρόπον· ἐξ ὧν ὑπῆρχεν ἡμῖν ἐπισήμοις μὲν εἶναι παρὰ τοῖς ἡμετέροις παιδευταῖς καὶ συμπράκτορσιν, ἐπισήμοις δὲ παρὰ τῇ Ἑλλάδι πάσῃ, καὶ ταύτης μάλιστα τοῖς γνωριμωτάτοις. Ἤδη δὲ καὶ μέχρι τῆς ὑπερορίας προήλθομεν, ὡς σαφὲς γέγονεν ἐκ πλειόνων τῶν ταῦτα διηγουμένων. Παρὰ τοσούτοις μὲν γὰρ οἱ ἡμέτεροι παιδευταὶ, παρ' ὅσοις Ἀθῆναι (4)· παρὰ τοσούτοις (5) δὲ ἡμεῖς, παρ' ὅσοις οἱ παιδευταὶ, συνακουόμενοί τε ἀλλήλοις καὶ συλλαλούμενοι, καὶ ξυνωρὶς οὐκ ἀνώνυμος, καὶ ὄντες παρ' αὐτοῖς, καὶ ἀκούοντες. Οὐδὲν τοιοῦτον αὐτοῖς οἱ Ὀρέσται (6) καὶ οἱ Πυλάδαι· οὐδὲν οἱ Μολιονίδαι (7), τῆς Ὁμηρικῆς δέλτου τὸ θαῦμα, οὓς κοινωνία συμφορῶν ἐγνώρισε, καὶ τὸ καλῶς ἅρμα ἐλαύνειν, μεριζομένους ἐν ταυτῷ ἡνίας καὶ μάστιγας. Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν, εἰς τοὺς ἐμοὺς ὑπαχθεὶς (8) ἐπαίνους, ὁ μηδὲ παρ' ἑτέρου ποτὲ τοῦτο δεξάμενος (9). Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ κάνταῦθα τῆς ἐκείνου φιλίας τι παραπέλαυσα, ὥσπερ ζῶντος εἰς ἀρετὴν, οὕτω μεταστάντος εἰς εὐφημίαν. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν νύσσαν (10) ἐπαναγέσθω πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος.

A XXII. Illud autem præclarissimum, quod circa nos quoddam non ignobile sodalitium erat, præceptorem illum habens, ac ducem sequens, iisdemque rebus gaudens; quamvis alioqui pedites, ut vetus habet proverbium, ad Lydium currum, hoc est, illius cursum et mores, curreremus; ex quo id nobis contigit, ut, non solum apud præceptores et socios, sed etiam apud universam Græciam, ac præsertim clarissimos quosque Græciæ viros, clari atque illustres essemus. Quin etiam, ultra Græciæ fines processimus, ut ex multis hæc commemorantibus perspicuum factum est. Nam præceptores quidem nostri apud tot homines celebres erant, apud quot Athenæ: ac nos item, apud quot homines de præceptoribus nostris, apud totidem de nobis

B etiam, et audiebatur, et prædicabatur, ac par quoddam non obscurum et incelebre apud eos, **788** et eramus, et dicebamur. Nec vero quidquam ejusmodi apud eos erant Orestes et Pylades, nec Molionidæ illi, Homerico versu celebrati, quos calamitatum societas, atque ars egregie aurigandi nobilitavit, eodem tempore habenas et flagrum inter se partientes. At enim imprudens ipse in meas laudes prolapsus sum, quas ne ab alio quidem unquam prædicari sustinui. Nec mirum videri debet, si hic quoque fructum aliquem ex illius amicitia obiter cepi; nam quemadmodum, cum viveret, ad virtutem, ita, cum vita excessit, ad laudem et commendationem mihi prodest. Verum ad metam rursum nobis reducenda est oratio.

ΚΓ'. Τίς μὲν οὕτω πολιὸς ἦν τὴν σύνεσιν (11), καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς; ἐπειδὴ τούτῳ (12) καὶ Σολομὼν τὸ γῆρας ὁρίζεται. Τίς δὲ οὕτως αἰδέσιμος, ἢ παλαιοῖς, ἢ νέοις, μὴ ὅτι τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἡμῖν χρόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πλεῖστον προειληφότων; τίς μὲν ἧττον ἐδεῖτο λόγων (13), διὰ τὸν τρόπον; τίς δὲ μᾶλλον μετέσχε λόγου, καὶ μετὰ τοῦ τρόπου; ποῖον μὲν εἶδος οὐκ ἐπῆλθε παιδεύσεως; μᾶλλον δὲ, ποῖον οὐ μεθ' ὑπερβολῆς ὡς μόνον; Οὕτω μὲν (14) ἅπαντα διελθὼν, ὡς οὐδεὶς ἕν· οὕτω δὲ εἰς ἄκρον ἕκαστον, ὡς τῶν ἄλλων οὐδέν. Σπουδῇ γὰρ εὐφυΐᾳ συνέδραμεν, ἐξ ὧν ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι τὸ κράτος ἔχουσιν (15). Ἥκιστα μὲν τάχους φύσεως διὰ τόνον (16) δεόμενος, ἥκιστα δὲ τόνου διὰ τάχος (17)· οὕτω δ'

C XXIII. Quis prudentia perinde canus erat, etiam ante canitiem? Quandoquidem hac re senectutem Salomon quoque definivit [96]. Quis, vel senibus, vel juvenibus æque venerabilis, non de nostræ tantum memoriæ viris loquor, sed de iis etiam, qui longo ante tempore vixerunt? Quis doctrina propter mores minus eguit? Quis tamen uberiorem doctrinam cum moribus conjunxit? Quod disciplinæ genus est, in quo versatus non sit, atque ita eximie versatus, quasi in eo solo elaborasset? Sic nimirum omnia complexus, ut ne unum quidem quisquam, singula rursus ita ad summum, quasi nihil aliud præterea didicisset. Ad ingenii enim solertiam studium accedebat, ex quibus imperium scientiis et artibus

[96] Sap. IV, 8.

(3) *Παρὰ Λύδιον ἅρμα.* Tanta erat Lydiorum curruum celeritas, ut nullo modo anteverti possent. Hinc proverbium, quo notantur, qui cum multo præstantioribus contendunt.

(4) *Ἀθῆναι.* Pass. addit, ἠκούοντο, « audiebantur. »

(5) *Τοσούτοις.* Sic plures Regg., duo Coisl., Or. 2, Par., Pass., etc. In ed., τοιούτοις.

(6) *Οἱ Ὀρέσται*, etc. « Orestes et Pylades » tanto amore inter se complexi sunt, ut, mortuo Pylade, una cum eo Orestes in infernum descenderit.

(7) *Μολιονίδαι.* « Molionidæ » gemini fratres erant tum corporibus, tum artibus. Gregorius eos a matre « Molionidas » vocat; Homerus vero, *Iliad.* XI, vers. 749, et XXIII, vers. 638, a patre Actoridas appellat. Quod errandi occasionem præbuit Nonno, qui, contra Gregorii mentem, per Molionidas, Otum D et Ephialtem, duos magnæ proceritatis gigantes intellexit.

(8) *Ὑπαχθεὶς.* Or. 2, ἐπαχθείς.

(9) *Δεξάμενος.* Pass., καταδεξάμενος.

(10) *Νύσσαν.* Sic duo Coisl., etc. In ed., νήσσαν.

(11) *Τίς μὲν οὕτω πολιὸς ἦν τὴν σύνεσιν.* Sic plures Regg., Or. 2, Par., etc. In ed., Τίς οὕτω πολιὸς μὲν τὴν σύνεσιν.

(12) *Τούτῳ.* Plures Regg. et Comb., τοῦτο.

(13) *Λόγων.* Pass., λόγου.

(14) *Οὕτω μέν.* Or. 2 et Pass. addunt, οὖν.

(15) *Τὸ κράτος ἔχουσι.* Nicetas: Κατορθοῦνται, καὶ τὴν ἰσχὺν ἔχουσιν· « Quibus scientiæ et artes comparantur, ac vim obtinent.

(16) *Τόνον.* Or. 2 et Pass., τὸν τόνον.

(17) *Τάχος.* Or. 2 et Pass., τὸ τάχος.

Digitized by Google

comparatur. Qui cum celeritate naturæ propter laborem et contentionem minime opus haberet, quemadmodum nec labore propter ingenii magnitudinem; sic tamen utrumque conjunxerat, ut non satis liqueret, utro nomine admirabilior esset. Quis in rhetorica, illa, inquam, vim ignis spirante, cum eo comparandus, tametsi illius mores a rhetorum moribus dissiderent? Quis in grammatica, quæ linguam ad Græcismum formal, historias colligit, metris præest, carminibus leges præscribit? Quis in philosophia, excelsa procul dubio scientia, et sursum gradiente, sive eam partem species, quæ in actione et speculatione posita est, sive eam, quæ in logicis demonstrationibus aut oppositionibus et concertationibus **789** versatur, quam *Dialecticam* vocant; in qua adeo excelluit, ut iis, qui cum eo disputabant, facilius esset e labyrinthis sese extricare, quam argumentorum ejus laqueos effugere, si quando res ita postularet? Jam vero astronomiam, geometriam, numerorum proportiones hactenus didicisse contentus, ut non ab iis, qui in hujusmodi rebus sciti et eruditi sunt exæ gitaretur; quidquid supererat, ut pietatis cultoribus infrugiferum, contempsit, adeo ut, et quod elegit, magis admirari ac prædicare liceat, quam quod reliquit, et rursus, id quod reliquit, majori laude efferre, quam quod elegit. Nam medicinam, quæ philosophiæ et laboris atque industriæ fructus est, corporis morbus, ac morbi curatio, necessariam ipsi reddiderat; unde exorsus, ad artis habitum tandem pervenit. Eam porro artis partem intelligo, non quæ circa perspicua oculisque subjecta et humilia versatur, sed quæ in doctrina et philosophia consistit. Sed quid hæc, tametsi magna et præclara, si cum morum illius doctrina conferantur? Qui virtutis ipsius periculum fecerunt, Minoem illum ac Rhadamanthum pro magis habent, quos pratis asphodelo refertis, et campis Elysiis Græci donandos duxerunt, paradisi videlicet nostri speciem quamdam animo intuentes, atque ex Mosaicis, ut opinor, nostrisque libris, tametsi in nomine nonnihil discreparint, aliis tamen vocabulis hoc ipsum indicantes.

XXIV. Atque hæc ita se habebant, eratque doctrinæ mercibus onusta navis, quantum quidem humanæ naturæ assequi datur; neque enim ultra Gades transmeare cuiquam concessum est; ac jam faciendum nobis erat, ut in patriam rediremus, perfectiusque vitæ genus ordiremur, resque spe

ἀμφότερα συλλαβών, καὶ εἰς ἓν ἀγαγών, ὥστε ἄδηλον εἶναι, ποτέρῳ τούτων ἐκεῖνος θαυμασιώτερος. Τίς μὲν ῥητορικὴν τοσοῦτος, τὴν πυρὸς μένος πνέουσαν (18), εἰ καὶ τὸ ἦθος αὐτῷ μὴ κατὰ ῥήτορας ἦν; τίς δὲ γραμματικὴν, ἣ γλῶσσαν ἐξελληνίζει, καὶ ἱστορίαν (19) συνάγει, καὶ μέτροις ἐπιστατεῖ, καὶ νομοθετεῖ ποιήμασιν; τίς δὲ φιλοσοφίαν, τὴν ὄντως ὑψηλήν τε καὶ ἄνω βαίνουσαν, ὅση τε πρακτικὴ καὶ θεωρητικὴ, ὅση τε περὶ τὰς λογικὰς ἀποδείξεις καὶ ἀντιθέσεις ἔχει (20) καὶ τὰ παλαίσματα, ἣν δὴ (21) διαλεκτικὴν ὀνομάζουσιν· ὡς ῥᾷον εἶναι τοὺς λαβυρίνθους (22) διεξελθεῖν, ἢ τὰς ἐκείνου τῶν λόγων ἄρκυς διαφυγεῖν, εἰ τούτου δεήσειεν; Ἀστρονομίας δὲ, καὶ γεωμετρίας, καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας τοσοῦτον λαβὼν, ὅσον μὴ κλονεῖσθαι τοῖς περὶ ταῦτα κομψοῖς· τὸ περιττὸν διέπτυσεν, ὡς ἄχρηστον τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν· ὥστε μᾶλλον μὲν τὸ αἱρεθὲν τοῦ παρεθέντος ἐξεῖναι θαυμάζειν, μᾶλλον δὲ τοῦ αἱρεξέντος τὸ παρεθέν. Ἰατρικὴν μὲν γὰρ καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀρρωστία, καὶ νοσοκομία (23), φιλοσοφίας καὶ φιλοπονίας οὖσαν καρπὸν, ἀναγκαίαν αὐτῷ πεποιήκασιν· ὅθεν ἀρξάμενος, εἰς ἕξιν τῆς τέχνης ἀφίκετο· καὶ ταύτης, οὐχ ὅση περὶ τὸ φαινόμενον ἔχει καὶ κάτω (24) κείμενον, ἀλλ' ὅσον δογματικὸν καὶ φιλόσοφον. Ἀλλὰ τί ταῦτα, καίπερ τηλικαῦτα τυγχάνοντα, πρὸς τὴν ἐν τῷ ἤθει τοῦ ἀνδρὸς παίδευσιν; Λῆρος τοῖς τοῦ ἀνδρὸς πεπειραμένοις ὁ Μίνως (25) ἐκεῖνος, καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, οὓς ἀσφοδελῶν λειμώνων καὶ Ἠλυσίων (26) πεδίων ἠξίωσαν Ἕλληνες, ἐν φαντασίᾳ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείσου γενόμενοι, ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν, οἶμαι, βιβλίων (27) καὶ ἡμετέρων, εἰ καὶ περὶ τὴν κλῆσίν τι διηνέχθησαν, ἐν ἄλλοις ὀνόμασι τοῦτο παραδηλώσαντες.

ΚΔ'. Εἶχε μὲν οὖν (28) οὕτω ταῦτα, καὶ πλήρης παιδεύσεως ἡ φορτὶς (29), ὡς γοῦν ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει (τὸ γὰρ ἐπέκεινα Γαδείρων (30) οὐ περατόν)· ἔδει δὲ λοιπὸν ἐπανόδου καὶ βίου τελεωτέρου, καὶ τοῦ λαβέσθαι τῶν ἐλπιζομένων ἡμῖν καὶ συγκειμένων. Παρῆν ἡ τῆς ἐκδημίας ἡμέρα, καὶ ὅσα τῆς

(18) *Πνέουσαν.* Quatuor Regg. et Or. 2, πνείουσαν. Homerus *Iliad.* VI, vers. 182, de Chimæra verba faciens, his utitur verbis, quæ ad rhetoricam traduxit Gregorius.

(19) *Ἱστορίαν.* In nonnullis, ἱστορίας.

(20) *Καὶ . . . ἔχει.* Regg. d, bm, ph et Pass., ἢ... ἔχοι.

(21) *Ἣν δή.* Comb. resecat, δή.

(22) *Λαβυρίνθους.* « In Creta insula, » inquit Nonnus, « mons est, in eoque antrum quoddam, cujus aditus et exitus admodum difficilis atque arduus erat, in quod Minotaurus injectus dicitur. Quoniam ergo ex labyrintho sese extricare difficile est, idcirco hanc vocem ad eas quæstiones Gregorius accommodavit, e quibus elabendi nulla est ratio. »

(23) *Νοσοκομία.* Reg. c, νοσοκομεῖα. Potest intelligi de leprosorum domo, quam Cæsareæ exstruxerat Basilius.

(24) *Κάτω.* Reg. ph, ἄνω, « sursum. »

(25) *Ὁ Μίνως*, etc. « Minos » rex Cretæ, et Rhadamanthus Lyciæ rex, ob singularem justitiam a Plutone inferorum judices constituti, ut narrant poetæ.

(26) *Ἠλυσίων.* Dictus est hic locus Elysius, quasi ἀλύσιος, vel, ἀπολύσιος τῆς κολάσεως, quod « a pœna solvat. » Hæc fuit, juxta poetas, beatorum requies et habitatio.

(27) *Βιβλίων.* Quatuor Regg. et Or. 2, βίβλων.

(28) *Οὖν.* Deest in Reg. bm et Or. 2.

(29) *Φορτίς.* Reg. ph. φροντίς, « cura, sollicitudo. »

(30) *Γαδείρων.* « Gades » locus est inter Hispaniam et Africam, ubi mare permeabile esse negavit antiquitas. Unde ductum est istud adagium.

Digitized by Google

ἐκδημίας, ἐξιτήριοι λόγοι, προπόμπιοι, ἀνακλήσεις, οἰμωγαί, περιπλοκαί, δάκρυα. Οὐδὲν γὰρ οὕτως οὐδενὶ (31) λυπηρὸν, ὡς τοῖς ἐκεῖσε συννόμοις, Ἀθηνῶν, καὶ ἀλλήλων τέμνεσθαι (32). Γίνεται δὴ τότε θεαμά τι ἐλεεινὸν καὶ ἱστορίας ἄξιον. Περιστάντες ἡμᾶς ὁ τῶν ἑταίρων καὶ ἡλίκων χορὸς, ἔστι δὲ ὧν καὶ διδασκάλων, οὐδ' ἂν, εἴ τι γένοιτο, μεθήσειν ἔφασκον, ἀντιβολοῦντες, βιαζόμενοι, πείθοντες· τί γὰρ οὐ λέγοντες; τί δ' οὐ πράττοντες, ὧν τοὺς (33) ἀλγοῦντας εἰκός; Ἐνταῦθά τι κατηγορήσω μὲν ἐμαυτοῦ, κατηγορήσω δὲ τῆς θείας ἐκείνης καὶ ἀλήπτου ψυχῆς, εἰ καὶ τολμηρόν. Ὁ μὲν γὰρ, τὰς αἰτίας εἰπὼν τῆς περὶ τὴν ἐπάνοδον φιλονεικίας, κρείττων ὤφθη τῶν κατεχόντων· καὶ βίᾳ μὲν, συνεχωρήθη δ' οὖν ὅμως τὴν ἐκδημίαν. Ἐγὼ δὲ ὑπελείφθην Ἀθήνῃσι· τὸ μέν τι μαλακισθεὶς (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς), τὸ δέ τι προδοθεὶς παρ' ἐκείνου, πεισθέντος (34) ἀφεῖναι μὴ ἀφιέντα, καὶ παραχωρῆσαι τοῖς ἕλκουσι. Πρᾶγμα, πρὶν γενέσθαι, μὴ πιστευόμενον· γίνεται γὰρ ὥσπερ ἑνὸς σώματος εἰς δύο τομὴ, καὶ ἀμφοτέρων νέκρωσις· ἢ μόσχων συντρόφων καὶ ὁμοζύγων διάζευξις, γοερὸν (35) μυκωμένων ἐπ' ἀλλήλοις, καὶ οὐ φερόντων τὴν ἀλλοτρίωσιν. Οὐ μὴν μακρότερόν μοι (36) τὸ τῆς ζημίας· οὐ γὰρ ἠνειχόμην (37) ἐπιπλεῖον ἐλεεινὸς ὁρᾶσθαι, καὶ πᾶσι λόγον ὑπέχειν τῆς διαστάσεως· ἀλλ' ἐπιμείναντά με ταῖς Ἀθήναις χρόνον οὐχὶ συχνὸν, ποιεῖ τὸν Ὁμηρικὸν ἵππον (38) ὁ πόθος· καὶ τὰ δεσμὰ ῥήξας (39) τῶν κατεχόντων, κροαίνω κατὰ πεδίων, καὶ πρὸς τὸν σύννομον ἐφερόμην.

A conceptas, atque inter nos compactas, arriperemus. Aderat discessus dies, et quidquid ad discessum pertinebat, extremæ allocutiones, prosecutiones, revocationes, gemitus, complexus, lacrymæ. Nihil enim cuiquam perinde molestum et acerbum est, ut iis, qui illic simul educati sunt, et ab Athenis et inter se divelli. Tum igitur triste et miserum ac commemoratione dignum spectaculum accidit. Circumstare nos sodalium et æqualium, nonnullorumque etiam magistrorum chorus, prorsus negare se nobis abeundi potestatem facturos, obsecrare, cogere, hortari, **790** omnia denique ea tum facere, tum dicere, quæ verisimile est eos, qui in dolore versantur. Hoc loco faciam, ut et meipsum et divinam illam ac irreprehensibilem animam, licet hoc B audacius aliquanto videri possit, nonnihil accusem. Ille enim, cum causas exposuisset, cur de reditu suo tam obnixe contenderet, iis, qui eum retinere conabantur, superior exstitit; et quanquam ægre, abeundi tamen facultatem impetravit. Ego autem Athenis relictus sum; partim, ut vere loquar, amicorum precibus emollitus; partim ab ipso quadam ex parte proditus, ut qui eo se adduci passus sit, ut dimitteret non dimittentem, iisque, a quibus trahebar, manus daret. Res profecto, antequam contigisset, incredibilis! Fit enim quasi unius corporis in duas partes sectio, atque utriusque interemptio; aut boum, qui simul nutriti sunt, atque idem jugum traxerunt, disjunctio, lugubre quiddam utriusque causa mugientium, dissidiumque permoleste ferentium. Nec tamen in longum mihi producta est hæc calamitas; neque enim diutius miser conspici, nostræque disjunctionis rationem omnibus reddere sustinui; sed non ita multo tempore Athenis postea commoratus, ut præ animi desiderio equum illum Homericum imitor, perfractisque eorum, a quibus retinebar, vinculis campos pedibus pulso, atque ad sodalem meum impetu feror.

ΚΕ'. Ὡς δ' οὖν ἐπανήκαμεν (40), μικρὰ τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σκηνῇ χαρισάμενοι, καὶ ὅσον τὸν τῶν πολλῶν πόθον ἀφοσιώσασθαι (41) (οὐ γὰρ αὐτοί γε εἴχομεν θεατρικῶς, οὐδ' ἐπιδεικτικῶς), τάχιστα ἐγενόμεθα (42) ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τελοῦμεν εἰς ἄνδρας ἐξ ἀγενείων, ἀνδρικώτερον τῇ φιλοσοφίᾳ προσβαίνοντες· οὐ σὺν ἀλλήλοις μὲν ἔτι (οὐ γὰρ ἀφῆκεν ὁ φθόνος), τῷ πόθῳ δὲ σὺν ἀλλήλοις. Τὸν μὲν γὰρ ἡ Καισαρέων κατέχει (43) πόλις, ὥς τινα δεύτερον οἰκιστήν τε καὶ πολιοῦχον· ἔπειτα ἐκδημίαι τινὲς, ἐπειδή γε ἡμᾶς οὐκ εἶχε, τῶν ἀναγκαίων ὑπολαμβάνουσι, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τῆς προκειμένης φιλοσοφίας. Ἐμὲ δὲ πατέρων εὐλάβεια, καὶ γηροκομία (44), καὶ συμφορῶν ἐπανάστασις κατασχοῦσα, τοῦ ἀνδρὸς ἀπήγαγεν·

C XXV. Domum autem reversi, cum mundo ac scenæ nonnihil inservilssemus, hactenus scilicet, ut permultorum desiderio utcunque satisfaceremus; nam ipsi quidem ab ambitione ac theatrica ingenii ostentatione abhorrebamus; juris nostri quamprimum efficimur, atque ex imberbibus inter viros censemur, fortius ac virilius ad philosophiam accedentes, non quidem jam corpore (haud enim sinebat livor), sed desiderio et amore conjuncti. Ille enim a Cæsariensi civitate, ut alter quispiam conditor et conservator, retinetur; ac deinde, quoniam me carebat, necessarias quasdam peregrinationes, minimeque a propositæ sibi philosophiæ scopo alienas, iniit. At me, et pietas erga parentes, et senilis D

(31) *Οὐδενὶ.* Reg. ph, οὐδ' ἑνί.
(32) *Τέμνεσθαι.* In nonnullis, συντέμνεσθαι.
(33) *Ὧν τοὺς.* Sic plures Regg., plures Colb., Coisl. 1, etc. In ed., ὡς τούς.
(34) *Πεισθέντος.* Sic quinque Regg., undecim Colb., Coisl. 1, Chrys., Or. 2, Par., Pass., etc. In ed., πείθοντος.
(35) *Γοερόν.* Comb., γοερῶς.
(36) *Μοι.* Reg. c, Coisl. 1 et Pass. addunt, συνέβη, « mihi accidit. »
(37) *Ἠνειχόμην.* Regg. bm, ph, decem Colb. et Pass., ἠνεσχόμην.
(38) *Ὁμηρικὸν ἵππον.* Vide Homer. *Iliad.* lib. VI sub finem.
(39) *Ῥήξας.* Reg. d, Coisl. 2, διαῤῥήξας.
(40) *Ἐπανήκαμεν.* Regg. bm, ph et Or. 2, ἐπανῆκομεν.
(41) *Ἀφοσιώσασθαι.* Sic codd. in ed., ἀφωσιώσασθαι.
(42) *Τάχιστα ἐγενόμεθα*, etc. Nicetas exponit, « cito quietem et tranquillum recuperavimus. »
(43) *Κατέχει.* Reg. ph, κατεῖχε.
(44) *Γηροκομία.* Or. 2, γηρωκομία.

Digitized by Google

ætatis cura et incursantes calamitates, ab illius consortio abstractum tenuerunt; haud recte id quidem fortasse, nec juste, sed tamen tenuerunt. Atque haud scio, an mihi hinc quoque omnis vitæ difficultas asperitasque orta sit, ac salebrosum ad philosophiam iter fuerit, nec cupiditate **791** mea et animi instituto satis dignum. Sed res quidem nostræ, ut Dei voluntas tulerit, ferantur; atque utinam per illius deprecationem melius ferantur. Hunc vero, multiplex Dei benignitas, atque erga genus nostrum cura et dispensatio, in multis ante muneribus exploratum, ac quotidie clariorem illustrioremque compertum, in sacrum interea presbyterorum ordinem ascribit, ac splendidam et celebrem Ecclesiæ facem proponit, atque, per unam Cæsariensem civitatem, universo terrarum orbi prælucet. Quonam autem id modo? Sic nempe, ut eum non subito ad hunc gradum subveheret, nec simul eum et ablueret et sapientia instrueret, quemadmodum plerosque eorum qui nunc antistitum munus appetunt; verum ordine, ac spiritualis progressionis lege, hoc eum honore afficeret.

A οὐ καλῶς μὲν ἴσως, οὐδὲ δικαίως, ἀπήγαγε δ' οὖν. Σκοπῶ δὲ, εἰ μὴ κάντεῦθέν μοι πᾶσα ἡ περὶ τὸν βίον ἀνωμαλία καὶ δυσκολία συνέπεσε, καὶ τὸ πρὸς τὴν (45) φιλοσοφίαν οὐκ εὔοδον, οὐδὲ τῆς ἐπιθυμίας (46) καὶ τῆς ὑποθέσεως ἄξιον. Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα, ὅπη τῷ Θεῷ φίλον, ἀγέσθω· ἄγοιτο δὲ ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις ἄμεινον. Τὸν δὲ, ἡ πολύτροπος τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, καὶ περὶ τὸ ἡμέτερον γένος οἰκονομία, διὰ πολλῶν (47) τῶν ἐν μέσῳ γνωρίσασα, καὶ ἀεὶ λαμπρότερον ἀποδείξασα (48), λαμπτῆρα τῆς Ἐκκλησίας προτίθησι περιφανῆ τε καὶ περιβόητον, τοῖς ἱεροῖς τοῦ πρεσβυτερίου θρόνοις τέως (49) ἐγκαταλέξασα, καὶ, διὰ μιᾶς τῆς Καισαρέων πόλεως, τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ πυρσεύουσα (50). Καὶ τίνα τρόπον; Οὐ σχεδιάσασα τὸν βαθμὸν, οὐδὲ ὁμοῦ τε πλύνασα (51) καὶ σοφίσασα, κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν τῆς προστασίας ἐφιεμένων· ἀλλὰ τάξει καὶ νόμῳ πνευματικῆς ἀναβάσεως, τῆς τιμῆς ἀξιώσασα

B

XXVI. Nec enim mihi perturbatio illa temeritasque probatur, quæ apud nos nonnunquam et in nonnullis Ecclesiæ præsidibus exsistit. Non enim eo audaciæ progrediar, ut omnes accusem; inique enim facerem. Verum nauticam legem laudo, quæ gubernatori futuro primum remos tradit, deinde ad proram eum collocat, sicque prioribus muneribus ipsi commissis, tandem eum, post diuturnam remigationem ac ventorum observationem, ad gubernacula constituit. Eadem rei militaris est ratio: miles primum, deinde centurio, tum imperator. Hic optimus ordo est, iisque, qui subsunt, in primis conducibilis. Quam præclare nobiscum ageretur, si idem esset rerum nostrarum status! Nunc autem periculum est, ne ordo omnium sanctissimus, sit quoque omnium maxime ridiculus. Non enim virtute magis, quam maleficio et scelere, sacerdotium paratur; nec digniorum, sed potentiorum, throni sunt. Samuel inter prophetas, ille, inquam, futura prospiciens; sed et Saul, vilis ille et rejiciendus. Roboam Salomonis filius inter reges; sed et Jeroboam, servus et apostata. Cumque nec medici, nec pictoris nomen quisquam obtineat, nisi prius morborum naturas considerarit, aut multos colores miscuerit, variasque formas penicillo expresserit; antistes contra facile invenitur, non elaboratus,

C

D

ΚΖ'. Οὐκ ἐπαινῶ γὰρ ἐγὼ τὴν παρ' ἡμῖν ἀταξίαν καὶ ἀκοσμίαν, ἔστιν ὅτε καὶ ἐφ' ὧν προεδρευόντων ἐν βήμασιν. Οὐ γὰρ ἁπάντων τολμήσω κατηγορεῖν, οὐδὲ δίκαιον. Ἐπαινῶ τὸν νηίτην νόμον, ὃς τὴν κώπην πρότερον ἐγχειρίσας (52) τῷ νῦν κυβερνήτῃ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν πρώραν ἀγαγὼν, καὶ πιστεύσας τὰ ἔμπροσθεν, οὕτως ἐπὶ τῶν οἰάκων καθίζει, μετὰ τὴν πολλὴν (53) τυφθεῖσαν θάλασσαν, καὶ τὴν τῶν ἀνέμων διάσκεψιν. Ὡς δὲ κἀν τοῖς πολεμικοῖς ἔχει· στρατιώτης, ταξίαρχος, στρατηγός. Αὕτη ἡ τάξις ἀρίστη καὶ λυσιτελεστάτη τοῖς ἀρχομένοις. Τὸ δ' ἡμέτερον, πολλοῦ ἂν ἦν ἄξιον, εἰ οὕτως εἶχε. Νῦν δὲ κινδυνεύει, τὸ πάντων ἁγιώτατον τάγμα, τῶν παρ' ἡμῖν πάντων εἶναι καταγελαστότατον. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρετῆς μᾶλλον, ἢ κακουργίας, ἡ προεδρία (54)· οὐδὲ τῶν ἀξιωτέρων, ἀλλὰ τῶν δυνατωτέρων, οἱ θρόνοι. Σαμουὴλ ἐν προφήταις, ὁ τὰ ἔμπροσθεν βλέπων· ἀλλὰ καὶ Σαοὺλ, ὁ ἀπόβλητος. Ῥοβοὰμ ἐν βασιλεῦσιν, ὁ Σολομῶντος· ἀλλὰ καὶ Ἱεροβοὰμ, ὁ δοῦλος καὶ ἀποστάτης. Καὶ ἰατρὸς μὲν οὐδεὶς, οὐδὲ ζωγράφος, ὅστις οὐ φύσεις ἀῤῥωστημάτων ἐσκέψατο πρότερον, ἢ πολλὰ χρώματα συνεκέρασεν, ἢ ἐμόρφωσεν· ὁ δὲ πρόεδρος εὑρίσκεται ῥᾳδίως, μὴ πονηθείς, καὶ πρόσφατος τὴν ἀξίαν, ὁμοῦ τε σπαρείς (55) καὶ ἀναδοθείς, ὡς ὁ μῦθος (56) ποιεῖ τοὺς γίγαντας. Πλάττομεν αὐθημερὸν τοὺς ἁγίους, καὶ σοφοὺς εἶναι κελεύομεν τοὺς

(45) *Τήν.* Deest in nonnullis.
(46) *Ἐπιθυμίας.* Coisl. 1, προθυμίας.
(47) *Διὰ πολλῶν*, etc. Recte Nicetas: γνώριμον ποιήσασα. « Cum ex multis interim eum muneribus notum fecisset, ac illustriorem reddidisset. »
(48) *Ἀποδείξασα.* Reg. d et Coisl. 2, ἀναδείξασα.
(49) *Τέως.* « Tandiu, interea. » Deest in Reg., Cypr., nec reddidit Billius.
(50) *Πυρσεύουσα.* Regg. c, d, Coisl. 2, Or. 2, Par., Pass., πυρσεύσασα.
(51) *Πλύνασα* Sic undecim Colb., etc. In ed., πλήνασα.
(52) *Ἐγχειρίσας.* Chrys., ἐγχειρησας.
(53) *Πολλὴν.* Regg. a, c, d et Or. 2, πολλά.
(54) *Ἡ προεδρία.* Sic codd. Prave in ed., ἢ προεδρία, « vel, » etc.
(55) *Σπαρείς.* Sic decem Colb., Pass., etc. In ed., παρείς.
(56) *Ὡς ὁ μῦθος*, etc. Finxerunt poetæ Cadmum Agenoris filium, apud Thebas Bœotiæ urbem, draconis a se interfecti dentes sevisse, atque hinc exstitisse Gigantes, homines a capite usque ad femur armatos, qui eodem die, inito prælio, omnes sese statim mutuis vulneribus confecerunt, præter quinque qui se Cadmo associarunt.

Digitized by Google

οὐδὲν σοφισθέντας, οὐδὲ τοῦ βαθμοῦ προεισενεγκόντας τι, πλὴν τοῦ *βούλεσθαι*. Καὶ ὁ μὲν στέργει τὴν κάτω χώραν, καὶ ταπεινῶς (57) ἔστηκεν, ὁ τῆς ὑψηλῆς ἄξιος, καὶ πολλὰ μὲν τοῖς θείοις λόγοις ἐμμελετήσας, πολλὰ δὲ τῇ σαρκὶ νομοθετήσας εἰς ὑποταγὴν πνεύματος· ὁ δὲ σοβαρῶς (58) προκαθέζεται, καὶ τὴν ὀφρὺν αἴρει κατὰ τῶν βελτιόνων, καὶ οὐκ ἐπιτρέμει τοῖς θρόνοις, οὐδὲ φρίσσει τὴν δῖνα, τὸν ἐγκρατῆ κάτω βλέπων· ἀλλ' ὁμοῦ τῷ κράτει, καὶ σοφώτερον ἑαυτὸν ὑπολαμβάνει, κακῶς εἰδὼς, καὶ τὸ φρονεῖν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἀφῃρημένος.

A sed recens, quantum ad dignitatem, simul satus et editus, quemadmodum poetæ gigantes finxerunt. Uno die sanctos fingimus, eosque sapientes et eruditos **792** esse jubemus, qui nihil didicerunt, nec ad sacerdotium quidquam prius contulerunt, præter *velle*. Atque ille quidem inferiori sede acquiescit, humilisque stat, qui sublimem promeretur, atque et multum diuque in divinorum sermonum meditatione versatus est, et multum diuque carni leges sanxit ad spiritui parendum : hic contra superbe et arroganter præsidet, supercilliumque adversus meliores attollit, nec thronis intremiscit, nec ex aspectu horrorem concipit, hominem continentiæ studiosum infra se videns; verum simul cum imperio, sapientiorem quoque se esse existimat, prave utique sentiens, atque a potentia et auctoritate de mente deturbatus.

ΚΖ'. Ἀλλ' οὐχ ὁ πολὺς οὕτω (59) καὶ μέγας Βασίλειος· ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὕτω καὶ τοῦ περὶ ταῦτα κόσμου, τοῖς πολλοῖς τύπος καθίσταται. Τὰς γὰρ ἱερὰς πρότερον ὑπαναγινώσκων τῷ λαῷ βίβλους, ὁ τούτων ἐξηγητὴς, καὶ ταύτην (60) οὐκ ἀπαξιώσας τὴν τάξιν τοῦ βήματος, οὕτως ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων, οὕτως ἐν ἐπισκόπων αἰνεῖ τὸν Κύριον, οὐ κλέψας τὴν ἐξουσίαν, οὐδ' ἁρπάσας, οὐδὲ δωρεὰς τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τιμῆς διωχθεὶς, οὐδ' ἀνθρωπίνην χάριν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ καὶ θείαν δεξάμενος. Ὁ μὲν οὖν τῆς προεδρίας λόγος ἀναμεινάτω· τῷ δὲ τῆς ὑφεδρίας (61) μικρόν τι προσδιατρίψωμεν. Οἷον γάρ με καὶ τοῦτο μικροῦ παρέδραμεν, ἐν μέσῳ τῶν εἰρημένων κείμενον!

B XXVII. At non ita magnus et insignis Basilius; verum ut aliarum omnium virtutum, sic etiam in his rebus ordinis et disciplinæ exemplar aliis se præbet. Nam cum prius sacros libros populo lectitasset, ipse eorum interpres, nec illud lectoris officium se indignum duxisset, ita demum presbyterorum, ac deinde in episcoporum cathedra Dominum laudat, non hanc potestatem furatus, nec ea per vim potitus, nec honorem prosecutus, sed ab honore quæsitus, nec humano favore, sed divinitus ac Dei gratia sacerdotium consecutus. Verum de sedis principatu hoc loco nos exspectet oratio; atque in ea, quæ ad inferiorem dignitatis locum pertinet, nonnihil immoremur. Quale enim hoc quoque mihi pene efflluxit, in medio eorum, quæ a nobis commemorata sunt, jacens

C

ΚΗ'. Ἐγένετό τις πρὸς τὸν ἄνδρα διαφορὰ τῷ πρὸ τούτου (62) καθηγεμόνι τῆς Ἐκκλησίας (τὸ μὲν ὅθεν, καὶ ὅπως, σιωπᾷν ἄμεινον, πλὴν ἐγένετο), ἀνδρὶ τἄλλα μὲν οὐκ ἀγεννεῖ, καὶ θαυμαστῷ τὴν εὐσέβειαν (63), ὡς ἔδειξεν ὁ τότε διωγμὸς, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ἔνστασις, ὅμως δέ τι παθόντι πρὸς ἐκεῖνον (64) ἀνθρώπινον. Ἅπτεται γὰρ οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ὁ μῶμος, ὡς μόνον ἂν εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸ παντελῶς ἅπταιστον καὶ ἀνάλωτον πάθεσι. Κινεῖται οὖν ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἐκκλησίας ὅσον ἔκκριτον καὶ σοφώτερον· εἴπερ σοφώτεροι τῶν πολλῶν, οἱ κόσμου χωρίσαντες (65) ἑαυτοὺς, καὶ τῷ Θεῷ τὸν βίον καθιερώσαντες. Λέγω δὲ τοὺς καθ' ἡμᾶς Ναζιραίους (66), καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα ἐσπουδακότας· οἳ δεινὸν ποιησάμενοι τὸ σφῶν κράτος (67) παριδεῖν περιυβρισμένον καὶ ἀπωσμένον,

D

XXVIII. Cum Basilio simultatem quamdam is, qui ante ipsum Ecclesiæ præfuit, exercebat (quibus autem de causis, aut quomodo, silentio dissimulare satius est, cæterum exercebat); vir cætera quidem fortis, ac mirabili pietate præditus, ut illius temporis persecutio et acris adversus eum suscepta contentio perspicue declaravit, sed tamen in Basilio aliquid humani passus. Neque enim vulgares tantum homines, sed etiam præstantissimos quosque **793** viros Momus attingit, ut solius Dei sit omni peccato vacare, atque ab animi perturbatione immunem esse. Ac propterea adversus eum Ecclesiæ pars selectior et sapientior concitatur, si modo sapientiores ii habendi sunt, quam plerique, qui seipsos a mundo sejunxerunt, ac vitam suam Deo consecrarunt. Nazaræos nostrates dico, atque in

(57) *Ταπεινῶς*. Or. 2, ταπεινός. Sic legit Billius.

(58) *Σοβαρῶς*. Sic Regg. a, c, d et Coisl. 2. In ed., σοβαρός.

(59) *Οὕτω*. Sic Or. 2 et Pass. In ed., οὕτως.

(60) *Καὶ ταύτην*, etc. « Nec illud lectoris officium, » etc. Is profecto videtur esse Gregorii sensus. Basilius namque lectoris munus, ac populo in ecclesia sacros libros legere, non est dedignatus, cum jam iis exponendis, instar Magistri, par esset. Prius enim in lectoris subsellio, deinde presbyteri sede, demum inter episcopos Deum laudavit. Non bene igitur Billius, « sacerdotii gradum, » interpretatur, quod de « lectoris officio » scribit Gregorius.

(61) *Ὑφεδρ'ας*. Reg. bm, ὑφεδρείας.

(62) *Τῷ πρὸ τούτου*. Regg a, c, d, Bass., Pass., τῷ πρὸ τοῦ. Intelligit Eusebium, qui proximus ante Basilium Cæsariensem Ecclesiam gubernarat; quique fortem ac constantem animum præbuerat in Valentis persecutione adversus Catholicos.

(63) *Εὐσέβειαν*. Sic plures Regg., Pass., Comb., etc. Mendose in ed., ἀσέβειαν, « impietatem. »

(64) *Πρὸς ἐκεῖνον*. « Adversus hunc, » nempe, « Basilium. »

(65) *Χωρίσαντες*. Or. 2, χωρήσαντες.

(66) *Ναζιραίους*. « Nazaræos, » id est, « monachos. »

(67) *Τὸ σφῶν κράτος*. Basilium intelligit, qui inter monachos principatum pietate ac virtutibus obtinebat. Nam, ut ait Nicetas, Ναζιραῖος καὶ αὐτὸς ἦν· « Nazaræus et ipse erat. »

Digitized by Google

hujusmodi rebus maximum studium atque operam ponentes; qui cum grave atque indignum esse duxissent, pati, ut is, qui principatum inter eos obtinebat, contumelia et probro afficeretur et rejiceretur, periculosissimum facinus aggrediuntur. A magno et a seditione alieno Ecclesiæ corpore deficere, seseque abrumpere constituunt, non exiguam quoque plebis partem amputantes, tam eorum, qui inferioris ordinis erant, quam qui dignitates gerebant. Id autem tribus de causis, iisque firmissimis, perfacile erat. Primum enim Basilius tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud scio an quisquam nostræ ætatis philosophorum, eamque vim habebat, ut tumultuanti parti, si voluisset, animos ac fiduciam afferre potuisset. Deinde, qui molestiam ipsi exhibebat, ob eum tumultum, qui in ipsius electione acciderat, civitati suspectus erat, ut qui non tam legitime atque ex canonum præscripto, quam per vim præfecturam accepisset. Postremo aderant episcopi quidam ex Occidente, qui orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant.

πρᾶγμα τολμῶσιν ἐπικινδυνότατον. Ἀπόστασιν ἐννοοῦσι καὶ ῥῆξιν τοῦ μεγάλου καὶ ἀστασιάστου τῆς Ἐκκλησίας σώματος, οὐκ ὀλίγην καὶ τοῦ λαοῦ μοῖραν παρατεμόμενοι, ὅση τε τῶν κάτω, καὶ ὅση τῶν ἐπ' ἀξίαις (68). Ῥᾷστον δὲ τοῦτο ἦν ἐκ τριῶν τῶν ἰσχυροτάτων. Ὅ τε γὰρ ἀνὴρ αἰδέσιμος, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων, καὶ ἱκανὸς θάρσος παρασχεῖν, εἴπερ ἐβούλετο, τῷ συστήματι (69). Τόν τε λυποῦντα δι' ὑποψίας εἶχεν ἡ πόλις, ἐκ τῆς περὶ τὴν κατάστασιν ταραχῆς, ὡς οὐκ ἔννομον, οὐδὲ κανονικῶς μᾶλλον, ἢ τυραννικῶς τὴν προστασίαν δεξάμενον. Καὶ παρῆσαν τῶν δυτικῶν ἀρχιερέων τινὲς (70), μεθέλκοντες πρὸς ἑαυτοὺς τῆς Ἐκκλησίας ὅσον ὀρθόδοξον.

XXIX. Quid igitur egregius ille vir, et pacifici discipulus [97]? (Nec enim iis, qui contumelia ipsum affecerant, aut qui ipsi studebant, obluctari poterat; nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, quæ etiam alioqui ab hæreticis, qui tum potentiam atque imperium obtinebant, oppugnabatur, ac periculose affecta erat.) Simul etiam nobis hac in re consultoribus, ac sinceris monitoribus usus, nobiscum hinc in Pontum profugit, ac pietatis gymnasia, quæ illic erant, moderatur; quodque commemoratione dignum est, ipse cum Elia et Joanne, summis philosophis, solitudinem amplectitur; conducibilius id sibi esse existimans, quam in præsenti negotio cogitationem quamdam philosophia sua indignam suscipere, ac consilii et prudentiæ **794** clavum, quem in tranquillitate tenuerat, in tempestate perdere. Quamvis autem adeo philosophica et admirabilis illius secessio fuerit, præstantiorem tamen et admirabiliorem ipsius reditum fuisse reperiemus. Sic enim se habuit.

ΚΘ'. Τί οὖν ὁ γεννάδας ἐκεῖνος, καὶ τοῦ εἰρηνικοῦ μαθητής; Οὔτε γὰρ ἀντιτείνειν εἶχε πρὸς τοὺς ὑβριστὰς, ἢ τοὺς σπουδαστὰς, οὐδὲ πρὸς αὐτοῦ τὸ μάχεσθαι, ἢ διασπᾷν τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἄλλως πολεμουμένης, καὶ σφαλερῶς διακειμένης, ὑπὸ τῆς τότε τῶν αἱρετικῶν δυναστείας. Καὶ ἅμα συμβούλοις ἡμῖν περὶ τούτου χρησάμενος καὶ παραινέταις γνησίοις, φυγὰς ἐνθένδε σὺν ἡμῖν πρὸς τὸν Πόντον μεταχωρεῖ, καὶ τοῖς ἐκεῖσε φροντιστηρίοις ἐπιστατεῖ, αὐτὸς δὲ (71) καθιστᾷ τι μνήμης ἄξιον, καὶ τὴν ἔρημον (72) ἀσπάζεται μετὰ Ἠλίου καὶ Ἰωάννου, τῶν πάνυ φιλοσόφων· τοῦτο λυσιτελεῖν αὐτῷ μᾶλλον ἡγούμενος, ἤ τι διανοηθῆναι περὶ τῶν παρόντων τῆς ἑαυτοῦ (73) φιλοσοφίας ἀνάξιον, καὶ διαφθείρειν ἐν ζάλῃ τὴν ἐν γαλήνῃ τῶν λογισμῶν κυβέρνησιν. Καίπερ δὲ οὕτω φιλοσόφου καὶ θαυμασίας οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, κρείττω καὶ θαυμασιωτέραν εὑρήσομεν τὴν ἐπάνοδον. Ἔσχε γὰρ οὕτως·

XXX. Cum in his studiis versaremur, ingruit subito nubes grandinis plena, et exitiose stridens, quæ obtrivit Ecclesias omnes, in quas cecidit, et quascunque invasit; imperatorem dico, auri amantissimum et Christi inimicissimum, ac duobus his

Λ'. Ἐν τούτοις ὄντων ἡμῶν, ἐξαίφνης ἐφίσταται νέφος χαλάζης πλῆρες καὶ τετριγὸς ὁλέθριον (74), πᾶσαν ἐκτρῖψαν Ἐκκλησίαν, καθ' ἧς ἐρράγη, καὶ ὅσην ἐπέλαβε· βασιλεὺς ὁ φιλοχρυσότατος, καὶ μισοχριστότατος, καὶ δύο τὰ μέγιστα ταῦτα (75) νοσῶν,

[97] Matth. xi, 29.

(68) *Ἐπ' ἀξίαις.* Quatuor Regg., Coisl. 2 et Pass., ἐπ' ἀξίας.

(69) *Τῷ συστήματι.* Bill.: « Cohorti suæ. » Quæ interpretatio significare videtur, Basilium excitasse hunc tumultum, de quo agitur, cujus ipse occasio duntaxat fuerat.

(70) *Ἀρχιερέων τινές.* « Episcopi quidam. » Hi erant Lucifer et Eusebius apostolicæ sedis legati, qui ex Occidente, ad componendos motus, Cæsareæ missi fuerant.

(71) *Αὐτὸς δέ*, etc. « Ipse aliquid præstat memoratu dignum. » Quippe qui non solum monachis regulas tradiderat, sed etiam ipse vitam monasticam amplexus fuerat. Quamvis hæc lectio accurata videatur, plures tamen Regg. et Colb. aliique optimæ notæ hanc alteram lectionem præ se ferunt: αὐτοῖς τε, etc., quam lectionem qui secutus fuerit, sic reddere potest: « iisque (monachis) præstat quidpiam memoria dignum; » scilicet, ut exponit Nicetas, monasticas leges ipsis instituens: in asceticis præsertim, quæ a Niceta Basilio tribuuntur, quamvis Nicephorus Eustathio Sebastiæ episcopo tribuat.

(72) *Ἔρημον.* Plures Regg. et Colb., etc., ἐρημίαν.

(73) *Τῆς ἑαυτοῦ.* Sic Regg. a, c, d, ph, undecim Colb. et Pass. Deest ἑαυτοῦ in ed.

(74) *Τετριγὸς ὁλέθριον.* Schol.: Οὐάλην λέγει· « Valentem significat. » Aliud Schol.: Ἔνθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἦν ὁ ἅγιος Βασίλειος ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ μετὰ τὸ βασιλεῦσαι Οὐάλην προχειρίζεται ἐπίσκοπος· « Hinc patet Basilium episcopum non fuisse tempore Juliani; sed postquam Valens imperium adeptus est, tunc episcopus creatus fuit. »

(75) *Ταῦτα.* Deest in Regg. a, c, d, ph, novem Colb. et Pass.

Digitized by Google

ἀπληστίαν καὶ βλασφημίαν· ὁ μετὰ τὸν διώκτην, διώκτης, καὶ μετὰ τὸν ἀποστάτην, οὐκ ἀποστάτης μὲν, οὐδὲν δὲ ἀμείνων Χριστιανοῖς, μᾶλλον δὲ Χριστιανῶν τῷ εὐσεβεστάτῳ μέρει, καὶ καθαρωτάτῳ, καὶ προσκυνητῇ τῆς Τριάδος, ἣν δὴ μόνην εὐσέβειαν (76) ἐγὼ καλῶ, καὶ δόξαν σωτήριον. Οὐ γὰρ θεότητα ταλαντεύομεν, οὐδὲ τὴν μίαν καὶ ἀπρόσιτον φύσιν ἀποξενοῦμεν ἑαυτῆς, ἐκφύλοις ἀλλοτριότησιν, οὐδὲ κακῷ τὸ κακὸν ἰώμεθα, τὴν ἄθεον Σαβελλίου συναίρεσιν ἀσεβεστέρᾳ διαιρέσει καὶ κατατομῇ λύοντες· ἣν Ἄρειος νοσήσας, ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος (77), τὸ πολὺ τῆς Ἐκκλησίας διέσεισε καὶ διέφθειρεν· οὔτε τὸν Πατέρα τιμήσας, καὶ ἀτιμάσας τὰ ἐξ αὐτοῦ, διὰ τῶν ἀνίσων βαθμῶν τῆς θεότητος. Ἀλλὰ μίαν μὲν δόξαν Πατρὸς γινώσκομεν, τὴν ὁμοτιμίαν τοῦ Μονογενοῦς· μίαν δὲ Υἱοῦ, τὴν τοῦ Πνεύματος. Καὶ ὅ τι ἂν τῶν τριῶν κάτω θῶμεν, τὸ πᾶν καθαιρεῖν νομίζομεν· τρία μὲν ταῖς ἰδιότησιν (78), ἓν δὲ τῇ θεότητι (79) σέβοντες καὶ γινώσκοντες. Ὧν οὐδὲν ἐννοῶν ἐκεῖνος, οὐδὲ ἄνω βλέπειν δυνάμενος, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἀγόντων (80) αὐτὸν ταπεινούμενος, συνταπεινοῦν ἐτόλμησεν ἑαυτῷ καὶ φύσιν θεότητος· καὶ κτίσμα γίνεται πονηρὸν, εἰς δουλείαν κατάγων τὴν δεσποτείαν, καὶ μετὰ τῆς κτίσεως τιθεὶς τὴν ἄκτιστον φύσιν καὶ ὑπέρχρονον.

A gravissimis morbis, inexplebili nimirum avaritia et blasphemia, laborantem; qui post persecutorem, persecutor exstitit, post apostatam, non quidem apostata, sed nihilo tamen melior Christianis, vel, ut rectius loquar, Christianorum piissimæ et purissimæ parti, ac Trinitatis cultrici, quam quidem solam pietatem ac salutarem doctrinam appello. Non enim divinitatem velut ad libram expendimus, nec unam et inaccessibilem naturam per alienas disjunctiones a se ipsa separamus, nec malum malo curamus, impiam Sabellii contractionem per magis impiam divisionem et sectionem dissolventes; quo morbo correptus ille, a furore nomen habens Arius, magnam Ecclesiæ partem concussit et labefactavit. Nam nec Patrem honoravit, et ea, quæ ex ipso sunt,
B dedecore affecit, dum inæquales divinitatis gradus invexit. Verum unam quidem Patris gloriam esse agnoscimus, Unigeniti æqualitatem, unam autem Filii, Spiritus sancti adæquationem. Ac si quid horum trium infra collocemus, ita existimamus, totam Trinitatem a nobis everti ac deleri; tria quidem quoad proprietates, unum autem quoad divinitatem, venerantes et agnoscentes. Quorum cum ille nihil animadverteret, nec sursum cernere posset, verum ab iis, qui eum ducebant, deprimeretur, secum etiam divinitatis naturam deprimere non dubitavit, atque improbam creaturam se præbuit, dominationem nempe in servitutem detrahens, naturamque increatam et tempore sublimiorem inter res creatas constituens.

ΛΑ'. Ὁ μὲν οὖν οὕτω φρονῶν, καὶ μετὰ τοιαύτης ἡμῖν ἐπιστρατεύει τῆς ἀσεβείας. Οὐ γὰρ ἄλλο τι, ἢ βαρβαρικὴν καταδρομὴν τοῦτο ὑποληπτέον, καθαιροῦσαν, οὐ τείχη, καὶ πόλεις, καὶ οἰκίας, οὐδέ τι τῶν μικρῶν καὶ χειροποιήτων, καὶ αὖθις ἀνορθουμένων, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς αὐτὰς κατασύρουσαν. Συνεισβάλλει δὲ αὐτῷ καὶ στρατὸς ἄξιος, οἱ κακοὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγεμόνες, οἱ πικροὶ τετράρχαι τῆς ὑπ' αὐτὸν (81) οἰκουμένης· οἳ τὸ μὲν ἔχοντες ἤδη τῶν Ἐκκλησιῶν, τῷ δὲ προσβάλλοντες (82), τὸ δὲ ἐλπίζοντες ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως ῥοπῆς καὶ χειρὸς, τῆς μὲν ἐπαγομένης, τῆς δὲ (83) ἀπειλουμένης, ἦκον καὶ τὴν ἡμετέραν καταστρεψόμενοι, οὐδενὶ τοσοῦτον θαῤῥεῖν ἔχοντες τῶν ἁπάντων, ὅσον τῇ τῶν προειρημένων μικροψυχίᾳ, καὶ ἀπειρίᾳ τοῦ τηνικαῦτα ἡμῶν προεδρεύοντος, καὶ τοῖς ἐν ἡμῖν ἀῤῥωστήμασιν. Ὁ μὲν οὖν ἀγὼν πολύς· ἡ δὲ προθυμία τῶν πλείστων οὐκ ἀγεννής, ἡ δὲ παράταξις ἀσθενὴς, οὐκ ἔχουσα τὸν προαγωνιστὴν

C XXXI. Hoc ille quidem animo, et **795** cum hujusmodi impietate, adversum nos expeditionem suscipit. Nec enim aliud quiddam ea res existimanda est, quam barbarica incursio, non muros evertens, non urbes, non domos, aut alia quædam parva et manu facta, et quæ rursum refici atque instaurari possint, sed animas ipsas disturbans. Impetum quoque una cum eo facit exercitus ipso dignus, improbi Ecclesiarum gubernatores, sævi atque immanes orbis illius, qui ipsius imperio et ditioni subjectus erat, tetrarchæ. Qui cum ex Ecclesiis alias jam tenerent, alias oppugnarent, alias ob imperatoris opem ac manum, quæ partim adhibebatur, partim denuntiabatur, in potestatem venturas sperarent, huc quoque, ut nostram in ditionem suam redigerent, ve-
D nerunt, nulla re perinde freti atque subnixi, ut eorum, de quibus paulo ante locuti sumus, simultate, atque illius, qui tum nobis præsidebat, impe-

(76) *Εὐσέβειαν.* Sic codd. In Par. ed., εὐσέβειον.

(77) *Ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος.* Reg. ph. ὁ τῆς μανείας, etc. Observat Petavius, tom. II *Theolog. dogm.*, pag. 43, Arianos peculiari voce Ariomanitas esse dictos, quo nomine eos appellandos præcipit epistola sua Constantinus. Gregorii verba profert, qui Arium vocat μανίας ἐπώνυμον, « eo sensu, » inquit Petavius, « non quod Ἄρειος a Marte vocaretur, ut putavit interpres. »

(78) *Τρία μὲν ταῖς ἰδιότησι.* Sic. codd. In ed., τρία μὲν ἰδιώτησι. « Tres quidem quoad proprietates. » Patris proprietas est, quod sit ingenitus; Filii, quod sit genitus; Spiritus sancti, quod a Patre et Filio procedat. Græci scribunt τρία, respicientes ad πρόσωπα. Latinè vero « Tres, » respicientes ad subsistentias, seu personas. Sic Christus, Joan. x, 30, « Ego et Pater unum sumus. Ego et Pater, » qui sumus duo, quoad personas, « unum sumus, » quoad divinitatem.

(79) *Τῇ θεότητι.* Sic quinque Regg., Or. 2 et Pass. Deest τῇ in ed.

(80) *Ἀγόντων.* « Qui eum ducebant. » Dæmones intelligit, quorum afflatu atque instinctu, impius princeps catholicæ fidei bellum inferebat.

(81) *Ὑπ' αὐτόν.* Pass., ὑπ' αὐτῶν.

(82) *Τῷ δὲ προσβάλλοντες.* Duo Regg., Jes., Par., τὸ δὲ προσβάλλοντες. Comb., τὸ δὲ προσλαμβάνοντες.

(83) *Τῆς μὲν... τῆς δέ.* Regg. a, c, d, Chrys., Or. 2, etc., τοῖς μὲν... τοῖς δέ. « Aliis vim inferentem, aliis minas intentantem. »

Digitized by Google

ritia, ac morbis etiam, qui apud nos grassabantur. Magnum ergo certamen propositum erat; non ignava tamen multorum alacritas, sed infirma erat acies, utpote quæ propugnatore, ac perito defensore in sermonis et Spiritus virtute careret. Quid igitur generosa illa et excelsa anima, Christique amore vere prædita? Ne multis quidem sermonibus ad hoc opus habuit, ut nobis præsto esset, ac suppetias ferret; verum simul atque nos legationem obeuntes vidit (erat enim utrique nostrum commune hoc certamen, ut qui fidei propugnatores designati essemus), statim legationi cessit; ac spiritualibus rationibus secum optime sapientissimeque distinguens, aliud simultatis tempus esse (si quid etiam ejusmodi affectui indulgendum esset), nempe securitatis et tranquillitatis; aliud autem longanimitatis ac patientiæ, nempe necessitatis et periculorum tempus; hoc, inquam, secum reputans, confestim e Ponto nobiscum excedit, ac pro periclitante veritate zelo afficitur, ultroque et sponte belli socium se præbet, totumque se matri Ecclesiæ tradit.

A καὶ τεχνίτην ὑπέρμαχον ἐν δυνάμει λόγου καὶ Πνεύματος. Τί οὖν ἡ γενναία καὶ μεγαλόφρων ἐκείνη ψυχὴ, καὶ ὄντως φιλόχριστος; Οὐδὲ πολλῶν ἐδεήθη λόγων πρὸς τὸ παρεῖναι καὶ συμμαχεῖν· ἀλλ' ὁμοῦ τε εἶδεν ἡμᾶς πρεσβεύοντας (κοινὸς γὰρ ἦν ὁ ἀγὼν ἀμφοτέροις ὡς τοῦ λόγου (84) προβεβλημένοις), καὶ τῆς πρεσβείας ἠττήθη· καὶ διελὼν ἄριστα παρ' ἑαυτῷ καὶ φιλοσοφώτατα τοῖς τοῦ Πνεύματος λογισμοῖς, ἄλλον μὲν εἶναι μικροψυχίας καιρὸν (εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἔδει παθεῖν τὸν τῆς ἀδείας), ἄλλον δὲ μακροθυμίας, τὸν τῆς ἀνάγκης· εὐθὺς τοῦ Πόντου μεθ' ἡμῶν ἀπανίσταται, καὶ ζηλοτυπεῖ τὴν ἀλήθειαν κινδυνεύουσαν, καὶ γίνεται σύμμαχος ἐθελοντὴς, καὶ τῇ μητρὶ φέρων ἑαυτὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ δίδωσιν.

XXXII. At fortasse alacriter quidem hanc rem suscepit, verum nequaquam, ut illa animi alacritate dignum erat, dimicavit: aut strenue ille quidem dimicavit, sed non consulte ac prudenter: aut ita prudenter, ut tamen sine periculo: aut hæc quidem omnia perfecte, ac supra quam dici queat, præstitit, cæterum in illius animo veteris simultatis reliquiæ quædam residebant? Minime gentium. Omnia quippe simul præstat: inimicitias deponit, **796** consilium agitat, aciem instruit; scandala et offendicula, quæ in medio erant, ac cætera omnia, quorum fiducia, illi nos bello lacessendos putaverant, submovet. Alios assumit, alios retinet, alios propulsat. Aliis murus firmus et vallum [98] efficitur; aliis securis petram scindens [99], aut ignis in spinis [1], ut divina Scriptura loquitur, sarmentitios hominès, et in divinitatem contumeliosos, facile absumens. Quod si quid auxilii Barnabas, qui hæc loquitur ac scribit, Paulo decertanti tulit, Paulo habenda est gratia, qui illum elegit, ac certaminis socium adhibuit.

B ΛΒ'. Ἆρ' οὖν (85) προεθυμήθη μὲν οὕτως, ἠγώνισται δὲ τῆς προθυμίας ἔλαττον; ἢ διαγωνίζεται μὲν ἀνδρικῶς, οὐ συνετῶς δέ; ἢ πεπαιδευμένως μὲν, ἀκινδύνως δέ; ἢ πάντα μὲν ταῦτα τελείως καὶ ὑπὲρ λόγον, ὑπελείπετο δέ τι τῆς μικροψυχίας ἐν ἑαυτῷ (86) λείψανον; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ὁμοῦ τὰ πάντα καταλλάττεται, βουλεύεται, παρατάττεται· λύει τὰ ἐν τῷ μέσῳ σκῶλα καὶ προσκόμματα, καὶ οἷς ἐκεῖνοι θαῤῥοῦντες καθ' ἡμῶν ἐστρατεύσαντο (87). Τὸ μὲν προσλαμβάνει, τὸ δὲ κατέχει, τὸ δὲ ἀποκρούεται. Γίνεται τοῖς μὲν τεῖχος ὀχυρὸν καὶ χαράκωμα· τοῖς δὲ πέλεκυς κόπτων πέτραν, ἢ πῦρ ἐν ἀκάνθαις, ὅ φησιν ἡ θεία (88) Γραφὴ, ῥᾳδίως ἀναλίσκον τοὺς φρυγανώδεις καὶ ὑβριστὰς τῆς Θεότητος. Εἰ δέ τι καὶ Βαρνάβας, ὁ ταῦτα λέγων καὶ γράφων, Παύλῳ συνηγωνίσατο, C Παύλῳ χάρις τῷ προελομένῳ, καὶ συνεργὸν ποιησαμένῳ τοῦ ἀγωνίσματος.

XXXIII. Atque illi sane sic infectis rebus discesserunt, mali male tum primum pudefacti et superati, atque edocti, etiam si alios omnes homines, Cappadoces tamen non ita temere contemnere ac pro nihilo putare; quorum nihil tam proprium est, quam fidei firmitas, atque erga Trinitatem fides animique sinceritas; cujus etiam beneficio hoc habent, quod animis conjuncti sunt, atque concordes, viribusque pollent, eadem videlicet auxilia, quæ divinitati ferunt, accipientes, imo, multo etiam præstantiora et firmiora. Proximum autem Basilio negotium ac studium hoc fuit, antistitem colere D atque observare, suspicionem exstinguere, mortalibus omnibus persuadere, molestiam eam quam

ΛΓ'. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀπῆλθον ἄπρακτοι, καὶ κακοὶ κακῶς τότε πρῶτον αἰσχυνθέντες καὶ ἡττηθέντες, καὶ μαθόντες μὴ ῥᾳδίως Καππαδοκῶν καταφρονεῖν, εἰ καὶ πάντων ἀνθρώπων· ὧν οὐδὲν οὕτως ἴδιον, ὡς τὸ τῆς πίστεως ἀῤῥαγὲς, καὶ πρὸς τὴν Τριάδα πιστὸν (89) καὶ γνήσιον· παρ' ἧς καὶ τὸ ἡνῶσθαι καὶ τὸ ἰσχύειν αὐτοῖς (90), ἃ βοηθοῦσι βοηθουμένοις, μᾶλλον δὲ, πολλῷ κρείττω καὶ ἰσχυρότερα. Τῷ δέ τι δεύτερον ἔργον καὶ σπούδασμα γίνεται, θεραπεύειν τὸν πρόεδρον, λύειν τὴν ὑποψίαν, πείθειν (91) πάντας ἀνθρώπους, ὡς ἃ μὲν λελύπητο, πεῖρά τις ἦν τοῦ πονηροῦ καὶ πάλη (92) ταῖς εἰς τὸ καλὸν ὁμονοίαις βασκαίνοντος· αὐτὸς δὲ ᾔδει νόμους εὐπειθείας καὶ πνευματικῆς τάξεως. Διὰ τοῦτο παρῆν (93), ἐσόφιζεν,

[98] Jerem. I, 18. [99] Jerem. XXIII, 29. [1] Psal. CXVII, 12.

(84) *Ὡς τοῦ λόγου.* Id est, τῆς πίστεως, « fidei, » vel « doctrinæ fidei. »
(85) *Ἆρ' οὖν*, etc. Sic in plerisque codd. quæ sequuntur interrogationis notam præferunt.
(86) *Ἐν ἑαυτῷ.* Sic Regg. a, c, Pass. et Comb. In ed., ἐν αὐτῷ.
(87) *Ἐστρατεύσαντο.* Pass., ἐστρατευοντο.
(88) *Θεία.* Deest in Reg. bm et Or. 2.
(89) *Πιστόν.* Reg. ph, πιστόν τε.
(90) *Αὐτοῖς.* Reg. ph addit, ὑπάρχει.
(91) *Πείθειν.* Regg. bm et ph, πείθειν τε.
(92) *Πάλη.* Basil., ἀπάτη, « fraus. »
(93) *Παρῆν.* Bas., παρῆγνε, « hortabatur. »

Digitized by Google

ὑπήκουεν, ἐνουθέτει, πάντα ἦν αὐτῷ, σύμβουλος ἀγαθὸς, παραστάτης δεξιὸς, τῶν θείων ἐξηγητὴς, τῶν πρακτέων καθηγητὴς (94), γήρως βακτηρία, πίστεως ἔρεισμα, τῶν ἔνδον ὁ πιστότατος, τῶν ἐκτὸς ὁ πρακτικώτατος· ἐνὶ λόγῳ, τοσοῦτος εἰς εὔνοιαν, ὅσος εἰς ἔχθραν τὸ πρὶν ἐνομίζετο. Ἐντεῦθεν αὐτῷ περιῆν (95) καὶ τὸ κράτος τῆς Ἐκκλησίας, εἰ καὶ τῆς καθέδρας εἶχε τὰ δεύτερα. Τὴν γὰρ εὔνοιαν εἰσφέρων, τὴν ἐξουσίαν ἀντελάμβανε· καὶ ἦν θαυμαστή τις ἡ συμφωνία, καὶ ἡ πλοκὴ τοῦ δύνασθαι. Ὁ μὲν τὸν λαὸν ἦγεν, ὁ δὲ τὸν ἄγοντα· καὶ οἷον λεοντοκόμος τις ἦν, τέχνῃ τιθασσεύων τὸν δυναστεύοντα. Καὶ γὰρ ἐδεῖτο, νεωστὶ μὲν ἐπὶ τὴν καθέδραν τεθείς, ἔτι δὲ τῆς κοσμικῆς ὕλης τι (96) πνέων, οὕτω δὲ κατηρτισμένος ἐν τοῖς τοῦ Πνεύματος (97), πολλοῦ δὲ τοῦ κλύδωνος περιζέοντος, καὶ τῶν ἐπικειμένων τῆς Ἐκκλησίας (98) ἐχθρῶν, τοῦ χειραγωγοῦντος καὶ ὑπερείδοντος. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν συμμαχίαν ἠγάπα, καὶ κρατοῦντος ἐκείνου, κρατεῖν αὐτὸς ὑπελάμβανε.

A acceperat, tentationem quamdam et luctam pravi illius fuisse, honestæ ac laudabili concordiæ invidentis; cæterum non ignarum se esse, quid obedientiæ ordinisque spiritualis leges postularent: ac proinde adesse, docere, dicto audientem se præbere, monere, quidvis denique illi esse, monitor probus, opitulator commodus, divinorum oraculorum interpres, rerum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res gerendas aptissimus; verbo dicam, tantus ad benevolentiam, quantus prius ad inimicitiam esse putabatur. Ex quo factum est, ut, etiamsi cathedra inferior esset, Ecclesiæ tamen imperium obtineret. Etenim pro benevolentia, quam afferebat, auctoritatem recipiebat; ac mirus B quidem erat concentus nexusque potestatis. Ille plebem ducebat, hic ductorem; ac velut quidam leonum curator erat, arte demulcens eum, qui principatum tenebat; quippe, ut nuper in cathedra collocatus, ac mundanæ materiæ aliquid adhuc spirans, nondumque in his, quæ Spiritus erant, instructus, ac præterea ingenti tempestate undique æstuante, **797** atque imminentibus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, a quo velut porrecta manu duceretur et fulciretur. Quamobrem ipsius auxilium amplectebatur, eoque victore, se ipse victorem putabat.

ΛΔ'. Τῆς δὲ περὶ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ ἀνδρὸς κηδεμονίας καὶ προστασίας, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα γνωρίσματα· παῤῥησία πρὸς ἄρχοντας, τούς τε ἄλλους, καὶ τοὺς δυνατωτάτους τῆς πόλεως· διαφορῶν λύσεις (99) οὐκ ἀπιστούμεναι, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐκείνου φωνῆς τυποῦμεναι, νόμῳ τῷ τρόπῳ (1) χρώμεναι· προστασίαι τῶν δεομένων, αἱ μὲν πλείους πνευματικαὶ, οὐκ ὀλίγαι δὲ καὶ σωματικαὶ (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις εἰς ψυχὴν φέρει δι' εὐνοίας δουλούμενον [2])· πτωχοτροφίαι, ξενοδοχίαι, παρθενοκομίαι· νομοθεσίαι μοναστῶν (3), ἔγγραφοί τε καὶ ἄγραφοι· εὐχῶν διατάξεις (4), εὐκοσμίαι τοῦ βήματος, τὰ ἄλλα οἷς ἂν ὁ ἀληθῶς ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ Θεοῦ τεταγμένος, λαὸν ὠφελήσειεν· ἓν δὲ, ὃ μέγιστόν τε καὶ γνωριμώτατον. Λιμὸς ἦν, καὶ τῶν πώποτε μνημονευομένων ὁ χαλεπώτατος· ἔκαμνε δὲ ἡ πόλις, ἐπικουρία δ' ἦν οὐδαμόθεν, οὐδέ τι φάρμακον τῆς κακώσεως. Αἱ μὲν γὰρ παραλίαι (5) τὰς τοιαύτας ἐνδείας οὐ χαλεπῶς ἀναφέρουσι (6), διδοῦσαι τὰ παρ' ἑαυτῶν, καὶ τὰ παρὰ (7) τῆς θαλάσσης δεχόμεναι· τοῖς δ' ἠπειρώταις ἡμῖν, καὶ τὸ περιττεῦον ἀνόνητον

XXXIV. Jam vero ipsius erga Ecclesiam curæ ac præsidii, multa alia quidem indicia sunt: nimirum, dicendi libertas apud præsides, cum alios, tum potentissimos quosque civitatis; controversiarum diremptiones nequaquam suspectæ, sed ab ejus voce formatæ, et ratione modi, legum instar adhibitæ; C egentium patrocinia, plura quidem spiritualia, sed tamen corporea non pauca (nam id quoque sæpenumero ad animam tendit, per benevolentiam subigens, ac velut in servitutem trahens); erga pauperes alendos, hospites excipiendos, curandas virgines studium; monasticarum legum institutiones, tum scripto, tum voce traditæ; precum descriptiones, cleri ordines et officia, ea denique omnia, quibus quispiam vere Dei homo, ac Deo adjunctus, plebi prodesse queat. Istud autem unum maximum est et celeberrimum. Fames erat, et quidem post hominum memoriam atrocissima. Languebat civitas, nec ulla ex parte auxilium afferebatur, nec ulla erat calamitatis medicina. Nam maritimæ quidem urbes ejusmodi rerum penuriam facile

(94) *Καθηγητής*. Reg. d, ὑφηγητής.
(95) *Περιῆν*. Deest in Regg. d, bm, ph et Pass.
(96) *Τι*. Deest in Pass.
(97) *Ἐν τοῖς τοῦ Πνεύματος*. In quibusdam, ἐν τῷ Πνεύματι.
(98) *Τῆς Ἐκκλησίας*. Reg. bm, τῇ Ἐκκλησίᾳ. Chrys., τῆς ἀληθείας, « veritatis. » Sic etiam Regg. c, d; sed ad marg., τῆς Ἐκκλησίας.
(99) *Διαφορῶν λύσεις*, etc. Nicetas sic hunc locum exponit: « Ratio, qua Basilius in dirimendis controversiis utebatur, nequaquam fide carebat, aut in dubium veniebat, quin recta esset, sed ab ipsius sententia constituebatur et confirmabatur; ac modus ille, quo dissidia exstinguebat, legis vim obtinuit; adeo ut deinceps hujusmodi controversiæ eodem modo dirimerentur. » Tanta siquidem erat Basilii auctoritas in solvenda dubia, quæstiones, negotia, quæ ad ejus arbitrium deferebantur, ut ejus D judicia pro lege haberentur, ac etiamnum habeantur.
(1) *Νόμῳ τῷ τρόπῳ*, etc. « Quibus pro lege esset tanti viri auctoritas et virtus. » Schol.: Πιστὰ ἐδόκει διὰ τὸν τρόπον τοῦ λέγοντος· « Vera videbantur, ob loquentis auctoritatem. »
(2) *Δουλούμενον*. Reg. Cypr., δηλούμενον, « cum per benevolentiam id obsequii exhibetur. »
(3) *Μοναστῶν*. Pass., μοναχῶν. De asceticis proculdubio loquitur Gregorius.
(4) *Εὐχῶν διατάξεις*. « Ordinatæ preces, tum aliæ, » inquit Nicetas, « tum divinæ liturgiæ, quæ et exstant, ut res sacræ congrua quadam majestate peragi possint. »
(5) *Παραλίαι*. Reg. a, c, d, ph et Or 2, παράλιοι.
(6) *Ἀναφέρουσι*. Or. 2, ἐπιφέρουσι.
(7) *Παρά*. In nonnullis, περί.

Digitized by Google

perferunt, dantes nimirum ea, quibus affluunt, ac vicissim ea, quibus carent, a mari accipientes; at nos, qui procul a mari degimus, nec ex iis, quibus redundamus, utilitatem ullam capimus, nec ea, quibus egemus, ulla arte comparare possumus, utpote qui, nec quæ habemus, exportare, nec ea, quibus caremus, importare queamus. Sed in hujusmodi malis nihil gravius est, quam crudelitas ac inexplebilis eorum, qui frumentum habent, cupiditas. Observant enim temporum difficultates, et penuriam in quæstum vertunt, atque ex aliorum calamitatibus messem faciunt; nec illud audientes, eum, qui pauperum miseretur, Domino fenerari [2]; nec rursus illud, eum, qui frumentum abscondit, plebi exsecrabilem esse [3]: nec denique quidquam aliud eorum, quæ vel benignis ac mansuetis hominibus pollicetur Scriptura, vel duris et inhumanis comminatur. Verum ad rem avidiores sunt, quam par sit, maleque sibi consulunt; quemadmodum scilicet aliis sua, ita sibiipsis Dei, cujus ope magis se indigere nesciunt, quam alii ipsorum auxilio egeant, viscera præcludentes. Atque hæc quidem frumenti emptores et caupones faciunt, qui nec cognationis jure commoventur, nec Deo, cujus beneficio ipsi frumentum habent, cum alii opprimantur, gratias referunt.

798

XXXV. At Basilius, nec precibus quidem panem e cœlo [4] fundere, nec fugitivum populum in deserto alere poterat, nec indeficientem alimoniam e vasculis [5], fontis instar, scaturire, quæ, res mira! ipsomet vacuo replebantur, ut nutricem suam in hospitalitatis præmium aleret; nec demum quinque panibus [6] multa hominum millia pascere, quorum reliquiæ quoque ipsæ tales erant, ut pluribus aliis mensis sufficerent. Hæc enim Moysis erant, et Eliæ, et Dei mei, a quo ad eos quoque hujusmodi potestas manaverat. Fortasse etiam temporibus illis, atque huic rerum statui conveniebant; quandoquidem signa infidelibus, non fidelibus dantur [7]. Verum quæ his consentanea sunt, et eodem tendunt, ea cum pari fide cogitavit atque perfecit. Aperiens enim verbo et cohortationibus suis locupletum horrea, facit quod est in Scriptura, cibum esurientibus frangit [8], panibusque pauperes saturat [9], alitque eos in fame [10], atque esurientes animas implet bonis [11]. Quo tandem modo? Neque enim hoc ad laudis cumulum parvi momenti est. In unum etenim cogens, quos fames vulnerat, et nonnullos etiam, qui spiritum ægre trahebant, viros, feminas, pueros, senes, miserabilem omnem ætatem, omnia interim ciborum genera, quibus fames depelli solet, corrogans, atque ollas leguminum, salsique nostratis obsonii, et ad levandam pauperum famem accommodati, plenas proponens; ipse deinde Christi, qui

ΛΕ'. Ὁ δὲ ὗειν μὲν οὐκ εἶχεν ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ δι' εὐχῆς, καὶ τρέφειν ἐν ἐρήμῳ λαὸν φυγάδα, οὐδὲ πυθμέσι πηγάζειν τροφὴν ἀδάπανον (11) κενώσει πληρουμένοις, ὃ καὶ παράδοξον, ἵνα τρέφῃ τρέφουσαν εἰς φιλοξενίας ἀντίδοσιν· οὐδὲ πέντε ἄρτοις ἐστιᾷν χιλιάδας, ὧν καὶ τὰ λείψανα πολλῶν τραπεζῶν ἄλλη δύναμις. Ταῦτα γὰρ Μωϋσέως ἦν, καὶ Ἠλίου, καὶ τοῦ ἐμοῦ Θεοῦ, παρ' οὗ κἀκείνοις τὸ ταῦτα δύνασθαι. Ἴσως δὲ καὶ τῶν καιρῶν ἐκείνων, καὶ τῆς τότε καταστάσεως· ἐπειδὴ τὰ σημεῖα τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς πιστεύουσιν. Ἃ δὲ τούτοις ἐστὶν ἀκόλουθα, καὶ εἰς ταυτὸν φέρει, ταῦτα καὶ διενοήθη καὶ κατεπράξατο μετὰ τῆς αὐτῆς πίστεως. Λόγῳ γὰρ τὰς τῶν ἐχόντων ἀποθήκας ἀνοίξας καὶ παραινέσεσι, ποιεῖ τὸ τῆς Γραφῆς· Διαθρύπτει πεινῶσι τροφὴν, καὶ χορτάζει πτωχοὺς ἄρτων (12), καὶ διατρέφει αὐτοὺς ἐν λιμῷ, καὶ ψυχὰς πεινώσας ἐμπίμπλησιν ἀγαθῶν. Καὶ τίνα τρόπον; οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν εἰς προσθήκην. Συναγαγὼν γὰρ ἐν ταυτῷ τοὺς λιμοῦ τραυματίας, ἔστι δὲ οὓς καὶ μικρὸν ἀναπνέοντας, ἄνδρας (13) καὶ γυναῖκας, νηπίους, γέροντας, πᾶσαν ἡλικίαν ἐλεεινὴν, πᾶν εἶδος τροφῆς ἐρανίζων, ὅση τυγχάνει λιμοῦ βοήθεια, ἔτνους (14) τε πλήρεις προθεὶς λέβητας, καὶ τοῦ ταριχευτοῦ παρ' ἡμῖν ὄψου, καὶ πέντητας τρέφοντος. Ἔπειτα τὴν τοῦ Χριστοῦ διακονίαν μιμούμενος, ὃς, καὶ λεντίῳ διαζωννύμενος, οὐκ ἀπηξίου νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν, εἴτουν συνδούλοις, πρὸς τοῦτο συνεργοῖς

[2] Prov. XIX, 17. [3] Prov. XI, 26. [4] Exod. XVI, 15; Psal. LXXVII, 24. [5] III Reg. XVII, 14. [6] Matth. XIV, 19; Luc. IX, 16; Joan. VI, 11. [7] I Cor. XIV, 22. [8] Isa. LVIII, 7. [9] Psal. CXXXI, 15. [10] Psal. XXXII, 19. [11] Luc. I, 53.

(8) *Εἰσκομισόμεθα.* Reg. c, εἰσοἰσομεν.

(9) *Τῆς ἐνδείας.* Or. 2, τὰς ἐνδείας. Nicetas sic exponit: Οὐ θεραπεύουσι τὸ ὑστέρημα τῶν δεομένων, ἀλλ' ἐπιτρίβουσι, καὶ αὔξουσι τὸ πάθος· « Egenorum inopiam non levant, sed obterunt atque augent. » Bill., « famem negotiantur. »

(10) *Ἔχειν αὐτοῖς.* Reg. c, ἔχειν ἐστὶν αὐτοῖς.

(11) *Τροφὴν ἀδάπανον.* Schol.: Τοῦτο εἶπε διὰ τὴν ὑδρίαν τοῦ ἀλεύρου τὴν κατὰ τὴν Σαραφθίαν χήραν· « Hoc dixit propter hydriam farinæ viduæ Sarephtanæ. » Bill.: « gratuitam alimoniam. »

(12) *Ἄρτων.* Sic plures Regg. et Colb., duo Coisl., Pass., etc. In ed., ἄρτον.

(13) *Ἄνδρας.* In ed. sequitur καὶ, quod auctoritate codicum melioris notæ delevimus.

(14) *Ἔτνους.* Sic omnes melioris notæ codd. Prave in ed., ἔθνους. Juxta Nicetam ἔτνος « est concisum legumen, » scilicet « faba. »

Digitized by Google

χρώμενος, ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα τῶν δεομένων, ἐθεράπευε δὲ τὰς ψυχάς, συμπλέκων τῇ χρείᾳ τὸ τῆς τιμῆς, καὶ ῥάους ποιῶν ἀμφοτέρωθεν.

linteo præcinctus, discipulorum pedes abluere minime grave duxerat, ministerium imitans, simulque puerorum, sive conservorum suorum, ad eam rem opera utens, pauperum corpora et animas curabat, atque ipsorum calamitatem utrinque leniens.

ΑϚ'. Τοιοῦτος ἦν ὁ νέος σιτοδότης ἡμῖν, καὶ δεύτερος Ἰωσήφ· πλὴν ὅτι καὶ πλέον τι λέγειν ἔχομεν. Ὁ μὲν γὰρ καταπραγματεύεται τοῦ λιμοῦ, καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐξωνεῖται τῷ φιλανθρώπῳ, τὸν τῆς ἀφθονίας καιρὸν εἰς τὸν τοῦ λιμοῦ διαθέμενος, καὶ τοῖς ἑτέρων ὀνείροις εἰς τοῦτο (15) διαταττόμενος· ὁ δὲ προῖκα χρηστὸς ἦν, καὶ τῆς σιτοδείας (16) ἐπίκουρος ἀπραγμάτευτος, πρὸς ἓν ὁρῶν, τῷ φιλανθρώπῳ τὸ φιλάνθρωπον κτήσασθαι, καὶ τῶν ἐκεῖθεν τυχεῖν ἀγαθῶν διὰ τῆς ἐνταῦθα σιτομετρίας. Ταῦτα μετὰ τῆς τοῦ λόγου τροφῆς, καὶ τῆς τελεωτέρας εὐεργεσίας καὶ διαδόσεως, τῆς ὄντως οὐρανίου καὶ ὑψηλῆς· εἴπερ ἄρτος ἀγγέλων λόγος, ᾧ ψυχαὶ τρέφονται καὶ ποτίζονται Θεὸν πεινῶσαι, καὶ ζητοῦσαι τροφὴν οὐ ῥέουσαν, οὐδ' ἀπιοῦσαν, ἀλλ' ἀεὶ (17) μένουσαν· ἧς σιτοδότης ἦν ἐκεῖνος, καὶ μάλα πλούσιος, ὁ πενέστατος ὢν ἴσμεν καὶ ἀπορώτατος, οὐ λιμὸν ἄρτων, οὐδὲ δίψαν ὕδατος ἐξιώμενος, λόγου δὲ πόθον, τοῦ ἀληθῶς ζωτικοῦ καὶ τροφίμου, καὶ εἰς αὔξησιν ἄγοντος πνευματικῆς ἡλικίας τὸν καλῶς τρεφόμενον.

XXXVI. Talis erat novus noster procurator, et secundus Joseph : imo etiam 799 majus aliquid dicere possumus. Ille enim ex fame quæstum captat, ac benignitate Ægyptum emit [12], ubertatis tempus ad famis tempus disponens et administrans, atque aliorum somniis ad eam rem ordinatus. Hic autem gratuito benignus erat, neque in hoc tribuendi frumenti auxilio lucrum ullum captabat, id unum spectans, ut misericordia misericordiam sibi compararet, ac præsenti annonæ largitione futura bona consequeretur. Accedebat insuper sermonis alimonia, et perfectius beneficium, ac largitio vere cœlestis et sublimis ; siquidem angelorum panis sermo est, quo aluntur atque irrigantur animæ Dei fame laborantes, ac cibum, non fluentem et abeuntem, sed perpetuo manentem expetentes ; cujus ipse dispensator erat, et quidem perquam locuples, homo alioqui omnium, quos novi, pauperrimus et egentissimus, non panis famem aut sitim aquæ sanans, sed famem verbi illius, quod vere vitale est, ac vim alendi habet, eumque, qui recte nutritur, ad spiritualis ætatis incrementum ducit.

ΑΖ'. Ἐκ δὴ τούτων καὶ τῶν τοιούτων (τί γὰρ δεῖ πάντα λέγοντα διατρίβειν [18];) ἄρτι τοῦ φερωνύμου τῆς εὐσεβείας (19) μετατεθέντος, καὶ ταῖς ἐκείνου χερσὶν ἡδέως ἐναποψύξαντος, ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον ἀνάγεται· οὐκ ἀμογητὶ μέν, οὐδὲ ἄνευ βασκανίας καὶ πάλης τῶν τε τῆς πατρίδος (20) προεδρευόντων, καὶ τῶν πονηροτάτων τῆς πόλεως ἐκείνοις συντεταγμένων. Πλὴν ἔδει νικῆσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ μέντοι καὶ νικᾷ (21) πολλῇ τῇ περιουσίᾳ. Κινεῖ γὰρ ἐκ τῆς ὑπερορίας (22) τοὺς χρίσοντας, ἄνδρα ἐπ' εὐσεβείᾳ γνωρίμους καὶ ζηλωτάς, καὶ μετὰ τούτων τὸν νέον Ἀβραὰμ καὶ πατριάρχην ἡμέτερον, τὸν ἐμὸν λέγω (23) πατέρα, περὶ ὃν τι καὶ συμβαίνει θαυμάσιον. Οὐ γὰρ τῷ πλήθει τῶν ἐτῶν μόνον ἐκλελοιπὼς (24), ἀλλὰ καὶ νόσῳ τετρυχωμένος, καὶ πρὸς ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς ὤν, κατατολμᾷ τῆς ὁδοῦ, βοηθήσων τῇ ψήφῳ, καὶ θαρσήσας (25) τῷ Πνεύματι. Καί τι σύντομον φθέγξομαι, νεκρὸς ἐντεθεὶς ὡς τάφῳ τινὶ τῷ φορείῳ (26), νέος ἐπάνεισιν, εὐσθενὴς, ἄνω βλέπων, ῥωσθεὶς ἐκ τῆς χειρὸς καὶ

XXXVII. Ob hæc igitur, ac tanta (quid enim omnia recensendo diutius immorari necesse est?) Basilius, cum is, qui nomen a pietate apposite ducebat, ex hac vita migrasset, atque in ipsius manibus animam libenter exhalasset, ad excelsum episcopatus thronum evehitur ; non id quidem citra laborem, ac citra invidiam et dimicationem, tum eorum, qui patriæ præsidebant, tum perditissimorum quorumque urbis civium, qui ad eorum partes sese adjunxerant. Verum fieri aliter non poterat, quin Spiritus sanctus vinceret ; atque adeo abunde vicit. Nam ad eum ungendum viros pietate claros ac zelo flagrantes, ab exteris regionibus excitavit, et cum iis novum Abrahamum et patriarcham nostrum, parentem, inquam, meum, cui miranda etiam res quædam accidit. Nam quamvis non solum senectute confectus, sed etiam morbo fractus ac debilitatus esset, animamque ageret, iter tamen aggredi non dubitavit, ut calculo suo electionem juvaret, Spiritus videlicet ope atque

[12] Gen. XLI, 1 sqq.

(15) *Εἰς τοῦτο*. Pass., πρὸς τοῦτο.
(16) *Σιτοδείας*. Pass., σιτοδοσίας.
(17) *Ἀεί*. Or. 2, εἰς ἀεί.
(18) *Τί γὰρ δεῖ... διατρίβειν*. Sic plures Regg., etc. In ed., τί γὰρ δὴ... διατρίβει.
(19) *Τῆς εὐσεβείας*. Alludit ad « Eusebii » nomen, quod a voce εὐσέβεια, id est « pietas, » derivatur.
(20) *Τῶν τε τῆς πατρίδος*, etc. Nicetas exponit : ἄρχοντας· « præsides, » haud dubie provinciæ episcopos ac prælatos.
(21) *Καὶ νικᾷ*. Sic plures Regg. et Or. 2. Deest καί in ed.
(22) *Ὑπερορίας*. Intelligit Eusebium Samosatensem, qui cum Gregorio, theologi nostri patre, Basilium consecravit. Mox γνωρίμους. Sic codd. In ed., γνωρισμούς.
(23) *Ἐμὸν λέγω*. Sic Regg. c, d, ph, Coisl. 2, Or. 2, Pass. Deest λέγω in ed.
(24) *Ἐκλελοιπώς*. Pass., λελοιπώς.
(25) *Θαρσήσας*. Regg. c, ph et Or. 2, θαῤῥήσας.
(26) *Φορείῳ*. Reg. bm, φορίῳ.

Digitized by Google

auxilio fretus. Atque ut rem in pauca conferam, vehiculo, non secus ac mortuus feretro, impositus, juvenis redit, firmus ac valens, oculos erectos habens, a manuum **800** impositione et unctione, addo etiam, et ab illius, qui ungebatur, capite, roboratus. Hoc igitur ad priscas narrationes accedat, quod labor sanitatem affert, et animi alacritas mortuos excitat, et exsilit senectus Spiritu delibuta.

A τῆς χρίσεως, οὐ πολὺ δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ χρισθέντος. Τοῦτο προσκείσθω τοῖς παλαιοῖς διηγήμασιν, ὅτι πόνος ὑγείαν (27) χαρίζεται, καὶ προθυμία νεκροὺς ἀνίστησι. καὶ πηδᾷ γῆρας χρισθὲν (28) τῷ Πνεύματι.

XXXVIII. Cum autem primariæ sedis honore ita affectus fuisset, ut par erat eos, qui ita vixerant, eamque gratiam consecuti fuerant, ac talem apud homines existimationem obtinebant; minime commisit, ut ulla in re postea, vel philosophiæ suæ, vel eorum, qui hoc munus ipsi crediderant, spei, dedecori esset. Quin potius, quantum alios prius, tantum quotidie seipsum vincebat, optime utique ac sapientissime de his rebus sentiens. Sic enim B existimabat, privati quidem hominis virtutem in eo consistere, ut vitio careat, aut quoquo modo probitatem colat; principem autem et antistitem, ac præsertim hujusmodi imperium gerentem, improbitatis notam effugere non posse, nisi multum antecellat, ac melior in dies exsistat, paremque dignitati suæ ac throno virtutem afferat. Vix enim esse, ut in summo positus, medium assequatur, ac per exuberantem virtutis amplitudinem, vulgus ad mediocritatem pertrahat. Imo vero, ut rectius de his rebus disseram, quod ego in Salvatore prospicio (atque etiam, ut opinor, sapientiorum quilibet), quo tempore nobiscum exstitit, secundum id quod supra nos, et nostrum erat, formatus, hoc quoque hic contigisse animadverto. Proficiebat enim, inquit, ut C ætate, ita etiam sapientia et gratia [12]; non quod hæc in illo incrementum caperent; quid enim eo, quod a principio perfectum erat, perfectius esse possit? sed quod hæc paulatim detegerentur et elucerent. Eodem modo Basilii virtutem eo tempore, non incrementum, sed majorem operationem accepisse arbitror, cum ipsi nimirum potestas uberiorem materiam suppeditaret.

ΛΗ'. Οὕτω δὲ τῆς προεδρίας ἀξιωθεὶς, ὡς, τοὺς τοιούτους μὲν γεγονότας, τοιαύτης δὲ χάριτος τετυχηκότας, οὕτω δὲ ὑπειλημμένους, εἰκός· οὐ κατῆσχυνεν οὐδενὶ τῶν ἐξῆς, ἢ τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν, ἢ τὰς τῶν πεπιστευκότων ἐλπίδας· ἀλλὰ τοσοῦτον ἑαυτὸν ὑπερβάλλων ἀεὶ, ὅσον πρὸ τούτου τοὺς ἄλλους ἐδείκνυτο, κάλλιστά τε καὶ φιλοσοφώτατα περὶ τούτων διανοούμενος. Ἡγεῖτο γὰρ, ἰδιώτου μὲν ἀρετὴν εἶναι, τὸ μὴ κακὸν εἶναι, ἢ τι καὶ ποσῶς ἀγαθόν. Ἄρχοντος δὲ καὶ προστάτου κακίαν, καὶ μάλιστα τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, τὸ μὴ πολὺ τῶν πολλῶν προέχειν, μηδὲ ἀεὶ κρείττω φαίνεσθαι, μηδὲ συμμετρεῖν τῇ ἐξίᾳ καὶ τῷ ὄρόνῳ τὴν ἀρετήν. Μόγις (29) γὰρ εἶναι τῷ ἄκρῳ τοῦ μέσου κατατυγχάνειν, καὶ τῷ περιόντι τῆς ἀρετῆς ἕλξειν τοὺς πολλοὺς εἰς τὸ μέτριον· μᾶλλον δὲ, ἵνα τι φιλοσοφήσω περὶ τούτων ἄμεινον, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἐγὼ θεωρῶ, οἶμαι δὲ καὶ τῶν σοφωτέρων ἕκαστος, ἡνίκα μεθ' ἡμῶν ἐγένετο, μορφωθεὶς (30) τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ ἡμέτερον, τοῦτο κάνταῦθα συμβεβηκέναι λογίζομαι. Ἐκεῖνός τε γὰρ προέκοπτε, φησὶν, ὥσπερ ἡλικίᾳ, οὕτω δὴ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι· οὐ τῷ ταῦτα λαμβάνειν αὔξησιν, (τί γὰρ τοῦ ἀπ' ἀρχῆς τελείου γένοιτ' ἂν τελεώτερον;) ἀλλὰ τῷ κατὰ μικρὸν ταῦτα παραγυμνοῦσθαι καὶ παρεκφαίνεσθαι. Τήν τε τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, οὐχὶ προσθήκην, ἀλλ' ἐργασίαν οἶμαι μείζω τηνικαῦτα λαμβάνειν, ὕλῃ πλείονι τῇ ἐξουσίᾳ χρωμένην.

XXXIX. Ac primum quidem illud omnibus perspicuum facit, munus id, quo affectus fuerat, non humano favore, sed divino beneficio ipsi contigisse. Id autem ex nobis quoque liquido constabit. Qualia enim mecum circa illud tempus philosophabatur? Nam cum aliis omnibus dubium non esset, quin, cum id contigisset, statim **801** accurrerem, maximaque animi voluptate perfunderer (id quod D fortasse alius quispiam fecisset), ac cum eo imperium potius partirer, quam supparem auctoritatem ac potentiam haberem, idque ex amicitia nostra conjectarent; ego tamen, cum in omnibus rebus arrogantiæ suspicionem, ut si quis alius, fugiens,

ΛΘ'. Πρῶτον μὲν ἐκεῖνο πᾶσι ποιεῖ φανερὸν, ὡς οὐκ ἀνθρωπίνης χάριτος ἦν αὐτῷ· ἔργον, ἀλλὰ Θεοῦ δῶρον τὸ δεδομένον· δηλώσει δὲ καὶ τὸ ἡμέτερον. Οἷα γάρ μοι φιλοσοφοῦντι περὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον συνεφιλοσόφει! Τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων οἰομένων καὶ προσδραμεῖσθαί με τῷ γεγονότι, καὶ περιχαρήσεσθαι (ὅπερ ἑτέρου (31) καὶ παθεῖν ἴσως ἦν), καὶ συνδιανεμεῖσθαι (32) τὴν ἀρχὴν μᾶλλον ἢ παραδυναστεύειν, καὶ τῇ φιλίᾳ τοῦτο τεκμαιρομένων· ἐπειδὴ τὸ φορτικὸν φεύγων ἐγὼ, καὶ γὰρ ἐν ἅπασιν, εἴπερ ἄλλος τις, καὶ ἅμα τοῦ καιροῦ τὸ ἐπίφθονον, ἄλλως τε καὶ τῶν κατ' αὐτὸν (33) ὠδινόντων ἔτι καὶ ταρασσομένων, οἷκοι κατέμεινα, βίᾳ χαλινώσας τὸν πόθον. Μέμφεται

[12] Luc. II, 52.

(27) *Ὑγείαν.* Or. 2, ὑγιείαν.

(28) *Πηδᾷ γῆρας χρισθέν.* Reg. bm : πηδᾷ γῆρας χρησθέν. Sic etiam legit Billius in vetustissimo codice, quam lectionem probat Combefisius. Si cui hæc lectio placuerit, ita reddere potest : « Exsilit senectus, quæ se Spiritui utendam præbuerit. » Hæc est enim vis verbi κίχρημι, χρήζω, « commodo, utendum præbeo. » Quin Schol. Reg. bm hæc habet, quæ in suo codice legisse testatur Billius : Καὶ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτός φησιν· Ἰδοὺ κίχρημι τὰς χεῖρας τῷ Πνεύματι· « Et alibi ipse ait : Ecce manus meas Spiritu. commendo. »

(29) *Μόγις.* Sex Regg. et Or. 2, μόλις.

(30) *Μορφωθείς,* etc. « Formam indutus, quæ et nobis superior, et nostra erat. » Id est, ut exponit Nicetas, similis nobis, iisdemque, præter peccatum, obnoxius.

(31) *Ἑτέρου.* In nonnullis, ἕτερον

(32) *Συνδιανεμεῖσθαι.* Nonnulli addunt με.

(33) *Κατ' αὐτόν.* Sic Regg. bm, ph, Coisl. 1, Or. 2, Jes. et Comb. In ed., κατ' αὐτῶν.

Digitized by Google

μὲν, συγγινώσκει δέ. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιστάντα μὲν, τὴν δὲ τῆς καθέδρας τιμὴν οὐ δεξάμενον, τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας, οὐδὲ τὴν τῶν πρεσβυτέρων προτίμησιν, οὕτε ἐμέμψατο, καὶ προσεπῄνεσεν, εὖ ποιῶν· τῦφον κατηγορηθῆναι μᾶλλον ὑπ' ὀλίγων ἑλόμενος, τῶν ταύτην ἀγνοησάντων τὴν οἰκονομίαν, ἢ τι πρᾶξαι τῷ λόγῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ βουλεύμασιν ἐναντίον. Καίτοι, πῶς ἂν μᾶλλον ἔδειξεν ἄνθρωπος πάσης θωπείας καὶ κολακείας κρείττω τὴν ψυχὴν ἔχων, καὶ πρὸς ἓν μόνον βλέπων, τὸν τοῦ καλοῦ νόμον, ἢ περὶ ἡμῶν οὕτω διανοηθείς, οὓς ἐν πρώτοις τῶν ἑαυτοῦ φίλων καὶ συνήθων ἐγνώρισεν;

A ac simul temporis illius invidiam vitans, præsertim cum res ejus nondum pacatæ essent, ac adhuc turbarentur, desiderio meo frenum injeci, domique me continui. Quo nomine mecum quidem ille expostulavit, cæterum veniam dedit. Ac postea, cum ad eum venissem, atque eadem de causa cathedræ honorem, insignioremque inter presbyteros honoris locum recusassem, non modo meum hoc factum non incusavit, sed etiam, ut debuit, comprobavit; atque a nonnullis, qui rationis ipsius ignari erant, fastus insimulari maluit, quam aliquid facere, quod rationi consiliisque suis adversaretur. At certe, quonam modo luculentius specimen edere potuisset animi ab omni adulatione et assentatione alieni, solamque honesti legem intuentis, quam ita de nobis, quos in præcipuorum amicorum et familiarium loco numeroque habuit, constituens?

Μ'. Ἔπειτα, τὸ στασιάζον πρὸς ἑαυτὸν μαλάσσει, καὶ θεραπεύει λόγοις ἰατρικῆς μεγαλόφρονος. Οὐ γὰρ θωπευτικῶς, οὐδὲ ἀνελευθέρως τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ λίαν νεανικῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἂν τις οὐ τὸ παρὸν σκοπῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν μέλλουσαν εὐπείθειαν οἰκονομῶν. Ὁρῶν γὰρ (34) τὸ μὲν ἁπαλὸν, ἔκλυτον καὶ μαλακίζον, τὸ δὲ αὐστηρὸν, τραχῦνον καὶ ἀπαυθαδιάζον (35), ἀμφοτέροις βοηθεῖ δι' ἀλλήλων· ἐπιεικείᾳ μὲν τὸ ἀντιτυπὲς, στερρότητι δὲ τὸ ἁπαλὸν κερασάμενος· ὀλίγα μὲν λόγου προσδεηθείς, ἔργῳ δὲ τὰ πλείω δυνηθείς πρὸς τὴν θεραπείαν· οὐ τέχνῃ δουλούμενος, ἀλλ' εὐνοίᾳ σφετεριζόμενος· οὐ δυναστείᾳ (36) προσχρώμενος, ἀλλὰ τῷ δύνασθαι μὲν, φείδεσθαι δὲ προσαγόμενος. Τὸ δὲ (37) μέγιστον, τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς αὐτοῦ διανοίας, καὶ ἀπρόσιτον εἶδέναι τὴν ἀρετήν· καὶ μίαν μὲν ἑαυτοῖς (38) σωτηρίαν ἡγεῖσθαι, τὸ μετ' ἐκείνου τε καὶ ὑπ' ἐκείνῳ τετάχθαι, ἕνα δὲ κίνδυνον, τὸ προσκρούειν ἐκείνῳ, καὶ ἀλλοτρίωσιν ἀπὸ Θεοῦ νομίζειν τὴν ἀπ' ἐκείνου διάστασιν· οὕτως ἑκόντες ὑπεχώρησαν (39) καὶ ἡττήθησαν (40), καὶ ὡς ἦχῳ βροντῆς ὑπεκλίθησαν, ἄλλος ἄλλον εἰς ἀπολογίαν προφθάνοντες, καὶ τὸ μέτρον τῆς ἀπεχθείας εἰς μέτρον μετενεγκόντες εὐνοίας, καὶ τῆς εἰς ἀρετὴν ἐπιδόσεως, ἣν δὴ μόνην ἀπολογίαν ἰσχυροτάτην ηὕρισκον (41)· πλὴν εἴ τις (42) διὰ κακίαν ἀνίατον ἠμελήθη καὶ παρερρίφη (43), ἵν' αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ συντριβῇ καὶ καταναλωθῇ, καθάπερ ἰὸς σιδήρῳ συνδαπανώμενος.

B XL. Deinde, eos, qui ab ipso dissidebant, emollit, ac sublimis et excelsæ medicinæ rationibus curat. Non enim adulatorie ac serviliter, sed perquam fortiter et magnifice hoc facit, ut qui non præsentis solum temporis rationem haberet, sed etiam futuram obedientiam procuraret. Nam cum perspiceret, subditorum animos mollitie enervari, et nimia austeritate asperos atque contumaces reddi, utrique malo per alterum medetur, duritiam nimirum mansuetudine et facilitate, mollitiem autem gravitate atque animi firmitate temperans; sermone ad animarum curationem haud multum indigens, opere quam plurima perficiens; non callido artificio homines subigens, sed benevolentia sibi concilians; nec imperii potestate utens, sed per indulgentiam, C quam in potestate adhibebat, eos alliciens. Quod autem maximi momenti est, omnes mentis acumine ipsi cedebant, eamque ipsius virtutem esse norant, ut ad eam nemo aspirare posset; atque unam hanc demum sibi salutem esse arbitrabantur, si cum ipso, et sub ipso, sese collocarent, unum vero **802** et certissimum periculum, si in ipsius offensionem incurrerent; ab eo etiam disjungi, nihil aliud esse judicabant, quam a Deo abalienari: sic ultro cesserunt, ac manus dederunt, et quasi ad tonitrui sonum sese submiserunt, alius alium ad ipsi satisfaciendum antevertentes, conceptamque prius adversus ipsum odii vim, in non minorem benevolentiæ vim, ac virtutis incrementum (quam quidem unam firmissimam ipsi satisfaciendi rationem invenierant) commutantes; præterquam si quis ob deploratam improbitatem neglectus ac projectus est, ut ipse in seipso contereretur atque consumeretur, non secus ac rubigo simul cum ferro consumi solet.

ΜΑ'. Ἐπὶ δὲ τὰ οἴκοι κατὰ νοῦν εἶχεν αὐτῷ, καὶ ὡς οὐκ ἂν τις ᾠήθη τῶν ἀπίστων κἀκεῖνον ἠγνοηκόσ-

D XLI. Postquam autem res ipsius domesticæ ex animi sententia constitutæ sunt, et quemadmodum

(34) *Ὁρῶν γάρ*, etc. Nicetas ex Demosthene refert, plerosque in mansuetudine quidem humiles et abjectos, in gravitate autem arrogantes et contumaces haberi. Hanc Demosthenis sententiam in interpretatione sua amplectitur Billius. Fatetur tamen Gregorii verba non incommode posse transitive accipi. Addimus et accipienda esse.

(35) *Ἀπαυθαδιάζον*. Plures Regg. ac Colb., αὐθαδιάζον. Regg. bm et Pass., αὐθαδίζον.

(36) *Δυναστείᾳ*. Reg. ph, Or. 2 et Pass., δυναστείαις.

(37) *Τὸ δέ*. Sic Regg. a, bm, ph, Or. 2, etc. Deest δέ in ed.

(38) *Ἑαυτοῖς*. Tres Regg., αὐτοῖς.

(39) *Ὑπεχώρησαν*. Comb. addit καλῶς.

(40) *Καὶ ἠττήθησαν*. Hæc desunt in Reg. c.

(41) *Ηὕρισκον*. Regg. c, d, ph, εὕρισκον.

(42) *Πλὴν εἴ τις*. Regg. c, d, Chrys., Or. 2 et Comb., εἰ μή τις.

(43) *Παρερρίφη*. Reg. c, ἀπερρίφη.

Digitized by Google

nemo fide carens, virtutisque illius ignarus, unquam arbitratus esset, majus quidpiam et sublimius animo agitare incipit. Nam cum alii omnes id tantummodo, quod ante pedes est, videant, suaque ut in tuto sint, laborent (si tamen id satis tutum esse potest), nec ulterius progrediantur, nec magni aliquid et strenui, vel cogitatione complecti, vel efficere queant; ipse contra, tametsi cæteris in rebus moderatus esset, in his tamen modum haudquaquam tenet; verum sublato in altum capite, mentisque oculis quoquoversum jactatis, omnes eas orbis partes, quas salutifera Christi doctrina pervagata est, comprehendit. Cum autem videret, magnam illam Dei hæreditatem, ipsiusque doctrina et legibus, atque cruciatibus acquisitam, gentem illam sanctam, regium illud sacerdotium [14], male se habere, atque in sexcentas opiniones et errores distractum esse: atque vincam illam, quæ ex Ægypto, hoc est, ex impia et caliginosa ignorantia, translata et transplantata fuerat [15], quæque ad tam immensam pulchritudinem et magnitudinem pervenerat, ut terram universam operiret, ac supra montes et cedros assurgeret; hanc, inquam, a pravo et agresti apro, id est, a diabolo, labefactatam et pervastatam [16]; haudquaquam satis esse judicavit, si hanc calamitatem tacite deploraret, manusque ad Deum duntaxat tolleret, ab eoque, ut urgentia mala depelleret, precibus contenderet, ipse vero interea dormiret; verum faciendum sibi quoque putavit, ut opem quamdam afferret, ac de suo aliquid erogaret.

XLII. Quid enim hac calamitate tristius, cum satius esset, ut is, qui sursum spectat, **803** operam in rem publicam conferret? Uno etenim homine recte aut male se gerente, nihil hinc reipublicæ portendi; at republica hoc aut illo modo se habente, singulos etiam eodem modo affici necesse esse. Hæc igitur ille publici commodi procurator et antistes secum reputans atque perpendens (quandoquidem tinea ossium est cor sensu præditum, ut Salomoni [17] et veritati placet; atque ut indolentia læta est et hilaris, ita commiseratio tristis et acerba, pectusque conficit diuturna cogitatio); idcirco mœrebat, angebatur, convulnerabatur, idem ipsi, quod Jonæ [18], quod Davidi, usu veniebat, animum despondebat, nec, aut somnum oculis, aut dormitationem palpebris concedebat [19]: quidquid carnium supererat, curis absumebat, quoad huic malo remedium invenisset; divinam et humanam opem, quæ publicum incendium comprimeret, offusamque nobis caliginem discuteret, implorabat.

XLIII. Atque illud quidem unum valde salutiferum excogitat. Nam cum seipsum, quantum fieri

των, περινοεῖ τι (44) τῇ διανοίᾳ μεῖζον καὶ ὑψηλότερον. Τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων τὸ ἐν ποσὶ μόνον ὁρώντων, καὶ τὸ κατ' αὐτοὺς (45) ὅπως ἀσφαλῶς ἕξει λογιζομένων, εἴπερ τοῦτο ἀσφαλές, περαιτέρω δ' οὐ προϊόντων, οὐδέ τι μέγα καὶ νεανικὸν, ἢ ἐννοῆσαι, ἢ καταπράξασθαι δυναμένων· καίτοι τἄλλα μέτριος ὤν, ἐν τούτοις οὐ μετριάζει· ἀλλ' ὑψοῦ τὴν κεφαλὴν διάρας, καὶ κύκλῳ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα περιαγαγὼν, πᾶσαν εἴσω ποιεῖται τὴν οἰκουμένην, ὅσην ὁ σωτήριος λόγος ἐπέδραμεν. Ὁρῶν δὲ τὸν μέγαν τοῦ Θεοῦ κλῆρον, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις, καὶ νόμοις, καὶ πάθεσι περιπεσηθέντα, τὸ ἅγιον ἔθνος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, κακῶς διακείμενον, εἴς τε μυρίας δόξας καὶ πλάνας διεσπασμένον (46)· καὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου μετηρμένην καὶ μεταπεφυτευμένην ἄμπελον, ἐκ τῆς ἀθέου καὶ σκοτεινῆς ἀγνοίας εἰς κάλλος τε καὶ μέγεθος ἄπειρον προελθοῦσαν, ὡς καλύψαι πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ὀρῶν καὶ κέδρων ὑπερεκτείνεσθαι· ταύτην (47) πονηρῷ καὶ ἀγρίῳ συῒ, τῷ διαβόλῳ, λελυμασμένην· οὐκ αὐταρκες ὑπολαμβάνει θρηνεῖν ἡσυχῇ τὸ πάθος, καὶ πρὸς Θεὸν μόνον αἴρειν (48) τὰς χεῖρας, καὶ παρ' ἐκείνου τῶν κατεχόντων κακῶν λύσιν ζητεῖν, αὐτὸς δὲ καθεύδειν· ἀλλά τι καὶ βοηθεῖν, καὶ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρειν ᾤετο δεῖν.

MB'. Τί γὰρ εἶναι τῆς συμφορᾶς ταύτης ἀνιαρότερον, ὑπὲρ δὲ τοῦ κοινοῦ χρῆναι μᾶλλον σπουδάζειν (49) τὸν ἄνω βλέποντα; Ἑνὸς μὲν γὰρ (50) εὖ πράττοντος, ἢ κακῶς, οὐδὲν τῷ κοινῷ τοῦτο ἐπισημαίνειν· τοῦ κοινοῦ δὲ οὕτως ἢ ἐκείνως ἔχοντος, καὶ τὸν καθ' ἕκαστον ὁμοίως ἔχειν, πᾶσαν εἶναι ἀνάγκην. Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν καὶ σκοπῶν ἐκεῖνος (51), ὁ τοῦ κοινοῦ κηδεμὼν καὶ προστάτης (ἐπειδὴ σὴς ὀστέων καρδίᾳ αἰσθητικὴ, ὡς Σολομῶντι καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ· καὶ τὸ μὲν ἀνάλγητον, εὔθυμον· τὸ δὲ συμπαθὲς, λυπηρόν· καὶ τῇ ξις καρδίας, ἔμμονος λογισμὸς), διὰ τοῦτο ἐσφάδαζεν, ἠνιᾶτο, κατετιτρώσκετο, ἔπασχε τὸ Ἰωνᾶ, τὸ Δαβὶδ, ἀπελέγετο τὴν ψυχὴν, οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ νυσταγμὸν τοῖς βλεφάροις· προσεδαπάνα τὸ λειπόμενον τῶν σαρκῶν ταῖς φροντίσιν, ἕως εὕρῃ τοῦ κακοῦ λύσιν· ἐπιζητεῖ θείαν βοήθειαν, ἢ ἀνθρωπίνην (52), ἥτις στήσει τὸν κοινὸν ἐμπρησμὸν, καὶ τὴν ἐπέχουσαν ἡμᾶς σκοτόμαιναν.

MΓ'. Ἓν μὲν οὖν ἐκεῖνο ἐπινοεῖ καὶ λίαν σωτήριον· Συναγαγὼν ἑαυτὸν, ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ συγ-

[14] I Petr. II, 9. [15] Psal. LXXIX 9. [16] ibid. 14. [17] Prov. XIV, 30. [18] Jon. IV, 9. [19] Psal. CXXXI, 4.

(44) *Τι*. In nonnullis, ἔτι.

(45) *Κατ' αὐτούς*. Sic plures codd. In ed., κατ' αὐτοὺς.

(46) *Διεσπασμένον*. Pass., διεσπαρμένον.

(47) *Ταύτην*. In ed. sequitur δέ, quod auctoritate codd. delevimus.

(48) *Μόνον αἴρειν*. Sic Regg. a, bm et ph. In ed., αἴρειν μόνον.

(49) *Ὑπὲρ δὲ τοῦ κοινοῦ χρῆναι μᾶλλον σπουδάζειν*. Sic Regg. a, d, duo Coisl., Or. 2, et Comb. In ed.: ὑπὲρ δὲ τοῦ μᾶλλον χρῆναι σπουδάζειν, quod sic vertit Billius: « Aut pro qua tandem re magis elaborandum ei qui sursum spectat? »

(50) *Ἑνὸς μὲν γάρ*. Galb. addit ἀνδρός.

(51) *Ἐννοῶν καὶ σκοπῶν ἐκεῖνος*. Sic plures Regg. et Or. 2. In ed., ἐννοῶν ἐκεῖνος, καὶ σκοπῶν.

(52) *Ἢ ἀνθρωπίνην*. Reg. hu et Par., οὐκ ἀνθρωπίνην. In nonnullis deest ἤ.

Digitized by Google

κλείσας τῷ πνεύματι, καὶ πάντας μὲν ἀνθρωπίνους λογισμοὺς κινήτας, πᾶν δὲ τῶν Γραφῶν (53) βάθος ἀναλεξάμενος, λογογραφεῖ τὴν εὐσέβειαν, καὶ ἀντιθέτοις πάλαις καὶ μάχαις τὸ πολὺ τῶν αἱρετικῶν ἀποκρούεται θράσος· τοὺς μὲν καὶ εἰς χεῖρας ἰόντας, ἀγχεμάχοις ὅπλοις τοῖς ἀπὸ γλώσσης καταστρεφόμενος· τοὺς δὲ πόρρωθεν, βάλλων τοξεύμασι τοῖς ἐκ μέλανος, οὐδὲν ἀτιμοτέρου (54) τῶν ἐν ταῖς πλαξὶ χαραγμάτων· οὐδὲ ἑνὶ τῆς Ἰουδαίας ἔθνει, καὶ μικρῷ τούτῳ, νομοθετοῦντος περὶ βρωμάτων, καὶ πωμάτων, καὶ προσκαίρων θυσιῶν, καὶ σαρκὸς καθαρσίων· ἀλλὰ παντὶ (55) γένει καὶ μέρει τῆς οἰκουμένης, περὶ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, ἐξ οὗ καὶ τὸ σώζεσθαι περιγίνεται. Δεύτερον δὲ (καὶ γὰρ ὁμοίως ἀτελὲς ἄλογος πρᾶξις, καὶ λόγος ἄπρακτος), προσετίθει τῷ λόγῳ καὶ τὴν ἐκ τοῦ πράττειν ἐπικουρίαν· τοῖς μὲν ἐπιδημῶν, πρὸς δὲ τοὺς πρεσβεύων, τοὺς δὲ καλῶν (56), νουθετῶν, ἐλέγχων, ἐπιτιμῶν, ἀπειλῶν, ὀνειδίζων, προπολεμῶν ἐθνῶν, πόλεων, τῶν καθ' ἕκαστον, πᾶν εἶδος ἐπινοῶν σωτηρίας, πανταχόθεν ἰώμενος· ὁ Βεσελεὴλ ἐκεῖνος, ὁ τῆς θείας ἀρχιτέκτων σκηνῆς, πάσῃ πρὸς τὸ ἔργον ὕλῃ καὶ τέχνῃ χρώμενος, καὶ πάντα πλέκων εἰς κάλλους ἑνὸς περιουσίαν καὶ ἁρμονίαν.

A poterat, collegisset, et cum spiritu conclusisset, atque et omnes humanos sensus excitasset, et altissima quæque Scripturæ loca pervolvisset, piam doctrinam litteris consignat, adversariisque colluctationibus et præliis ingentem hæreticorum audaciam frangit ac propulsat; eos quidem, qui manus conferre ausi fuerant, armis linguæ cominus contundens; eos autem, qui procul ab eo dissiti erant, sagittis ex atramento confectis feriens, nihilo inferiore iis litteris, quæ in tabulis insculptæ sunt: nec uni tantum et exiguæ Judæorum nationi de cibis et potionibus, et caducis sacrificiis, carnisque purgationibus [20]; sed omnibus hominibus, atque omnibus orbis partibus, de veritatis doctrina, ex qua salus comparatur, leges statuente. Deinde, B quoniam æque imperfecta res est, actio sermone destituta, et sermo ab actione remotus, idcirco actionis subsidium sermoni adjungebat, alios nimirum adiens, ad alios legationem mittens; alios accersens, admonens, arguens, increpans [21], minis insectans, probris incessens, pro gentibus, pro urbibus, pro singulis etiam hominibus certamen suscipiens, omne salutis genus excogitans, undecunque medicinam morbo adhibens; Beseleel ille, ille, inquam, divini fabricator tabernaculi [22], materiam omnem et artem ad opificium accommodans, **804** atque omnia contexens, ad eximiam quamdam unius operis pulchritudinem et concinnitatem.

ΜΔ'. Τί τἄλλα χρὴ λέγειν; Ἀλλ' ἦκεν αὖθις ἡμῖν (57) ὁ χριστομάχος βασιλεὺς, καὶ τῆς πίστεως τύραννος, μετὰ πλείονος τῆς ἀσεβείας καὶ θερμοτέρας τῆς παρατάξεως, ὡς πρὸς ἀνταγωνιστὴν ἰσχυρότερον ὄντος αὐτῷ τοῦ λόγου, κατὰ τὸ ἀκάθαρτον ἐκεῖνο πνεῦμα καὶ πονηρὸν, ὃ τοῦ ἀνθρώπου λυθὲν καὶ περιπλανηθὲν, πρὸς τὸν αὐτὸν ἀναστρέφει (58) μετὰ πλειόνων πνευμάτων εἰσοικισθησόμενον, ὥσπερ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἠκούσαμεν. Τούτου γίνεται μιμητὴς (59) ἐκεῖνος, ὁμοῦ τε τὴν προτέραν ἧτταν ἀναπαλαισόμενος, καὶ προσθήσων τι τοῖς πρώτοις (60) παλαίσμασι. Δεινὸν γὰρ εἶναι καὶ σχέτλιον (61), πολλῶν μὲν ἐθνῶν ἐπάρχοντα, πολλῆς δὲ δόξης ἠξιωμένον, πάντας δὲ τοὺς κύκλῳ καταστρεψάμενον τῷ κράτει τῆς ἀσεβείας, καὶ χειρωσάμενον πᾶν τὸ προστυχὸν, ἑνὸς ἀνδρὸς, καὶ μιᾶς πόλεως ἥττω (62) ὀφθῆναι, καὶ γέλωτα ὀφλεῖν, οὐ τοῖς ἄγουσι μόνον αὐτὸν προστάταις τῆς ἀθείας, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ὑπελάμβανε.

XLIV. Quid alia dicere necesse est? Verum enimvero Christi hostis imperator, et fidei tyrannus, C cum majori impietate, ac ferventiori acie, utpote cum potentiori adversario rem habiturus, ad nos iterum venit, impuri ac pravi illius spiritus in modum, qui ex hominis corpore pulsus, diuque vagatus, ad eumdem rursus cum majori spirituum agmine habitaturus redit, quemadmodum in Evangelio habetur [23]. Hujus ille imitatorem se præbet, tum ut cladem prius acceptam sarciret, tum ut prioribus palæstris aliquid adderet. Indignum enim et miserum esse existimabat, cum multas gentes imperio teneret, magnamque gloriam consecutus esset, ac finitimos omnes impietatis robore atque potentia domuisset, ditionique suæ, quidquid obvium habuerat, subjecisset, ab uno homine, unaque civitate superari, nec solum impietatis patronis, a quibus D ducebatur, sed etiam omnibus mortalibus, ut ipsius opinio fereba', risui esse.

ΜΕ'. Τὸν μὲν δὴ Περσῶν βασιλέα φασὶν, ἐπειδή ποτε κατὰ τῆς Ἑλλάδος ἐστράτευε (63), πᾶν μὲν γένος ἀνθρώπων ἐπ' αὐτοὺς ἐλαύνων, παντὶ δὲ ζέων θυμῷ καὶ φρονήματι, οὐ ταύτῃ μόνον ἐπαίρεσθαι,

XLV. Persarum quidem regem narrant, cum infinitam quondam hominum cujusvis nationis multitudinem secum ducens, atque iracundia et audacia fervens, in Græciam expeditionem faceret, non eo

[20] Hebr. IX, 9. [21] II Tim. IV, 2. [22] Exod. XXXI, 2 sqq. [23] Luc. XI, 24 sqq.

(53) *Πᾶν δὲ τῶν Γραφῶν*, etc. « Cum omnem Scripturarum profunditatem scrutatus esset : cum alios omnes Scripturarum sensus decerpsisset. »

(54) *Ἀτιμοτέρου*. Reg. c et Comb., ἀτιμοτέροις.

(55) *Ἀλλὰ παντὶ*. Sic tres Regg., Or. 2 et Comb. In ed., ἀλλὰ καὶ παντὶ.

(56) *Καλῶν*. Pass., παρακαλῶν.

(57) *Αὖθις ἡμῖν*. Sic tres Regg. In ed., ἡμῖν αὖθις.

(58) *Ἀναστρέφει*. Reg. ph, ἀντεπιστρέφει.

(59) *Μιμητὴς*. « Imitator. » Sic omnes fere codd. In ed., μαθητὴς, « discipulus. » Pass. ad marg. habet : Οὐάλεντα λέγω· « Valentem dico. »

(60) *Πρώτοις*. Deest in Reg. ph. In aliis, προτέροις.

(61) *Σχέτλιον*. Schol. Reg. bm, χαλεπόν. « Perniciosum, grave, difficile. »

(62) *Ἥττω*. Sic legendum, vel ἥττονα, ut in Or. 2. In ed. et in nonnullis codd., ἥττων.

(63) *Ἐστράτευε*. Plures Regg. et Coisl. 2, ἐστρατεύσατο.

Digitized by Google

tantum nomine superbia elatum et in minis immodicum fuisse; sed, ut majorem illis terrorem incuteret, per ea etiam, quæ novo et inusitato modo adversus elementa designabat, formidabilem sese reddidisse. Nova quædam terra et novum mare audiebatur novi illius opificis, et exercitus in continenti navigans, ac rursum pedibus mare peragrans, abreptæ item insulæ, et mare verberibus cæsum, cæteraque omnia, quæ vesani exercitus ducisque haud dubium argumentum erant, ignavioribus quidem formidabilia, fortioribus autem ac firmiori animo præditis stulta et ridicula. Hic vero, nihil quidem ulla hujusmodi re opus habebat, cum bellum adversum nos compararet; verum, quod his pejus et perniciosius erat, hoc, et facere, et dicere ferebatur. Posuit in cœlum os suum, blasphemiam in excelsum loquens, et lingua ejus transivit in terra [24]. Pulchre enim David eum ante nos confixit; illum, inquam, qui cœlum in **805** terram inclinabat, ac in rerum creatarum numerum cogebat naturam mundo sublimiorem, quam ne capere quidem res ulla creata potest, tametsi, ob nostri amorem, aliquantisper nobiscum versata sit, ut nos humi jacentes ad seipsam attraheret.

A καὶ ἄμετρον εἶναι ταῖς ἀπειλαῖς· ἀλλ' ὡς ἂν μᾶλλον αὐτοὺς καταπλήξειε, φοβερὸν ἑαυτὸν ποιεῖν, καὶ ταῖς κατὰ (64) τῶν στοιχείων καινοτομίαις. Γῆ τις ἡκούετο ξένη, καὶ θάλασσα τοῦ νέου δημιουργοῦ, καὶ στρατὸς ἤπειρον πλέων, καὶ πεζεύων πέλαγος, νῆσοί τε ἁρπαζόμεναι, καὶ θάλασσα μαστιζομένη, καὶ ὅσα τῆς ἐμπλήκτου σαφῶς ἦν στρατιᾶς καὶ στρατηγίας, κατάπληξις μὲν τοῖς ἀγεννεστέροις, γέλως δὲ τοῖς ἀνδρικωτέροις καὶ στερροτέροις τὸ φρόνημα. Ὁ δὲ τοιούτου μὲν οὐδενὸς ἐδεῖτο καθ' ἡμῶν στρατεύων· ὃ δὲ ἦν ἐκείνων χεῖρον καὶ βλαβερώτερον (65), τοῦτο (66) ποιῶν καὶ λέγων ἠκούετο. Ἔθετο εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτοῦ, βλασφημίαν λαλῶν εἰς τὸ ὕψος, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. Καλῶς γὰρ αὐτὸν ὁ θεῖος Δαβὶδ πρὸ ἡμῶν ἐστηλίτευσε, B τὸν οὐρανὸν εἰς γῆν κλίναντα (67), καὶ μετὰ τῆς κτίσεως ἀριθμοῦντα φύσιν τὴν ὑπερκόσμιον, ἣν οὐδὲ χωρεῖν ἡ κτίσις δύναται, κἂν μεθ' ἡμῶν τι (68) γένηται λόγῳ φιλανθρωπίας, ἵν' ἡμᾶς ἑλκύσῃ (69) πρὸς ἑαυτὴν χαμαὶ κειμένους.

XLVI. Porro cum illustria quidem prima illius facinora fuerint, tum vero illustriora fuere ea certamina, quæ postrema adversum nos habuit. Quænam autem prima dico? Exsilia, fugæ, bonorum proscriptiones, insidiæ, tam apertæ, quam obscuræ; sermonum illecebræ, ubi occasio se offerebat; vis, ubi verborum blanditiis locus non erat. Alii quidem C ab Ecclesiis extrudebantur, qui scilicet fidem orthodoxam ac nostram profitebantur. Alii autem introducebantur, nempe qui pestiferam et exitialem imperatoris doctrinam tenebant, qui impietatis chirographa exigebant, qui his adhuc graviora scribebant. Presbyteri in medio mari combusti; impii belli duces, non Persas superantes, non Scythas in potestatem redigentes, non aliam quamdam barbaricam gentem debellantes; verum Ecclesiis bellum inferentes, in altaribus saltitantes, hominum et victimarum sanguine incruenta sacrificia contaminantes, ac virginum pudorem probro afficientes. Idque quam tandem ob causam? Nimirum, ut Jacob patriarcha expelleretur, ipsique Esau ille, ante

Μϛ'. Καὶ δὴ λαμπρὰ μὲν αὐτοῦ τὰ πρῶτα νεανιεύματα, λαμπρότερα δὲ τὰ τελευταῖα καθ' ἡμῶν ἀγωνίσματα. Τίνα δὴ λέγω τὰ πρῶτα (70); Ἐξορίαι, φυγαί, δημεύσεις, ἐπιβουλαὶ (71) φανεραί τε καὶ ἀφανεῖς· τὸ πείθειν, οὗ καιρὸς ἦν· τὸ βιάζεσθαι, τοῦ πείθειν οὐκ ὄντος. Οἱ μὲν ἐξωθούμενοι τῶν Ἐκκλησιῶν, ὅσοι τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τοῦ καθ ἡμᾶς· οἱ δὲ εἰσαγόμενοι, ὅσοι τῆς βασιλικῆς ἀπωλείας ἐτύγχανον, οἱ τὰ χειρόγραφα τῆς ἀσεβείας ἀπαιτοῦντες, οἱ γράφοντες τὰ τούτων ἔτι χαλεπώτερα. Πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὶ (72) θαλάττιοι· στρατηγοὶ δυσσεβεῖς, οὐ Περσῶν κρατοῦντες, οὐ Σκύθας χειρούμενοι, οὐκ ἄλλο τι βαρβαρικὸν ἔθνος ἀνακαθαίροντες· ἀλλ' Ἐκκλησίαις ἐπιστρατεύοντες (73), καὶ θυσιαστηρίων (74) κατορχούμενοι, καὶ τὰς ἀναιμάκτους θυσίας ἀνθρώπων καὶ θυσιῶν αἵμασι χραίνοντες, καὶ παρθένων αἰδῶ καθυβρίζοντες. Ἵνα τί γένηται; Ἵν' ἐξωσθῇ μὲν Ἰακὼβ (75) ὁ πατριάρχης, ἀντεισαχθῇ δὲ Ἡσαῦ, ὁ μεμισημένος καὶ πρὸ γενέσεως. Ταῦτα τῶν πρώτων αὐτοῦ νεανιευμάτων τὰ διηγήματα, ἃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν κινεῖ

[24] Psal. LXXII, 9.

(64) *Κατά*. Deest in Pass.

(65) *Βλαβερώτερον*. Reg. c, Or. 2 et Comb., βλαβερώτατον.

(66) *Τοῦτο*. Regg. c, d, addunt και.

(67) *Κλίναντα*. Regg. bm, ph et Pass,, κλίνοντα.

(68) *Κἂν μεθ' ἡμῶν τι*, etc. « Tametsi se nobis inclinaverit; nobiscum commercium habuerit, » nostram scilicet naturam assumens. Deest τι in nonnullis.

(69) *Ἑλκύσῃ*. Or. 2, ἕλκῃ.

(70) *Τίνα δὴ λέγω τὰ πρῶτα;* Hæc desunt in Reg. ph.

(71) *Ἐπιβουλαί*. Deest in Regg. a, d, bm, ph.

(72) *Ἐμπρησμοί*, etc. Alludit ad octoginta presbyteros, qui Nicomediam ad Valentem missi fuerant, quique navibus incensis impositi, morte crudelissima interierunt. Bill. « Marinæ presbyterorum exustiones. »

(73) *Ἐκκλησίαις ἐπιστρατεύοντες*. Pass., Ἐκκλησίας ἀνακαθαίροντες. Sebastianus, Manichæus dux exercitus, accensa Alexandriæ pyra, ad ignem denudatas virgines admotas compellebat, ut se Arianas dicerent. Deinde quadraginta viros acerbissime cruciavit. Ad hanc crudelitatem accessit sacrilega adolescentis cujusdam petulantia, qui altare conscendens, in eo saltavit.

(74) *Καὶ θυσιαστηρίων*, etc. « Altaribus insultantes: in eorum contumeliam et opprobrium saltantes. » Budæus, « tripudiis dehonestantes. »

(75) *Ἰακώβ*, etc. Per « Jacob, Athanasium » intelligit. Per « Esau, Georgium, » qui, ejecto Athanasio, in ejus locum subrogatus fuerat.

Digitized by Google

τοῖς πολλοῖς δάκρυον (76) εἰς μνήμην ἰόντα καὶ ἀκουόμενα.

majori in pretio habebat, quam ingentes pecuniæ acervos. Neque enim quemquam, etiamsi maxime cupiat, omnia adipisci posse; posse autem omnia contemnere, sicque omnibus rebus præstantiorem se præbere. Hac porro mente præditus, atque ita comparatus, ara quidem opus non habuit, nec inani gloria, nec publico illo præconio : *Crates Cratetem Thebanum libertate donat.* Non enim optimus videri, sed esse, studebat. Nec vero in dolio, atque in medio foro habitabat, ut apud omnes luxum ac delicias sibi compararet, inopiam **816** in rerum copiam novo modo convertens : verum ab omni gloriæ cupiditate alienus, pauper erat et incultus ; atque omnibus facultatibus, quas unquam habuerat, æquo animo projectis, leviter facileque vitæ pelagus transmittebat.

A Θηβαῖον ἐλευθεροῖ. Εἶναι γὰρ, οὐ δοκεῖν, ἐσπουδαζεν ἄριστος. Οὐδὲ πίθον ᾤκει (88) καὶ μέσην τὴν ἀγορὰν, ὥστε πᾶσι παρατρυφᾷν (89), καινὴν εὐπορίαν τὸ ἀπορεῖν ποιούμενος· ἀφιλότιμος (90) δὲ πένης ἦν καὶ ἀνήροτος· καὶ πάντων ἐκβολὴν στέρξας, ὧν ποτε εἶχε, κούφως (91) διέπλει τὴν τοῦ βίου θάλασσαν.

LXI. Admiranda res, continentia, et parvo contentum vivere, nec a voluptatibus superari, nec a ventre, tanquam a sævo et sordido domino, gubernari! Quis unquam tanta inedia fuit, pene etiam dixerim, quis tam carnis expers? Nam voracitates et saturitates ad eos abjecerat, qui ad brutorum naturam propius accedunt, quorumque servilis atque in terram prona vita est. Ipse autem nihil eorum, quæ post guttur pari deinceps honore sunt, magnum esse censebat; verum necessariis tantum cibis, quandiu licuit, vitam tolerabat, atque hunc solum luxum norat, nempe a luxu abstinere, nec ob eam causam pluribus rebus indigere; sed lilia et aves, quibus simplex atque artificii expers pulchritudo est, et victus facilis atque ex tempore quæsitus, ob oculos habere, quemadmodum Christus meus monet [81], qui carnis paupertatem nostra causa subiit, ut nos ipsius divinitate locupletemur. Hinc illi tunica una, et pallium unum, et status humi tectulus, et vigiliæ, et illuvies (illa ejus decora et ornamenta), et suavissima cœna et obsonium, panis et sal, novum, inquam, illud condimentum, et potio sobria et uberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt. Ex quibus, imo cum quibus, morborum curationes ac medicationes promanarunt, quod commune utriusque nostrum studium fuit. Oportebat enim me, cum in aliis rebus inferior essem, calamitatum saltem æquam partem habere.

B ΙΑ'. Θαυμαστὸν ἡ ἐγκράτεια, καὶ ὀλιγάρκεια (92), καὶ τὸ μὴ κρατεῖσθαι τῶν ἡδονῶν, μηδ', ὡς ὑπὸ πικρᾶς καὶ ἀνελευθέρου δεσποίνης, τῆς γαστρὸς ἄγεσθαι. Τίς οὕτω μᾶλλον ἄτροφος ἦν, οὐ παλὺ δὲ εἰπεῖν, καὶ ἄσαρκος; Τὰς μὲν γὰρ πλησμονὰς καὶ τοὺς κόρους τοῖς ἀλογωτέροις ἀπέῤῥιψε, καὶ ὧν ἀνδραποδώδης καὶ κάτω νενευκὼς ὁ βίος. Αὐτὸς δὲ οὐδὲν (93) ἤδει μέγα τῶν μετὰ τὸν λαιμὸν ὁμοτίμων, ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις διέζη μόνον, ἕως ἐξῆν, καὶ μόνην ἤδει τρυφὴν, τὸ μὴ τρυφῶν (94) φαίνεσθαι, μηδὲ διὰ τοῦτο δεῖσθαι πλειόνων· ἀλλὰ πρὸς τὰ κρίνα βλέπειν καὶ τὰ πτηνὰ, οἷς ἄτεχνον τὸ κάλλος, καὶ σχέδιος ἡ τροφὴ, κατὰ τὴν μεγάλην παραίνεσιν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ, καὶ σάρκα (95) δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος, ἵν' ἡμεῖς πλουτισθῶμεν θεότητα. Ἐνθεῦθεν αὐτῷ τὸ ἓν χιτώνιον, καὶ τριβώνιον, καὶ ἡ χαμευνία (96), καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ ἡ ἀλουσία, τὰ ἐκείνου σεμνολογήματα, καὶ τὸ C ἥδιστον δεῖπνον καὶ ὄψον, ὁ ἄρτος καὶ οἱ ἅλες, ἡ καινὴ καρυκεία, καὶ ποτὸν νηφάλιόν τε καὶ ἄφθονον, ὃ γεωργοῦσι (97) πηγαὶ μηδὲν πονουμένοις. Ἐξ ὧν, ἢ μεθ' ὧν νοσοκομίαι καὶ ἰατρεῖαι, τὸ κοινὸν ἡμῶν ἐμφιλοσόφημα. Ἔδει γάρ με τῶν ἀνιαρῶν τὸ ἴσον ἔχειν, τοῖς ἄλλοις λειπόμενον.

LXII. Magna res virginitas, et cælibatus, atque in angelorum, naturæque singularis ordine censeri, vereor enim dicere Christi, qui, cum propter nos genitos nasci vellet, ex Virgine gignitur, virginitatem velut lata lege sanciens, ut hinc abducentem ac mundum conscindentem; vel potius, mundum ad mundum transmittentem præsentem nimirum

D ΞΒ'. Μέγα παρθενία, καὶ ἀζυγία, καὶ τὸ μετ' ἀγγέλων τετάχθαι, καὶ τῆς μοναδικῆς φύσεως· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν Χριστοῦ, ὃς, καὶ γεννηθῆναι θελήσας (98) διὰ τοὺς γεννητοὺς ἡμᾶς, ἐκ Παρθένου γεννᾶται, παρθενίαν νομοθετῶν (99), ὡς ἐνθένδε μετάγουσαν, καὶ κόσμον συντέμνουσαν, μᾶλλον δὲ κόσμον κόσμῳ παραπέμπουσαν. τὸν ἐνεστῶτα (1) τῷ μέλλοντι. Τίς

[81] Matth. vi, 26 sqq.

(88) *Οὐδὲ πίθον ᾤκει.* Diogenes Cynicus in media urbe dolium habitabat, ut paupertatem in opulentiæ instrumentum converteret, atque, ab omnibus stipem accipiens, ample ac profuse viveret.

(89) *Πᾶσι παρατρυφᾷν.* Comb. « ut delicias undequaque quæreret. »

(90) *Ἀφιλότιμος*, etc. « Pauper nulla ambitione, nihil captans, » nec ut Cynici, qui, ementita paupertate, suis commodis inserviebant.

(91) *Κούφως.* Reg. d, κοῦφος.

(92) *Ὀλιγάρκεια.* In nonnullis, ὀλιγαρκία.

(93) *Αὐτὸς δὲ οὐδέν*, etc. Heinsius *exercit. sacra*, p. 51, sic vertit : « Ipse vero nihil ex iis æstimabat, quæ postquam guttur transierunt ejusdem pretii sunt; cum necessariis, quandiu licuit, se tantum sustentaret. »

(94) *Τρυφῶν.* Unus Reg., τρυφᾷν.

(95) *Καὶ σάρκα.* Pass., τοῦ καὶ σάρκα.

(96) *Καὶ ἡ χαμευνία.* « Nuda humo lectulus. » Sic quinque Regg. et Or. 2. Deest καί in ed.

(97) *Ὃ γεωργοῦσι*, etc. Budæus *Comment.*, p. 749, sic hunc locum interpretatur : « Nequaquam doloribus iis laborantibus, e quibus medicationes et ægrorum curationes natæ sunt, in quibus disciplinis vulgo philosophamur, hoc est, studemus. »

(98) *Γεννηθῆναι θελήσας.* « Nasci volens. » Plures Regg., novem Colb., Or. 2, Pass., γεννηθῆναι δεήσας, « cum eum nasci oporteret. »

(99) *Παρθενίαν νομοθετῶν.* Testatur Nicetas Basilium *De virginitate* librum conscripsisse. Ait enim : Λόγον περὶ παρθενίας συνεγράψατο. Combefisius legit, ἀσαρκίαν νομοθετῶν. Huic lectioni favet Pass.

(1) *Ἐνεστῶτα.* Quatuor Regg., ἑστῶτα.

Digitized by Google

οὖν ἐκείνου μᾶλλον, ἢ παρθενίαν (2) ἐτίμησεν, ἢ σαρκὶ ἐνομοθέτησεν, οὐ τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐσπούδασε; Τίνος οἱ παρθενῶνες, καὶ τὰ ἔγγραφα διατάγματα, οἷς πᾶσαν μὲν αἴσθησιν ἐσωφρόνιζε, πᾶν δὲ μέλος ἐρύθμιζε, καὶ ὄντως παρθενεύειν ἔπειθεν, εἴσω τὰ κάλλη στρέφων ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὰ μὴ βλεπόμενα· καὶ τὸ μὲν (3) ἔξωθεν ἀπομαραίνων, καὶ τὴν ὕλην ὑποσπῶν (4) τῆς φλογὸς, τὸ δὲ κρυπτὸν τῷ Θεῷ δεικνὺς, ὃς μόνος τῶν καθαρῶν ψυχῶν ἐστι νυμφίος, καὶ τὰς ἀγρύπνους ἑαυτῷ συνεισάγει ψυχὰς, ἐὰν μετὰ λαμπρῶν τῶν λαμπάδων αὐτῷ (5), καὶ δαψιλοὺς τῆς τοῦ ἐλαίου τροφῆς ἀπαντήσωσιν; Τοῦ τοίνυν ἐρημικοῦ βίου, καὶ τοῦ μιγάδος, μαχομένων πρὸς ἀλλήλους ὡς τὰ πολλὰ, καὶ διισταμένων, καὶ οὐδετέρου (6) πάντως ἢ τὸ καλὸν, ἢ τὸ φαῦλον ἀνεπίμικτον ἔχοντος· ἀλλὰ τοῦ μὲν, ἡσυχίου μὲν ὄντος μᾶλλον, καὶ καθεστηκότος, καὶ Θεῷ συνάγοντος, οὐκ ἀτύφου δὲ, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀβασάνιστον καὶ ἀσύγκριτον· τοῦ δὲ, πρακτικωτέρου μὲν μᾶλλον καὶ χρησιμωτέρου, τὸ δὲ (7) θορυβῶδες οὐ φεύγοντος (8), καὶ τούτους ἄριστα κατήλλαξεν ἀλλήλοις καὶ συνεκέρασεν· ἀσκητήρια (9) καὶ μοναστήρια δειμάμενος μὲν, οὐ πόρρω δὲ τῶν κοινωνικῶν καὶ μιγάδων, οὐδὲ, ὥσπερ τειχίῳ τινὶ μέσῳ, ταῦτα διαλαβὼν καὶ ἀπ' ἀλλήλων (10) χωρίσας, ἀλλὰ πλησίον συνάψας καὶ διαζεύξας· ἵνα μήτε τὸ φιλόσοφον ἀκοινώνητον ᾖ, μήτε τὸ πρακτικὸν ἀφιλόσοφον· ὥσπερ δὲ γῆ καὶ θάλασσα, τὰ παρ' ἑαυτῶν ἀλλήλοις ἀντιδιδόντες, εἰς μίαν δόξαν Θεοῦ συντρέχουσι.

ad futurum. Quis igitur magis quam ille, aut virginitatem in pretio habuit, aut carni leges imposuit, idque, non suo tantum exemplo, **817** sed etiam per ea quibus operam dedit? Cujus sunt virginum cœnobia, ac præcepta illa litteris mandata, quibus et omnes sensus coercebat, et membra omnia componebat, ac vere virginitatem colere admonebat, pulchritudinem, ab iis rebus, quæ aspectu sentiuntur, ad ea, quæ oculorum obtutum fugiunt, convertens; atque id quidem, quod externum est, debilitans, flammæque materiam subtrahens, quod autem internum et occultum est, Deo, qui solus est purarum animarum sponsus, atque insomnes animas, si modo cum claris lampadibus et copiosa olei alimonia obviam ipsi prodierint, secum introducit, spectandum offerens? Cum igitur solitaria vita, et ea, quæ societate gaudet, ut plurimum inter se dissiderent, ac pugnarent, neutraque omnino, vel commoda, vel incommoda sua pura et immista haberet; verum illa magis quidem tranquilla et sedata esset, ac Deo animos copularet, cæterum ob eam causam fastu non careret, quod virtus non exploraretur, nec in comparationem veniret; hæc autem magis quidem actuosa et utilis esset, verum a tumultibus minus libera; eas præclare inter se reconciliavit ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia et monasteria exstruens, non tamen longo intervallo ab iis, qui in sodalitio vivunt, remota, nec, velut muro quopiam interjecto, ea distinguens atque a se invicem separans, verum prope conjungens ac dirimens: ut nec contemplatio communicationis expers esset, nec actio contemplatione careret; sed quemadmodum terra et mare, ita etiam hæ duæ vitæ commoda sua inter se communicantes, ad unicam Dei gloriam concurrerent.

ΣΓ'. Τί ἔτι; Καλὸν φιλανθρωπία, καὶ πτωχοτροφία, καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας βοήθημα. Μικρὸν ἀπὸ τῆς πόλεως πρόελθε, καὶ θέασαι τὴν καινὴν πόλιν (11), τὸ τῆς εὐσεβείας ταμεῖον (12), τὸ κοινὸν τῶν ἐχόντων θησαύρισμα, εἰς ὃ τὰ περιττὰ τοῦ πλούτου, ἤδη δὲ καὶ τὰ ἀναγκαῖα ταῖς ἐκείνου παραινέσεσιν ἀποτίθεται (13), σῆτας ἀποσειόμενα, καὶ κλέπτας οὐκ εὐφραίνοντα, καὶ φθόνου πάλην, καὶ καιροῦ φθοράν (14) διαφεύγοντα· ἐν ᾧ νόσος φιλοσοφεῖται, καὶ συμφορὰ μακαρίζεται, καὶ τὸ συμπαθὲς δοκιμάζεται. Τί μοι (15) πρὸς τοῦτο τὸ

LXIII. Quid præterea? Pulchra res, benignitas, et pauperum alendorum studium, atque humanæ infirmitati opem ferre. Paululum extra civitatem pedem effer, ac novam civitatem conspice, illud pietatis promptuarium, illud commune locupletum ærarium, in quod, non modo redundantes ac superfluæ opes, sed jam necessariæ quoque facultates per illius cohortationes reconduntur, tineas excutientes, fures non oblectantes, invidiæ certamen, et temporis corruptionem effugientes; in quo morbus æquo animo toleratur, et calamitas beata censetur,

(2) *Παρθενίαν*. Pass., ἀσαρκίαν.

(3) *Καὶ τὸ μέν*. Sic Reg. bm, duodecim Colb., duo Coisl., Pass., etc. Mendose in Par. ed., καὶ τὸ μή.

(4) *Ὑποσπῶν*. In quibusdam, ἀποσπῶν.

(5) *Λαμπάδων αὐτῷ*. Sic quinque Regg., duo Coisl. et Pass. In ed., αὐτῷ ponitur post τροφῆς.

(6) *Οὐδετέρου*. Reg. bm, Or. 2 et Comb., οὐθετέρου.

(7) *Τὸ δέ*. Sic quinque Regg., duo Coisl. et Pass. Deest δέ in ed.

(8) *Φεύγοντος*. Sic plures codd. In ed., φεύγοντας.

(9) *Ἀσκητήρια*, etc. Videtur Gregorius hæc stricte accipere, atque intelligere eos, qui singuli in solitudine, semotis arbitris, in virtutis palæstra sese exercent. Ad hanc formam instituti videntur Carthusiani et Camaldulenses.

(10) *Ἀπ' ἀλλήλων*. Sic quinque Regg., etc. In ed., ἐπ' ἀλλήλων. Mox, χωρίσας, Or. 2, χωρήσας.

(11) *Καινὴν πόλιν*. Intelligit hospitalem domum, quam Basilius, alendis pauperibus et fovendis ægrotis, extra Cæsaream construendam curaverat.

(12) *Ταμεῖον*. Quatuor Regg., Pass. et Comb., ταμιεῖον.

(13) *Ἀποτίθεται*. Reg. ph, ἀποτίθενται.

(14) *Φθοράν*. Quinque Regg. et Pass., φοράν, « onus. »

(15) *Τί μοι*, etc. Septem mundi miracula hic a Gregorio intelliguntur; nempe, Thebæ in Bœotia septem portas habentes, et Thebæ in Ægypto centum portis cinctæ; muri Babylonii a Semiramide exstructi; Mausoli sepulcrum in Caria ab Artemisia uxore conditum; Ægypti pyramides; colossus Rhodius; Romæ Capitolium; Adriani templum apud Cyzicenos.

Digitized by Google

et misericordia **818** exploratur. Quid cum hoc opere comparem Thebas septem portas habentes, et Ægyptias illas, et muros Babylonicos, et Caricum Mausoli sepulcrum, et Pyramides, et Colossi æs immensum, et delubra mira magnitudine atque eleganti arte confecta, jam eversa et prostrata, cæteraque omnia, quæ homines admirantur, atque historiis prodiderunt; ex quibus omnibus, præter inanem quamdam et exiguam gloriam, nulla prorsus utilitas ad exstructores rediit? Mihi vero nulla res perinde admirabilis videtur, atque compendiaria hæc ad salutem via, hic facilis in cœlum ascensus. Non jam oculis nostris triste et miserandum spectaculum proponitur, homines ante mortem vita functi, ac pluribus corporis membris mortui, civitatibus, domibus, foro, aquis, hominibus etiam sibi charissimis expulsi, nominibus potius quam corporum lineamentis agnoscendi: nec in publicis cœtibus et conventibus per sodalitia et contubernia offeruntur, non jam misericordiam ob morbum, sed odium sui concitantes; miserabilium cantionum artifices, si quibus tamen vox quoque ipsa superest. Quid res nostras omnes tragicis verbis prosequar, cum nulla oratio huic calamitati par inveniri queat? At ille omnium maxime nobis persuasit, ut, cum homines simus, homines ne contemnamus, nec per nostram in illos crudelitatem, Christum, unum omnium caput, ignominia afficiamus; sed in alienis calamitatibus nobisipsis optime consulamus, Deoque misericordiam, qua ipsi egemus, feneremur. Quocirca ne labra quidem vir nobilis, et nobilibus ortus, gloriaque clarissimus, ægrotis admovere gravabatur; verum ut fratres amplectebatur, non, ut quispiam fortasse existimaverit, inanem gloriam captans (quis enim ab hoc affectu remotior?), verum per philosophiam suam hoc aliis præscribens, ut ad ægrorum corporum curationem accedere non verentur. Ita, non modo loquendo, sed etiam tacendo, monitoris partes obibat. Nec vero civitas quidem ad hunc modum se gerebat, regio autem atque externa loca non item: quin potius, omnibus populi præsulibus commune benignitatis erga pauperes et munificentiæ certamen proposuit. Et aliorum quidem coqui, et lautæ mensæ, et cupediariorum lenocinia et scitamenta, et elegantes currus, et vestes molles lateque diffluentes: Basilii autem, ægroti, et vulnerum **819** curationes, et Christi imitatio, non quidem sermone, sed opere lepram purgantis.

A ἔργον, ἐπτάπυλοι Θῆβαι, καὶ Αἰγύπτιαι, καὶ τείχη Βαβυλώνια, καὶ Μαυσόλου Καρικὸς τάφος, καὶ Πυραμίδες, καὶ Κολοσσοῦ χαλκὸς ἄμετρος, ἢ ναῶν μεγέθη καὶ κάλλη τῶν μηκέτι ὄντων, ἄλλα τε ὅσα θαυμάζουσιν ἄνθρωποι, καὶ ἱστορίαις (16) διδόασιν· ὧν οὐδὲν τοὺς ἐγείραντας, πλὴν δόξης ὀλίγης ὤνησεν; Ἐμοὶ δὲ θαυμασιώτατον, ἡ σύντομος τῆς σωτηρίας ὁδὸς, ἡ ῥᾳστη πρὸς οὐρανὸν ἀνάβασις. Οὐκ ἔτι πρόκειται τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θέαμα δεινὸν καὶ ἐλεεινὸν, ἄνθρωποι (17) νεκροὶ πρὸ θανάτου, καὶ τετελευτηκότες τοῖς πλείστοις τοῦ σώματος μέλεσιν, ἀπελαυνόμενοι πόλεων, οἰκιῶν, ἀγορῶν, ὑδάτων, αὐτῶν τῶν φιλτάτων, ὀνόμασι μᾶλλον, ἢ σώμασι γνωριζόμενοι· οὐδὲ προτίθενται συνόδοις τε καὶ συλλόγοις κατὰ συζυγίαν τε καὶ συναυλίαν, μηκέτ' B ἐλεούμενοι διὰ τὴν νόσον, ἀλλὰ μισούμενοι· σοφισταὶ μελῶν ἐλεεινῶν, εἴ τισι καὶ φωνὴ λείπεται (18). Τί ἂν ἅπαντα (19) ἐκτραγῳδοίην τὰ ἡμέτερα, οὐκ ἀρκοῦντος τοῦ λόγου τῷ πάθει; Ἀλλ' ἐκεῖνός γε μάλιστα πάντων ἔπεισεν, ἀνθρώπους ὄντας, ἀνθρώπων μὴ καταφρονεῖν, μηδ' ἀτιμάζειν Χριστὸν τὴν μίαν πάντων κεφαλὴν διὰ τῆς εἰς ἐκείνους ἀπανθρωπίας· ἀλλ' ἐν ταῖς ἀλλοτρίαις (20) συμφοραῖς, τὰ οἰκεῖα εὖ τίθεσθαι, καὶ δανείζειν (21) Θεῷ τὸν ἔλεον, ἐλέου (22) χρῄζοντας. Διὰ τοῦτο, οὐδὲ τοῖς χείλεσιν ἀπηξίου τιμᾶν τὴν νόσον, ὁ εὐγενὴς τε καὶ τῶν εὖ γεγονότων, καὶ τὴν δόξαν ὑπέρλαμπρος, ἀλλ' ὡς ἀδελφοὺς ἠσπάζετο, οὐχ ὅπερ ἄν τις ὑπολάβοι κενοδοξῶν, (τίς γὰρ τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ πάθους;) ἀλλὰ τὸ προσιέναι τοῖς σώμασιν ἐπὶ θεραπείᾳ διὰ τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας C τυπῶν, καὶ φθεγγομένη καὶ σιωπῶσα παραίνεσις. Καὶ οὐχ ἡ μὲν πόλις οὕτως, ἡ χώρα δὲ καὶ τὰ ἐκτὸς, ἑτέρως· ἀλλὰ κοινὸν ἅπασιν ἀγῶνα προὔθηκε τοῖς τῷ λαῷ (23) προεστῶσι, τὴν εἰς αὐτοὺς φιλανθρωπίαν, καὶ μεγαλοψυχίαν. Καὶ ἄλλων μὲν οἱ ὀψοποιοὶ, καὶ αἱ λιπαραὶ τράπεζαι, καὶ τὰ μαγείρων μαγγανεύματα καὶ κομψεύματα, καὶ οἱ φιλόκαλοι δίφροι, καὶ τῆς ἐσθῆτος ὅση μαλακή τε καὶ περιῤῥέουσα· Βασιλείου δὲ, οἱ νοσοῦντες, καὶ τὰ τῶν τραυμάτων ἄκη, καὶ ἡ Χριστοῦ μίμησις, οὐ λόγῳ μὲν, ἔργῳ δὲ λέπραν καθαίροντος.

LXIV. Quid ad hæc nobis dicturi sunt, qui homini fastum superciliumque objiciunt? Iniqui sane et acerbi rerum hujusmodi judices, eosque, qui regulæ non sunt, ad regulam admoventes. An vero fieri potest, ut qui leprosos deosculetur, et huc usque se demittat, adversus sanos et valentes su-

D ΞΔ'. Πρὸς ταῦτα, τί φήσουσιν ἡμῖν οἱ τὸν τῦφον ἐγκαλοῦντες ἐκείνῳ καὶ τὴν ὀφρὺν, οἱ πικροὶ τῶν τηλικούτων κριταὶ, καὶ τῷ κανόνι (24) τοὺς οὐ κανόνας προσάγοντες; Ἔστι λεπροὺς μὲν ἀσπάζεσθαι, καὶ μέχρι τούτου συνταπεινοῦσθαι, τῶν δὲ ὑγιαινόντων κατοφρυᾶσθαι; Καὶ τήκειν μὲν τὰς σάρκας

(16) *Ἱστορίαις*. Pass., ἱστορίαι.

(17) *Ἄνθρωποι*, etc. Comb. legit, ἄνθρωποι νεκροὶ καὶ πρὸ θανάτου τετελευτηκότες, etc., « homines mortui, et ante mortem plerisque corporis membris exstincti. »

(18) *Λείπεται*. Pass., λείπηται.

(19) *Ἅπαντα*. Quinque Regg. et Pass., πάντα.

(20) *Ταῖς ἀλλοτρίαις*. Sic plerique Regg. et Colb., Chrys., Or. 2, Par., Pass., etc. Deest ἀλλοτρίαις in ed.

(21) *Δανείζειν*. Sic codd. in ed., δανείζει.

(22) *Ἐλέου*. Or. 2, ἐλέους.

(23) *Τῷ λαῷ*. Plures codd., τῶν λαῶν.

(24) *Καὶ τῷ κανόνι*, etc. Sic exponit Græcus interpres: Κανονίζειν αὐτὸν, καὶ ὀρθοῦν βουλόμενος, αὐτοὶ *ἀνόρθωτοι*. Id est: « Componere atque erigere illum cupientes, cum ipsi pravi et obtorti sint. »

Digitized by Google

δι' ἐγκρατείας, τὴν ψυχὴν δὲ οἰδαίνειν κενῷ φρυάγματι; Καὶ τοῦ μὲν Φαρισαίου καταγινώσκειν, καὶ διηγεῖσθαι τὴν ἐξ ὄγκου ταπείνωσιν, καὶ Χριστὸν εἰδέναι μέχρι δούλου μορφῆς κατελθόντα, καὶ τελώναις συνέσθοντα (25), καὶ νίπτοντα τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ σταυρὸν οὐκ ἀπαξιοῦντα, ἵνα προσηλώσῃ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν (καίτοι τί τούτου παραδοξότερον, Θεὸν σταυρούμενον (26) βλέπειν, καὶ τοῦτον μετὰ λῃστῶν, καὶ ὑπὸ τῶν παριόντων γελώμενον, τὸν ἀνάλωτον, καὶ τοῦ παθεῖν ὑψηλότερον)· αὐτὸν δὲ ὑπερνεφεῖν, καὶ μηδὲν γινώσκειν ὁμότιμον, ὃ δοκεῖ τοῖς ἐκείνῳ βασκαίνουσιν; Ἀλλ' οἶμαι τὸ τοῦ ἤθους εὐσταθὲς, καὶ βεβηκὸς, καὶ ἀπεξεσμένον, τῦφον ὠνόμασαν. Οἱ δ' αὐτοί μοι δοκοῦσι ῥᾳδίως ἂν καὶ τὸν ἀνδρεῖον καλέσαι θρασὺν, καὶ δειλὸν τὸν περιεσκεμμένον, καὶ τὸν σώφρονα μισάνθρωπον, καὶ τὸν δίκαιον ἀκοινώνητον. Καὶ γὰρ οὐ φαύλως τοῦτό τινες πεφιλοσοφήκασιν· Ὅτι *παραπεπήγασι* (27) *ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι, καὶ εἰσί πως ἀγχίθυροι*· καὶ ῥᾷστον. Ἄλλο τι ὄντα ἕτερον νομισθῆναι τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοις. Τίς γὰρ ἐκείνου μᾶλλον ἢ ἀρετὴν ἐτίμησεν, ἢ κακίαν ἐκόλασεν, ἢ χρηστος ὤφθη τοῖς κατορθοῦσιν, ἢ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐμβριθής· οὗ καὶ τὸ μειδίαμα πολλάκις ἔπαινος ἦν, καὶ τὸ σιωπᾷν ἐπιτίμησις, οἰκείῳ συνειδότι τὸ κακὸν βασανίζουσα; Εἰ δὲ μὴ στωμύλος τις (28) ἦν, μηδὲ γελοιαστὴς, καὶ ἀγοραῖος, μηδὲ τοῖς πολλοῖς ἁρέσκων, ἐκ τοῦ πᾶσι πάντα γίνεσθαι, καὶ χαρίζεσθαι, τί τοῦτο; Οὐκ ἐπαινετέος μᾶλλον ἢ μεμπτέος, τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν; Εἰ μὴ καὶ τὸν λέοντα αἰτιῷτό τις, ὅτι μὴ πιθήκειον βλέπει, ἀλλὰ βλοσυρὸν καὶ βασιλικὸν, οὗ καὶ τὰ σκιρτήματα γενναῖα, καὶ μετὰ θαύματος ἀγαπώμενα· καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς (29) σκηνῆς θαυμάζοι, ὡς ἡδεῖς τε καὶ φιλανθρώπους, ὅτι τοῖς δήμοις χαρίζονται, καὶ κινοῦσι γέλωτα τοῖς ἐπὶ κόρρης ῥαπίσμασι καὶ ψοφήμασι (30). Καίτοι κἂν εἰ τοῦτο ζητοίημεν, τίς μὲν οὕτως ἡδὺς ἐν ταῖς συνουσίαις, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν τὸν μάλιστα ἐκείνου πεπειραμένον; τίς (31) διηγήσασθαι χαριέστερος; τίς μὲν σκῶψαι παιδευτικῶς; τίς δὲ καθάψασθαι ἁπαλῶς; Καὶ μήτε τὴν ἐπιτίμησιν θράσος ποιῆσαι (32), μήτε τὴν ἄνεσιν ἔκλυσιν, ἀλλ' ἀμφοτέρων τὴν ἀμετρίαν φυγεῖν, ἀμφοτέροις σὺν λόγῳ καὶ καιρῷ χρώμενον, κατὰ τοὺς Σολομῶντος νόμους, παντὶ πράγματι καιρὸν διατάξαντος (33).

ΞΕ'. Ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὴν ἐν λόγοις τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, καὶ τὸ τῆς διδασκαλίας (34) κράτος τὰ πέρατα οἰκειούμενον; Ἔτι περὶ τοὺς πρόποδας τοῦ

A percilium attollat? Qui carnes continentia et inedia conficiat, inani animi fastu inflatur? Qui Pharisæum damnet, atque illius ex arrogantia depressionem commemoret, et Christum sciat ad formam usque servilem sese demisisse, et cum publicanis comedisse, et discipulorum pedes ablusisse, nec crucem recusasse, ut peccatum meum affigeret (quanquam quid hoc mirabilius, Deum, qui capi atque expugnari nequit, ac perpessione omni sublimior est, pendentem, et quidem cum latronibus, ac prætereuntium lubibrio expositum intueri); idem tamen supra nubes sese efferat, atque omnibus anteponat, quemadmodum iis videtur, qui ipsius virtuti invident? Verum illi fastus nomen, ut opinor, morum firmitati et innocentiæ imposuerunt. At iidem homines facile B quoque mihi facturi videntur, ut et fortem, temerarium appellent; et prudentem ac circumspectum, timidum; et temperantem, agrestem et inhumanum; et justum, illiberalem et sordidum. Neque enim hoc quidem male tradiderunt: *Virtutibus finitima et quodammodo vicina esse vitia;* nihilque facilius esse, quam ut ab illis, qui hujusmodi rerum scientiam non tenent, res quædam aliud esse judicetur, quam revera sit. Quis enim magis aut virtutem coluit, aut vitium coercuit, vel officio probe functis benigniorem ac suaviorem, aut peccantibus severiorem se præbuit; utpote cujus vel pertenuis risus sæpe laudatio esset, et silentium increpatio, in propria nimirum cujusque conscientia culpam explorans ac puniens? Quod si non lepidus quispiam et facetus C erat, nec circumforaneus, nec ex eo quod omnibus omnia fieret, plerisque gratus et acceptus, quid tum? Nonne laudem potius quam reprehensionem hoc nomine meretur, saltem apud mente præditos? Nisi quis leonem etiam accusandum putet, quod non simiæ vultum, sed torvum quemdam et horrificum ac regium **820** præferat, cujus ipsæ quoque saltationes fortes et generosæ sunt, et cum admiratione jucundæ; atque etiam histriones, ut suaves et humanitatis plenos, admiretur, quoniam populi voluptatibus inserviunt, colaphosque sibi invicem in malam impingendo, strepitumque ciendo, risum ei movent. Quanquam etiam, si hoc quæramus, quis in cœtibus adeo jucundus, quantum quidem ipse cognosco, qui ipsius maxime periculum feci? Quis in narrando festivior? Quis in jocando argutior? Quis in objurgando lenior. Sic ut neque increpatio in temeritatem, neque indulgentia in mollitiem recideret, sed utriusque excessum fugeret, utroque congruenter et tempestive utens, juxta Salomonis leges, qui omnibus rebus tempus constituit [33].

LXV. Sed quid ista sunt, præ illius dicendi facultate, palmaque doctrinæ, qua extremas orbis D partes inter se conciliavit? Adhuc in montis radi-

[33] Eccle. III, 1.

(25) *Συνέσθοντα.* In nonnullis, συνεσθίοντα.
(26) *Θεὸν σταυρούμενον.* « Deum crucifixum : » scilicet ratione carnis assumptæ.
(27) *Παραπεπήγασι*, etc. Menander dixit : Ἐγγὺς ἀγαθῷ κακὸν παραπέφυκε· « Malum natura sua bono propinquum est. » Et Aristoteles : « Vitia sunt virtutibus » ἀγχίθυρα, id est, « vicina. »
(28) *Στωμύλος τις.* Deest τις in Or. 2.
(29) *Τῆς.* Deest in pluribus codd.
(30) *Ψοφήμασι.* Pass., σοφίσμασι.
(31) *Τίς.* Plures codd. addunt, δέ.
(32) *Ποιῆσαι.* Pass., ποιεῖσθαι.
(33) *Διατάξαντος.* In nonnullis, διδάσκοντος.
(34) *Τὸ τῆς διδασκαλίας*, etc. « Vis illa doctrinæ orbis fines concilians. »

Digitized by Google

cibus versamur, a vertice remoti : adhuc fretum trajicimus, relicto magno et profundo Oceano. Existimo enim, si quæ unquam tuba fuit, vel futura est, in aerem quam longissime penetrans, aut vox Dei totum orbem comprehendens, aut universæ terræ motus novo quodam et mirando modo exortus, hæc omnia vocem illius ac mentem fuisse, tantum omnes a tergo relinquentem atque infra se collocantem, quantum nos brutorum naturam superamus. Quis seipsum magis Spiritui purgavit, atque ita se comparavit, ut dignus esset, qui oracula divina explanaret? Quis rursum majori scientiæ luce collustratus est, atque in profunda Spiritus prospexit, ac cum Deo, quæ Dei sunt, exquisivit? Quis porro sermonem habuit animi sensa melius exponentem, ita ut neutra parte, ut plerique, claudicaret, nempe, vel mente sermone destituta, vel sermone qui ad mentis intelligentiam non assurgat : verum parem in utraque re laudem obtineret, parque ipse sibi haud dubie esset, ac vere integer et perfectus. Ac quædam Scriptura hoc Spiritui sancto tribuit, quod omnia scrutetur, etiam profunda Dei [33], non ut ignorans, sed ut ex eorum contemplatione summam voluptatem capiens. Basilius autem omnia, quæ Spiritus sunt, perscrutatus est, ex eoque mores omnes erudivit, ac sublimiter loqui docuit, hominumque animos **821**a rebus præsentibus abstractos ad futura traduxit.

A δρους στρεφόμεθα, τῆς ἄκρας ἀπολειπόμενοι (35). Ἔτι πορθμὸν διαπερῶμεν, ἀφέντες τὸ μέγα καὶ βαθὺ πέλαγος. Οἶμαι γὰρ, εἴ τις ἐγένετο, ἢ γενήσεται σάλπιγξ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος φθάνουσα, ἢ Θεοῦ φωνὴ τὸν κόσμον περιλαμβάνουσα, ἢ σεισμὸς οἰκουμένης ἔκ τινος καινοτομίας καὶ θαύματος, ταῦτα εἶναι τὴν ἐκείνου φωνὴν καὶ διάνοιαν, τοσοῦτον ἅπαντας ἀπολείπουσαν καὶ κάτω τιθεῖσαν, ὅσον τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ἡμεῖς. Τίς μὲν ἑαυτὸν ἐκάθηρε μᾶλλον τῷ Πνεύματι, καὶ ἄξιον τοῦ διηγεῖσθαι τὰ θεῖα παρεσκεύασε; τίς δὲ μᾶλλον ἐφωτίσθη φῶς γνώσεως, καὶ διέκυψεν εἰς τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος, καὶ μετὰ Θεοῦ (36) τὰ περὶ Θεοῦ διεσκέψατο; τίς δὲ λόγον ἔσχεν ἀμείνω τῶν νοηθέντων ἑρμηνευτὴν, ὡς μηδ' ἑτέρῳ (37) σκάζειν, κατὰ τοὺς πολλοὺς, ἢ νῷ λόγον B οὐκ ἔχοντι, ἢ λόγῳ μὴ κατὰ νοῦν βεβηκότι· ἀλλ' ἀμφοτέρωθεν ὁμοίως εὐδοκιμεῖν, καὶ αὐτὸν ἴσον ἑαυτῷ φαίνεσθαι, καὶ ὄντως ἄρτιον. Πάντα μὲν ἐρευνᾷν, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, τῷ Πνεύματι μεμαρτύρηται, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντι, ἀλλ' ὡς ἐντρυφῶντι τῇ θεωρίᾳ. Πάντα δὲ ἐκείνῳ διηρεύνηται τὰ τοῦ Πνεύματος, ἐξ ὧν ἦθος ἅπαν ἐπαίδευσε, καὶ ὑψηγορίαν ἐδίδαξε (38), καὶ τῶν παρόντων ἀπανέστησε, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα μετεσκεύασεν (39).

LXVI. Laudatur apud Davidem solis pulchritudo, et magnitudo, et cursus celeritas, et vis ac facultas; quippe qui sponsum splendore, gigantem magnitudine referat [34], ac longe lateque progrediendo, tantam vim habeat, ut ab extremis extrema æque collustret, nec locorum intervallis ipsius calor ullo modo minuatur. Basilio autem pulchritudo, virtus fuit; magnitudo, theologia; cursus, perpetua mentis agitatio, per quotidianos ascensus ad Deum ferens; potentia, doctrinæ semen ac distributio. Itaque ne hoc quidem mihi dicere verendum est, in omnem terram sonum illius exiisse, atque in fines orbis terræ vim illius verborum [35], quod de apostolis Paulus dixit, a Davide mutuatus. Quænam hodie alia ullius conventus lætitia? Quæ conviviorum voluptas? Quæ fori? Quæ ecclesiarum? Quæ principum et privatorum deliciæ? Quæ monachorum, aut eorum qui societate gaudent? Quæ eorum, qui se a negotiis removerunt, vel eorum qui in rebus gerendis versantur? Quæ eorum qui profanæ, vel eorum qui nostræ disciplinæ studium profitentur? Una, et per omnia, et maxima oblectatio, illius vo-

C Ξ'. Ἡλίου μὲν ἐπαινεῖται παρὰ τῷ Δαβὶδ κάλλος, καὶ μέγεθος, καὶ δρόμου τάχος, καὶ δύναμις· λάμποντος ὡς νυμφίου, εὐμεγέθους ὡς γίγαντος, οὗ καὶ τὸ πολὺ διαβαίνειν, ἔχει δύναμιν τοσοῦτον, ὡς ἀπ' ἄκρων τὰ ἄκρα ἰσοτίμως καταφωτίζειν, καὶ μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τὴν θερμὴν τοῖς διαστήμασι. Τοῦ δὲ κάλλος μὲν, ἡ ἀρετή· μέγεθος δὲ, ἡ θεολογία· δρόμος δὲ, τὸ ἀεικίνητον, καὶ μέχρι Θεοῦ φέρον ταῖς ἀναβάσεσι· δύναμις δὲ, ἡ τοῦ λόγου σπορὰ καὶ διάδοσις. Ὥστε ἐμοιγε, οὐδὲ τοῦτο εἰπεῖν ὀκνητέον, τὸ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελθεῖν τὸν φθόγγον αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τῶν ῥημάτων τὴν δύναμιν· ὃ περὶ τῶν ἀποστόλων ὁ Παῦλος ἔφησε, παρὰ Δαβὶδ ἐκδεξάμενος (40). Τίς μὲν ἄλλη συλλόγου σήμερον χάρις; Τίς δὲ συμποσίων ἡδονή; Τίς δὲ ἀγορῶν; Τίς D δὲ ἐκκλησιῶν; Τίς τῶν ἐν τέλει, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους τρυφή; Τίς μοναστῶν (41), ἢ μιγάδων; Τίς τῶν ἀπραγμόνων, ἢ τῶν ἐν πράγματι (42); Τίς τῶν τὰ ἔξωθεν φιλοσοφούντων, ἢ τὰ ἡμέτερα; Μία, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἡ μεγίστη, τὰ ἐκείνου συγγράμματα καὶ πονήματα. Οὐδὲ γραφεῦσιν (43) εὐπορία τις ἄλλη μετ' ἐκεῖνον, ἢ τὰ ἐκείνου συγγράμματα. Σιωπᾶται

[33] I Cor. II, 10. [34] Psal. XVIII, 6. [35] ibid. 5; Rom. X, 18.

(35) *Ἔτι ... ἀπολειπόμενοι.* Hæc et interjecta desunt in quibusdam codd.

(36) *Θεοῦ.* Or. 2, τοῦ Θεοῦ.

(37) *Ἑτέρῳ.* Reg. ph, ἑτέρως

(38) *Καὶ ὑψηγορίαν ἐδίδαξε.* Ait Billius, quasi ex Niceta, Gregorium his verbis significare voluisse, librum *De Trinitate* a Basilio fuisse scriptum; qui liber jam non exstat, nisi forte per hunc librum Orationes de theologia intelligendæ sint. Verum apud Nicetam nihil tale occurrit.

(39) *Μετεσκεύασεν.* Reg. ph, Pass. παοεσκεύασεν.

(40) *Ἐκδεξάμενος.* Sic plures Regg, plures Colb. et duo Coisl. In ed., ἐκλεξάμενος, « deligens, colligens. »

(41) *Μοναστῶν.* « Eorum qui solitariam vitam agunt; » ἢ μιγάδων, « aut eorum, qui pari virtutis palæstra cum aliis communicant. »

(42) *Πράγματι.* Quatuor Regg., Pass. et Comb., πράγμασι.»

(43) *Γραφεῦσιν*, etc. Savil., συγγραφεῦσί τις ἄλλη εὐπορία. »

Digitized by Google

τὰ παλαιὰ, ὅσα τινὲς τοῖς θείοις λογίοις ἐνίδρωσαν· ξοᾶται τὰ νέα, καὶ οὗτος ἄριστος ἡμῖν ἐν λόγοις, ὃς ἂν τὰ ἐκείνου μάλιστα τυγχάνῃ γινώσκων, καὶ διὰ γλώσσης φέρων, καὶ συνετίζων τὰς ἀκοάς· ἤρκεσε γὰρ εἷς ἀντὶ πάντων τοῖς σπουδαιοτέροις εἰς παίδευσιν.

A lumina et lucubrationes. Nec scriptoribus materia ulla alia et copia post eum, præter ipsius scripta, suppetit. Silentur vetera, quæcunque in divinorum oraculorum explanatione a quibusdam elaborata sunt : nova prædicantur ; atque is apud nos eruditissimus habetur, qui libros ipsius quam maxime intelligit, ac lingua versat, auribusque instillat. Unus enim, omnium loco, studiosis ad eruditionem comparandam sufficit.

ΞΖ'. Ἐγὼ τοῦτο μόνον αὐτοῦ διηγήσομαι· Ὅταν τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, καὶ διὰ γλώσσης φέρω, μετὰ τοῦ κτίστου γίνομαι, καὶ γινώσκω κτίσεως λόγους, καὶ θαυμάζω τὸν κτίστην πλέον ἢ πρότερον, ὄψει μόνῃ διδασκάλῳ χρώμενος. Ὅταν τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς ἐντύχω λόγοις, τὸ Σοδομιτικὸν ὁρῶ πῦρ, ᾧ τεφροῦνται γλῶσσαι πονηραὶ καὶ παράνομοι, ἢ τὸν Χαλάνης πύργον (44), κακῶς μὲν οἰκοδομούμενον, καλῶς δὲ λυόμενον. Ὅταν τοῖς περὶ Πνεύματος, εὑρίσκω Θεὸν, ὃν ἔχω, καὶ παῤῥησιάζομαι τὴν ἀλήθειαν, ἐπιβατεύων τῆς ἐκείνου θεολογίας καὶ θεωρίας. Ὅταν ταῖς ἄλλαις ἐξηγήσεσιν, ἃς τοῖς μικρὰ βλέπουσιν ἀναπτύσσει, τρισσῶς (45) ἐν ταῖς στερραῖς ἑαυτοῦ (46) πλαξὶ τῆς καρδίας ἀπογραψάμενος, πείθομαι μὴ μέχρι τοῦ γράμματος ἱστασθαι, μηδὲ βλέπειν τὰ ἄνω (47) μόνον, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω διαβαίνειν, καὶ εἰς βάθος ἔτι χωρεῖν ἐκ βάθους, ἄβυσσον ἀβύσσῳ προσκαλούμενος, καὶ φωτὶ φῶς εὑρίσκων, μέχρις ἂν φθάσω πρὸς τὸ ἀκρότατον. Ὅταν ἀθλητῶν ἐγκωμίοις προσομιλήσω, περιφρονῶ τὸ σῶμα, καὶ σύνειμι τοῖς ἐπαινουμένοις (48), καὶ πρὸς τὴν ἄθλησιν διεγείρομαι. Ὅταν ἠθικοῖς λόγοις καὶ πρακτικοῖς, καθαίρομαι ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ ναὸς Θεοῦ γίνομαι δεκτικὸς, καὶ ὄργανον κρουόμενον Πνεύματι, καὶ θείας ὑμνῳδὸν δόξης τε καὶ δυνάμεως· τούτῳ (49) μεθαρμόζομαι, καὶ ῥυθμίζομαι, καὶ ἄλλος ἐξ ἄλλου γίνομαι, τὴν θείαν ἀλλοίωσιν ἀλλοιούμενος.

LXVII. Hoc tantum de eo dicam. Cum *Hexaemeron* illius in manus sumo, atque in ore habeo, cum Creatore conjungor, ac creationis rationes cognosco, Creatoremque magis admiror ac suspicio, quam prius solebam, cum solo aspectu magistro uterer. Cum libros eos, quibus hæreticorum scripta refutat, B lego, Sodomiticum ignem cerno, quo improbæ ac sceleratæ linguæ in cinerem rediguntur [36], aut Chalanæ turrim [37], ut male constructam, ita recte interruptam atque deletam. Cum ea, quæ de Spiritu sancto scripsit, evolvo, Deum, quem habeo, nanciscor, veritatem libero **822** et fidenti animo prædico, illius videlicet theologiæ atque contemplationi insistens. Cum alias ejus enarrationes perlego, quas iis, qui hebetiori ingenio sunt, explicat, trifariam in solidis cordis sui tabulis describens, eo adducor, ut non in externo litteræ cortice pedem figam, nec verborum tantum superficiem spectem, sed ulterius progrediar, atque ex profundo in profundum transeam, abyssum per abyssum invocans [38], ac per lumen lumen inveniens, quoadusque ad summum C tandem verticem pervenero. Cum martyrum encomia lego, corpus contemno, et cum iis, qui laudibus efferuntur, animo versor, atque ad certamen excitor. Cum orationes eas, quas de moribus ac bene vivendi ratione scripsit, in manus accipio, animo et corpore purgor, templumque Dei capax efficior, atque instrumentum musicum a Spiritu pulsatum, afflatu corrigor et concinnor, atque divina quadam immutatione alius ex alio efficior.

ΞΗ'. Ἐπεὶ δὲ θεολογίας ἐμνήσθην, καὶ τῆς περὶ τοῦτο τοῦ ἀνδρὸς μάλιστα μεγαλοφωνίας, ἔτι κἀκεῖνο προσθήσω τοῖς εἰρημένοις. Χρησιμώτατον γὰρ τοῖς πολλοῖς, τοῦ μὴ βλάπτεσθαι, τὴν χεῖρω περὶ αὐτοῦ δόξαν ἔχοντας. Πρὸς δὲ τοὺς κακούργους ὁ λόγος, οἳ τοῖς ἑαυτῶν κακοῖς βοηθοῦσιν, ἐξ ὧν ἄλλοις ἐπηρεάζουσιν. Ἐκεῖνος γὰρ, ἕνεκα (50) τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν Τριάδα συναφείας καὶ συνθείας (51), ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι κυριώτερον χρὴ εἰπεῖν καὶ σαφέστερον (52), μὴ ὅτι θρόνων ἐκπεσεῖν, οἷς οὐδὲ

LXVIII. Quoniam autem theologiæ mentionem feci, ejusque in dicendo sublimitatis, qua ille in eo potissimum argumenti genere usus est, hoc adhuc superioribus adjungam. Simplicibus enim et imperitis utilissimum est providere, ne damno afficiantur, D male et sinistre de ipso existimantes. Mihi vero ad improbos et malignos oratio est, qui ex eo quod alios calumniis incessunt, vitiis suis opem ferre moliuntur. Ille etenim pro recta doctrina, sanctæque Trinitatis conjunctione et condeitate, aut

[36] Gen. XIX, 24. [37] Gen. XI, 4 sqq. [38] Psal. XLI, 8.

(44) *Χαλάνης πύργον*. Sic Septuaginta vocant turrim illam, quæ turris Babylonica, seu Babel, vocari solet.

(45) *Τρισσῶς*. « Trifariam, » id est, historice, moraliter, et anagogice, seu mystice. Male in Reg. c, τρανῶς.

(46) *Ἑαυτοῦ*. Pro ἐμαυτοῦ, ait Combefisius. « In cordis mei tabulis. »

(47) *Μηδὲ βλέπειν τὰ ἄνω*. Exponit Nicetas : Ὑψηλῶς αὐτὰ θεωρεῖν· « Alto sensu intelligere Scripturas. » Quod ne quidem Gregorio satis est, sed ulterius jubet progredi, ut majores semper in Scripturarum intelligentia profectus habeamus.

(48) *Ἐπαινουμένοις*. Sic sex Regg., decem Colb., Or. 2, Par., Pass., etc. Sic etiam legit Bill. In ed., ἐπαίνοις.

(49) *Τούτῳ*. Id est, Πνεύματι· « Hoc Spiritu, » vel, « ipsius (Spiritus) afflatu. » Bill. : « per eas. »

(50) *Ἕνεκα*. Sex Regg. et Pass. addunt, μέν.

(51) *Καὶ συνθείας*. Coisl. 1, καὶ συμφυΐας, « concretione. »

(52) *Σαφέστερον*. Regg. bm, ph, Or. 2 et Par., συναφέστερον.

Digitized by Google

nescio quo magis proprio et perspicuo verbo res ea notari potest, non modo de throno, ad quem ne ab initio quidem cupide prosiliit, exturbari ac dejici, sed etiam exsilio, et morte, atque ante mortem variis cruciatibus affici, prompto alacrique animo tulisset, ac lucro potius quam periculo deputasset. Hoc vero ita esse aperte declarant ea quæ et fecit et passus est : ut qui etiam ob veritatis defensionem exsilio multatus, nihil aliud negotii susceperit, quam uni ex asseclis, ut se acceptis pugillaribus sequeretur, imperaret. Cæterum, sermones cum judicio disponere[39], de Davidis consilio et sententia, necessarium esse judicabat, ac belli tempus, et hæreticorum principatum aliquantisper **823** tolerare, quoad libertatis ac serenitatis tempus successisset, linguæque libertatem ac licentiam attulisset. Illi enim nudam et apertam vocem de Spiritu sancto, quod Deus esset, arripere studebant (quod quidem, tametsi verum erat, impium tamen illis, atque improbo impietatis antistiti videbatur); ut eum quidem cum theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiam occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum efficerent, atque hinc deinde, velut ex arce quadam, id omne, quod reliquum erat, popularentur. At ille, in aliis quidem vocibus e Scriptura petitis, testimoniisque minime dubiis, eamdem vim habentibus, necessariisque argumentis, adversarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contra niti possent, sed, quæ maxima sermonis virtus et prudentia est, propriis vocibus constringerentur. Id autem perspicue ostendet is liber, quem hoc argumento edidit, in quo calamum quasi ex Spiritus pyxide movet; interim tamen propriam vocem usurpare differebat, tum ab ipsomet Spiritu, tum a sinceris ipsius propugnatoribus illud in gratiæ loco petens, ne hoc suo consilio offenderentur; nec committerent ut, dum unam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, turbulento nimirum tempore convulsa ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si vocabula paululum immutarentur, modo aliis verbis eadem docerentur; neque enim salutem nostram in verbis potius, quam in rebus consistere; quippe cum ne Judæi quidem rejiciendi sint, si ad aliquod tempus pro *Christi* voce, vocem *Uncti* sibi concedi postulantes, in nostrum numerum atque ordinem ascribi velint; at reipublicæ non posse majorem perniciem ac pestem afferri, quam si Ecclesia ab hæreticis occuparetur.

[39] Psal. cxi, 5.

A ἀπ' ἀρχῆς ἐπεπήδησεν (53), ἀλλὰ καὶ φυγὴν (54), καὶ θάνατον, καὶ τὰς πρὸ τοῦ θανάτου κολάσεις προθύμως ἐδέξατο ἂν, ὡς κέρδος, οὐ κίνδυνον. Δηλοῖ δὲ οἷς τε ἤδη πεποίηκεν, οἷς τε πέπονθεν· ὅς γε καὶ ἐξορίαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατακριθεὶς, τοσοῦτον ἐπραγματεύσατο μόνον, ὅσον ἐνὶ τῶν ἀκολούθων (55) εἰπεῖν, ἀραμένῳ τὸ πυκτίον (56) ἀκολουθεῖν. Οἰκονομεῖν δὲ τοὺς λόγους ἐν κρίσει, τῶν ἀναγκαίων (57) ἐνόμιζε, τῷ θείῳ Δαβὶδ περὶ τούτου συμβούλῳ χρώμενος, καὶ μικρὸν ὅσον τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν διαφέρειν, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν δυναστείαν, ἕως ὁ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αἰθρίας (58) ἐπιλάβοι καιρὸς, καὶ δῷ τῇ γλώσσῃ τὴν παῤῥησίαν. Οἱ μὲν γὰρ (59) ἐζήτουν λαβέσθαι γυμνῆς τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος φωνῆς, ὡς εἴη Θεὸς (ὅπερ ὂν ἀληθὲς, ἀσεβὲς ἐκείνοις
B ὑπελαμβάνετο, καὶ τῷ κακῷ προστάτῃ τῆς ἀσεβείας)· ἵνα τὸν μὲν τῆς πόλεως μετὰ τῆς θεολόγου γλώσσης ὑπερορίσωσιν, αὐτοὶ δὲ κατασχόντες τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τῆς ἑαυτῶν κακίας ὁρμητήριον ποιησάμενοι, ἐντεῦθεν τὸ λειπόμενον ἅπαν, ὡς ἔκ τινος ἀκροπόλεως, καταδράμωσιν. Ὁ δὲ, ἐν ἄλλαις μὲν φωναῖς γραφικαῖς, καὶ μαρτυρίαις ἀναμφιλέκτοις ταυτὸν δυναμέναις, καὶ ταῖς ἐκ τῶν (60) συλλογισμῶν ἀνάγκαις, οὕτως ἦρχε τοὺς ἀντιλέγοντας, ὥστε μὴ ἀντιβαίνειν (61) ἔχειν, ἀλλ' οἰκείαις συνδεῖσθαι φωναῖς, ἥπερ δὴ καὶ μεγίστη λόγου δύναμις καὶ σύνεσις. Δηλώσει δὲ καὶ ὁ λόγος, ὃν περὶ τούτου συνέγραψε, κινῶν τὴν γραφίδα, ὡς ἐκ πυξίδος τοῦ Πνεύματος· τὴν δὲ κυρίαν φωνὴν τέως ὑπερετίθετο (62), παρά
C τε τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, καὶ τῶν γνησίων τούτου συναγωνιστῶν χάριν αἰτῶν, τῇ οἰκονομίᾳ μὴ δυσχεραίνειν (63)· μηδὲ μιᾶς ἀντεχομένους φωνῆς, τὸ πᾶν ἀπολέσαι δι' ἀπληστίαν, τῷ καιρῷ παρασυρείσης τῆς εὐσεβείας. Αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδεμίαν εἶναι ζημίαν, ὑπαλλαττομένων μικρὸν τῶν λέξεων, καὶ φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον διδασκομένοις (64)· οὐδὲ γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῖν εἶναι τὴν σωτηρίαν μᾶλλον ἢ πράγμασι· μηδὲ γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπολαβεῖν ἂν, εἰ τὴν τοῦ (65) ἠλειμμένου φωνὴν, ἀντὶ τῆς Χριστοῦ, πρὸς ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν τάττεσθαι (66)· τῷ δὲ κοινῷ μεγίστην ἂν βλάβην γενέσθαι, τῆς Ἐκκλησίας κατασχεθείσης.

(53) *Ἐπεπήδησεν.* Jes., ἐπεδήμησεν. Pass., ἐπεχείρησεν.

(54) *Φυγήν.* Sic tres Regg., Coisl. 1, Chrys., Jes., etc. In ed., φυγεῖν.

(55) *Ἀκολούθων.* Or. 2, ἀκολουθούντων.

(56) *Πυκτίον.* Regg. a, bm, ph et septem Colb., πτυκτίον.

(57) *Τῶν ἀναγκαίων.* In quibusdam, τῶν δικαίων, « justum. »

(58) *Καὶ τῆς αἰθρίας.* « Et serenitatis. » Hæc, quæ in editis deerant, addidimus ex quinque Regg., decem Colb., Coisl. 2, Or. 2 et Pass.

(59) *Οἱ μὲν γάρ.* Sic Or. 2 et Par. Deest γάρ in ed.

(60) *Καὶ ταῖς ἐκ τῶν.* Sic tres Regg., Or. 2 et Pass. Deest ἐκ in edit.

(61) *Ἀντιβαίνειν.* Or. 2, ἀντιλέγειν, « contradicere. »

(62) *Ὑπερετίθετο.* Duo Regg. et Pass., ὑπερέθετο.

(63) *Τῇ οἰκονομίᾳ μὴ δυσχεραίνειν.* « Ne indulgentia, » vel « temperamento, offenderentur. » Quod scilicet expressis verbis Spiritum sanctum Deum non diceret; quamvis aliis vocibus, eamdem vim habentibus, ejus divinitatem prædicaret. Quæ quidem Basilii agendi ratio ab aliis culpata, Magno Athanasio probata fuit.

(64) *Διδασκομένοις.* Coisl. 1, τὸ ἴσον δυναμέναις, « eamdem vim habentibus. »

(65) *Τὴν τοῦ.* Sic plures Regg. Deest τοῦ in ed.

(66) *Τάττεσθαι.* In nonnullis, τετάχθαι.

Digitized by Google

ΞΘ'. Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ἦδει τὸ Πνεῦμα Θεὸν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τοῦτο πολλάκις ἐκήρυξεν, εἴ ποτε καιρὸς ἦν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι προθύμως· ἀνωμολόγησε· σαφέστερον δὲ πεποίηκεν ἐν τοῖς πρὸς ἐμὲ λόγοις, πρὸς ὃν οὐδὲν ἀπόῤῥητον ἦν αὐτῷ περὶ τούτων κοινολογουμένῳ· μηδὲ ἁπλῶς τοῦτο ἀποφηνάμενος, ἀλλ' ὃ μηδέπω πρότερον πολλάκις πεποίηκεν, ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τὸ φρικωδέστατον, αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος ἐκπεσεῖν, εἰ μὴ σέβοι τὸ Πνεῦμα μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ (67), ὡς ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον. Εἰ δέ μέ τις δέξαιτο κοινωνὸν ἐκείνου κἂν τοῖς τοιούτοις, ἐξαγορεύσω τι καὶ τῶν τοῖς πολλοῖς τέως (68) ἀγνοουμένων· ὅτι τοῦ καιροῦ στενοχωροῦντος ἡμᾶς, ἑαυτῷ μὲν τὴν οἰκονομίαν ἐπέτρεψεν (69), ἡμῖν δὲ τὴν παῤῥησίαν, οὓς οὐδεὶς ἔμελλε κρίνειν, οὐδὲ ἀποβάλλειν τῆς πατρίδος, ἀφανείᾳ τετιμημένους, ὡς ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρὸν εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς Εὐαγγέλιον. Καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐχ ἵνα τῆς ἐκείνου δόξης ὑπεραπολογήσωμαι (κρείττων γὰρ τῶν ἐγκαλούντων, εἴπερ τινές εἰσιν, ὁ ἀνὴρ), ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτον ὅρον τῆς εὐσεβείας νομίζοντες (70), τὰς ἐν τοῖς γράμμασι μόνας τοῦ ἀνδρὸς εὑρισκομένας φωνὰς, ἀσθενεστέραν τὴν πίστιν ἔχωσι, καὶ ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν κακουργίας, τὴν ἐκείνου θεολογίαν, ἣν ὁ καιρὸς ἐποίει μετὰ τοῦ Πνεύματος· ἀλλὰ τὸν τῶν γεγραμμένων νοῦν δοκιμάζοντες, καὶ τὸν σκοπὸν ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγράφετο, μᾶλλον τῇ τε ἀληθείᾳ προσάγωνται, καὶ τοὺς ἀσεβοῦντας ἐπιστομίζωσιν. Ἔμοιγ' οὖν εἴη, καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλος, ἡ ἐκείνου θεολογία. Καὶ τοσοῦτον θαῤῥῶ τῇ περὶ τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀνδρὸς καθαρότητι, ὥστε καὶ τοῦτο κοινοποιοῦμαι πρὸς ἅπασι· κἀκείνῳ μὲν τὰ ἐμὰ, ἐμοὶ δὲ τὰ ἐκείνου λογίζοιτο παρά τε Θεῷ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐγνωμονεστέροις. Οὐδὲ γὰρ τοὺς εὐαγγελιστὰς φαίημεν ἂν ὑπεναντία ποιεῖν ἀλλήλοις, ὅτι οἱ μὲν τῷ σαρκικῷ τοῦ Χριστοῦ πλέον ἐνησχολήθησαν, οἱ δὲ τῇ θεολογίᾳ προσέθησαν· καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς, οἱ δὲ ἐκ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἐποιήσαντο τὴν ἀρχήν· οὕτω τὶ (71) κήρυγμα διελόμενοι πρὸς τὸ χρήσιμον οἶμαι τοῖς δεχομένοις, καὶ οὕτω παρὰ τοῦ ἐν αὐτοῖς τυπούμενοι Πνεύματος.

LXIX. Nam quod alioqui melius quam quivis alii, Spiritum sanctum Deum agnosceret, cum ex eo perspicue constat, quod et hoc sæpe palam, quoad per tempus licebat, prædicavit, et privatim apud eos, a quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est; tum vero in suis ad me sermonibus apertius id demonstravit (neque enim quidquam unquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum **824** occultumque habuit); non simpliciter hoc affirmans, sed, quod antea ipsi perraro acciderat, sibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe, ut ab ipso Spiritu excideret, nisi cum Patre et Filio Spiritum, ut consubstantialem et honore parem, veneraretur. Quod si quis me in tantis quoque rebus illius socium admiserit, aliquid, quod plerisque incognitum ante fuit, evulgabo. Nam cum tempus in summas angustias nos redigeret, hanc ipse rationem inibat, ut sibi quidem dispensationem, nobis autem, quos, ob nominis obscuritatem, nemo in judicium adducturus, patriaque ejecturus esset, loquendi libertatem committeret. Atque ita Evangelium nostrum firmum et validum erat, utriusque præsidio suffultum. Nec vero hæc eo a me commemorata sunt, ut illius existimationem oratione mea defenderem; præstantior enim est, quam ut accusatoribus, si qui tamen sunt, in ipsius famam quidquam liceat; sed ne quidam, pietatis normam ac regulam solas eas voces, quæ in illius libris reperiuntur, esse existimantes, imbecilliorem fidem habeant, eamque de Divinitate disserendi rationem, quam ei tempus illud, non sine Spiritus numine, afferebat, in pravitatis suæ confirmationem trahant; verum eorum, quæ ab eo scripta sunt, sensum ac scopum, quem sibi, dum hæc scriberet, proponebat, expendentes, tum ad veritatem magis accedant, tum iis, qui in impietate versantur, os obstruant. Mihi quidem, omnibusque, quibus charus sum, utinam adsit illius theologia. Atque adeo, hujusce viri, quantum ad hanc rem attinet, puritati usqueadeo confido, ut, præter alia omnia, hoc quoque cum eo commune habere non recusem; ita ut ille mea, mihi vicissim illius omnia, et apud Deum, et apud candidissimos quosque homines, ascribantur. Nam neque evangelistas idcirco inter se pugnare dixerimus, quoniam alii in exponenda Christi humanitate plus operæ posuerunt, alii ad explicandam Divinitatis materiam se contulerunt; atque alii ab his rebus, quæ ad intelligentiam nostram sese accommodant, alii ab iis, quæ captum nostrum superant, auspicati sunt; sic videlicet prædicationem inter se partiti, ut eorum, qui eam excipiebant, utilitas ferebat, atque ita informati et edocti a Spiritu, qui in ipsorum animis erat.

Ο'. Φέρε δὴ, πολλῶν ἐν τοῖς πάλαι καὶ νῦν γεγονότων ἀνδρῶν ἐπ' εὐσεβείᾳ γνωρίμων, νομοθετῶν, στρατηγῶν, προφητῶν, διδασκάλων, τῶν ἀνδρικῶν

LXX. Age igitur, cum multi viri, tum in Veteri, tum in Novo Testamento pietate clari et illustres fuerint, legislatores, militares duces, prophetæ,

(67) *Καὶ Υἱοῦ.* Tres Regg. et Or. 2, καὶ τοῦ Υἱοῦ.

(68) *Τέως.* Deest in Reg. a.

(69) *Τὴν οἰκονομίαν ἐπέτρεψεν.* « Sibi dispensationem permisit. » Billius addendo, « verbi, » quod delevimus, huic loco tenebras offudit, nedum aliquid lucis afferret. Non enim agitur de « verbi ministerio, » seu « prædicatione, » sed de quodam prædicandæ veritatis modo, ut recte exponit Nicetas, οἰκονομηθῆναι τὴν ἀλήθειαν, quod, probante Athanasio, sibi permisit Basilius, ne, magno Ecclesiæ damno, e sua sede ab hæreticis pelleretur.

(70) *Νομίζοντες.* Quatuor Regg., Coisl. 1, Or. 2 et Pass., γιγνώσκοντες, « agnoscentes. »

(71) *Τό.* Sic omnes fere codd. In ed., τῷ.

Digitized by Google

doctores, fortes **825** usque ad sanguinis profusionem, cum illis Basilium nostrum conferamus, atque hinc, qualis fuerit, agnoscamus. Adam Dei manu [46], ac deliciarum paradisi, et prima lege dignus habitus est; ille tamen, ne quid debitæ parenti nostro reverentiæ contumeliosum dicam, præceptum minime servavit : hic autem, et illud accepit, et servavit, nec ex scientiæ ligno incommodi quidquam accepit; nec dubito, quin flammeum gladium prætergressus, ad paradisum pervenerit. Enos primus spe adductus est, ut Dominum invocaret [47] : hic autem, non solum invocavit, sed, quod invocatione multo præstantius est, aliis quoque prædicavit. Enoch translatus est [48], exiguæ pietatis præmium (fides enim adhuc in umbris erat), hac translatione consecutus, vitæque sequentis periculum effugit : hujus autem vita omnis nihil aliud quam translatio erat, quippe qui perfecte in vita perfecta probatus et exploratus fuerit. Noe arcam fidei suæ commissam accepit [49], et secundi mundi semina parvo ligno credita, atque inter undas conservata : hic autem impietatis diluvium effugit, suamque civitatem arcam salutis effecit, in hæreticorum undis facile et leviter supernatantem, atque ex eo universum orbem recuperavit.

A μέχρις αἵματος, παρ' ἐκείνοις (72) τὰ ἡμέτερα θεωρήσαντες, κἀντεῦθεν τὸν ἄνδρα γνωρίσωμεν. Ἀδὰμ ἠξιώθη Θεοῦ χειρὸς, καὶ παραδείσου τρυφῆς, καὶ πρώτης νομοθεσίας· ἀλλ', εἰ μή τι λέγω βλάσφημον αἰδοῖ τοῦ προπάτορος, τὴν ἐντολὴν οὐκ ἐφύλαξεν· ὁ δὲ, καὶ ἐδέξατο ταύτην, καὶ διεσώσατο, καὶ τῷ ξύλῳ τῆς γνώσεως οὐκ ἐβλάβη, καὶ τὴν φλογίνην (73) ῥομφαίαν παρελθὼν, εὖ οἶδα, τοῦ παραδείσου τετύχηκεν. Ἐνὼς ἤλπισε πρῶτος ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον· ὁ δὲ, καὶ ἐπικέκληται, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκήρυξεν, ὃ τοῦ ἐπικαλεῖσθαι πολὺ τιμιώτερον. Ἐνὼχ μετετέθη μικρᾶς εὐσεβείας (ἔτι γὰρ ἐν σκιαῖς ἦν ἡ πίστις) ἄθλον εὑράμενος (74) τὴν μετάθεσιν, καὶ τοῦ ἐξῆς βίου τὸν κίνδυνον διαπέφευγε· τοῦ δὲ, ὅλος ὁ βίος μετάθεσις ἦν, τελείως ἐν βίῳ τελείῳ δοκιμασθέντος. Νῶε κιβωτὸν ἐπιστεύθη, καὶ κόσμου δευτέρου σπέρματα ξύλῳ μικρῷ πιστευθέντα, καὶ καθ' ὑδάτων σωζόμενα· ὁ δὲ κατακλυσμὸν ἀσεβείας διέφυγε, καὶ κιβωτὸν σωτηρίας τὴν ἑαυτοῦ πεποίηται πόλιν, κούφως τῶν αἱρετικῶν ὑπερπλέουσαν, ἐξ οὗ κόσμον ὅλον ἀνεκαλέσατο.

B

LXXI. Magnus Abraham, et patriarcha, et novæ victimæ mactator, eum, quem ex promissione acceperat, beneficii auctori offerens, victimam promptam et alacrem, atque ad cædem properantem [50]. At nec parva Basilii laus est, qui seipsum Deo obtulit, nec quidquam in ejus locum, tanquam ipsi par, (quidnam enim illud esset?) substitutum est, sed plene perfecteque litatum. Isaac etiam, antequam in lucem ederetur, promissus est [51] : hic autem sponte seipsum promisit, ac Rebeccam, hoc est, Ecclesiam, non procul quæsitam, sed e propinquo assumptam, uxorem duxit, nec per servorum legationem [52], sed divino beneficio concessam atque commissam; nec in filiorum prælatione circumventus est, sed unicuique, quod promerebatur, cum Spiritus judicio et delectu, sine ulla fraude ac circumscriptione, tribuit. Jam vero Jacobi scalam et columnam eam laudo, quam Deo unxit, ejusque etiam cum eo colluctationem [53], quæcunque tandem illa erat; est quidem, ut ipse opinor, humani moduli cum divina sublimitate comparatio et contentio, unde etiam procreatæ naturæ devictæ notas **826** gerit. Illius quoque circa ovium greges artificium et felicitatem, et duodecim ex eo natos patriarchas, et benedictionum partitionem cum egregia futurarum rerum prædictione conjunctam, lau-

C

D

ΟΑ'. Μέγας ὁ Ἀβραὰμ, καὶ πατριάρχης, καὶ θύτης καινῆς θυσίας, τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας τῷ δεδωκότι προσαγαγὼν, ἱερεῖον ἕτοιμον, καὶ πρὸς τὴν σφαγὴν ἐπειγόμενον· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐκείνου μικρὸν, ἑαυτὸν προσήγαγε τῷ Θεῷ, καὶ οὐδὲν ὡς ἰσότιμον ἀντεδόθη, (τί γὰρ καὶ ἦν;) ὥστε καὶ τελειωθῆναι τὸ καλλιέρημα. Ἰσαὰκ ἐπηγγέλθη καὶ πρὸ γενέσεως· ὁ δὲ αὐτεπάγγελτος ἦν (75), καὶ τὴν Ῥεβέκκαν, λέγω δὴ (76) τὴν Ἐκκλησίαν, οὐ πόρρωθεν, ἀλλ' ἐγγύθεν ἠγάγετο, οὐδὲ διὰ πρεσβείας οἰκετικῆς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν καὶ πιστευθεῖσαν· οὐδὲ κατεσοφίσθη περὶ τὴν τῶν τέκνων προτίμησιν, ἀλλ' ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπαραλογίστως ἔνεμε (77) μετὰ τῆς τοῦ Πνεύματος κρίσεως. Ἐπαινῶ τὴν Ἰακὼβ κλίμακα, καὶ τὴν στήλην (78), ἣν ἤλειψε τῷ Θεῷ, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην, ἥτις ποτὲ ἦν· οἶμαι δὲ τοῦ ἀνθρωπείου μέτρου πρὸς τὸ θεῖον ὕψος ἀντιπαρέκτασις, καὶ ἀντίθεσις (79), ὅθεν καὶ ἄγει (80) τὰ σύμβολα τῆς ἡττωμένης γενέσεως (81). Ἐπαινῶ καὶ τὴν περὶ τὰ θρέμματα τοῦ ἀνδρὸς εὐμηχανίαν καὶ εὐημερίαν, καὶ τοὺς δώδεκα ἐξ αὐτοῦ πατριάρχας, καὶ τὸν τῶν εὐλογιῶν μερισμὸν σὺν οὐκ ἀγεννεῖ προφητείᾳ τοῦ μέλλοντος· ἀλλ' ἐπαινῶ καὶ τούτου τὴν οὐχ ὁραθεῖσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ διαβαθεῖσαν κλίμακα ταῖς κατὰ μέρος εἰς ἀρετὴν (82) ἀναβάσεσι, καὶ τὴν στήλην, ἣν οὐκ ἤλειψεν, ἀλλ' ἤγειρε τῷ Θεῷ, τὰ τῶν ἀσεβῶν στηλιτεύουσαν, καὶ τὴν πά-

[46] Gen. I, 27 sqq. [47] Gen. IV, 26. [48] Gen. V, 21 sqq. [49] Gen. VI, 13 sqq. [50] Gen. XXII, 1 sqq. [51] Gen. XVIII, 10 sqq. [52] Gen. XXIV, 3 sqq. [53] Gen. XXVIII, 12 sqq.

(72) *Παρ' ἐκ.* Regg. d, ph et Pass., παρ' ἐκείνους.
(73) *Φλογίνην.* Reg. ph, πυρίνην.
(74) *Εὑράμενος.* Or. 2, εὑρόμενος.
(75) *Ἦν.* Deest in Reg. bm.
(76) *Δή.* Deest in Reg. ph.
(77) *Ἔνεμε.* Or. 2, ἔνειμε.
Ε'. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρκει τῇ ἀγαθότητι τοῦτο, τὸ κινεῖσθαι μόνον τῇ ἑαυτῆς θεωρίᾳ, ἀλλ' ἔδει χεθῆναι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὁδεῦσαι, ὡς πλείονα εἶναι τὰ εὐεργετούμενα (τοῦτο γὰρ τῆς ἄκρας ἦν ἀγαθότητος)· πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους· καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, Λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ Πνεύματι τελειούμενον· καὶ οὕτως ὑπέστησαν λαμπρότητες δεύτεραι, λειτουργοὶ τῆς πρώτης λαμπρότητος, εἴτε νοερὰ πνεύματα, εἴτε πῦρ, οἷον ἄϋλον καὶ ἀσώματον, εἴτε τινὰ φύσιν ἄλλην ὅτι ἐγγυτάτω (83) τῶν εἰρημένων, ταύτας (84) ὑπολη-πτέον. Βούλομαι μὲν εἰπεῖν, ὅτι ἀκινήτους πρὸς τὸ κακὸν, καὶ μόνην ἐχούσας τὴν τοῦ καλοῦ κίνησιν, ἅτε περὶ Θεὸν οὖσας, καὶ τὰ πρῶτα ἐκ Θεοῦ λαμπομένας (τὰ γὰρ ἐνταῦθα δευτέρας ἐλλάμψεως)· πείθει δέ με, μὴ ἀκινήτους, ἀλλὰ δυσκινήτους (85), καὶ ὑπολαμβάνειν ταύτας καὶ λέγειν, ὁ διὰ τὴν λαμπρότητα Ἑωσφόρος, σκότος διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ γενόμενος καὶ λεγόμενος, αἵ τε ὑπ' αὐτὸν ἀποστατικαὶ δυνάμεις, δημιουργοὶ τῆς κακίας τῇ τοῦ καλοῦ φυγῇ, καὶ ἡμῖν πρόξενοι.

V. Quoniam autem bonitati minime satis erat sua ipsius solum contemplatione moveri, sed bonum diffundi ac propagari oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur (id enim summæ bonitatis erat), primum angelos, et cœlestes spiritus cogitavit; atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur, ac Spiritu perficiebatur; atque ita secundi splendores procreati sunt, primi splendoris administri; sive spiritus mente præditos, sive ignem tanquam materiæ et corporis expertem, **849** sive aliam quamdam naturam proxime ad eas, quas diximus, accedentem, eos existimare oportet. Gestit quidem animus dicere ad malum immobiles, ac solummodo ad bonum propensos, utpote Deum circumstantes, ac primario Dei fulgore colluccentes (hæc enim inferiora secundæ illuminationis sunt); verum, ut non omnino immobiles, sed ægre mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille, ob splendorem, Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, et rebelles angeli ei subjecti, vitii per boni fugam architecti, ejusdemque nobis auctores.

B

Ϛ'. Οὕτω μὲν οὖν ὁ νοητὸς αὐτῷ καὶ διὰ ταῦτα ὑπέστη κόσμος, ὡς ἐμὲ γοῦν περὶ τούτων φιλοσοφῆσαι, μικρῷ λόγῳ τὰ μεγάλα σταθμώμενον. Ἐπεὶ δὲ τὰ πρῶτα καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δεύτερον ἐννοεῖ κόσμον, ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον· καὶ οὗτός ἐστι, τὸ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν μέσῳ (86) σύστημά τε καὶ σύγκριμα· ἐπαινετὸν μὲν τῆς καθ' ἕκαστον εὐφυΐας, ἀξιεπαινετώτερον δὲ τῆς ἐξ ἁπάντων εὐαρμοστίας καὶ συμφωνίας, ἄλλου πρὸς ἄλλο τι καλῶς ἔχοντος, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντα, εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν· ἵνα δείξῃ, μὴ μόνον οἰκείαν ἑαυτῷ φύσιν, ἀλλὰ καὶ πάντη ξένην ὑποστήσασθαι δυνατὸς ὤν. Οἰκεῖον μὲν γὰρ θεότητος, αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ νῷ μόνῳ λητταί· ξένον (87) δὲ παντάπασιν, ὅσαι ὑπὸ τὴν αἴσθησιν· καὶ τούτων αὐτῶν ἔτι πορρωτέρω, ὅσαι παντελῶς ἄψυχοι καὶ ἀκίνητοι.

VI. Sic igitur atque ob has causas, mundus is intellectualis, ab eo creatus est, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, exigua oratione res magnas expendens. Posteaquam autem primas partes præclare constitutas vidit, alterum mundum, materia constantem et aspectabilem cogitavit, hanc nimirum ex cœlo, et terra, et his rebus quæ eorum complexu continentur, coagmentationem et concretionem : laudabilem illam quidem, ob singularum partium elegantiam; verum laudabiliorem, ob eam, quæ ex universis exsistit, concinnitatem atque concordiam, alia re videlicet ad aliud quiddam pulchre quadrante, atque omnibus ad omnia scite convenientibus, ad unius mundi ornatum omnibus numeris absolvendum; ut perspicuum faceret, se, non modo sibiipsi cognatam et propinquam naturam, sed etiam omnino alienam posse procreare. Divinitatis enim propinquæ sunt intelligentes naturæ, quæque mente sola percipi queunt; alienæ autem omnino, quæcunque sub sensus cadunt; atque his adhuc remotiores, quæ anima omni et motu carent.

C

D

Ζ'. Νοῦς μὲν οὖν ἤδη καὶ αἴσθησις (88), οὕτως ἀπ' ἀλλήλων διακριθέντα (89), τῶν ἰδίων ὅρων ἐντὸς

VII. Enimvero mens jam et sensus, sic inter se discreta, finibus suis se continebant, opificisque

[7] Isa. vi, 2 sqq.

(81) *Ὅπερ καί.* Duo Colb. et Or. 1, ὃ *καί.*

(82) *Τινὶ τῶν.* Sic Regg. d, ph, Or. 1, etc. In ed. deest τῶν. Budæus intelligit « Dionysium. » Regius Mazarinus et Nicetas, « Athanasium, » quibus assentimur.

(83) *Ἐγγυτάτω.* In nonnullis, ἐγγυτάτων.

(84) *Ταύτας.* Sic sex Regg., Par. Jes., Bas. etc. Prave in ed., ταῦτα.

(85) *Δυσκινήτους.* Sic Regg. c, d, ph, Savil., etc. In ed., δυσκυνήτους.

(86) *Καὶ τῶν ἐν μέσῳ.* « Et rebus mediis, » nimirum aere et aqua, quæ inter cœlum et terram continentur. Nam « mundus, » ut ait Aristoteles, « est coagmentatio ex cœlo et terra naturisque intermediis. »

(87) *Ξένον.* Sic Regg. bm, ph, Coisl. 1, etc. Prave in Par. ed., ξένου.

(88) *Νοῦς μὲν οὖν ἤδη καὶ αἴσθησις.* « Mens jam et sensus. » Intelligit Gregorius angelos et visibilem mundum a Verbo creatos, qui, vocis organo destituti, opificis sui gloriam tacite enarrabant, cum nondum homo creatus esset

(89) *Διακριθέντα.* Sic plerique melioris notæ codd. In ed., διακρισθέντες.

Digitized by Google

Verbi majestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificii, et canori præcones. Nondum autem ex utroque temperatura ulla erat, aut contrariorum mistio, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creationem varietatis et excellentiæ specimen exhiberet : nec omnes bonitatis divitiæ notæ atque spectatæ erant. Hoc igitur cum artifex Verbum ostendere voluisset, **850** animal unum ex utroque, ex invisibili scilicet ac visibili natura, hominem dico, fabricatur ; atque a materia quidem, jam ante producta, sumpto corpore, a se autem insito spiraculo (quod quidem intellectualem animam, Deique imaginem Scriptura vocat[a]), velut alterum quemdam mundum, in parvo magnum, in terra collocat, angelum alium, mistum adoratorem, visibilis naturæ spectatorem, intellectualis mystem, eorum, quæ in terra sunt, regem, superis autem subditum, terrenum et cœlestem, caducum et immortalem, visibilem et intelligibilem, medium inter magnitudinem et humilitatem, eumdem spiritum et carnem ; spiritum propter gratiam, carnem ob elationem : illud quidem, ut maneat, eumque, cujus beneficiis ornatus est, concelebret ; hoc autem, ut vexetur, ac vexationibus admoneatur, et de magnitudine sibi placens erudiatur et coerceatur ; animal hic varie gubernatum, atque alio demigrans, et, quod mysterii extremum est, animi ad Deum nutu et propensione divinitatem consequens. Eo enim mihi veritatis splendor ille, quem hic exigue haurimus, tendit, ut Dei claritatem et videam et sentiam dignam eo, qui et constrinxit, et dissolvet, ac rursus excellentius sublimiusque constringet.

VIII. Hunc arbitrii libertate donatum, ut bonum non minus illius esset, qui elegisset, quam ejus, qui semina præbuisset, in paradiso (quicunque tandem erat paradisus ille), collocat[b], plantarum immortalium cultorem, hoc est, fortasse divinarum cogitationum, tam simpliciorum, quam perfectiorum, nudum per simplicitatem, et vitam artificio carentem, atque omnis integumenti et munimenti expertem. Talem enim esse conveniebat eum, qui primum esset creatus. Ac legem, quasi materiam libero arbitrio tradit. Lex autem illa, præceptum erat, quo præscribebatur, tum quibus arboribus ei utendum esset, tum a qua manus abstinendæ. Ea porro erat scientiæ arbor, non illa quidem, aut male a principio consita, aut per invidiam interdicta (ne illuc linguas suas Dei hostes injiciant, nec serpentem imitentur) ; sed bona quidem tempestive per-

εἰστήκεισαν, καὶ τὸ τοῦ δημιουργοῦ Λόγου μεγαλεῖον ἐν ἑαυτοῖς ἔφερον, σιγῶντες ἐπαινέται τῆς μεγαλουργίας, καὶ διαπρύσιοι κήρυκες. Οὔπω δὲ ἦν κρᾶμα ἐξ ἀμφοτέρων, οὐδέ τις μίξις τῶν ἐναντίων, σοφίας μείζονος γνώρισμα καὶ τῆς περὶ τὰς φύσεις πολυτελείας· οὐδὲ ὁ πᾶς πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος γνώριμος. Τοῦτο δὴ βουληθεὶς ὁ τεχνίτης ἐπιδείξασθαι Λόγος, καὶ ζῶον ἐν ἐξ ἀμφοτέρων, ὁρατοῦ τε λέγω καὶ ὁρατῆς φύσεως, δημιουργεῖ, τὸν ἄνθρωπον· καὶ παρὰ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ πνοὴν ἐνθεὶς (90) (ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος), οἷόν τινα κόσμον ἕτερον, ἐν μικρῷ μέγαν, ἐπὶ τῆς γῆς ἵστησιν, ἄγγελον ἄλλον, προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον (91) μεγέθους καὶ ταπεινότητος, τὸν αὐτὸν πνεῦμα καὶ σάρκα· πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, σάρκα διὰ τὴν ἔπαρσιν· τὸ μὲν, ἵνα μένῃ, καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην· τὸ δὲ, ἵνα πάσχῃ, καὶ πάσχων (92) ὑπομιμνήσκηται, καὶ παιδεύηται τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος (93)· ζῶον ἐνταῦθα (94) οἰκονομούμενον, καὶ ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον, καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου, τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει θεούμενον. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐμοὶ φέρει τὸ μέτριον ἐνταῦθα φέγγος τῆς ἀληθείας, λαμπρότητα Θεοῦ καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν ἀξίαν τοῦ καὶ συνδήσαντος, καὶ λύσοντος, καὶ αὖθις συνδήσοντος (95) ὑψηλότερον.

Η'. Τοῦτον ἔθετο μὲν ἐν τῷ (96) παραδείσῳ, ὅστις ποτὲ ἦν ὁ παράδεισος οὗτος, τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας, ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἧττον ἢ τοῦ (97) παρασχόντος τὰ σπέρματα, φυτῶν ἀθανάτων γεωργὸν, θείων ἐννοιῶν ἴσως, τῶν τε ἁπλουστέρων, καὶ τῶν τελεωτέρων, γυμνὸν τῇ ἁπλότητι, καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος· τοιοῦτον γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς· καὶ δίδωσι νόμον, ὕλην τῷ αὐτεξουσίῳ. Ὁ δὲ νόμος ἦν, ἐντολὴ, ὧν τε μεταληπτέον αὐτῷ φυτῶν, καὶ οὗ μὴ προσαπτέον. Τὸ δὲ ἦν, τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, οὔτε φυτευθὲν ἀπ' ἀρχῆς κακῶς, οὔτε ἀπαγορευθὲν φθονερῶς (μὴ πεμπέτωσαν ἐκεῖ τὰς γλώσσας οἱ θεομάχοι, μηδὲ τὸν ὄφιν μιμείσθωσαν)· ἀλλὰ καλὸν μὲν εὐκαίρως μεταλαμβανόμενον (θεωρία [98] γὰρ ἦν τὸ φυτὸν, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία, ἧς μόνοις ἐπιβαίνειν [99] ἀσφαλὲς, τοῖς τὴν ἕξιν τελεωτέροις [1]),

[a] Gen. I, 27 ; II, 7. [b] Gen. II, 15 sqq.

(90) *Πνοὴν ἐνθεὶς*. Sic. Coisl. 1, Or. 1, Comb., etc. Sic etiam legit Bill. In Par. ed., ζωὴν ἐνθεὶς, « insita vita. »

(91) *Μέσον*. Sic. codd. Mendose in ed., μέσους.

(92) *Πάσχων*. Reg. ph, πάσχον.

(93) *Φιλοτιμούμενος*. Regg. bm, ph et Savil., φιλοτιμούμενον.

(94) *Ζῶον ἐνταῦθα*, etc. Id est, animal quod in hac vita, providentia, lege et consilio regatur, et ad aliam vitam transferatur.

(95) *Λύσοντος. . . συνδήσοντος*. Sic plures optimæ notæ codd. In ed., λύσαντος. . . συνδήσαντος.

(96) *Ἐν τῷ*. Sic Regg. bm, ph, Or. 1, etc. Deest τῷ in ed.

(97) *Ἢ τοῦ*. Comb., ἢ ἀπὸ τοῦ.

(98) *Θεωρία*. « Contemplatio. » Id est, inquit Nicetas, « altior quædam cognitio, iis conveniens, qui sensus exercitatos habent. »

(99) *Ἐπιβαίνειν*. Sic tres Regg. In ed., ἐπιβαίνει.

(1) *Τοῖς. . . τελεωτέροις*. Regg. bm, ph et Savil., τοὺς τελεωτέρους.

Digitized by Google

οὐ καλὸν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέρους· ὥσπερ οὐδὲ τροφὴ τελεία λυσιτελὴς τοῖς ἁπαλοῖς (2) ἔτι, καὶ δεομένοις γάλακτος. Ἐπεὶ δὲ φθόνῳ διαβόλου, καὶ γυναικὸς ἐπηρείᾳ, ἦν τε ἐπαθεν, ὡς ἁπαλωτέρα, καὶ ἦν προσήγαγεν, ὡς πιθανωτέρα (φεῦ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας! ἐμὴ γὰρ ἡ τοῦ προπάτορος), τῆς μὲν ἐντολῆς ἐπελάθετο τῆς δοθείσης, καὶ ἡττήθη τῆς μικρᾶς γεύσεως· ὁμοῦ δὲ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, καὶ τοῦ παραδείσου, καὶ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν κακίαν ἐξόριστος γίνεται, καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα, καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον· καὶ τοῦτο πρῶτον γινώσκει τὴν ἰδίαν αἰσχύνην, καὶ ἀπὸ Θεοῦ κρύπτεται. Κερδαίνω μέν τι κἀνταῦθα, τὸν θάνατον, καὶ τὸ διακοπῆναι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν. Καὶ γίνεται φιλανθρωπία, ἡ τιμωρία. Οὕτω γὰρ πείθομαι (3) κολάζειν Θεόν.

A cepta (contemplationis enim, ut ipse contemplando assequor, hæc arbor erat, ad quam iis solis tutus **851** est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt); haudquaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu avidiori præditis; quemadmodum nec perfectus ac solidus cibus iis conducit, qui tenera adhuc ætate sunt, lacteque opus habent. Postquam autem diaboli invidia, et fraude facta mulieri, quam, et ut mollior passa est, et, ut ad persuadendum accommodatior, admovit (o infirmitatem meam! meam enim duco primi parentis infirmitatem), accepti mandati oblitus, et huic gustui acerbo acquievit, tum simul et a ligno vitæ, et a paradiso, et ab ipso Deo propter peccatum expellitur, et pelliceas tunicas induit, hoc est, fortasse crassiorem carnem, et mortalem, ac refractariam; primumque turpitudinem suam agnoscit, et a Deo se abscondit[10]. Atque hic quoque tamen mortem, ac peccati præcisionem elucratur, ne malum immortale sit. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit. Sic enim Deum supplicia inferre censeo.

B

Θ'. Πολλοῖς δὲ παιδευθεὶς πρότερον ἀντι πολλῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ὧν ἡ τῆς κακίας ῥίζα ἐβλάστησε, κατὰ διαφόρους αἰτίας καὶ χρόνους, λόγῳ, νόμῳ, προφήταις, εὐεργεσίαις, ἀπειλαῖς, πληγαῖς, δδασιν, ἐμπρησμοῖς, πολέμοις, νίκαις, ἥτταις, σημείοις ἐξ οὐρανοῦ, σημείοις ἐξ ἀέρος, ἐκ γῆς, ἐκ θαλάττης, ἀνδρῶν, πόλεων, ἐθνῶν, ἀνελπίστοις μεταβολαῖς, ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σπουδαζόμενον ἦν· τέλος, ἰσχυροτέρου δεῖται φαρμάκου ἐπὶ δεινοτέροις τοῖς ἀῤῥωστήμασιν, ἀλληλοφονίαις, μοιχείαις, ἐπιορκίαις, ἀνδρομανίαις, τὸ πάντων ἔσχατον τῶν κακῶν καὶ πρῶτον, εἰδωλολατρίαις (4), καὶ τῇ μεταθέσει τῆς προσκυνήσεως ἀπὸ τοῦ πεποιηκότος ἐπὶ τὰ κτίσματα. Ταῦτα, ἐπειδὴ μείζονος ἐδεῖτο τοῦ βοηθήματος, μείζονος καὶ τυγχάνει. Τὸ δὲ ἦν, αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ προαιώνιος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχὴ, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου (5), ἡ μὴ (6) κινουμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος, ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χωρεῖ, καὶ σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, καὶ ψυχῇ νοερᾷ (7) διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων· καὶ πάντα γίνεται, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ἄνθρωπος· κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ Πνεύματι (ἔδει γὰρ, καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν προτιμηθῆναι), προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, σαρκὸς καὶ πνεύματος (8), ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. Ὦ τῆς καινῆς μίξεως! Ὦ τῆς παραδόξου κράσεως! Ὁ ὢν, γίνεται· καὶ ὁ

IX. Multis autem prius modis, propter multa peccata, quæ ex vitii radice pullularunt, secundum diversas causas et tempora castigatus, sermone, lege, prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, signis e cœlo, signis ex aere, ex terra, ex mari, hominum, urbium, gentium, insperatis mutationibus, quæ omnia eo tendebant, ut malitia contereretur; validiori tandem medicamento propter graviores morbos opus habere cœpit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, perjuria, præposteram libidinem, et, quod omnium malorum extremum ac primum est, idolorum cultum, adorationisque a Creatore ad creaturas translationem. Quæ, quoniam majus auxilium requirebant, majus etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei Filius, ille sæculis antiquior, ille invisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ et immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, carnemque carnis causa gerit, et cum intellectuali anima propter animam meam jungitur, ut simile per simile repurget, atque humana omnia, excepto peccato, suscipit; conceptus quidem ex Virgine, animo et carne a Spiritu præpurgata (nam et generationem honore affici, et virginitatem præferri **852** oportebat); progressus autem Deus cum assumpta humanitate, unum ex duobus inter se contrariis, carne nimirum et spiritu, quorum alte-

C

D

[10] Gen. III, 1 sqq.

(2) Ἁπαλοῖς. Sic quatuor Regg., sex Colb., etc. In ed., ἁπλοῖς, « simplicibus. »

(3) *Πείθομαι.* Comb., ἐγὼ πείθομαι.

(4) *Εἰδωλολατρίαις.* Reg. ph et Or. 1, εἰδωλολατρείαις.

(5) Ἀρχετύπου. Coisl. 1 addit, κάλλους, « pulchritudinis archetypi expressio. »

(6) Ἡ μὴ. Sic Regg. nm, pn et Savil. In ed., ἡ μή.

(7) *Καὶ ψυχῇ νοερᾷ.* Par., καὶ ψυχὴν νοεράν.

(8) *Σαρκὸς καὶ πνεύματος.* Optime Nicetas exponit: Ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος· « Cum divinitate et humanitate. »

Digitized by Google

rum deitatem dedit, alterum accepit. O novam et inauditam misturam! O admirandam temperationem! Qui est, fit: qui increatus est, creatur: qui nullo loco contineri potest, interventu animæ intellectualis, inter divinitatem carnisque crassitiem interjectæ, continetur. Qui alios ditat, pauper efficitur; carnis enim meæ paupertatem subit, ut ego deitatis ipsius opes consequar. Qui plenus est, exinanitur; sua enim gloria ad breve tempus exinanitur, ut plenitudinis ipsius ego particeps efficiar. Quænam hæ bonitatis divitiæ? Quodnam erga me mysterium? Divinam imaginem accepi, nec custodivi. Ille meam carnem accipit, ut et imagini salutem, et carni immortalitatem afferat; secundum consortium nobiscum init, et quidem priori longe admirabilius. Tum enim id quod præstantius erat, particeps ipse fit. Hoc priori illo divinius; hoc apud

X. Sed quorsum hæc, dicturus est fortasse quispiam ex his, qui majore erga festum studio ducuntur, fervidiorique animo præditi sunt? Equum ad metam stimula; de iisque, quæ hujus festi sunt, et ob quæ hic assidemus, orationem ad nos habe. Ita vero faciam, etsi paulo altius exorsus sum, sic nimirum et ratione et amore perpellentibus. Nec vero abs re, ut opinor, fuerit, studiosis et honesti cupidis hominibus de nomine ipso Paschæ quædam præfari. Id enim non contemnendum additamentum auribus fuerit. Hoc Pascha, hoc, inquam, magnum et venerandum, Phascha ab Hebræis juxta eorum linguam nominatur; quæ vox *transitum* sonat[11], historica quidem ratione, propter Israelitarum ex Ægypto in Chananæam regionem fugam et migrationem: sin autem spiritualem sensum spectemus, propter nostram ex his inferioribus ad superiora, atque ad promissionis terram progressionem et ascensum. Quod vero in permultis Scripturæ locis accidisse comperimus, **853** ut vocabula quædam ab obscuriori sensu ad apertiorem, atque ab duriori sono ad elegantiorem immutata sint, idem hic quoque contigisse animadvertimus. Quidam enim salutiferæ passionis nomen hoc esse arbitrati, ac deinde per litteræ φ in π, et χ in χ mu-

A ἄκτιστος, κτίζεται· καὶ ὁ ἀχώρητος, χωρεῖται, διὰ μέσης ψυχῆς νοερᾶς μεσιτευούσης θεότητι καὶ σαρκὸς παχύτητι· καὶ ὁ πλουτίζων, πτωχεύει· πτωχεύει γὰρ τὴν ἐμὴν σάρκα, ἵν' ἐγὼ πλουτήσω (9) τὴν αὐτοῦ θεότητα. Καὶ ὁ πλήρης, κενοῦται· κενοῦται γὰρ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἐπὶ μικρὸν (10), ἵν' ἐγὼ τῆς ἐκείνου μεταλάβω πληρώσεως (11). Τίς ὁ πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος; τί τὸ περὶ ἐμὲ τοῦτο μυστήριον; Μετέλαβον τῆς εἰκόνος, καὶ οὐκ ἐφύλαξα· μεταλαμβάνει τῆς ἐμῆς σαρκὸς, ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ, καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ. Δευτέραν (12) κοινωνεῖ κοινωνίαν, πολὺ τῆς προτέρας παραδοξοτέραν· ὅσῳ τότε μὲν τοῦ κρείττονος μετέδωκε, νῦν δὲ μεταλαμβάνει τοῦ χείρονος. Τοῦτο τοῦ προτέρου θεοειδέστερον· τοῦτο τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὑψηλότερον (13).

nobis impertiit; at nunc ejus, quod deterius est, cordatos viros multo sublimius.

B Ι'. Ἀλλὰ τί τούτων ἡμῖν, τάχα ἂν εἴποι τις τῶν λίαν φιλεόρτων καὶ θερμοτέρων; Κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν· τὰ τῆς ἑορτῆς ἡμῖν φιλοσόφει, καὶ οἷς προκαθεζόμεθα σήμερον. Τοῦτο δὴ καὶ ποιήσω, καὶ εἰ μικρὸν ἄνωθεν ἠρξάμην, οὕτω τοῦ λόγου καὶ τοῦ πόθου βιασαμένων (14). Οὐ χεῖρον δὲ ἴσως τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοκάλοις περὶ τῆς προσηγορίας αὐτῆς τοῦ Πάσχα βραχέα διαλαβεῖν (15). Γένοιτο γὰρ ἂν οὐ φαῦλον τοῦτο ταῖς ἀκοαῖς ἐπεισόδιον. Τὸ Πάσχα τοῦτο, τὸ μέγα τε καὶ σεβάσμιον, Φάσκα τοῖς Ἑβραίοις (16) προσαγορεύεται, κατὰ τὴν ἐκείνων φωνήν· δηλοῖ δὲ ἡ φωνὴ τὴν *διάβασιν*· ἱστορικῶς μὲν, διὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πρὸς τὴν Χαναναίαν φυγὴν καὶ (17) μετανάστασιν· πνευματικῶς δὲ, διὰ τὴν ἐκ τῶν κάτω πρὸς τὰ ἄνω, καὶ τὴν γῆν τῆς

C ἐπαγγελίας πρόοδον καὶ ἀνάβασιν. Ὅπερ δὲ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς συμβὰν εὕρομεν, ἀπὸ τῶν ἀσαφεστέρων μεταποιηθέντα τινὰ τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τὸ σαφέστερον, ἢ τῶν ἀγροικοτέρων (18) ἐπὶ τὸ εὐσχημονέστερον, τοῦτο κἀνταῦθα τεθεωρήκαμεν. Τοῦ γὰρ σωτηρίου πάθους ὄνομα (19) τοῦτο εἶναί τινες νομίσαντες, εἶτα ἐξελληνίζοντες (20) τὴν φωνὴν, κατὰ τὴν τοῦ *φῖ* πρὸς τὸ *πῖ*, καὶ τοῦ *κάππα* πρὸς τὸ *χῖ* μεταποίησιν, *Πάσχα* τὴν ἡμέραν προσηγορεύκασιν. Παραλαβοῦσα δὲ ἡ συνήθεια τὴν φωνὴν, ἰσχυροτέραν

[11] Exod. XII, 11.

(9) *Πλουτήσω*. Reg. ph, πλουτίσω.

(10) *Ἐπὶ μικρόν*. « Parumper, tantillum, paululum sua majestate exinanitur, » nempe per Incarnationem.

(11) *Πληρώσεως*. Reg. d, πληρότητος.

(12) *Δευτέραν*. Sic Regg. bm, ph, Savil., etc. In ed., δευτέρου.

(13) *Ὑψηλότερον*. Hic desinunt, quæ ex or. XXXVIII mutuata superius notavimus.

(14) *Ἀλλὰ τί τούτων. . . . βιασαμένων*. Hæc et interjecta rursus desumpta ex or. XXXVIII sub finem n. 10. Par., Ἀλλὰ τί τοῦτο.

(15) *Διαλαβεῖν*. Reg. bm, προδιαλαβεῖν.

(16) *Φάσκα τοῖς Ἑβραίοις*. Sic tres Regg., tres Colb. et Jes. Quam lectionem, ex sequentibus, genuinam arbitramur. Hebræi namque hoc festum nuncupabant, פסח, id est, « Phesach, Phase, Phascha. » Græce, διάβασις· Latine, *transitus*. In ed., Πάσχα τοῖς Ἑβραίοις.

D (17) *Φυγὴν καί*. Savil., φυγήν τε καί.

(18) *Ἀγροικοτέρων*. Sic codd. In ed., ἀγροικωτέρων.

(19) *Πάθους ὄνομα*, etc. Vox « Pascha » ab Hebræo nomine פסח, « Phase, » seu « Phascha, » id est *transitus*, derivatur. Apud Græcos, longius aberrarunt, qui linguæ Hebraicæ imperiti, vocem Φάσκα, a verbo Græco πάσχειν, *pati*, deduxerunt. Hinc Gregorius dicit: « Per litteræ φ in π, et χ in χ mutationem, hanc vocem ad linguam Græcam accommodantes, hanc diem Pascha nominarunt. » Clarior autem fuisset hic locus, si Theologus dixisset: « Per litteræ פ in π, et ח in χ mutationem, hanc vocem, פסח, ad linguam Græcam accommodantes, » etc.

(20) *Ἐξελληνίζοντες*. In nonnullis, Ἑλληνίσαντες.

Digitized by Google

ἐποίησε, προστρεχούσης τῆς τῶν πολλῶν ἀκοῆς, ὡς εὐσεβεστέρῳ τῷ ῥήματι.

hæc vox postea consuetudine atque usu confirmata pium, calculo suo comprobante.

ΙΑ'. Πάντα μὲν οὖν τὸν νόμον, σκιὰν εἶναι τῶν μελλόντων καὶ νοουμένων, ὁ θεῖος Ἀπόστολος πρὸ ἡμῶν ἀπεφήνατο. Καὶ ὁ χρηματίσας πρὸ τούτου τῷ Μωϋσεῖ Θεὸς, ἡνίκα περὶ τούτων ἐνομοθέτει· *Ὅρα* γὰρ, φησὶ, *ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει* · σκιαγραφίαν τινὰ καὶ προχάραγμα τῶν ἀοράτων παραδεικνὺς τὰ ὁρώμενα. Καὶ πείθομαι, μηδὲν εἰκῇ, μηδὲ ἀλογίστως, μηδὲ χαμερπῶς τούτων (21) διατετάχθαι, μηδὲ ἀναξίως τῆς τοῦ Θεοῦ νομοθεσίας, καὶ τῆς Μωϋσέως ὑπουργίας· εἰ καὶ χαλεπὸν ἑκάστῳ τῶν σκιῶν, ἑκάστην ἐφευρεῖν θεωρίαν εἰς λεπτὸν (22) καταβαίνοντα, ὅσα τε περὶ τῆς σκηνῆς αὐτῆς, καὶ μέτρων (23), καὶ ὕλης, καὶ τῶν αἰρόντων ταῦτα Λευιτῶν τε καὶ λειτουργῶν, ὅσα τε περὶ θυσιῶν, καὶ καθάρσιων, καὶ ἀφαιρεμάτων (24) νενομοθέτηται· καὶ μόνοις εἶναι θεωρητὰ τοῖς κατὰ Μωϋσέα τὴν ἀρετὴν, ἢ ὅτι ἐγγυτάτω τῆς ἐκείνου παιδεύσεως. Ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὄρει Θεὸς ἀνθρώποις φαντάζεται, τὸ μέν τι καταβαίνων αὐτὸς τῆς (25) οἰκείας περιωπῆς, τὸ δὲ ἡμᾶς ἀνάγων ἐκ τῆς κάτωθεν (26) ταπεινώσεως, ἵνα χωρηθῇ μετρίως γοῦν θνητῇ φύσει (27), καὶ ὅσον ἀσφαλὲς, ὁ ἀχώρητος. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως ἐν περινοίᾳ Θεοῦ γενέσθαι σώματος ὑλικοῦ καὶ δεσμίου νοῦ πάχος μὴ βοηθούμενον. Τότε τοίνυν, οὐ πάντες τῆς αὐτῆς ἀξιωθέντες φαίνονται τάξεώς τε καὶ στάσεως· ἀλλ' ὁ μὲν τῆς, ὁ δὲ τῆς, πρὸς μέτρον, οἶμαι, τῆς ἑαυτοῦ καθάρσεως ἕκαστος· οἱ δὲ καὶ παντάπασιν ἀπεληλαμένοι, καὶ μόνης ἀκούειν τῆς ἄνωθεν φωνῆς συγχωρούμενοι, ὅσοι θηριώδεις τὸν τρόπον, καὶ θείων μυστηρίων ἀνάξιοι.

XI. Enimvero legem universam, futurorum, atque eorum, quæ animo et ratione intelliguntur, umbram fuisse, divinus Apostolus ante nos pronuntiavit [12]. Ac Deus etiam, qui Moysi ante oracula edidit, cum de his rebus leges illi præscriberet : *Vide*, inquit, *ut omnia facias juxta exemplar, quod tibi in monte ostensum est* [13]; ea nimirum, quæ aspectu sentiuntur, quasi adumbrationem quamdam et delineationem earum rerum, quæ oculorum sensum fugiunt, esse ostendens. Atque illud persuasum habeo, nihil temere, nec inconsiderate, nihil humiliter atque abjecte, nihil denique Deo legislatore ac ministro Moyse parum dignum, indictum atque constitutum esse; tametsi difficile factu sit, ut suam cuique umbræ ac figuræ allegoriam excogitemus, minutatim ad singula descendentes, quæ tum de arca ipsa et mensuris et materia et Levitis ac ministris eam gestantibus; tum etiam de sacrificiis et lustrationibus atque oblationibus lege sancita sunt : quæ quidem iis solis conspicua sunt, qui virtute Moysem referunt, vel ad ejus eruditionem proxime accedunt. Nam in ipso quoque monte Deus hominibus apparet, partim de specula sua ipse nonnihil descendens, partim nos ex terrena depressione in altum evehens, ut a mortali natura leviter saltem, et quatenus tutum est, incomprehensibilis ille concipiatur. Neque enim aliter terreni corporis ac mentis vinctæ crassities Deum concipere potest, nisi divinitus adjuvetur. Tunc igitur, non eodem statu atque ordine omnes dignos habitos fuisse constat; verum hunc alio, illum alio, unumquemque, ut opinor, pro purgationis suæ modo ac ipsisque vocis ex alto duntaxat audiendæ potestas divinisque mysteriis indigni.

ΙΒ'. Ὅμως δὲ μέσην χωροῦντες ἡμεῖς τῶν τε πάντη παχυτέρων τὴν διάνοιαν, καὶ τῶν ἄγαν θεωρητικῶν (28) τε καὶ ἀνηγμένων, ἵνα μήτε παντελῶς ἀργοὶ καὶ ἀκίνητοι μένωμεν, μήτε περιεργότεροι τοῦ δέοντος ὦμεν, καὶ τῶν προκειμένων ἐκπτωτοι καὶ ἀλλότριοι (τὸ μὲν γὰρ Ἰουδαϊκόν πως καὶ ταπεινὸν, τὸ δὲ ὀνειροκριτικὸν, καὶ ὁμοίως ἀμφότερα κατεγνωσμένα)· οὕτω περὶ τούτων διαλεξόμεθα, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, καὶ οὐ λίαν ἔκτοπον, οὐδὲ τοῖς πολλοῖς καταγέλαστον. Ἡγούμεθα (29) γὰρ, ἐπειδὴ πεσόντας

XII. Nos tamen media quadam via inter eos, qui crassiore omnino ingenio sunt, et eos, qui nimio contemplationis et anagogiæ studio ducuntur, incedentes, ut nec prorsus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus, quam par sit, atque a proposito argumento excidamus et evagemur (alterum enim Judaicum quodammodo et abjectum, alterum ineptum et somniorum conjectore dignum est, ac utrumque parem reprehensionem meretur); ad hunc modum de his rebus, pro virium

[12] Colos. II, 17. [13] Exod. XXV, 40.

(21) *Χαμερπῶς τούτων*. Sic Regg. bm, ph, aliique plures, decem Colb., etc. Deest τούτων in ed.

(22) *Εἰς λεπτόν*, etc. « Minutatim ad singula descendentes. » Billius : « subtiliter ad ea omnia descendentes. »

(23) *Μέτρων*. « De mensuris, dimensionibus. » Bill. : « de modo. »

(24) *Ἀφαιρεμάτων*. « De subductis victimarum partibus, et sacerdoti ascriptis. »

(25) *Τῆς*. In quibusdam, ἐκ τῆς.

(26) *Κάτωθεν*. In nonnullis, κάτω.

(27) *Θνητῇ φύσει*. « A mortali natura. » Quidam codd., γεννητῇ φύσει, « a creata natura. » Sic legit Billius.

(28) *Ἄγαν θεωρητικῶν*, etc. Combefisius hunc locum ex Budæo sic reddit : « Qui valde spirituales sunt, provectique animi, altissimos ex Scripturis sensus eliciunt. »

(29) *Ἡγούμεθα*, etc. « Difficilis et obscura, » inquit Nicetas, « hujus loci videtur esse sententia, quia longis hyperbatis concisa est hæc periodus. Hunc autem sensum habet. Existimamus, inquit, quoniam usque ad idololatriam prolapsi fueramus, atque excitari nos erigique oportebat, idcirco nobis

Digitized by Google

nostrarum modulo, non nimis absurde nec ridicule disseremus. Ita enim existimamus : quandoquidem nos per peccatum ab initio lapsi, atque voluptatis illecebra usque ad idolorum cultum ac nefarios cruores subrepti fueramus, per viscera misericordiæ Dei Patris nostri, qui hominis, tanti manus suæ opificii, jacturam facere non sustinuit, revocari ac in pristinum statum restitui oportebat. Quonam igitur pacto illum reformari, quidve fieri? Negligi quidem acriorem medicinam, utpote ad persuadendum minus idoneam, et quæ, ob diuturniorem animi tumorem, excæcare possit, leni autem ac benigno medicamine procurari, ut erigeretur. Neque enim plantam incurvam, subitam inflexionem, manusque erigentis violentiam ferre (sic enim potius fore, ut lædatur atque infringatur, quam ut erigatur), nec equum præferocem, ac jam ætate aliquanto provectiorem, freni tyrannidem perferre, nisi blanda quadam et adulabunda manu permulceatur. Propterea nobis, adjumenti causa, lex datur, velut maceria quædam, inter Deum atque idola interjecta, ab his quidem nos abducens, ad illum autem revocans. Ac paululum quiddam primo indulget, ut majus accipiat. Sacrificia ad tempus concedit, ut Deum in nobis inserat; ac postea, cum commodum fuerit, ipsa quoque sacrificia de medio tollat, mira sapientia per tacitas subtractiones animos nostros sensim immutans, **855** atque ad Evangelium traducens, jam ad obediendum exercitatos et assuefactos.

A ἡμᾶς ἐκ τῆς ἁμαρτίας τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ διὰ τῆς ἡδονῆς κλαπέντας μέχρις εἰδωλολατρείας, καὶ τῶν ἀθέσμων αἱμάτων, ἕδει πάλιν ἀνακληθῆναι, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπαναχθῆναι, διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, οὐκ ἀνασχομένου ζημιωθῆναι τοσοῦτον ἔργον τῆς οἰκείας χειρὸς τὸν ἄνθρωπον. Πῶς οὖν ἀναπλασθῆναι, καὶ τί γενέσθαι; Τὸ μὲν σφοδρὸν τῆς ἰατρείας (30) ἀποδοκιμασθῆναι, ὡς οὔτε πεῖσον, καὶ προσπλῆξαι δυνάμενον, διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου φυσίωσιν, τῷ δὲ ἡμέρῳ καὶ φιλανθρώπῳ τῆς θεραπείας οἰκονομηθῆναι πρὸς ἐπανόρθωσιν. Μηδὲ γὰρ ἂν (31) πτόρθον λοξὸν ἐνεγκεῖν ἀθρόαν μετάκλισιν (32) καὶ βίαν χειρὸς ἀπευθυνούσης (θᾶττον μέν τ' ἂν πληγῆναι, ἢ ὀρθωθῆναι), μήτε ἵππον (33) θερμὸν καὶ ὑπερήλικα χαλινοῦ τυραννίδα, δίχα τινὸς κολακείας καὶ ποππυσμάτων. Διὰ τοῦτο δίδοται νόμος ἡμῖν εἰς βοήθειαν, οἷόν τι διατείχισμα, μέσον Θεοῦ καὶ εἰδώλων, τῶν μὲν ἀπάγων ἡμᾶς, πρὸς δὲ τὸν ἐπανάγων. Καὶ συγχωρεῖ τι μικρὸν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα τὸ μεῖζον λάβῃ. Συγχωρεῖ τὰς θυσίας τέως, ἵν' ἐγκαταστήσῃ (34) Θεόν· ἔπειτα, ἡνίκα καιρὸς, καταλύσῃ καὶ τὰς θυσίας, σοφῶς ὑπαλλάττων ἡμᾶς ταῖς κατὰ μικρὸν ὑφαιρέσεσι (35), καὶ μετάγων ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἤδη γεγυμνασμένους πρὸς εὐπείθειαν.

B

XIII. Sic igitur atque his de causis, lex scripta introducta est, ad Christum nos deducens ; atque hæc, ut mea fert sententia, sacrificiorum est ratio. Ut autem sapientiæ Dei profunditatem, atque impervestigabilium ipsius judiciorum divitias intelligas, ne ea quidem mysterii prorsus expertia et inutilia, et in nudo ac simplici sanguine defixa reliquit : verum magna illa, et, quantum ad primam naturam, immactabilis, ut ita loquar, victima, legalibus sacrificiis immista est; illa, inquam, non exiguæ cujusdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, sed totius mundi nunquam intermoritura expiatio. Proinde agnus quidem accipitur [14], propter innocentiam veterisque nuditatis indumentum. Talis enim est victima illa pro nobis cæsa, quæ incorruptionis indumentum, ut revera est, appellatur.

C

ΙΓ'. Οὕτω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα, εἰσῆλθεν ὁ γραπτὸς νόμος, συνάγων ἡμᾶς εἰς Χριστὸν, καὶ οὗτος τῶν θυσιῶν ὁ λόγος, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος (36). Ὡς ἂν δὲ τὸ τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοῇς, καὶ τὸν πλοῦτον τῶν ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων, οὐδὲ ταύτας παντελῶς ἀνιέρους ἀφῆκεν, οὐδὲ ἀσυντελεῖς, οὐδὲ μέχρι ψιλοῦ προϊούσας τοῦ αἵματος· ἀλλὰ τὸ μέγα (37) καὶ ἄθυτον ἱερεῖον, ἵν' οὕτως εἴπω, ὅσον ἐπὶ τῇ πρώτῃ φύσει, ταῖς νομικαῖς θυσίαις ἐγκαταμέμικται. καὶ οὐ μικροῦ μέρους τῆς οἰκουμένης, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον, ἀλλὰ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ διαιωνίζον καθάρσιον. Διὰ (38) τοῦτο λαμβάνεται πρόβατον μὲν, διὰ τὴν ἀκακίαν, καὶ τὸ ἔνδυμα τῆς ἀρχαίας γυμνώσεως. Τοιοῦτον γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν σφάγιον, ἔνδυμα ἀφθαρσίας, καὶ ὄν, καὶ (39) καλούμενον. Τέλειον δὲ, οὐ διὰ τὴν θεότητα μόνον, ἧς οὐδὲν τελειότερον (40), ἀλλὰ

D

[14] Exod. xii, 3 sqq.

veterem legem datam esse, cum alia multa præcepta, quæ nos ab idolorum cultu abducebant, complectentem, tum ea etiam, quæ ad sacrificiorum rationem pertinebant, » etc. Billii vero interpretatione omnia disturbantur. Sic enim vertit : « Quandoquidem enim nos, ab initio per peccatum lapsos, atque a voluptate usque ad idolorum cultum ac nefarios cruores, subreptos et circumscriptos, propter viscera misericordiæ Dei Patris nostri, tanti manus suæ opificii, hoc est, hominis, jacturam facere non sustinentis, revocari, atque in veterem statum restitui oportebat, hanc in eo instaurando rationem initam esse existimamus, ut, acriore atque asperiore medicina improbata (ut quæ non modo fidem factura, sed, propter contractum temporis diuturnitate tumorem, fortasse etiam morbum exulceratura esset), leni ac facili medicamenti genere ipsius resipiscentia procuraretur : neque enim, » etc.

(30) *Ἰατρείας.* Coisl. 1 addit, τέως, « interim. »
(31) *Ἂν.* Deest in Or. 1.
(32) *Μετάκλισιν.* Sic Reg. ph, octo Colb., Par., etc. « Inflexionem in alteram partem. » In ed. vero, μετάκλησιν, « accitum. »
(33) *Μήτε ἵππον.* Sic Reg. ph, tres Colb., etc. In Par. ed., μήτε ἵππου.
(34) *Ἵν' ἐγκαταστήσῃ.* Comb. : « ut Deum constituat, ut Dei sensum religionemque statuat. »
(35) *Ὑφαιρέσεσι.* Coisl. 1 addit, καὶ ὑφέσεσι, « subtractiones et imminutiones. »
(36) *Ὡς ὁ ἐμὸς λόγος.* Hæc desunt in Or. 1.
(37) *Ἀλλὰ τὸ μέγα,* etc. Vide Arnaud in hanc orationem, *De perpetua Ecclesiæ fide circa Eucharistiam*, tom. II, lib. VI, cap. 10, pag. 673.
(38) *Διά.* Or. 1, Καὶ διά.
(39) *Καί.* Or. 1 addit. ἀεί, « semper. »
(40) *Τελεώτερον.* Reg. bm, τελειότερον.

Digitized by Google

καὶ διὰ τὴν πρόσληψιν τὴν χρισθεῖσαν θεότητι, καὶ γενομένην ὅπερ τὸ χρῖσαν (41), καὶ θαῤῥῶ λέγειν, ὁμόθεον. Ἄῤῥεν δὲ, ὡς ὑπὲρ (42) τοῦ Ἀδὰμ προσαγόμενον, μᾶλλον δὲ τοῦ (43) στερῤῥοῦ τὸ στερῤῥότερον, τοῦ πρώτου πεσόντος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ὅτι μάλιστα μηδὲν θῆλυ, μηδὲ ἀνανδρον ἐν ἑαυτῷ φέρον· ἀλλὰ καὶ ἐκραγὲν βίᾳ (44) δεσμῶν παρθενικῶν τε καὶ μητρικῶν, κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν, καὶ τεχθὲν ἄρσεν ἐκ τῆς προφήτιδος, ὡς Ἡσαΐας εὐαγγελίζεται. Ἐνιαύσιον δὲ, ὡς ἥλιον δικαιοσύνης, ἢ ἐκεῖθεν ὁρμώμενον, ἢ τῷ ὁρωμένῳ (45) περίγραπτον, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφοντα (46)· στέφανόν τε χρηστότητος εὐλογούμενον, καὶ πανταχόθεν ἴσον ἑαυτῷ καὶ ὅμοιον· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὡς ζωογονοῦν (47) τὸν τῶν ἀρετῶν (48) κύκλον, ἡπίως ἐπιμιγνυμένων καὶ κιρναμένων ἀλλήλαις, νόμῳ φιλίας καὶ τάξεως. Ἄμωμον δὲ καὶ ἀκίβδηλον, ὡς θεραπευτικὸν μώμων, καὶ τῶν ἀπὸ κακίας ἐλαττωμάτων καὶ μολυσμάτων. Εἰ γὰρ καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν, ἀλλ' οὐκ αὐτός τι πέπονθε τῶν θεραπείας ἀξίων. Ἐπειράσθη μὲν γὰρ κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα τὴν ἡμετέραν, χωρὶς ἁμαρτίας δέ. Ὁ γὰρ διώξας τὸ φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ φῶς, οὐ κατέλαβεν.

A Perfectus autem, non modo propter divinitatem, qua nihil perfectius, sed etiam propter humanitatem divinitate unctam, idemque effectam, quod id a quo uncta est, atque, ut audacter loquar, ὁμόθεον, id est, *simul Deum*. Masculus autem, ut qui pro Adamo potissimum offeratur, verum illo firmo firmior, cum ille primus in peccatum lapsus sit; atque imprimis quod nihil muliebre, nihil molle atque effeminatum gestet; verum e virgineis et maternis vinculis pro potestate ac vi eruperit, et masculus, ut annuntiat Isaias [15], ex prophetissa natus sit. Anniculus porro, ut sol justitiæ, vel e cœlo progrediens, vel, quantum ad partem eam, quæ oculis cernitur, circumscriptus ac definitus, et ad seipsum rediens: atque item ut benignitatis corona benedicta [16], omnique ex parte sibi similis et æqualis: ac
B præterea ut virtutum, quæ amicitiæ ordinisque lege leniter placideque inter se conjunguntur et commiscentur, orbem progignens. Immaculatus insuper et incorruptus, ut qui nævos, et vitia, et sordes a peccato manantes, curet. Quamvis enim peccata nostra susceperit, et morbos portaverit [17], ipse tamen nihil eorum, quæ **856** curationis indigent, perpessus est. Tentatus est enim per omnia pro similitudine nostra, cæterum absque peccato [18]. Ille enim, qui lucem in tenebris lucentem [19] persecutus est, eam haudquaquam comprehendit.

ΙΔ'. Τί ἔτι; Μὴν μὲν εἰσάγεται πρῶτος, μᾶλλον
C δὲ, ἀρχὴ μηνῶν· εἴτε τις τοῦτο παρ' Ἑβραίοις ὢν ἀπ' ἀρχῆς, εἴτε ὕστερον ἐντεῦθεν γενόμενος, καὶ παρὰ τοῦ μυστηρίου τὸ εἶναι πρῶτος λαβών. Τῇ δεκάτῃ δὲ τοῦ μηνός· οὗτος γὰρ ἀριθμῶν πληρέστατος, ἐκ μονάδων πρώτη μονὰς τελεία, καὶ γεννητικὴ τελειότητος. Διατηρεῖται δὲ εἰς πέμπτην ἡμέραν, ἴσως ὅτι καθαρτικὸν αἰσθήσεων τὸ ἐμὸν θῦμα, ἐξ ὧν τὸ πταίειν, καὶ περὶ ἃς ὁ πόλεμος, εἰσδεχομένας τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας. Ἐκλέγεται δὲ, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀρνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ χείρονος εἴδους, καὶ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς τῶν ἐρίφων, ὅτι μὴ ὑπὲρ τῶν δικαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ (49) τῶν ἁμαρτωλῶν σφαγιάζεται· τάχα δὲ ὑπὲρ τούτων καὶ πλέον, ὅσῳ καὶ μείζονος χρῄζομεν τῆς φιλανθρωπίας. Θαυμαστὸν δὲ
D οὐδὲν, εἰ μάλιστα μὲν κατ' οἶκον ἕκαστον ἐπιζητεῖται τὸ πρόβατον, εἰ δὲ μὴ, καὶ κατ' οἴκους πατριῶν, διὰ πενίαν ἐρανιζόμενον· ἐπειδὴ κράτιστον, μάλιστα μὲν αὐτὸν ἕκαστον ἀρκεῖν ἑαυτῷ πρὸς τελείωσιν, καὶ θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν προσάγειν τῷ καλοῦντι (50) Θεῷ, πάντοτε καὶ διὰ πάντων καθιερούμενον· εἰ δὲ μὴ,

XIV. Quid præterea? Mensis quidem primus, vel mensium potius principium inducitur [20]; sive quispiam ab initio apud Hebræos id fuerit, sive ex ea re postea factus sit, atque ab hoc mysterio hoc acceperit, ut princeps esset. Decima autem mensis: quia hic numerus omnium absolutissimus, nimirum ex unitatibus unitas prima perfecta, et perfectionis parens. Asservatur porro in quintum diem, fortasse quia victima mea id habet, ut sensus expurget, a quibus peccatum oritur, et circa quos bellum committitur, utpote peccati aculeum admittentes. Deligitur autem, non solum ex agnis [21], sed etiam ex deteriori genere, ex hædis scilicet, qui sinistra manu sunt [22]; quia non pro justis duntaxat, sed etiam pro peccatoribus mactatur; ac fortasse ipsorum potius causa, quandoquidem majori misericordia opus habemus. Illud autem minime mirandum est, quod maxime quidem per singulas domos ovis requiritur; sin minus, at certe per domos familiarum ob paupertatem erogatus: quandoquidem optimum est, potissimum quidem sibi quemque ad per-

[15] Isa. VIII, 3. [16] Psal. LXIV, 12. [17] Isa. LIII, 4. sqq. [18] ibid. 5. [19] Matth. XXV, 33. [20] Hebr. IV, 15. [21] Joan. I, 5. [22] Exod. XII, 2

(41) *Χρῖσαν*. Sic Regg. bm, ph, Coisl. 2, etc. Mendose in Par. ed., χρῖζαν.

(42) *Ὡς ὑπέρ*. Sic Regg. bm, pn, aliique plures. Sic etiam legit Billius. Prave in ed., ὥσπερ.

(43) *Μᾶλλον δὲ τοῦ*. Regg. bm, ph, etc., μάλιστα τοῦ.

(44) *Καὶ ἐκραγὲν βίᾳ*. « Vi eruperit, » id est, « vi naturæ illata, illæsa matris virginitate. » Bill. « violenter eruperit. »

(45) *Ὁρωμένῳ*. Sic Regg. c, d, ph, tres Colb., Coisl. 2, Jes. Sic etiam legit Billius. In ed., ὁρμωμένῳ, « a progrediente descriptus. »

(46) *Ἐπιστρέφοντα*, etc. In nonnullis codd., ἐπιστρέφων, στέφανος..... εὐλογούμενος..... ἴσος..... ὅμοιος, etc.

(47) *Ζωογονοῦν*. « Vitali fetu progignens. » Quinque Regg., ζωογονῶν.

(48) *Ἀρετῶν*. Coisl. 1, ὡρῶν, « anni temporum, » quæ inter se leniter commiscentur. Neque enim subita ab uno contrario ad alterum fit mutatio; nec, ut observat Nicetas, qui hunc etiam locum « de virtutibus » exponit, statim ab æstate ad hiemem transimus.

(49) *Καί*. Savilius addit, ὑπέρ.

(50) *Καλοῦντι*. Hervag., ζῶντι, « viventi. »

Digitized by Google

fectionem sufficere, seseque hostiam sanctam viventem vocanti Deo offerre, atque ejusmodi, quæ semper, et per omnia consecretur : sin id non datur, eorum saltem opera et adjumento ad eam rem uti, qui virtute nobis consanguinei sunt, moribusque persimiles. Hoc enim mihi significare videtur, quod vicinos sacrificii participes fieri Deus præcipit, si ita opus fuerit.

καὶ συνεργοῖς εἰς τοῦτο κεχρῆσθαι, τοῖς κατ' ἀρετὴν ὁμογενέσι καὶ ὁμοτρόποις (51). Τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ βούλεσθαι, τὸ κοινωνεῖν τοῖς ἐγγιστα τοῦ θύματος, εἰ δεήσειεν.

XV. Hinc sacra nox, noctisque hujus, qua præsens vita suffunditur, inimica, in qua primigenæ tenebræ depelluntur, atque omnia in lucem et ordinem formamque prodeunt, ac confusio ea, quæ prius vigebat, ornatum accipit. Hinc Ægyptum fugimus, hoc est, triste nosque persequens peccatum, ac Pharaonem invisibilem tyrannum, et sævos operum præfectos, ad supernum mundum migrantes : ac luto et conficiendorum laterum labore liberamur, **857** paleari nimirum et instabili carnis hujus constitutione, quæ ne acerosis quidem rationibus in multis validior est. Hinc agnus mactatur, atque actio et contemplatio, seu habitus et actus, pretioso sanguine signantur ; nam hi ostiorum nostrorum postes sunt, hoc est, mentis agitationum et dogmatum, quæ ex contemplatione recte aperiuntur atque clauduntur, quandoquidem comprehensionum quoque modus quidam est. Hinc postrema, et persecutoribus gravissima plaga, nocteque profecto digna : ac cogitationum suarum actionumque primogenita luget Ægyptus (quod et semen Chaldaicum sublatum atque oppressum Scriptura vocat [23], et puerulos Babylonios ad petram allisos [24] et solutos), atque clamore et vociferatione apud Ægyptios omnia personant : ac tum a nobis illorum exterminator secedet, unctionis metu ac reverentia. Hinc fermentum septem dierum spatio [25] submovetur (hic enim numerus omnium maxime mysticus, atque huic mundo consociatus), hoc est, vetus et acida pravitas (non enim illud, quod panem efficit ac vitale est) ; ut ne quod Ægyptiacæ conspersionis viaticum [26], nec ullas Pharisaicæ et impiæ doctrinæ [27] reliquias nobis paremus.

IE'. Ἐντεῦθεν ἡ ἱερὰ νὺξ (52), καὶ τοῦ παρόντος βίου τῆς κεχυμένης, τῆσδε νυκτὸς ἀντίπαλος, καθ' ἣν τὸ πρωτόγονον λύεται σκότος, καὶ εἰς φῶς ἅπαντα, καὶ τάξιν, καὶ εἶδος ἔρχεται, καὶ κόσμον ἡ πρὶν ἀκοσμία λαμβάνει. Ἐντεῦθεν Αἴγυπτον φεύγομεν, τὴν σκυθρωπὴν καὶ διώκτριαν ἁμαρτίαν, καὶ Φαραὼ τὸν ἀόρατον τύραννον, καὶ τοὺς πικροὺς ἐργοδότας, πρὸς τὸν ἄνω μετασκευαζόμενοι κόσμον· καὶ τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς πλινθείας ἐλευθερούμεθα, τῆς τε τοῦ ἀχύρου (53) καὶ σφαλερᾶς τοῦ σαρκίου τοῦδε συστάσεως, καὶ μηδ' ὅσον ἀχυρώδεσι λογισμοῖς ἐπὶ τῶν πολλῶν κρατουμένης. Ἐντεῦθεν ὁ ἀμνὸς σφαγιάζεται, καὶ σφραγίζονται τῷ τιμίῳ αἵματι πρᾶξις καὶ λόγος (54), εἴτουν ἕξις καὶ ἐνέργεια, αἱ τῶν ἡμετέρων θυρῶν παραστάτιδες (55), λέγω δὴ τῶν τοῦ νοῦ κινημάτων (56) τε καὶ δογμάτων, καλῶς ἀνοιγομένων καὶ κλειομένων ἐκ θεωρίας, ἐπειδὴ μέτρον ἐστί τι καὶ καταλήψεων. Ἐντεῦθεν ἡ τελευταία καὶ βαρυτάτη τοῖς διώκταις πληγὴ, καὶ νυκτὸς ὄντως ἀξία· καὶ θρηνεῖ τὰ πρωτότοκα τῶν οἰκείων λογισμῶν καὶ πράξεων Αἴγυπτος (ὃ καὶ σπέρμα Χαλδαϊκὸν ἐξαιρόμενον (57) τῇ Γραφῇ καλεῖται, καὶ νήπια Βαβυλώνια τῇ πέτρᾳ προσκροτούμενα [58] καὶ λυόμενα), καὶ βοῆς πάντα μεστὰ καὶ κραυγῆς Αἰγυπτίοις (59)· καὶ ἡμῶν ἀποχωρήσει τηνικαῦτα ὁ ἐκείνων ὀλοθρευτὴς, αἰδοῖ καὶ φόβῳ τοῦ χρίσματος. Ἐντεῦθεν ἄρσις τῆς ζύμης ἑπταήμερος (οὗτος γὰρ μυστικώτατος ἀριθμῶν, καὶ τῷ κόσμῳ τούτῳ σύστοιχος [60]), τῆς παλαιᾶς καὶ ὀξώδους κακίας (οὐ γὰρ τῆς ἀρτοποιοῦ τε καὶ ζωτικῆς)· ἵνα μηδὲν Αἰγύπτιον ἐπισιτιζώμεθα φύραμα, καὶ λείψανον Φαρισαϊκῆς καὶ ἀθέου διδασκαλίας.

XVI. Atque illi quidem lugeant : nos autem agnum comedamus ; ad vesperam quidem [28], quoniam in sæculorum fine Christi passio contigit ; siquidem vespere quandoque, peccati videlicet caliginem discutiens, discipulis sacramentum impertitur. Non elixum autem, sed tostum [29] ; ut ne quid specula-

IϚ'. Καὶ οἱ μὲν θρηνείτωσαν· ἡμῖν δὲ ὁ ἀμνὸς βρωθήσεται· τὸ πρὸς ἑσπέραν μὲν, ὅτι ἐπὶ (61) συντελείᾳ τῶν αἰώνων τὸ Χριστοῦ πάθος· ἐπεὶ (62) καὶ κοινωνεῖ τοῦ μυστηρίου (63) τοῖς μαθηταῖς ἐν ἑσπέρᾳ, λύων τὸν σκότον τῆς ἁμαρτίας. Οὐχ ἑψόμενος δὲ, ἀλλ' ὀπτώμενος· ὡς ἂν μηδὲν ἀθεώρητον, μηδ' ὑδα-

[23] Judith v, 6. [24] Psal. cxxxvi, 8, 9. [25] Exod. xii, 19. [26] ibid. [27] Matth. xvi, 6. [28] Exod. xii, 18. [29] ibid. 9.

(51) *Ὁμοτρόποις*. Or. 1, ὁμοιοτρόποις.

(52) *Ἡ ἱερὰ νύξ*, etc. Bill. : « sacra nox, et præsentis vitæ, hoc est, suffusæ hujus noctis, inimica, » etc. Hac interpretatione vir doctus non satis Gregorii mentem aperit. Magnum discrimen reperitur inter præsentem vitam, et tenebras quibus præsens vita suffunditur. « Nox sacra, » de qua agitur, inimica quidem est tenebrarum, vitii, peccati, ignorantiæ, quæ vitam nostram obsident ; sed ipsius præsentis vitæ multum amica est.

(53) *Τῆς τε τοῦ ἀχύρου*, etc. « Atque his paleis, et levi, straminea, lubricaque infidæ carnis hujus constitutione, » etc.

(54) *Καὶ λόγος*. « Sermo, » vel, « ratio. »

(55) *Παραστάτιδες*. Sic Regg. bm, ph, Coisl. 1, Comb., etc. In ed., παραστάδες.

(56) *Τῶν τοῦ νοῦ κινημάτων*. Sic quinque Regg., Or. 1, Comb., etc. Deest τῶν in ed.

(57) *Ἐξαιρόμενον*. Quatuor Colb. et Or. 1, ἐξαιρούμενον.

(58) *Προσκροτούμενα*. Nicet., προσκρούμενα.

(59) *Αἰγυπτίοις*. Comb., τοῖς Αἰγυπτίοις.

(60) *Σύστοιχος*. « Ejusdem cum hoc mundo ordinis. Tum quia, » inquit Nicetas, « septem dierum spatio mundus omnibus suis numeris absolutus est, tum quia expletis septem annorum millibus, mundi finis futurus est. » Anonymus in Reg. a : Διὰ τὸ ἑπτὰ αἰῶσι τὸν κόσμον περιορίζεσθαι.

(61) *Ἐπί*. Sic codd. Mendose in Par. ed., ἐπεί.

(62) *Ἐπεί*. Sic codd. Prave in Par. ed., ἐπί.

(63) *Τοῦ μυστηρίου*. Sic Regg. bm, ph, Or. 1, etc. Deest τοῦ in ed.

Digitized by Google

ρὲς (64) ὁ λόγος ἡμῖν ἂν (65) ἔχῃ, μηδ' εὐδιάλυτον, ἀλλ' ὅλος (66) συνεστὼς ᾖ, καὶ στερρὸς, καὶ τῷ καθαρτικῷ πυρὶ δεδοκιμασμένος, καὶ παντὸς ὑλώδους ἐλεύθερος, καὶ ἀπέριττος, καὶ τοῖς καλοῖς ἄνθραξι βοηθώμεθα, τὸ διανοητικὸν ἡμῶν ἀνάπτουσι καὶ καθαίρουσι, παρὰ τοῦ πῦρ ἐλθόντος βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ τῶν μοχθηρῶν ἕξεων ἀναλωτικὸν, καὶ τὴν ἄναψιν ἐπισπεύδοντος. Ὅσον μὲν οὖν σαρκῶδες τοῦ λόγου καὶ τρόφιμον, μετὰ τῶν ἐντοσθίων (67) καὶ τῶν κρυφίων τοῦ νοῦ βρωθήσεται καὶ ἀναλωθήσεται, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδοθήσεται, ἄχρι κεφαλῆς καὶ ποδῶν, τῶν τε πρώτων (68) περὶ θεότητος θεωρημάτων, καὶ τῶν τελευταίων τῆς σαρκώσεως (69) φροντισμάτων. Οὐκ ἐξοίσομεν δὲ οὐδὲν, οὐδὲ εἰς τὸ πρωὶ καταλείψομεν (70)· ὅτι μηδὲ ἐκφορὰ τοῖς ἔξω τὰ πολλὰ τῶν ἡμετέρων μυστηρίων, μηδὲ ὑπὲρ τὴν νύκτα ταύτην ἔστι τις κάθαρσις, καὶ τὸ τῆς ἀναβολῆς οὐκ ἐπαινετὸν τοῖς τοῦ Λόγου μεταλαμβάνουσιν. Ὥσπερ γὰρ τὴν ὀργὴν μὴ διημερεύειν, ἀλλὰ προκαταλύειν ἡλίου καλὸν (71), καὶ τῷ Θεῷφίλον, χρονικῶς τε καὶ ἀναγωγικῶς (ἐπιδύεσθαι γὰρ ὀργιζομένοις ἡμῖν οὐκ ἀσφαλὲς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον)· οὕτω τὴν τοιαύτην βρῶσιν μὴ διανυκτερεύειν (72), μηδὲ εἰς τὴν ἐξῆς ἀποτίθεσθαι. Ὅσον δὲ ὀστῶδες καὶ ἄβρωτον, καὶ ἡμῖν δυσθεώρητον, οὐδὲ συντριβήσεται, κακῶς διαιρούμενον καὶ νοούμενον (ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι μηδὲ, κατὰ τὴν ἱστορίαν, τοῦ Ἰησοῦ [73] συντρίβη, καί τοί γε τοῦ θανάτου τοῖς σταυρωταῖς ἐπισπευδομένου, διὰ τὸ Σάββατον)· οὐδὲ (74) ἀπορριφήσεται καὶ περισυρήσεται (75)· ἵνα μὴ δοθῇ τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ καὶ κακοῖς τοῦ Λόγου σπαράκταις, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς χοίροις τὸ λαμπρὸν τοῦ Λόγου καὶ μαργαρῶδες· ἀλλὰ πυρὶ καταναλωθήσεται, τῷ καὶ τὰ (76) ὁλοκαυτώματα, τὰ πάντα ἐρευνῶντι καὶ εἰδότι Πνεύματι λεπτυνόμενα καὶ σωζόμενα, οὐκ ἀπολλύμενα καθ' ὑδάτων, οὐδὲ σπειρόμενα· ὥσπερ ἡ κεφαλὴ τοῦ μόσχου παρὰ Μωϋσέως, ἡ σχεδιασθεῖσα τῷ Ἰσραὴλ, εἰς ὀνειδισμὸν τῆς σκληρότητος (77).

tionis expers atque aquosum nobis fidei doctrina habeat, nec ejusmodi, ut facile dissolvi queat, sed tota densa et solida, atque igne purgante explorata, et ab omni crassiore ac superflua materia pura et libera sit, utque bonis illis carbonibus, intellectum nostrum accendentibus et purgantibus, ab eo adjuvemur, qui idcirco in terram venit, ut ad improbas animi habitudines absumendas ignem mitteret [30], ejusque accensionem adurgeret. Quidquid porro carneum et esculentum habet doctrina, cum intestinis abditisque mentis partibus **858** comedetur et absumetur [31], atque ad spiritualem concoctionem digeretur, ad caput usque ac pedes, hoc est, primas de Divinitate contemplationes et postremas Incarnationis meditationes. Nec vero quidquam efferemus, nec usque ad mane relinquemus [32], quoniam nec ad exteros magna nostrorum mysteriorum pars efferenda est, nec ultra hanc noctem purgatio ulla superest, nec in iis qui Verbi participes fiunt, procrastinatio laudem habet. Quemadmodum enim præclarum ac Deo gratum est, ut ira per omnem diei cursum minime duret, verum ante solem occidat [33], sive id temporali modo, sive anagogico intelligas (nec enim nobis irascentibus justitiæ solem occumbere tutum est); ita nec hujusmodi escam pernoctare, nec in posterum diem recondi expedit. Quidquid autem osseum minimeque ad edendum aptum est, hancque rationem habet, ut difficillime intelligi queat, id nec confringetur [34], hoc est, male dividetur atque intelligetur (mitto enim dicere, quod, nec, quantum ad historicum sensum, os Jesu confractum est, idque cum carnifices [35] ipsius mortem ob Sabbatum adurgerent); nec projicietur et raptabitur, ne sancta canibus dentur, ac sceleratis Verbi discerptoribus, quemadmodum nec porcis [36] quod in Verbo splendidum et gemmeum est, verum igne absumetur, quo et holocausta, a Spiritu omnia scrutante et sciente attenuata et servata, non autem in aquis pereuntia, nec dispersa; quemadmodum vituli illius ab Israel tumultuarie confecti caput a Moyse in duritiæ illius probrum sparsum est [37].

ΙΖ'. Ἄξιον δὲ μηδὲ τὸν τῆς βρώσεως τρόπον παραδραμεῖν, ὅτι μηδὲ ὁ νόμος, ἄχρι καὶ τούτου, τὴν θεωρίαν φιλοπονῶν ἐν τῷ γράμματι. Ἀναλώσομεν (78) γὰρ τὸ θῦμα κατὰ σπουδὴν, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων συνέσθοντες (79), καὶ τὰς ὀσφύας περιεζωσμένοι, καὶ τὰ ὑποδήματα περικείμενοι, καὶ πρεσβυτικῶς βακτηρεύοντες. Κατὰ σπουδὴν μὲν, ἵνα μὴ πάθωμεν ὅπερ ὁ Λὼτ ἐκεῖνος ἀπηγόρευται παρὰ τῆς

XVII. Ne modus quidem manducationis prætereundus est, cum nec lex ipsa eum prætermiserit, sed contemplationem in verbis et littera eousque elaboraverit. Victimam enim festinanter absumemus, et azymos panes cum lactucis agrestibus comedentes, et lumbis accincti, et calceamentis instructi, ac denique, senum more, baculum gestantes [38]. Festinanter quidem, ne in eam culpam incidamus,

[30] Luc. xii, 49. [31] Exod. xii, 8. [32] ibid. 10. [33] Ephes. iv, 26. [34] Exod. xii, 46. [35] Joan. xix, 33. [36] Matth. vii, 6. [37] Exod. xxxii, 19 sqq. [38] Exod. xii, 3 sqq.

(64) *Μηδ' ὑδαρές*. Jes., μηδ' ὑδαρῶδες.
(65) *Ἂν*. Deest in sex Regg. et Or. 1.
(66) *Ὅλος*. Or. 1. ὅλως.
(67) *Ἐντοσθίων*. Coisl. 2, aliique nonnulli, ἐντοσθιδίων. Or. 1, ἐνδοσθίων.
(68) *Πρώτων*. Reg. bm, πρῶτον.
(69) *Σαρκώσεως*. Reg. bm, σαρκός.
(70) *Ἐξοίσομεν... καταλείψομεν*. Reg. ph et Coisl. 1, ἐξοίσωμεν... καταλείψωμεν.
(71) *Καλόν*. Nonnulli adduni, τε.
(72) *Διανυκτερεύειν*. Sic Reg. ph et Or. 1. In ed., διανυκτεύειν.
(73) *Τοῦ Ἰησοῦ*. In nonnullis, τὸ Ἰησοῦ.
(74) *Οὐδέ*. Or. 1, οὔτε.
(75) *Περισυρήσεται*. Or. 1, περισυρίσεται.
(76) *Τῷ καὶ τά*. Sic Regg. bm, ph, novem Colb., Comb., etc. In ed., ᾧ καὶ τά.
(77) *Τῆς σκληρότητος*. Sic quinque Regg., etc. Deest τῆς in ed.
(78) *Ἀναλώσομεν*. Sic quatuor Regg. Alii, ἀναλώσωμεν, male.
(79) *Συνέσθοντες*. Comb., ἑσθοντες.

Digitized by Google

a qua Lot divino interdicto avocabatur; ne circumspiciamus, ne stemus in omni circumjacente regione; in montem, salutis causa, confugiamus, ne 859 Sodomitico illo et inusitato igne simul involvamur, nec propter nostram in deterius conversionem, quæ ex cunctatione nasci solet, in salis statuam concrescamus [39]. Cum lactucis autem agrestibus [40], quoniam vita divinæ legi consentanea, iis præsertim qui incipiunt, acerba et ardua est, voluptatibusque sublimior. Nam etsi novum jugum suave est, et onus leve, ut ex Scriptura audis [41]; id tamen propter spem fit ac mercedem, hujus vitæ molestiis et ærumnis longe uberiorem : alioqui enim quis non Evangelium legalibus præceptis multo laboriosius atque ærumnosius esse dixerit? Nam cum lex peccatorum duntaxat fines prohibeat, nobis ipsæ etiam causæ, propemodum ut actiones, crimini vertuntur. *Non adulterium committes*, inquit lex [42] : at tu, ne concupisces quidem [43], ex curioso ac studioso contuitu animi affectum incendens. *Non occides*, ait illa [44] : at tu, ne, si feriaris quidem, referies [45], quin potius percutienti teipsum expones. Quanto tandem hæc illis sapientiora! *Non pejerabis*, inquit illa [46] : at tu, penitus nec jurabis, nec parvum, nec magnum [47]; quod scilicet ex juramento perjurium nascatur. *Non junges domum cum domo*, ait illa, *nec agrum cum agro* [48], tyrannide pauperem opprimens : at tu, libenti animo, justis etiam rationibus quæsitas opes excuties, atque in pauperum subsidium spoliaberis [49], ut leviter crucem tollas divitiasque ab aspectu remotas assequaris.

XVIII. Jam lumbi, mutis quidem animantibus remissi ac soluti sint [50] : neque enim illis inest ratio, quæ voluptatibus imperet; quanquam hæc quoque motus naturalis libidinisque modum norunt. Tibi autem per zonam ac temperantiam restringatur pars illa, quæ libidine æstuat, ac velut hinnitum edit [51] (nam hoc verbo Scriptura, hujus affectus turpitudinem exagitans, utitur); ut, mortificatis membris, quæ sunt super terram [52], Pascha pure comedas, solitarii illius Joannis et præcurseris [53], magnique veritatis præconis, præcinctionem imitans. Sed et aliam zonam novi, nimirum militarem et virilem, juxta quam Euzoni Syriæ et Monozoni quidam nominantur [54]; ac Deus ipse Jobum alloquens : *Nequaquam*, inquit [55], *verum accinge ut vir lumbos tuos*, et da responsum virile; quibus

A ἐντολῆς· μὴ περιβλεψώμεθα, μὴ στῶμεν ἐν πάσῃ (80) τῇ περιχώρῳ· εἰς τὸ ὄρος ἀποσωθῶμεν (81), μὴ συμπαραληφθῶμεν τῷ Σοδομιτικῷ καὶ ξένῳ πυρὶ, μηδ' εἰς στήλην ἁλὸς παγῶμεν, ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐπιστροφῆς, ὅπερ ἐργάζεται μέλλησις. Ἐπὶ δὲ πικρίδων, διὰ τὸ πικρὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, καὶ πρόσαντες, τοῖς ἀρχομένοις μάλιστα, καὶ ἡδονῶν ὑψηλότερον. Εἰ γὰρ καὶ χρηστὸς ὁ νέος ζυγὸς, καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρὸν, ὥσπερ ἀκούεις· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦτο καὶ τὴν ἀντίδοσιν, πολλῷ τῆς ἐνταῦθα κακοπαθείας οὖσαν δαψιλεστέραν· ἐπεὶ ἄλλως γε, τίς οὐκ ἂν εἴποι, πολὺ τῶν νομικῶν διατάξεων τὸ Εὐαγγέλιον ἐργωδέστερον εἶναι καὶ μοχθηρότερον; Τοῦ γὰρ νόμου τὰ τέλη τῶν (82) ἁμαρτημάτων κωλύοντος, ἡμεῖς καὶ τὰς αἰτίας, ὡς πράξεις σχεδὸν, ἐγκαλούμεθα. *Οὐ μοιχεύσεις* (83), φησὶν ὁ νόμος· σὺ δὲ, οὐδὲ ἐπιθυμήσεις, ἐκ περιέργου θέας καὶ φιλοπόνου φλέγων τὸ πάθος (84). *Οὐ φονεύσεις*, ἐκεῖνος· σὺ δὲ, οὐδὲ ἀντιπλήξεις, ἀλλὰ καὶ σεαυτὸν ἐμπαρέξεις τῷ παίοντι. Ὅσον ταῦτα ἐκείνων (85) φιλοσοφώτερα! *Οὐκ ἐπιορκήσεις*, ἐκεῖνος· σὺ δὲ (86), οὐδὲ ὁμῇ τὴν ἀρχὴν, οὐ μικρὸν, οὐ μεῖζον, ὡς τοῦ ὅρκου τὴν ἐπιορκίαν τίκτοντος. *Οὐ συνάψεις οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, ἐκεῖνος, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν*, καταδυναστεύων τοῦ πένητος· σὺ δὲ, ἀποθήσῃ καὶ τὰ δικαίως κτηθέντα προθύμως, καὶ γυμνωθήσῃ τοῖς πένησιν, ἵνα κούφως τὸν σταυρὸν αἴρῃς, καὶ πλουτήσῃς τὰ μὴ ὁρώμενα.

B

C ΙΗ'. Ὀσφὺς δὲ, τοῖς μὲν ἀλογοις, ἄνετος ἔστω καὶ ἄδετος· οὐδὲ γὰρ λόγον ἔχουσι, τὸν κρατοῦντα τῶν ἡδονῶν· οὕπω λέγω, ὅτι κἀκεῖνα ὅρον οἶδε τῆς φυσικῆς κινήσεως· σοὶ καὶ ἀναστελλέσθω ζώνῃ καὶ σωφροσύνῃ (87) τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ χρεμετιστικὸν (ὡς ἡ θεία [88] φησὶ Γραφὴ, τὸ τοῦ πάθους αἰσχρὸν διασύρουσα), ἵνα καθαρῶς ἐσθίῃς τὸ Πάσχα, νεκρώσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν Ἰωάννου ζώνην μιμούμενος, τοῦ ἐρημικοῦ, καὶ προδρόμου, καὶ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος. Οἶδα καὶ ζώνην ἄλλην, τὴν στρατιωτικὴν λέγω καὶ ἀνδρικὴν, καθ' ἣν Εὐζωνοι Συρίας καὶ Μονόζωνοί τινες ὀνομάζονται· καθ' ἣν καὶ τῷ Ἰὼβ χρηματίζων φησὶν ὁ Θεός· *Μὴ, ἀλλὰ ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου*, καὶ δὸς ἀπόκρισιν ἀνδρικήν· ἣν καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ (89) περιεζῶσθαι δύναμιν ἐκ Θεοῦ μεγαλαυχεῖ, καὶ τὸν Θεὸν (90) αὐτὸν

[39] Gen. xix, 24 sqq. [40] Exod. xii, 8. [41] Matth. xi, 30. [42] Exod. xx, 14. [43] Matth. v, 28. [44] Exod. xx, 13. [45] Matth. v, 39. [46] Exod. xx, 7. [47] Matth. v, 34. [48] Isa. v, 8. [49] Matth. xix, 21. [50] Exod. xii, 11. [51] Jer. v, 8. [52] Coloss. iii, 5. [53] Matth. iii, 4. [54] IV Reg. v, 2. [55] Job xxxviii, 3.

(80) *Πάσῃ*. Sic codd. In ed., πᾶσι.
(81) *Ἀποσωθῶμεν*. Colb. b, ἀνασωθῶμεν.
(82) *Τῶν*. Sic codd. In ed., τοῦ.
(83) *Μοιχεύσεις*. Savil., μοιχεύσῃς.
(84) *Τὸ πάθος*. « Animi affectum, » id est, « libidinem. »
(85) *Ὅσον ταῦτα ἐκείνων*. In nonnullis, ὅσῳ ταῦτα ἐκείνου, etc. « Quanto hæc exquisitioris et severioris disciplinæ. » Billius in prima ed. : « Quanto tandem hæc illis altiora ac difficiliora. »
(86) *Σὺ δέ*, etc. Bill. : « At tu, nec ullo modo jurabis. »
(87) *Ζώνῃ καὶ σωφροσύνῃ*. Par., ζώνην καὶ σωφροσύνην.
(88) *Ὡς ἡ θεία*, etc. Alludit ad hæc verba Jerem. v, 8 : « Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. »
(89) *Ἣν καὶ ὁ θεῖος Δαβίδ*. Intelligit hæc Davidis verba, psal. xvii, 40 : « Præcinxisti me virtute ad bellum. »
(90) *Καὶ τὸν Θεόν*, etc. Sic in psal. xcii, 1 : « Indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se. »

Digitized by Google

εἰσάγει ἐνδεδυμένον δύναμιν καὶ περιεζωσμένον, δηλαδὴ κατὰ τῶν ἀσεβῶν· εἰ μή τῳ φίλον, τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως, καὶ οἷον ἀνεσταλμένον, οὕτω παραδηλοῦσθαι, καθὸ καὶ φῶς ἀναβάλλεται, ὡς ἱμάτιον. Τὸ γὰρ ἄσχετον αὐτοῦ τῆς δυνάμεως καὶ τοῦ φωτὸς τίς ὑποστήσεται; Ζητῶ, τί κοινὸν ὀσφῦϊ καὶ ἀληθείᾳ; τί δαὶ τῷ ἁγίῳ Παύλῳ νοεῖται τὸ φάσκειν· *Στῆτε οὖν περιεζωσμένοι* (91) *τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ*; Μήποτε ὡς τοῦ θεωρητικοῦ τὸ ἐπιθυμητικὸν περισφίγγοντος, καὶ οὐκ ἐῶντος ἀλλαχοῦ φέρεσθαι; Οὐ γὰρ ἐθέλει τὸ περί τι διακείμενον ἐρωτικῶς, πρὸς τὰς ἄλλας ἡδονὰς τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν.

A etiam viribus beneficio divino accinctum se esse David gloriatur [56], ac Deum **860** quoque ipsum potentia indutum atque accinctum inducit [57], nempe adversus impios : nisi tamen malit quispiam potentiæ exuberantiam ac veluti restrictionem his verbis significari : quo etiam sensu, lumine, sicut vestimento [58], amictus dicitur. Insuperabilem enim potentiæ ipsius ac luminis vim quis sustinebit ? Quæro quid lumbis cum veritate commune sit, et quæ Pauli mens fuerit, cum diceret : *State igitur succincti lumbos vestros in veritate* [59] ? Num forte quod speculatio concupiscentiam coerceat, nec aliorsum ferri sinat? Nec enim fieri potest, ut qui rei cujuspiam amore flagrat, parem ad alias voluptates vim habeat.

ΙΘ'. Τὰ δὲ ὑποδήματα, ὁ μὲν τῆς ἁγίας γῆς καὶ θεοστιβοῦς ψαύειν μέλλων, ὑπολυέσθω, καθὰ (92) καὶ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ἐπὶ τοῦ ὄρους, ἵνα μηδὲν νεκρὸν φέρῃ, μηδὲ μέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Ὡς δὲ καὶ εἴ τις μαθητὴς ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον πέμπεται, φιλοσόφως καὶ ἀπερίττως (93)· ὃν δεῖ (94) πρὸς τῷ ἀχάλκῳ, καὶ ἀράβδῳ, καὶ μονοχίτωνι, ἔτι καὶ γυμνοποδεῖν (95), ἵνα φανῶσιν οἱ πόδες ὡραῖοι τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, καὶ ἄλλο πᾶν ἀγαθόν. Ὁ δὲ φεύγων Αἴγυπτόν τε καὶ τὰ Αἰγύπτια, ὑποδεδέσθω, τῆς τε ἄλλης ἀσφαλείας ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τοὺς σκορπίους καὶ τοὺς ὄφεις, οὓς καὶ πολλοὺς Αἴγυπτος τρέφει, ὥστε μὴ βλάπτεσθαι παρὰ τῶν τηρούντων τὴν πτέρναν, οὓς πατεῖν ἐκελεύσθημεν. Περὶ δὲ τῆς βακτηρίας οὕτως ἔχω, καὶ τοῦ περὶ ταύτην (96) αἰνίγματος. Τὴν μὲν ὑπεριστικὴν οἶδα, τὴν δὲ ποιμαντικήν τε καὶ διδασκαλικήν, καὶ τὰ λογικὰ πρόβατα ἐπιστρέφουσαν. Ἀλλά σοι νῦν τὴν ὑπερείδουσαν ὁ νόμος διακελεύεται, μήπου τὸν λογισμὸν ὀκλάσῃς, αἷμα Θεοῦ, καὶ πάθος ἀκούων, καὶ θάνατον, μήπου περιενεχθῇς ἀθέως, ὡς Θεοῦ συνήγορος· ἀλλ' ἀνεπαισχύντως καὶ ἀνενδοιάστως, φάγε τὸ σῶμα, πίε τὸ αἷμα, εἰ τῆς ζωῆς ἐπιθυμητικῶς ἔχεις, μήτε τοῖς περὶ σαρκὸς (97) ἀπιστῶν λόγοις, μήτε τοῖς περὶ τὸ πάθος βλαπτόμενος. Ἐρηρεισμένος ἵστασο, πάγιος, βεβηκώς, ἐν μηδενὶ σαλευόμενος ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, μηδὲ πιθανότητος λόγοις παρασυρόμενος. Ἐπὶ τὸ ὕψος σεαυτοῦ στῆθι, ἐν ταῖς αὐλαῖς Ἱερουσαλὴμ στῆσον τοὺς πόδας, ἐπὶ τῆς πέτρας (98) ἔρεισον, ἵνα μὴ σαλεύηταί σου τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα.

XIX. Jam qui terram sanctam ac divinis vestigiis impressam contacturus est, calceamenta solvat, quemadmodum et Moyses ille in monte [60], ut nihil mortuum ferat, nec inter Deum atque homines intermedium. Consimili modo si quis discipulus ad prædicandum Evangelium mittitur [61], frugalitati ac simplicitati studeat : quippe quem, præter id quod nec æs, nec baculum, nec duplicem tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere oporteat, ut pulchri pedes evangelizantium pacem [62], et quodlibet aliud bonum, appareant. At vero qui Ægyptum ac res Ægypti fugit, calceos sumat [63], ut tutus sit, cum ab aliis rebus, tum a scorpiis et serpentibus, quos permultos Ægyptus alit, ut ab iis, qui calcaneum observant, et quos calcare jussi sumus [64], minime vulneretur. Jam de baculo [65] atque ejus significatione ita sentio. Nam cum alter fulciendi vim habeat, alter pastoris et doctoris proprius sit, atque oves ratione præditas convertat, in viamque reducat : hic lex fulcientem baculum tibi præscribit, necubi animo titubes, dum Dei sanguinem et Passionem et mortem audis, ac dum Dei patronus atque defensor videri cupis, impie corruas. Quin potius, sine pudore ac dubitatione corpus ede, sanguinem bibe, si modo vitæ desiderio teneris, nec sermonibus de carne fidem abrogans, nec ad eos, qui de passione habentur, impingens. Innixus sta, firmus et stabilis, atque ita comparatus, ut nulla in re quatiaris ab adversariis, nec verborum lepore atque illecebris abripiaris. In fastigio tuo sta, in atriis Jerusalem pedes statue [66], in petra suffulci, **861** ut tui secundum Deum gressus non moveantur.

Κ'. Τί φῄς; Οὕτω ταῦτα ἔδοξεν, Αἴγυπτον ἐξελθεῖν, τὴν σιδηρᾶν κάμινον, καταλιπεῖν σε τὴν ἐκεῖσε πολυθεΐαν (99), καὶ ὑπὸ Μωϋσέως ἀχθῆναι, καὶ τῆς

XX. Quid ais? Itane fixum ac decretum est, ut ex Ægypto, hoc est, ex fornace ferrea [67], excedas, impiumque deorum multorum cultum illic vigentem

[56] Psal. xvii, 33. [57] Psal. xciii, 1. [58] Psal. ciii, 2. [59] Ephes. vi, 14. [60] Exod. iii, 5. [61] Luc. x, 3 sqq [62] Isa. lii, 7. [63] Exod. xii, 11. [64] Luc. x, 19. [65] Exod. xii, 11. [66] Psal. cxxi, 2. [67] Deut. iv, 20.

(91) *Περιεζωσμένοι*. Tres Regg. et novem Colb., περιζωσάμενοι.
(92) *Καθά*. Or. 1, καθώς.
(93) *Καὶ ἀπερίττως*. Deest in Jes.
(94) *Δεῖ*. In nonnullis, χρή.
(95) *Γυμνοποδεῖν*. Sic tres Regg., Coisl. 1, Or. 1, Par., etc. In Par. ed., γυμνοποδεῖ.
(96) *Περὶ ταύτην*. Coisl. 1 et Jes., περὶ ταύτης.
(97) *Μήτε τοῖς περὶ σαρκός*, etc. Bill. in prima edit. « Nec doctrinæ carnis fidem abrogans, nec Passionis sermonibus offensus. »
(98) *Ἐπὶ τῆς πέτρας*. « In petra, » id est, « in Christo, » juxta Apost. I Cor. x, 4, « Petra autem erat Christus. »
(99) *Πολυθεΐαν*. Coisl. 1 et Or. 1 addunt, ἀθεΐαν, « impiam, sacrilegam. »

Digitized by Google

relinquas, atque a Moyse, ipsiusque legibus ac militari imperio ducaris? Consilium quoddam tibi porrigo, nequaquam meum, imo admodum quoque meum, si rem spiritualiter expenderis. Vasa aurea et argentea Ægyptiis commodato pete [68]: cum his te itineri committe: ex alienis facultatibus viaticum tibi para, imo ex tuis potius. Servitutis enim ac confectorum laterum merces tibi debetur. Callide tu quoque aliquid circa mercedis flagitationem comminiscere: pulchre frauda. Esto sane, gravibus hic laboribus vexatus es, cum luto colluctans, id est, cum ærumnoso et impuro corpore, ac domos alienas et caducas exstruens, quarum memoria cum sonitu perit. Quid? Gratisne et absque pretio egrederis? Quid? An Ægyptiis et adversariis potestatibus ea relinques, quæ male adepti sunt, ac pejus consument? Nullum jus in ea habent; sacrilegio compilarunt, eripuerunt ei, qui dixit: *Meum est argentum, et meum est aurum* [69], *daboque ei, cui voluero* [70]. Heri illa possidebant: sic enim permittebatur. Hodie ea tibi Dominus offert ac tradit, honeste et ad salutem usuro. Amicos nobis de mammona iniquitatis comparemus, ut, cum defecerimus, in judicii tempore recipiamus [71].

XXI. Si Rachel quædam es, aut Lia, hoc est, patriarchica et magna anima, patris quoque tui idola, quæcunque inveneris, surripe, non ut serves, sed ut deleas [72]. Si autem sapiens Israelitis, ad terram promissionis transfer; eoque nomine discrucietur persecutor, atque ex fraude sibi facta hoc intelligat, quod tyrannide ac servitute meliores frustra opprimebat. Hoc si feceris, atque ita ex Ægypto excesseris, ignis, mihi crede, ac nubis columna tibi die ac nocte iter præmonstrabit [73], desertum mitigabitur, mare tibi scindetur, Pharao demergetur, panis pluet, petra scaturiet, Amalec opprimetur; non armis tantum, sed etiam hostilibus justorum manibus, precationem simul atque insuperabile crucis tropæum signantibus; fluminis cursus inhibebitur [74], sol sistetur, lunæ cursus reprimetur, muri, nullis etiam machinis admotis, corruent, crabrones præcurrent, viam Israeli munientes **862**, atque alienigenas arcentes; reliqua etiam omnia, quæ post hæc, et simul cum his, memoriæ prodita sunt, ne nimis longum sermonem producam, Dei beneficio tibi concedentur. Ac tale est festum, quod hodierno die agitas; tali epulo, tum natalitio, tum funebri, quantum in te est, accipias, ob eum, qui, tua causa, et natus, et passus est; tale tibi Paschatis mysterium. Hæc lex adumbravit; hæc Christus perfecit, ille, inquam, litteræ abrogator, ille Spiritus initiator, qui, ut ex eo, quod passus est, ad patiendum nos erudit, ita ex eo, quod glorificatus est, hoc nobis affert, ut simul glorificemur.

[68] Exod. xi, 2. [69] Agge. ii, 9. [70] Daniel iv, 14. [71] Luc. xvi, 9. [72] Gen. xxxi, 19. [73] Exod. xiii 12. [74] Jos. iii, 15.

(1) *Ἐκείνου.* Or. 1, ἐκεῖσε.

(2) *Ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον.* Sic nonnulli codd. Deest ἐστι in edit.

(3) *Πολεμίαις χερσί.* Coisl. 1, ἀπολέμοις πολεμίαις, « imbellibus justorum pugnantium armis. »

(4) *Ἀνείργουσαι.* Comb., ἀπείργουσαι.

ἐκείνου (1) νομοθεσίας καὶ στρατηγίας; Εἰσηγοῦμαί τι καὶ τῶν οὐκ ἐμῶν, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἐμῶν, ἂν πνευματικῶς θεωρῇς. Χρῆσαι παρ' Αἰγυπτίων σκεύῃ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ· μετὰ τούτων ὅδευσον· ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐφοδιάσθητι, μᾶλλον δὲ τῶν σῶν· χρεωστεῖταί σοι μισθὸς τῆς δουλείας καὶ τῆς πλινθείας· σόφισαί τι καὶ σὺ περὶ τὴν ἀπαίτησιν· καλῶς ἀποστέρησον. Ἔστω, τεταλαιπώρηκας ἐνταῦθα, τῷ πηλῷ μαχόμενος, τῷ μοχθηρῷ τούτῳ καὶ ῥυπαρῷ σώματι, καὶ πόλεις οἰκοδομῶν ἀλλοτρίας καὶ σφαλερὰς, ὧν ἀπολεῖται τὸ μνημόσυνον μετ' ἦχου. Τί δαί; προῖκα ἐξέρχῃ καὶ ἀμισθί; Τί δαί; καταλείψεις Αἰγυπτίοις καὶ ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν, ἃ κακῶς ἐκτήσαντο, καὶ χεῖρον δαπανήσουσιν; Οὐκ ἔστιν ἐκείνων· ἐσύλησαν, ἥρπασαν τοῦ εἰπόντος· *Ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον* (2), *καὶ ἐμόν ἐστι τὸ χρυσίον, καὶ δώσω αὐτὸ ᾧ βούλομαι.* Χθὲς ἦν ἐκείνων· συνεχωρεῖτο γάρ. Σήμερον σοὶ προσάγει καὶ δίδωσιν ὁ Δεσπότης, καλῶς χρησομένῳ καὶ σωτηρίως. Κτησώμεθα ἡμῖν αὐτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵν' ὅταν ἐκλίπωμεν, ἀντιλάβωμεν ἐν καιρῷ κρίσεως.

ΚΑ'. Εἰ μέν τις εἶ Ῥαχὴλ, ἢ Λεία, ψυχὴ πατριαρχικὴ καὶ μεγάλη, καὶ τὰ εἴδωλα κλέψον, ἅπερ ἂν εὕρῃς, τοῦ σοῦ πατρὸς, οὐχ ἵνα φυλάξῃς, ἀλλ' ἵν' ἀφανίσῃς· εἰ δὲ Ἰσραηλίτης σοφὸς, πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας μετένεγκε· καὶ περὶ τούτων ὁ διώκτης ἀλγησάτω, καὶ γνώτω κατασοφισθείς, ὅτι μάτην ἐτυράννει καὶ κατεδουλοῦτο τοὺς κρείττονας. Ἂν οὕτω ποιῇς, καὶ οὕτως ἐξέλθῃς Αἴγυπτον, εὖ οἶδα, στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης ὁδηγηθήσῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἔρημος ἡμερωθήσεται, θάλασσά σοι τμηθήσεται, Φαραὼ βαπτισθήσεται, ἄρτος ὀμβρήσει, πέτρα πηγάσει, Ἀμαλὴκ καταπολεμηθήσεται· οὐχ ὅπλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πολεμίαις χερσὶ (3) δικαίων, εὐχὴν ὁμοῦ τυποῦσαις, καὶ σταυροῦ τρόπαιον τὸ ἀήττητον· ποταμὸς ἀνακοπήσεται, ἥλιος στήσεται σελήνη σχεθήσεται, τείχη κατενεχθήσεται, καὶ δίγα μηχανημάτων, σφηκίαι προδραμοῦνται, ὁδοποιοῦσαι τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἀνείργουσαι (4)· τἆλλα τε ὅσα ἐπὶ τούτοις καὶ σὺν τούτοις ἱστόρηται, ἵνα μὴ μακρὸν ἀποτείνω λόγον, παρὰ Θεοῦ σοι δοθήσεται. Τοιαύτην ἑορτὴν ἑορτάζεις σήμερον· τοιοῦτον ἑστιᾷ (5) τὸ ἐπὶ σοὶ τοῦ γεννηθέντος γενέθλιον, καὶ τοῦ παθόντος (6) ἐπιτάφιον· τοιοῦτόν σοι τὸ τοῦ Πάσχα μυστήριον. Ταῦτα ὁ νόμος ὑπέγραψε· ταῦτα Χριστὸς ἐτελείωσεν, ὁ τοῦ γράμματος (7) καταλυτὴς, ὁ τελειωτὴς τοῦ Πνεύματος, ὃς οἷς ἔπαθε, τὸ πάσχειν διδάσκων, οἷς ἐδοξάσθη, τὸ συνδοξασθῆναι χαρίζεται.

(1) *Ἐκείνου.* Or. 1, ἐκεῖσε.

(2) *Ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον.* Sic nonnulli codd. Deest ἐστι in edit.

(3) *Πολεμίαις χερσί.* Coisl. 1, ἀπολέμοις πολεμίαις, « imbellibus justorum pugnantium armis. »

(4) *Ἀνείργουσαι.* Comb., ἀπείργουσαι.

(5) *Τοιοῦτον ἑστιᾷ.* Legendum videtur, τοιοῦτων ἑστιᾷς· « Talibus epulis natalitia et funus illius, qui pro te natus et passus est, celebra. »

(6) *Παθόντος.* In quibusdam, θανόντος, « mortuus est. »

(7) *Γράμματος.* Bill. « legis. »

Digitized by Google

ΚΒ'. Ἔστι τοίνυν (8) ἐξετάσαι πρᾶγμα καὶ δόγμα, τοῖς μὲν πολλοῖς παρορώμενον, ἐμοὶ δὲ, καὶ λίαν ἐξεταζόμενον. Τίνι γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν αἷμα, καὶ περὶ τίνος ἐχέθη, τὸ μέγα καὶ περιβόητον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀρχιερέως, καὶ θύματος; Κατειχόμεθα (9) μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ, πεπραμένοι ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀντιλαβόντες τῆς κακίας τὴν ἡδονήν. Εἰ δὲ τὸ λύτρον οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ κατέχοντος γίνεται, ζητῶ τίνι τοῦτο εἰσηνέχθη, καὶ δι' ἥντινα τὴν αἰτίαν; Εἰ μὲν τῷ πονηρῷ, φεῦ τῆς ὕβρεως· εἰ μὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν λύτρον ὁ λῃστὴς λαμβάνει, καὶ μισθὸν οὕτως ὑπερφυῆ (10) τῆς ἑαυτοῦ τυραννίδος, δι' ὃν καὶ ἡμῶν φείδεσθαι δίκαιον ἦν· εἰ δὲ τῷ Πατρὶ, πρῶτον μὲν πῶς; Οὐχ ὑπ' ἐκείνου γὰρ ἐκρατούμεθα. Δεύτερον δὲ, τίς ὁ λόγος, Μονογενοῦς αἷμα τέρπειν Πατέρα, ὃς οὐδὲ τὸν Ἰσαὰκ ἐδέξατο παρὰ τοῦ πατρὸς προσφερόμενον, ἀλλ' ἀντηλλάξατο τὴν θυσίαν, κριὸν ἀντιδοὺς τοῦ λογικοῦ θύματος; Ἢ δῆλον, ὅτι λαμβάνει μὲν ὁ Πατὴρ, οὐκ αἰτήσας (11), οὐδὲ δεηθεὶς, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τὸ χρῆναι (12) ἁγιασθῆναι τῷ ἀνθρωπίνῳ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον· ἵν' αὐτὸς ἡμᾶς ἐξέληται, τοῦ τυράννου βίᾳ κρατήσας, καὶ πρὸς ἑαυτὸν (13) ἐπαναγάγῃ διὰ τοῦ Υἱοῦ μεσιτεύσαντος, καὶ εἰς τιμὴν τοῦ Πατρὸς τοῦτο οἰκονομήσαντος, ᾧ τὰ πάντα παραχωρῶν φαίνεται. Τὰ μὲν δὴ Χριστοῦ τοιαῦτα, καὶ τὰ πλείω σιγῇ σεβέσθω. Ὁ δὲ χαλκοῦς ὄφις κρεμᾶται (14) μὲν κατὰ τῶν δακνόντων ὄφεων, οὐχ ὡς τύπος (15) δὲ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος, ἀλλ' ὡς ἀντίτυπος· καὶ σώζει τοὺς εἰς αὐτὸν ὁρῶντας, οὐχ ὅτι ζῇ πιστευόμενος, ἀλλ' ὅτι νενέκρωται, καὶ συννεκροῖ τὰς ὑπ' αὐτὸν (16) δυνάμεις, καταλυθεὶς, ὥσπερ ἦν ἄξιος. Καὶ τίς ὁ πρέπων αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἐπιτάφιος; *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;* Τῷ σταυρῷ βέβλησαι, τῷ ζωοποιῷ τεθανάτωσαι. Ἄπνους (17), νεκρὸς, ἀκίνητος, ἀνενέργητος, καὶ, εἰ τὸ (18) σχῆμα σώζεις ὄφεως, ἐν ὕψει στηλιτευόμενος (19).

XXII. Enimvero alienum non fuerit, rem ac doctrinam inquirere, a multis quidem neglectam, meo autem judicio, studiose perquirendam. Eccui enim ille pro nobis sanguis, et quam ob causam fusus est, ille, inquam, magnus et nobilis Dei, tum pontificis, tum victimæ sanguis? Nos enim a diabolo detinebamur, utpote qui venundati essemus sub peccato, ac vitium cum voluptate commutassemus. Quod si redemptionis pretium non alii ulli, quam ei, qui captivos tenet, persolvitur, quæro cui tandem oblatum est, et quam ob causam? Si pravo illi, o gravem contumeliam! si non a Deo solum, sed Deum quoque ipsum pro redemptionis pretio latro accipit, adeoque insigne et excellens tyrannidis suæ præmium, cujus causa nobis quoque parci æquum erat: si autem Patri, primum quomodo id factum est? Nec enim ab ipso tenebamur. Deinde, quæ ratio afferri potest, ut Unigeniti sanguine Pater oblectetur, qui ne Isaac quidem a patre oblatum acceperit, sed ariete, in rationalis victimæ locum substituto, sacrificium permutarit? Perspicuum utique est, Patrem quidem accepisse, non tamen quod petierit, aut eo opus habuerit, verum certa concilii ratione et dispensatione, et quia, per humanitatem a Deo assumptam, homini sanctitatem afferri oportebat; ut, tyranno per vim superato, nos liberaret, atque ad se per mediatorem Filium reduceret, hoc, ad Patris honorem, cui in omnibus rebus cedere perspicitur, dispensantem. **863** Ac de Christo hæc nobis dicta sint, aliaque multo plura silentii honore afficiantur. At vero, serpens æneus adversus serpentum morsus suspenditur [18], non tamen ut Christi pro nobis passi typus, verum ut antitypus: atque iis qui ipsum intuentur, salutem affert, dum non vita frui, sed mortuus esse, ac subditas sibi potestates secum interimere creditur, oppressus nimirum et exstinctus, sicut merebatur. Et quod tandem illi congruens epitaphium canemus? *Ubi est, mors, stimulus tuus? Ubi tua, inferne, victoria* [19]? Crux te prostravit, vitæ auctor tibi necem attulit. Exanimis es, mortuus, immobilis, iners, serpentis licet figuram serves, in sublimi loco ignominiose pendes.

ΚΓ'. Μεταληψόμεθα (20) δὲ τοῦ Πάσχα, νῦν μὲν

XXIII. Jam vero Paschatis participes erimus,

[18] Num. xxi, 8. [19] Ose. xiii, 14; I Cor. xv, 55.

(8) *Ἔστι τοίνυν.* Or. 1, Ἔστι λοιπόν, « Cæterum. »

(9) *Κατειχόμεθα.* Comb., ἐκρατούμεθα.

(10) *Ὑπερφυῆ.* Reg. ph, ὑπερφυᾶ.

(11) *Οὐκ αἰτήσας*, etc. Or. 1 addit, δέ. Observat scholiastes, duplex esse redimendi genus; alterum, « quo pretium ei, a quo qui captus tenetur, solvitur, et pecunia ab eo redimitur; » alterum, « quo quis pro reo pati sustinet in ipsius unius commodum. » Sic Christus pro nobis cruciatus pertulit, ac sic ejus passione nihil diabolo datum. Præterea sanguis Christi Patri oblatus est, « non quod unigeniti Filii cruore effuso delectaretur, » ut his verbis declarat idem scholiastes: Οὔτε τῷ Πατρὶ αἷμα τοῦ Μονογενοῦς προσφέρεσθαι ὑποτιθέμεθα. Sed indicat, Filium sua sponte hominis reatum in se transtulisse ac mortem subiisse, ut hominem redimeret, ac cum Deo in gratiam restitueret, illatamque divinæ majestati injuriam sarciret.

(12) *Τὸ χρῆναι.* Reg. ph et Or. 1. τῷ χρῆναι.

(13) *Ἑαυτόν.* Sic plures Regg. et Colb., Coisl. 1, etc. In ed., αὐτόν.

(14) *Κρεμᾶται.* Reg. bm, aliique nonnulli, κρεμνᾶται.

(15) *Οὐχ ὡς τύπος*, etc. « Gregorius, inquit Nicetas, serpentem æneum Christi typum haudquaquam esse censet (neque fas est ac pium perversum spiritum Christi typum vocari); verum antitypum, id est, contrariam figuram. Etenim serpens a principio homini exitium attulit, Christus autem postea salutem. »

(16) *Ὑπ' αὐτόν.* Sic Regg. bm, ph, Or. 1, Comb., etc. In ed., ὑπ' αὐτῷ.

(17) *Ἄπνους.* Plures codd. addunt, εἶ.

(18) *Τό.* Reg. bm, τι.

(19) *Στηλιτευόμενος.* Bill. « decoris et ignominiæ notis insignis. »

(20) *Μεταληψόμεθα.* Reg. ph, μεταληψώμεθα, « participes simus. »

Digitized by Google

nunc quidem adhuc typice, tametsi apertius quam in veteri lege (legale siquidem Pascha; nec enim dicere verebor, figura erat figuræ obscurior); aliquanto post autem perfectius et purius, tum videlicet cum Verbum novum illud nobiscum in regno Patris bibet [77], patefaciens ac docens, quæ nunc minus plene demonstravit. Novum enim illud semper est, quod nunc intelligitur. Quænam autem illa sit potio atque perceptio, dicere nostrum est, illius docere, discipulisque suis hanc doctrinam impertiri. Doctrina enim, ejus quoque, qui alit, cibus est. Age vero, nos quoque legis participes efficiamur, verum evangelice non litteraliter perfecte non imperfecte, sempiterne non temporarie. Caput nobis efficiamus, non terrenam Jerusalem, sed cœlestem metropolim; non eam, inquam, quæ nunc ab exercitibus calcatur, sed quæ ab angelis laude et prædicatione effertur. Mactemus, non vitulos novellos, nec agnos cornua producentes et ungulas [78], quæ magna ex parte mortua sunt, ac sensu carent: verum Deo in superno altari cum cœlestibus choris sacrificium laudis immolemus [79]. Penetremus primum velamen, ad secundum accedamus, in Sancta sanctorum prospiciamus. Atque, ut majus aliquid dicam, immolemus nos Deo: imo, singulis diebus nosmetipsos motusque omnes immolemus. Omnia pro Verbo excipiamus, per passiones Passionem imitemur, per sanguinem sanguinem honoremus, crucem alacres conscendamus. Dulces sunt 864 clavi, tametsi valde acerbi. Præstat cum Christo, et pro Christo pati, quam cum aliis in deliciis versari.

A τυπικῶς ἔτι, καὶ εἰ τοῦ παλαιοῦ γυμνότερον (τὸ γὰρ νομικὸν Πάσχα, τολμῶ καὶ λέγω, τύπου τύπος ἦν ἀμυδρότερος)· μικρὸν δὲ ὕστερον, τελεώτερον καὶ καθαρώτερον, ἡνίκα ἂν αὐτὸ πίνῃ καινὸν μεθ' ἡμῶν ὁ Λόγος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς, ἀποκαλύπτων καὶ διδάσκων, ἃ νῦν μετρίως παρέδειξε. Καινὸν γάρ ἐστιν ἀεὶ τὸ νῦν γνωριζόμενον. Τίς δὲ ἡ πόσις καὶ ἡ ἀπόλαυσις, ἡμῶν μὲν τὸ μαθεῖν, ἐκείνου δὲ τὸ διδάξαι, καὶ κοινώσασθαι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸν λόγον. Τροφὴ γάρ ἐστιν ἡ δίδαξις, καὶ τοῦ τρέφοντος. Ἀλλὰ δεῦρο, καὶ ἡμεῖς τοῦ νόμου μεταλάβωμεν εὐαγγελικῶς, ἀλλὰ μὴ γραπτῶς· τελείως, ἀλλὰ μὴ ἀτελῶς· ἀϊδίως, ἀλλὰ μὴ προσκαίρως. Ποιησώμεθα κεφαλὴν, μὴ τὴν κάτω Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ τὴν ἄνω μητρόπολιν· μὴ τὴν ὑπὸ στρατοπέδων νῦν πα- B τουμένην, ἀλλὰ τὴν ὑπ' ἀγγέλων δοξαζομένην. Θύσωμεν, μὴ μόσχους νέους, μηδὲ ἀμνοὺς κέρατα ἐκφέροντας καὶ ὁπλὰς, παρ' οἷς πολὺ τὸ νεκρὸν καὶ ἀναίσθητον· ἀλλὰ θύσωμεν τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, ἐπὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον, μετὰ τῆς ἄνω χοροστασίας. Διάσχωμεν τὸ πρῶτον καταπέτασμα, τῷ δευτέρῳ προσέλθωμεν, εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων παρακύψωμεν. Εἶπω τὸ μεῖζον, ἡμᾶς αὐτοὺς θύσωμεν τῷ Θεῷ· μᾶλλον δὲ, θύωμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ πᾶσαν κίνησιν. Πάντα ὑπὲρ τοῦ Λόγου δεχώμεθα, πάθεσι τὸ πάθος μιμώμεθα, αἵματι τὸ αἷμα σεμνύνωμεν, ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνίωμεν πρόθυμοι. Γλυκεῖς οἱ ἧλοι, καὶ εἰ λίαν ὀδυνηροί. Τὸ γὰρ (21) μετὰ Χριστοῦ πάσχειν, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ, τοῦ μετ' ἄλλων C τρυφᾷν αἱρετώτερον

XXIV. Si Simon Cyrenæus sis, crucem tolle [80], ac sequere. Si, ut latro [81], cruci simul affixus fueris, ut vir probus, Deum agnosce: si ille quoque propter te tuumque peccatum cum iniquis reputatus sit [82], tu propter illum justus fias. Adora tua causa suspensum; et pendens ipse, lucri aliquid ex ipsa quoque improbitate collige: morte salutem eme: cum Jesu paradisum ingredere, ut intelligas, quibus bonis excideras. Pulchritudines illas contemplare: murmuratorem cum sua blasphemia foris mori sine. Si Joseph Arimathæus sis [83], ab eo, qui cruci affixit, corpus pete: tuum fiat mundi piaculum. Si Nicodemus sis, nocturnus ille Dei cultor, D funebribus unguentis ipsum unge [84]. Si Maria quædam sis, si alia Maria, si Salome, si Joanna, diluculo lacrymas profunde. Fac, ut prima sublatum apidem [85], angelos etiam fortasse, atque adeo Jesum ipsum, videas. Nonnihil loquere; vocem au-

ΚΔ'. Ἂν Σίμων ᾖς Κυρηναῖος, τὸν σταυρὸν ἆρον, καὶ ἀκολούθησον. Ἂν συσταυρωθῇς ὡς λῃστὴς (22), ὡς εὐγνώμων τὸν Θεὸν γνώρισον· εἰ κἀκεῖνος μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν ἁμαρτίαν, σὺ γενοῦ δι' ἐκεῖνον ἔννομος. Προσκύνησον τὸν διὰ σὲ κρεμασθέντα (23), καὶ κρεμάμενος· κέρδανόν τι καὶ παρὰ τῆς κακίας· ὤνησαι τῷ θανάτῳ τὴν σωτηρίαν· εἰς τὸν παράδεισον εἴσελθε μετὰ Ἰησοῦ, ὥστε μαθεῖν ὧν ἐκπέπτωκας. Τὰ ἐκεῖ κάλλη θεώρησον· τὸν γογγυστὴν ἄφες ἀποθανεῖν ἔξω, μετὰ τῆς βλασφημίας. Κἂν Ἰωσὴφ ᾖς ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας (24), αἴτησαι τὸ σῶμα παρὰ τοῦ σταυροῦντος· σὸν γενέσθω D τὸ τοῦ κόσμου καθάρσιον. Κἂν Νικόδημος ᾖς, ὁ νυκτερινὸς θεοσεβὴς, μύροις αὐτὸν ἐνταφίασον. Κἂν Μαρία τις ᾖς, κἂν ἡ ἄλλη (25) Μαρία, κἂν Σαλώμη, κἂν Ἰωάννα, δάκρυσον ὀρθρία (26). Ἴδε πρώτη τὸν λίθον ἠρμένον, τυχὸν δὲ καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ Ἰησοῦν αὐτόν. Φθέγξαι τι· φωνῆς ἄκουσον. Ἂν ἀκού-

[77] Matth. xxvi, 29. [78] Psal. lxviii, 32. [79] Psal. xlix, 14. [80] Luc. xxiii, 26. [81] ibid. 40 seqq. [82] Isa. liii, 12. [83] Luc. xxiii, 50. [84] Joan. xix, 39. [85] Marc. xvi, 1.

(21) *Γάρ*. Deest in Regg. ph, Or. 1, aliisque nonnullis.

(22) *Ὡς λῃστὴς*. Reg. ph, ὡς ὁ λῃστής.

(23) *Κρεμασθέντα*. In nonnullis, σταυρωθέντα, « cruci affixum. »

(24) *Ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας*. Plures Colb., Or. 1, Comb., etc., ὁ Ἀριμαθαῖος.

(25) *Κἂν ἡ ἄλλη*. Sic quinque Regg., duodecim Colb., etc. Deest ἡ in ed.

(26) *Δάκρυσον ὀρθρία*. Coisl. 1 et Comb., δάκρυσον, ἀκολούθησον πρὸς τάφον, ἀπάντησον ὀρθρία, « plora, ad sepulcrum sequere, occurras diluculo. »

Digitized by Google

σῃ. *Μή μου ἅπτου*, πόῤῥω στῆθι, σεβάσθητι τὸν Λόγον, ἀλλὰ μὴ λυπηθῇς. Οἶδε γὰρ οἷς ὀφθῇ πρῶτον. Ἐγκαίνισον τὴν ἀνάστασιν· τῇ Εὔᾳ βοήθησον, τῇ πρώτῃ (27) πεσούσῃ, τῇ πρώτῃ Χριστὸν ἀσπάσασθαι, καὶ γνωρίσαι τοῖς μαθηταῖς. Γενοῦ Πέτρος, ἢ (28) Ἰωάννης· ἐπὶ τὸν τάφον ἐπείχθητι, ἀντιτρέχων, συντρέχων, τὴν καλὴν ἅμιλλαν ἀμιλλώμενος (29). Κἂν προληφθῇς τῷ τάχει, τῇ σπουδῇ νίκησον, μὴ παρακύψας εἰς τὸ μνημεῖον, ἀλλ' ἔνδον γενόμενος. Κἂν ὡς Θωμᾶς ἀπολειφθῇς, τῶν μαθητῶν συνηγμένων, οἷς Χριστὸς ἐμφανίζεται, ὅταν ἴδῃς, μὴ ἀπιστήσῃς· κἂν ἀπιστήσῃς, τοῖς λέγουσι πίστευσον· εἰ δὲ μηδὲ τούτοις, τοῖς τύποις τῶν ἥλων πιστώθητι. Ἂν εἰς ᾅδου κατίῃ, συγκάτελθε. Γνῶθι καὶ τὰ ἐκεῖσε τοῦ Χριστοῦ (30) μυστήρια, τίς ἡ οἰκονομία τῆς διπλῆς καταβάσεως, τίς ὁ λόγος· ἁπλῶς σώζει πάντας ἐπιφανείς, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύοντας (31).

A sculta. Si audieris : *Noli me tangere* [86], procul sta, Verbum venerare, non autem mœre. Novit enim a quibus primum conspiciendus sit. Resurrectionis encænium celebra; Evæ succurre, quæ primum lapsa, prior quoque Christum salutavit, ac discipulis indicavit. Petrum vel Joannem imitare, ad sepulcrum propera, simul ac certatim currens [87], atque honesta æmulatione contendens. Quod si celeritate antevertaris, studio vince, non inclinato corpore in monumentum introspiciens, sed in ipsum ingrediens. Quod si, Thomæ instar, a cœtu discipulorum, quibus apparuit Christus, abfueris, posteaquam videris [88], ne rei fidem abroges. Quod si id tibi fidem non facit, narrantibus saltem crede. Si ne his quidem, at certe clavorum impressionibus fidem habe. Si in infernum descendat, simul descende. Ea quo-

B que mysteria cognosce, quæ Christus illic designavit, quod duplicis descensus consilium, quæ ratio fuerit : utrum omnes sine ulla exceptione adventu suo salvos fecerit, an illic quoque duntaxat, qui crediderunt.

ΚΕ'. Κἂν εἰς οὐρανοὺς ἀνίῃ, συνάνελθε· γενοῦ μετὰ τῶν παραπεμπόντων ἀγγέλων, ἢ τῶν δεχομένων. Ἀρθῆναι ταῖς πύλαις διακέλευσαι, ὑψηλοτέραις γενέσθαι, ἵν' ἐκ τοῦ (32) παθεῖν ὑψηλότερον δέξωνται. Ἀπόκριναι τοῖς ἀποροῦσι διὰ τὸ σῶμα, καὶ τὰ τοῦ Πάθους σύμβολα, οἷς μὴ κατελθὼν (33) συνανέρχεται, καὶ διὰ τοῦτο πυνθανομένοις· *Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ; ὅτι Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς* ἐν πᾶσί τε οἷς ἀεὶ πεποίηκε, καὶ ποιεῖ, καὶ τῷ νῦν πολέμῳ καὶ τροπαίῳ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος· καὶ ὅς τῷ διπλῷ τῆς ἐρωτήσεως διπλῆν τὴν ἀπόκρισιν. Κἂν θαυμάζωσι, λέγοντες (34), κατὰ τὴν Ἡσαΐου δραματουργίαν (35)· *Τίς οὗτος ὁ παραγερόμενος ἐξ Ἐδώμ*, καὶ τῶν γηίνων ; ἢ, Πῶς ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια τοῦ ἀναίμου καὶ ἀσωμάτου, ὡς ληνοβάτου, καὶ πλήρη ληνῶν πατήσαντος; προβαλοῦ τὸ ὡραῖον τῆς στολῆς τοῦ πεπονθότος σώματος, τῷ Πάθει καλλωπισθέντος, καὶ τῇ Θεότητι λαμπρυνθέντος, ἧς οὐδὲν ἐρασμιώτερον, οὐδὲ ὡραιότερον.

865 XXV. Si in cœlos ascendat, simul ascende : comitantibus vel excipientibus angelis te adjunge. Portis, ut attollantur [89] ac sublimiores fiant, impera, quo a passione sublimiorem capiant. Illis, qui propter corpus et Passionis signa, quæ in descensu non allata, secum ascendens tulit, mente dubia et ancipiti sunt, atque ideo percunctantur : *Quis est iste Rex gloriæ?* responde : *Dominus fortis et potens* [90], tum in iis omnibus, quæ semper fecit, et facit, tum in præsenti bello ac tropæo, pro humana natura erecto ; ac duplici interrogationi responsum duplex repende. Quod si, secundum dramaticam illam apud Isaiam personarum loquentium inductionem, admiratione defixi, dixerint : *Quis est iste, qui de Edom*, rebusque terrenis *venit* [91]? aut, Quomodo rubra sunt ejus, qui sanguinis ac corporis expers est, vestimenta, non secus ac vinitoris, qui torcular plenum calcaverit? stolæ corporis passi pulchritudinem ex adverso profer, quod per Passionem exornatum est, ac per Deitatem, qua nihil amabilius quidquam, nec pulchrius, exsplenduit.

C

KϚ'. Πρὸς ταῦτα τί φασιν ἡμῖν οἱ συκοφαντται (36), οἱ πικροὶ τῆς Θεότητος λογισταί, οἱ κατήγοροι τῶν ἐπαινουμένων, οἱ σκοτεινοὶ περὶ τὸ φῶς, οἱ περὶ τὴν σοφίαν ἀπαίδευτοι, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε, τὰ ἀχάριστα κτίσματα, τὰ τοῦ πονηροῦ πλάσματα; Τοῦτο ἐγκαλεῖς Θεῷ τὴν εὐεργεσίαν; διὰ τοῦτο μικρὸς, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός; ὅτι ἐπὶ τὸ πλανώμενον ἦλθεν ὁ Ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνούς, ἐφ' ὧν

XXVI. Quid ad hæc nobis sycophantæ dicunt, acerbi, inquam, isti Divinitatis expensores, rerum honestarum et laudabilium reprehensores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam imperiti, pro quibus Christus gratis mortuus est, ingratæ creaturæ, pravi illius figmenta? Siccine Deo beneficium crimini vertis? Eone parvus est, quia propter te humilis, quia ad ovem errantem bonus ille Pastor venit, animam suam pro ovibus ponens [92], ad montes

D

[86] Joan. xx, 17. [87] ibid. 2. [88] ibid. 24 sqq. [89] Psal. xxiii, 7, 9. [90] ibid. 8. [91] Isa. lxiii, 1 sqq. [92] Joan. x, 11.

(27) *Τῇ πρώτῃ*. Sic codd. Deest τῇ in ed.
(28) *Πέτρος, ἤ*. In nonnullis, Πέτρος, καί.
(29) *Ἀμιλλώμενος*. Or. 1, ἀμιλλώμενοι.
(30) *Χριστοῦ*. Reg. b, duo Colb. et Or. 1, Θεοῦ, « Dei. »
(31) *Πιστεύοντας*. In quibusdam, πιστεύσαντας.
(32) *Ἵν' ἐκ τοῦ*. Coisl. 1, ἵνα τὸν ἐκ τοῦ.
(33) *Κατελθών*. Coisl. 1, συγκατελθών.
(34) *Θαυμάζωσι λέγοντες*. Savil., θαυμάζοντες λέγωσι

(35) *Δραματουργίαν*. Gregorius hic non intelligit falsam compositionem, quales sunt actus fabulosi quibus dramatica poemata conficiuntur : sed genus scribendi ita institutum, ut personas loquentes habeat, quemadmodum in Isaiæ verbis habentur.
(36) *Πρὸς ταῦτα τί φασιν ἡμῖν οἱ συκοφάνται*, etc. Hæc et sequentia usque ad finem fere numeri 29, verbo ad verbum mutuantur ex Or. XXXVIII, num. 14 et 15.

Digitized by Google

et colles, in quibus sacrificabas [95], et errantem invenit, et inventam, iisdem humeris, quibus et crucis lignum, sustulit, et acceptam, ad supernam vitam reduxit, eoque subvectam eodem numero atque ordine collocavit, quo eas, quæ minime aberrarunt? Quia lucernam, hoc est, carnem suam, accendit; et domum everrit [96], mundum scilicet a peccato repurgans, et drachmam, regiam videlicet imaginem fœdis affectibus obrutam, conquisivit, atque amicas sibi virtutes ob repertam drachmam convocat, lætitiæque participes facit, quas Incarnationis quoque conscias effecerat? Quia lucernam præviam lux illa clarissima sequitur, et vocem Verbum, et pronubum sponsus, Domino populum eximium comparantem, atque ad Spiritum per aquam præpurgantem? Hæccine **866** Deo objicis? et idcirco inferiorem eum esse censes, quia linteo præcingitur, ac discipulorum pedes abluit [97], optimamque exaltationis viam ostendit, nimirum humilitatem? Quia propter inclinatam in terram animam se dejicit, ut peccati mole deorsum vergentem secum attollat? Quonam autem pacto illud quoque non reprehendis, quod cum publicanis, et apud publicanos comedit, et publicanos discipulos efficit, ut ipse quoque aliquid lucretur? Quid tandem? Peccatorum salutem. Nisi quis forte eo nomine medicum accuset, quod ad corporis morbos se demittat, fetoremque perferat, ut sanitatem ægrotis largiatur: atque eum etiam, qui humanitate ac misericordia permotus, in foveam seipsum inclinat, ut prolapsum jumentum, quemadmodum lege sancitum est [98], servet.

A ἐθυσίαζες, καὶ πλανώμενον εὗρε, καὶ εὑρὼν ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνέλαβεν, ἐφ' ὧν καὶ τὸ ξύλον, καὶ λαβὼν ἐπανήγαγεν ἐπὶ τὴν ἄνω ζωὴν, καὶ ἀναγαγὼν τοῖς μένουσι συνηρίθμησεν; ὅτι λύχνον ἧψε, τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, καὶ τὴν οἰκίαν ἐσάρωσε, τῆς ἁμαρτίας τὸν κόσμον ἀποκαθαίρων, καὶ τὴν δραχμὴν ἐζήτησε, τὴν βασιλικὴν εἰκόνα συγκεχωσμένην τοῖς πάθεσι, καὶ συγκαλεῖ τὰς φίλας αὐτῷ δυνάμεις ἐπὶ τῇ τῆς δραχμῆς εὑρέσει, καὶ κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς χαρᾶς; ἃς καὶ τῆς οἰκονομίας μύστιδας πεποίητο; ὅτι τῷ προδρόμῳ λύχνῳ (37) τὸ φῶς ἀκολουθεῖ τὸ ὑπέρλαμπρον, καὶ τῇ φωνῇ ὁ Λόγος, καὶ τῷ νυμφαγωγῷ ὁ νυμφίος, κατασκευάζοντι Κυρίῳ λαὸν περιούσιον, καὶ προκαθαίροντι ἐπὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ ὕδατος; Ταῦτα ἐγκαλεῖς τῷ Θεῷ (38); διὰ (39) ταῦτα ὑπολαμβάνεις χείρονα, ὅτι λεντίῳ διαζώννυται, καὶ νίπτει τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ δείκνυσιν ἀρίστην ὁδὸν ὑψώσεως, τὴν ταπείνωσιν; ὅτι διὰ τὴν συγκύπτουσαν (40) χαμαὶ ψυχὴν ταπεινοῦται, ἵνα καὶ συνυψώσῃ τὸ κάτω νεῦον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας; Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ κατηγορεῖς, ὅτι καὶ μετὰ τελωνῶν ἐσθίει, καὶ παρὰ τελώναις, καὶ μαθητεύει τελώνας, ἵνα καὶ αὐτός τι κερδάνῃ; Τί τοῦτο; Τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν σωτηρίαν. Εἰ μὴ καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῷτό τις, ὅτι συγκύπτει ἐπὶ τὰ πάθη, καὶ δυσωδίας ἀνέχεται, ἵνα δῷ τῇ ὑγίειαν τοῖς κάμνουσι· καὶ τὸν ἐπικλινόμενον βόθρῳ διὰ (41) φιλανθρωπίαν, ἵνα τὸ ἐμπεπτωκὸς κτῆνος κατὰ τὸν νόμον ἀνασώσηται.

B

XXVII. Missus quidem est, verum ut homo; nam duplex in eo natura erat; siquidem, juxta naturæ legem, et fatigatus est, et fame ac siti laboravit, et angore affectus est, et lacrymas fudit. Quod si etiam ut Deus, quid propterea? Missionem [99], Patris beneplacitum interpretare, ad quem sua quoque refert, tum ut principium temporis expers honoret, tum ne Deo adversari videatur. Nam alioqui, ut traditus fuisse dicitur, ita seipsum tradidisse scribitur [100]: atque ut a Patre ad vitam revocatus, et susceptus fuisse, ita seipsum quoque a morte excitasse [101], rursusque in cœlum ascendisse, prædicatur. Illa beneplaciti: hæc potestatis. At tu ea quidem, quæ minuunt, atque extenuant, profers; quæ autem efferunt, præteris: atque id quidem expendis, quod passus sit; quod autem sponte, non

C

ΚΖ'. Ἀπεστάλη μὲν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος· διπλοῦς γὰρ ἦν· ἐπεὶ καὶ ἐκοπίασε, καὶ ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐδάκρυσε, νόμῳ φύσεως (42). Εἰ δὲ καὶ ὡς Θεὸς, τί τοῦτο; Τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς ἀποστολὴν εἶναι νόμισον, ἐφ' ὃν ἀναφέρει τὰ ἑαυτοῦ, καὶ ὡς ἀρχὴν τιμῶν ἄχρονον, καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι ἀντίθεος. Ἐπεὶ καὶ παραδεδόσθαι λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν (43) παραδεδωκέναι γέγραπται· καὶ ἐγηγέρθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἀνειλῆφθαι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν (44) ἀνεστακέναι, καὶ ἀνεληλυθέναι πάλιν· ἐκεῖνα τῆς εὐδοκίας, ταῦτα τῆς ἐξουσίας. Σὺ δὲ τὰ μὲν ἐλαττοῦντα λέγεις, τὰ ὑψοῦντα δὲ παρατρέχεις· καὶ ὅτι μὲν ἔπαθε, λογίζῃ· ὅτι δὲ ἐκὼν, οὐ προστίθης (45). Οἷα πάσχει καὶ νῦν ὁ Λόγος! Ὑπὸ μὲν τῶν ὡς Θεὸς τιμᾶται καὶ συναλείφεται (46)· ὑπὸ δὲ τῶν ὡς σὰρξ ἀτιμάζεται καὶ χωρίζεται (47). Τίσιν ὀργισθῇ πλέον;

D

[95] Ose. IV, 13. [96] Luc. XV, 8. [97] Joan. XIII, 4 sqq. [98] Deut. XXII, 4. [99] Galat. IV, 4. [100] Act. X, 14. [101] Ephes. IV, 8 sqq.

(37) *Προδρόμῳ λύχνῳ.* « Lucernam præviam, » id est, « Joannem Domini Præcursorem. »

(38) *Τῷ Θεῷ.* Deest τῷ in pluribus codd.

(39) *Διά.* In nonnullis, καὶ διά. Sic legit Billius.

(40) *Διὰ τὴν συγκύπτουσαν*, etc. Hic per allegoriam indicat Gregorius, « mulierem inclinatam, » nec caput erigere valentem, de qua Lucas XIV, 11, significare « humanam naturam, » quæ præ peccati gravitate deorsum tendit ac deprimitur.

(41) *Διά.* Reg. bm addit, τήν.

(42) *Φύσεως.* Plures Regg., novem Colb., etc., σώματος, « corporis. »

(43) *Ἀλλὰ καὶ ἑαυτόν*, etc. Scribitur apud Joan. X, 18, « Nemo tollit eam (animam) a meipso, et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo rursum sumendi eam. »

(44) *Ἑαυτόν.* Sic plures Regg., plures Colb., etc. In ed., αὐτόν.

(45) *Προστίθης.* Reg. bm, προστιθεῖς.

(46) *Συναλείφεται.* « Confunditur, in unum contrahitur; » nempe a Sabellio, qui Filium, ut Deum honorans, ipsum cum Patre in unam personam contrahebat. Bill. « connectitur. »

(47) *Χωρίζεται.* « Separatur; » nempe ab Arianis, qui impie contendebant, Filium diversam a Patre naturam habere.

Digitized by Google

μᾶλλον δὲ, τίσιν ἀφῇ, τοῖς συναιροῦσι κακῶς, ἢ τοῖς A adjungis. Prob, qualia Verbum nunc quoque patitur! Ab aliis ut Deus honoratur et contrahitur: ab aliis, ut caro, contemnitur, ac separatur. Utris amplius irascetur? Vel potius, utris condonabit, iisne qui male contrahunt, an qui scindunt? Nam et illos dividere, et hos contrahere oportebat; illos, inquam, numero, hos Deitate. Impingis ad carnem? et Judæi quoque ad eam impegerunt. Num **867** Samaritanum etiam vocabis [1]? Nam quod sequitur, tacebo. Deitati fidem abrogas? Hoc ne dæmones quidem ipsi fecerunt. Ita et judicii perversitate Judæos, et incredulitate dæmones superas. Illi enim Filii vocabulum, æqualitatis vocem esse censuerunt [2]: hi autem eum, a quo fugabantur, Deum agnoverunt [3]; doloribus nimirum, quos sentiebant, fidem ipsis facientibus. At tu, nec æqualitatem admittis, nec Deitatem confiteris. Satius tibi fuerat circumcisum esse, ac dæmonis intemperiis agitari, ut ridicule aliquid dicam, quam in præputio, et incolumi valetudine, prave atque impie sentire. Sed bellum hoc, quod cum illis gerimus, vel comprimatur, si serius quidem, sed tamen aliquando, meliorem mentem induere velint; vel, si id facere recusent, atque in sententia maneant, in tempus aliud differatur. Nec enim profecto quidquam extimescemus, pro Trinitate, et cum Trinitate dimicantes.

τέμνουσι; Καὶ γὰρ κἀκείνους διαιρεῖν ἔδει, καὶ τούτους συνάπτειν· τοὺς μὲν τῷ ἀριθμῷ, τοὺς δὲ τῇ Θεότητι. Προσκόπτεις τῇ σαρκί; τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι. Ἢ καὶ Σαμαρείτην ἀποκαλεῖς (καὶ τὸ ἐξῆς σιωπήσομαι); ἀπιστεῖς τῇ Θεότητι; τοῦτο οὐδὲ οἱ δαίμονες. Ὦ καὶ δαιμόνων ἀπιστότερε σὺ, καὶ Ἰουδαίων ἀγνωμονέστερε! Ἐκεῖνοι τὴν τοῦ Υἱοῦ προσηγορίαν ὁμοτιμίας φωνὴν ἐνόμισαν· οὗτοι τὸν ἐλαύνοντα Θεὸν ᾔδεσαν· ἐπείθοντο γὰρ ἐξ ὧν ἔπασχον. Σὺ δὲ, οὐδὲ τὴν ἰσότητα δέχῃ, οὐδὲ ὁμολογεῖς τὴν Θεότητα. Κρεῖττον ἦν σοι περιτετμῆσθαι καὶ δαιμονᾷν, ἵν' εἴπω τι καὶ γελοίως, ἢ ἐν ἀκροδυστίᾳ καὶ ὑγιείᾳ διακεῖσθαι πονηρῶς καὶ ἀθέως. Ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς ἐκείνους πόλεμος ἢ καταλυέσθω, ὀψὲ γοῦν σωφρονήσαντας εἴπερ ἐθέλοιεν, ἢ ἀναβεβλήσθω, μὴ βουλομένων, ἀλλ' ἐχόντων ὡς ἔχουσιν. Πάντως δὲ (48) οὐδὲν δείσομεν, ὑπὲρ τῆς Τριάδος, μετὰ τῆς Τριάδος (49) ἀγωνιζόμενοι.

ΚΗ'. Νῦν δὲ ἀναγκαῖον ἡμῖν οὕτω κεφαλαιῶσαι τὸν λόγον· Γεγόναμεν, ἵν' εὖ πάθωμεν· εὖ πεπόνθαμεν, ἐπειδὴ (50) γεγόναμεν. Τὸν παράδεισον ἐπιστεύθημεν, ἵνα τρυφήσωμεν. Ἐντολὴν ἐλάβομεν, ἵν' εὐδοκιμήσωμεν ταύτην φυλάξαντες· οὐκ ἀγνοοῦντος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐσόμενον, ἀλλὰ νομοθετοῦντος τὸ αὐτεξούσιον (51). Ἠπατήθημεν, ἐπειδὴ ἐφθονήθημεν (52)· ἐκπεπτώκαμεν, ἐπειδὴ παρέβημεν· ἐνηστεύσαμεν, ἐπειδὴ μὴ ἐνηστεύσαμεν, τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως ὑποκρατηθέντες. Ἀρχαία γὰρ ἦν ἡ ἐντολὴ, καὶ ἡμῖν ὁμόχρονος ψυχῆς τις οὖσα παιδαγωγία, καὶ τρυφῆς σωφρόνισμα· ἦν ἐπετάχθημεν εἰκότως, ἵν' ὃ μὴ φυλάξαντες ἀποβεβλήκαμεν, φυλάξαντες ἀπολάβωμεν. Ἐδεήθημεν Θεοῦ σαρκουμένου καὶ νεκρουμένου, ἵνα ζήσωμεν· συνενεκρώθημεν, ἵνα καθαρῶμεν· συνανέστημεν, ἐπειδὴ συνενεκρώθημεν· συνεδοξάσθημεν, ἐπειδὴ συνανέστημεν.

XXVIII. Nunc autem nobis faciendum est, ut orationem in summam ita colligamus: Creati sumus, ut beneficio afficeremur: beneficium accepimus, postquam creati sumus. Paradisus fidei nostræ commissus est, ut deliciis frueremur. Mandatum accepimus, ut, eo servato, gloriam assequeremur; non quod Deus id, quod futurum erat, ignoraret, sed quod arbitrio legem præscriberet. Decepti fuimus, quoniam commodis nostris invisum est. Excidimus, quoniam mandatum transgressi sumus. Jejunavimus, quoniam non jejunavimus, ligni nimirum scientiæ suavitate deliniti ac devicti. Antiquum enim hoc mandatum erat, nobisque contemporanea quædam animæ disciplina, ac deliciarum castigatio: quod non abs re nobis indictum est, ut quod eo non servato perdidimus, servato recuperemus. Opus habuimus Deo, qui carnem acciperet ac moreretur, ut vivamus. Commortui sumus, ut purgemur; simul resurreximus, quoniam simul mortui sumus; simul glorificati sumus, quoniam simul resurreximus.

ΚΘ'. Πολλὰ μὲν δὴ τοῦ τότε καιροῦ τὰ θαύματα· Θεὸς σταυρούμενος, ἥλιος σκοτιζόμενος, καὶ πάλιν ἀναφλεγόμενος (ἔδει γὰρ τῷ Κτίστῃ συμπαθεῖν καὶ τὰ κτίσματα)· καταπέτασμα σχιζόμενον, αἷμα καὶ ὕδωρ τῆς πλευρᾶς χεόμενον· τὸ μὲν, ὡς ἀνθρώπου, τὸ δὲ, ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον· γῆ σειομένη, πέτραι ὑπὲρ τῆς πέτρας (53) ῥηγνύμεναι, νεκροὶ ἀνιστάμενοι εἰς πίστιν τῆς τελευταίας καὶ κοινῆς ἀναστάσεως· τὰ ἐπὶ

XXIX. Quamvis autem permulta illius temporis miracula fuerint: Deus nempe in cruce pendens, sol obscuratus ac rursus inflammatus (nam creaturas quoque Creatori condolere oportebat); velum scissum, sanguis et aqua ex latere profluentes; alterum, ut hominis; alterum, ut humana conditione majoris; terra tremore concussa, **868** petræ propter petram perruptæ, mortui ad fidem postre

[1] Joan. VIII, 48. [2] Marc. V, 7. [3] ibid. 14 sqq.

(48) *Πάντως δέ.* Sic Reg. ph. Sic etiam videtur legisse Bill. Deest δέ in ed.

(49) *Μετὰ τῆς Τριάδος.* « Cum Trinitate, » id est, « auspice Trinitate. »

(50) *Ἐπειδή.* Coisl. 1, ὅτι.

(51) *Ἀλλὰ νομοθετοῦντος τὸ αὐτεξούσιον.* « Sed quod arbitrio legem præscriberet, » id est, ipsum arbitrium legi subjiceret, lege frenaret. » Non recte Billius: « quod libertatem arbitrii lege sanciret; » quasi liberum arbitrium non esset vis nativa hominis, sed aliquod factitium, præcepto constitutum, et lege sancitum.

(52) *Ἐφθονήθημεν.* Sic plures Regg. et Colb., Coisl. 1, Par., Comb., etc. Sic etiam legit Bill. In ed., ἐφθονήσαμεν.

(53) *Ὑπὲρ τῆς πέτρας.* Hæc desunt in pluribus codd.

Digitized by Google

mæ et communi resurrectioni asserendam resurgentes; signa partim ad sepulcrum, partim post sepulcrum edita, quæ, quis est, qui pro dignitate laudare queat? Nullum tamen cum salutis meæ miraculo conferendum est; in quo exiguæ cruoris guttæ orbem universum instaurarunt, atque idem, quod lacti coagulum, hominibus præstiterunt, in unum nos conjungentes et constringentes.

A τῷ τάφῳ σημεῖα (54), τὰ μετὰ τὸν τάφον, ἃ τίς ἂν ἀξίως ὑμνήσειεν; Οὐδὲν δὲ οἷον τὸ θαῦμα τῆς ἐμῆς σωτηρίας· ῥανίδες αἵματος ὀλίγαι κόσμον ὅλον ἀναπλάττουσαι, καὶ γίνονται καθάπερ ὁπὸς γάλακτι πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰς ἓν ἡμᾶς συνδέουσαι καὶ συνάγουσαι.

XXX. At, o Pascha, magnum, inquam, et sacrum Pascha, totiusque mundi piaculum! Te enim quasi vita præditum alloquar. O Verbum Dei, et lux, et vita, et sapientia, et potentia! Omnibus enim nominibus tuis oblector. O magnæ illius mentis soboles, et progressio, ac signaculum! O Verbum intellectile, et homo aspectabilis, qui omnia potentiæ tuæ verbo devincta portas: hanc velim orationem, B non ut primitiàs, sed ut extremam fortasse oblationem nostram habeas, quam tibi duplici nomine offero, tum ut pro acceptis beneficiis tibi gratias agam, tum ut supplex rogem, ne ad sacras et necessarias curas, in quibus omnis vita nostra versata est, quidquam afflictionis adjicias; ac corporis in nos tyrannidem (quæ quanta sit, vides, Domine, quamque me curvet), vel sententiam tuam, si quidem a te purgemur, sistas atque comprimas. Quod si, qualem expetimus, vitæ finem nanciscamur, atque in cœlestia tabernacula recipiamur, illic quoque tibi fortasse super altari tuo sancto grata sacrificia C offeremus, o Pater, et Verbum, et Spiritus sancte: quia tibi debetur omnis gloria, honor, et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

Α'. Ἀλλ', ὦ Πάσχα, τὸ μέγα καὶ ἱερὸν, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου καθάρσιον! ὡς γὰρ ἐμψύχῳ σοι διαλέξομαι. Ὦ Λόγε Θεοῦ, καὶ φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ σοφία, καὶ δύναμις! χαίρω γὰρ πᾶσί σου τοῖς ὀνόμασιν. Ὦ νοῦ τοῦ μεγάλου γέννημα, καὶ ὅρμημα, καὶ ἐκσφράγισμα! ὦ Λόγε νοούμενε, καὶ ἄνθρωπε θεωρούμενε, ὃς πάντα φέρεις ἀναδησάμενος (55) τῷ ῥήματι τῆς Β δυνάμεώς σου (56)! νῦν μὲν ἔχοις τὸν λόγον τοῦτον, οὐκ ἀπαρχὴν, ἀλλὰ συμπλήρωσιν ἴσως τῆς ἡμετέρας καρποφορίας, χαριστήριον τὸν αὐτὸν καὶ ἱκέσιον μηδὲν κακοπαθεῖν ἡμᾶς ἔξω τῶν ἀναγκαίων (57) καὶ ἱερῶν, οἷς συνεζήσαμεν· καὶ στήσαις (58) τῷ σώματι τὴν καθ' ἡμῶν τυραννίδα (ὁρᾷς ὅσην, Κύριε, καὶ ὡς κάμπτουσαν), ἢ τὴν σὴν ψῆφον, εἰ παρὰ σοῦ καθαιρούμεθα. Εἰ δὲ καταλύσαιμεν ἀξίως τοῦ πόθου, καὶ δεχθείημεν ταῖς οὐρανίαις σκηναῖς, τάχα σοι καὶ αὐτόθι θύσομεν δεκτὰ ἐπὶ τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον, ὦ Πάτερ, καὶ Λόγε, καὶ Πνεῦμα (59) τὸ ἅγιον· ὅτι σοὶ πρέπει (60) πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (61). Ἀμήν.

(54) *Τὰ ἐπὶ τῷ τάφῳ σημεῖα.* Intelligit Gregorius prodigia, quæ in Christi sepultura, et post ipsam contigere. Quæ omnia rite explicat Niretas.

(55) *Ἀναδησάμενος.* Par., ἀναδυσόμενος.

(56) *Σου.* Deest in pluribus codd.

(57) *Ἀναγκαίων.* Reg. ph addit, τῶν ὑπὲρ τῶν σῶν ἐντολῶν, καμάτων, καὶ πόνων ἱερῶν, οἷς, etc. « Ne ad necessarios labores pro præceptis tuis, pastoralesque curas ac molestias, in quibus, etc

(58) *Στήσαις.* Savil., στῆσαι.

(59) *Πνεῦμα.* Reg. bm et Or. 1, τὸ Πνεῦμα.

(60) *Πρέπει.* Deest in Regg. bm, ph et duobus Coisl.

(61) *Αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Sic duo Coisl., Or. 1 et Ilervag. Sic etiam legit Bill. In ed. deest, τῶν αἰώνων.

APPENDIX.

MONITUM.

869 I. In vulgatis hactenus Gregorii operum editionibus, quædam reperiuntur opuscula, quæ, cum falso Theologo nostro ascribantur, in Appendice hujus editionis collocanda judicavimus. Ac primo quidem inter spuria Gregorii opera reponendam putamus hanc lucubratiunculam, cujus inscriptio: Σημασία εἰς τὸν Ἰεζεκιήλ· « Significatio, » seu potius, observatio, adnotatio « in Ezechielem. » Eam esse « Gregorio prorsus indignam » Tillemontius (62) pronuntiavit. Et sane, perperam nobis orationis nomen sibi vindicare videtur. Rectius enim inscriberetur: « Breves et indigestæ adnotationes in Ezechielem, et alia quædam Scripturæ loca. » Id certe colligitur, tum ex hujus opusculi forma et serie, tum ex isto codicis maximi Colbertini scholio, in quo legimus: Οὐ μόνον τοῦ Ἰεζεκιὴλ εἰσιν αἱ σημειώσεις, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων τινῶν γραφικῶν· « Adnotationes istæ non solum circa Ezechielem versantur, sed etiam circa alia quædam Scripturarum loca. » Mirum profecto videri debet, quod tam informis fetus Gregorio tribuatur, ac inter peregregias ipsius orationes locum obtinuerit. Quotquot enim sunt in arte critica magistri hunc fetum ex Theologi

(62) T. IX, p. 464.

Digitized by Google

nostri operibus expunxerunt. Billius ipse eruditorum sententiam calculo suo confirmavit. « Dubitant Græci, inquit (63), an hæc lucubratiuncula Gregorio tribuenda sit. Et sane, hic ita involuta et intricata sunt omnia, imo ita inversa et confusa, ipseque stylus adeo salebrosus ac perturbatus, ut mihi hoc opusculum tanti auctoris nomen nullo modo sustinere posse videatur. »

II. Deinde ad confirmandam nostram hac de re opinionem, accedit etiam testimonium hujus scholii : Ἰστέον, ὅτι οὗτος ὁ λόγος ἀμφιβάλλεται · « Sciendum hanc orationem in dubium revocari. » Præterea desideratur in nonnullis optimæ notæ codicibus hoc opusculum ; nec legitur in duobus primis Coisliniani codicibus bibliothecæ Sangermanensis. Idcirco illud merito repudiamus ; neque enim his omnino movemur, quæ scholiastes Colbertini maximi, jam præcedenti numero citatus, post laudata verba immediate subjungit : Ἴσως δὲ ὁ πάντα ἅμα εὑρὼν, οὕτως ἐπέγραψε, διὰ τὸ ἐνίοτε καὶ τὸν Πατέρα οὕτως εὑρεῖν ἐπιγράψαντα, ἐν ᾧ εἰώθει παρασημειοῦσθαι σχεδαρίῳ · πρῶτον σημειωσάμενον τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ, παρένθετα δὲ καὶ ἄλλας γραφικὰς σημειώσεις, ὡς ἐν σχεδαρίῳ · ὁμολογηθέντι δὲ παρὰ πάντων τοῦ Ἁγίου τούτου εἶναι · ἴσως ὡς ἰδιογράφῳ αὐτοῦ **870** ὄντι, ἢ καὶ ἄλλως πως ὡμολογημένῳ · « Forsan autem is, qui omnia invenit, simul hoc titulo prænotavit, propterea quod Patrem (Gregorium) sic etiam prænotasse repererit in eo libello, in quo hujusmodi observationes describere solebat ; prius scilicet observationibus in Ezechielem digestis, tumque, ut in libello, etiam in alia Scripturæ loca insertis ; qui libellus omnium communi calculo existimatur Sancti hujus esse fetus ; forsitan ut qui ejus manu fuerit exaratus, sive re aliter explorata. » Verum, nemo est qui non videat, hic scholiastam plura conjectando loqui ; quamvis doceat exstitisse libellum, communi omnium sententia Gregorio nostro ascriptum, in quo suas in varia Scripturæ loca observationes describere solebat. Sed ex dictis manifestum est, communem eruditorum sententiam hac in re esse præferendam, utpote quæ validioribus nitatur argumentis. Cæterum, quis fuerit hujus opusculi auctor, ignoratur.

—

ΣΗΜΑΣΙΑ (64) ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΕΖΕΚΙΗΛ.

Νομίζομεν τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ λογικόν · τὸν λέοντα, τὸ θυμικόν · τὸν μόσχον, τὸ ἐπιθυμητικόν · τὸν ἀετὸν, τὴν συνείδησιν ἐπικειμένην (65) τοῖς λοιποῖς, ὅ ἐστι πνεῦμα παρὰ Παύλου λεγόμενον τοῦ ἀνθρώπου · τὸν ἐπικαθεζόμενον, τὸν Πατέρα · τὸ δὲ πνεῦμα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · τὴν δὲ νεφέλην, τὸν Υἱόν · ἀπὸ βορρᾶ δὲ, ἀπὸ τῆς εἰσαγωγικῆς, ἐπὶ τὰ κρείττονα ὁδεύοντα. Φέγγος, διὰ τὸ φωτίζεσθαι · πῦρ δὲ, διὰ τὴν παίδευσιν · τὸ ἐξαστράπτον, ὅτι ἐκ διαλειμμάτων αἱ κολάσεις · τὸ δὲ κεκαθαρμένον τῆς ψυχῆς, ἤλεκτρον λέγεται · σημειωτέον, ὅτι τὸ τοῦ ἀνθρώπου ὁμοίωμα προηγεῖται (66). Πᾶσα δὲ ἡ λογικὴ φύσις πτερουμένη ἐστὶ πτεροῖς πνευματικοῖς. Συσχίγγουσι δὲ ἀλλήλους, διὰ τὸ κοινωνικὸν καὶ τὴν ὁμόνοιαν. Χεὶρ δὲ ἀνθρώπου ὑποκάτω, διὰ τὸ εὔτακτον. Τὸ δὲ στερέωμα, διὰ τὸ στερρόν. Ἶριν δὲ, διὰ τὴν εἰρήνην καὶ διαθήκην τὴν πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Σάπφειρος, τὰ ἀπόῤῥητα · κρύσταλλος, τὸ καθαρὸν καὶ ἄδολον. Ὀρθοὶ (67) οἱ πόδες, διὰ τὸ βάσιμον καὶ μόνιμον. Πῦρ ἐν μέσῳ συστρεφόμενον, οὐχὶ χαῦνον καὶ διαῤῥέον. Φέγγος δὲ, διὰ τὸ τέλος τῆς ἀναπαύσεως. Τὸ ἴχνος δὲ τῶν ποδῶν, ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος, *μόσχου*, διὰ τὸ γεωπόνον · ὡς δὲ Ἀκύλας, *στρογγύλον*, διὰ τὸ κάλλιστον τῶν σχημάτων. Τὸ εἶδος δὲ τῶν τροχῶν (68), ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος, *ὑακίν-*

A SIGNIFICATIO IN EZECHIELEM [a].

Existimamus per hominem, vim rationalem intelligi ; per leonem, irascibilem ; per vitulum, concupiscibilem ; per aquilam [b], conscientiam, quæ reliquis immineat, quæ a Paulo spiritus hominis dicitur [c] ; per eum qui insidet, Patrem ; per spiritum, Spiritum sanctum ; per nubem, Filium. Ab aquilone, id est, a prima institutione ad excellentiora progredientem. Jam splendor dicitur, quia homo illuminatur ; ignis, propter correctionem ; fulgurans, quia per intervalla pœnæ infliguntur ; electrum, animæ a vitiis repurgatæ statum significat. Illud autem notandum, hominis similitudinem præcedere. Porro natura omnis rationis particeps spiritualibus pennis instructa est. Mutuo autem se constringunt, B propter societatem et concordiam. Manus vero hominis sub pennis, propter ordinis rationem et disciplinam. Firmamentum additur, propter soliditatem ac firmitatem. Iris autem, propter pacem et fœdus a Deo nobiscum initum. Sapphirus autem arcana designat ; crystallum, puritatem, animique affectionem ab omni fraude alienam. Ad hæc recti pedes dicuntur, propter incedendi facultatem et constantiam. Ignis in medio convolutus, non autem remissus et diffluens. Splendor autem, propter quietis finem. Jam pedum vestigium, et quidem Symma-

[a] Ezech. I, 5 et sqq. [b] I Cor. II, 11.

[a] Alias Or. 47.

(63) In Argumento hujus opusculi.

(64) *Σημασία*. « Observatio, annotatio. »

(65) *Ἐπικειμένην*. « Quæ reliquis immineat. » Bill. « incumbentem. »

(66) *Προηγεῖται*. « Præit, prior venit, præponitur ordine narrationis. »

(67) *Ὀρθοί*. Savil., ὀρθιοι.

(68) *Τὸ εἶδος δὲ τῶν τροχῶν*, etc. Billius Com- C ment. in hunc locum ait : « Perspicuum est quædam verba hic desiderari. Nam particula μέν indicat alteram clausulæ partem deesse. » Id vero negat Combefisius, qui alterum membrum a Billio desideratum reperit in his verbis : Ἀνέχαμπτον δὲ ὡς εἶδος τοῦ Βεζέκ. Quæ altera expositio est, non quidem ex Aquilæ versione, ut putavit Bill., sed ex Theodotionis interpretatione sumpta, ut auctor est Hieron.

Digitized by Google

chus reddidit, *vituli*, propter agriculturæ laborem : ut autem Aquila exposuit, *roiundum*, quia figura ea omnes pulchritudine vincit. Præterea forma rotarum, ut explicat Symmachus, *hyacinthina*. Revertebantur autem, instar formæ **871** bezec, velut iter ægre facientes, quoniam totam lucem non habent, sed instar formæ bezec, id est, *fulguris*. Ac si quidem omnibus suis numeris partibusque absolvatur hominis similitudo, aliis hominibus dominatur : sin secus, contrarium contingit. Jam vero leo aliquid habet, ferocitatem nempe et superbiam, ut eo recte commodeque utamur. Vitulum autem, ut recte atque honeste concupiscamus. Ait Isaias : *Sanctificabis eum in igne ardenti* [6]. A lumbis, et supra, electrum ; superiores etenim partes coerceri nihil necesse est. A lumbis, et infra, ignis ; nimirum gignendi actiones. Atque hæc coercitione et castigatione opus habent. Cæterum Spiritus primum purgando elevat ; ac deinde eos, qui ab hoc purgati non fuerint, ignis purgat. Tum splendor faustum ac jucundum finem significat. Hujusmodi enim sunt pœnæ et castigationes. Unus est opificis scopus, ut subjectam materiam, arbitratu suo, atque, ut per artem licet, fabricetur. Quemadmodum Deus bonus et sapiens est, non autem sicut nos, ita etiam opifex est, seu conditor ; quippe qui simplex est, et compositionis expers ; nos autem, qui compositi sumus, haudquaquam ita sumus. *Justificata est sapientia a filiis suis* [7], sapientes videlicet filios dicens. Ac rursus idem Salvator ipsis dicit, sic loquens : *Sapientiores sunt filii hujus sæculi filiis lucis in generatione sua* [8] : per filios lucis eos intelligens, qui scientiæ luce collustrati sunt. Apostolus quoque his verbis utitur : *Eramus natura filii iræ* [9], non quod ex natura, sed quia vere rei sunt, iræque obnoxii, qui peccant. Quinetiam de Juda scriptum est, quod perditionis filius sit [10] : quo loco perditionis filius idcirco dicitur, quod pestiferum facinus admiserit. Isaias tribus annis nudus et sine calceamentis vitam

A *θιτον*. Ἀνέκαμπτον δὲ, ὡς εἶδος τοῦ βεζὲκ, ὡσεὶ δυσοδοῦντα, τὸ ὅλον (69) τοῦ φωτὸς μὴ ἔχοντα, ἀλλ' ὡς εἶδος τοῦ βεζὲκ, ὅ ἐστι τῆς *ἀστραπῆς*. Ἐὰν μὲν ἀπαρτίσῃ τὸ ὁμοίωμα τοῦ ἀνθρώπου, κυριεύει τῶν ἄλλων ἀνθρώπων (70) · εἰ δὲ μὴ, τὸ ἐναντίον συμβαίνει. Ἔχει τι ὁ λέων, τὸ γαῦρον (71), τὸ εὔτονον, ἵνα καλῶς αὐτῷ χρησώμεθα. Τὸν δὲ μόσχον, ἵνα δεόντως ἐπιθυμῶμεν. Ἡσαΐας λέγει· *Ἁγιάσεις αὐτὸν ἐν πυρὶ καιομένῳ*. Ἀπὸ ὀσφύος, καὶ ἄνω, ἤλεκτρον (72)· τὰ γὰρ ἄνω οὐ δεῖται κολάσεως. Ἀπὸ ὀσφύος, καὶ κάτω, πῦρ, τὰ γενέσεως πράγματα· ταῦτα δὲ κολάσεως δεῖται. Τὸ Πνεῦμα πρῶτον ἐξαίρει καθαῖρον· εἶτα τοὺς μὴ καθαρθέντας ἐκ τούτου τὸ πῦρ καθαίρει. Τὸ δὲ φέγγος, χρηστὸν (73) τέλος. Τοιαῦται γὰρ αἱ κολάσεις (74). Εἷς ὅρος δημιουργοῦ, τὸ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, ὡς βούλεται, καὶ ὡς ἐνδέχεται τῇ τέχνῃ ποιεῖν· ὥσπερ ὁ Θεὸς ἀγαθὸς καὶ σοφὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς, οὕτως καὶ δημιουργός· ἐπειδὴ ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος· ἡμεῖς γὰρ σύνθετοι ὑπάρχοντες, οὐχ οὕτως ἐσμέν. *Ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς*, τοὺς σοφοὺς τὰ τέκνα λέγων. Καὶ πάλιν αὐτὸς αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ φησιν ἐν τῷ· *Σοφώτεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτῶν*· υἱοὺς φωτὸς λέγων τοὺς πεφωτισμένους τῇ γνώσει. Καὶ, *Ἤμεν φύσει τέκνα ὀργῆς*, οὐ τὸ κατὰ φύσιν λέγων, ἀλλ' ὅτι ἐν ἀληθείᾳ ὑπεύθυνοι ὀργῆς τυγχάνουσιν οἱ ἁμαρτάνοντες. Καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα γέγραπται, ὅτι *Υἱὸς ἀπωλείας*· ἀπωλείας δὲ υἱὸν αὐτὸν εἶπε, τῷ τὰ τῆς ἀπωλείας πεπραχέναι. Ἡσαΐας ἔτεσι τρισὶ γυμνὸς καὶ ἀνυποδέστατος (75) διήγαγε. Τὸν Μωσέα φασὶ μετὰ τὸ ἀκοῦσαι τῶν χρησμῶν τοῦ Θεοῦ, μηκέτι ἅψασθαι τῆς γυναικὸς, μηδὲ τεκνοποιῆσαι. *Βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ*, φασὶν, ὅτι ὁ ναὸς ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκοδομηθήσεται ὕστερον, ὡς τοῦ Ἀντιχρίστου πιστευθησομένου ὑπὸ Ἰουδαίων Χριστοῦ εἶναι, καὶ καθεσθησομένου, καὶ δόξοντος ὅλης τῆς οἰκουμένης εἶναι βασιλέως. Ἦξει δὲ ἐπ' ἐρημίᾳ τοῦ κόσμου· βδέλυγμα γὰρ ἐστι τῆς ἐρημώσεως. Λέγον-

B

C

[6] Isa. x, 17. [7] Luc. vii, 35. [8] Luc. xvi, 8. [9] Ephes. ii, 3. [10] Joan. xvii, 12.

mus : ὡσεὶ δυσοδευοῦντα. « Quasi malam et difficilem viam nacta, eaque ægre incedentia. » Reg. h ad marg. ἀντὶ τοῦ, οὐκ εὐοδούμενον. « Pro non recte incedentia. »

(69) *Τὸ ὅλον*. In nonnullis, τὸ τέλος, « lucis perfectionem. »

(70) *Κυριεύει τῶν ἄλλων ἀνθρώπων*. Legendum putamus : κυριεύει τῶν ἄλλων ζώων· « aliis animantibus dominatur. » Nam si vulgatam lectionem conservamus, « aliis hominibus dominatur, » quis igitur erit illorum verborum sensus ? Num, ut perfecta sit hominis similitudo, cæteris hominibus dominari debet ? Nemo prorsus id fatebitur. Ex consequentibus desumendus est sensus. Hic propriæ singulis animantibus dotes referuntur. Ac, sicut homo habet, ut cæteris animantibus dominetur, ita leo, ut sit viribus fidens, superbus ; et vitulus, ut igne sanctificetur. Quibus si homo congrue utatur, virtute emicabit ; sin autem male, vitio sordescet. Nam homo, vel dominatur affectibus, vel ipsis est mancipatus. Si primum, perfecta est ipsius similitudo ; sin secus, ipsi, more brutorum, agere continget, ac proinde perfecta non erit ipsius similitudo.

(71) *Ἔχει τι ὁ λέων, τὸ γαῦρον*. « Habet leo quod sit ferox, acer, superbus, cæterorum se regem animantium sentiens. » Bill. « Jam vero leo aliquid habet, alacritatem nempe et acrimoniam. » Haud scio, utrum quispiam ipsi assentiatur, cum ait in notis, τὸ γαῦρον hic non tam significare « superbiam, » ut vertit Volfangus, quam « elati animi alacritatem. »

(72) *Ἀπὸ ὀσφύος, καὶ ἄνω, ἤλεκτρον*. Hic « per lumbos, » intelligit Propheta partem eam, in qua libidinis ardor exsistit. Superiores autem partes puras esse designat, ac puritate electro similes.

(73) *Χρηστόν*. Sic Regg. bm, hu et Coisl. 3. In ed., χρητόν.

(74) *Τοιαῦται γὰρ αἱ κολάσεις*. Juxta Combefisium, hic desinat periodus ; nec sequentibus jungenda cum Billio, qui vertit : « Hujusmodi enim sunt supplicia, in quibus inferendis, id unum sibi summus rerum opifex proponit, ut subjacentem materiam, » etc.

(75) *Ἀνυποδέστατος*. Reg. hu et Jes., ἀνυπόδετος

Digitized by Google

καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, οἱ ἐν Βαβυλῶνι, καὶ κατὰ τὴν χάμινον, παῖδες εἶναι τοῦ Ἐζεκίου, καὶ Ἰεζεκιὴλ δοῦλος γεγενῆσθαι πρότερον Ἱερεμίου.

A transegit. Moysem ferunt, post audita Dei oracula, nunquam **872** cum uxore consuetudinem habuisse, nec liberos procreasse. Quod autem ad hunc locum attinet : *Abominatio desolationis stans in loco sancto* [11], aiunt fore, ut Jerosolymitanum templum rursus exstruatur, atque Antichristus a Judæis Christus credatur, in eoque sedeat, totiusque orbis terrarum rex esse videatur. Porro ad mundi desolationem et vastitatem veniet. Abominatio siquidem desolationis est. Feruntur tres illi pueri, in Babylone in fornacem conjecti [12], Ezechiæ filii fuisse, atque Ezechielem Jeremiæ servum prius exstitisse.

[11] Matth. xxiv, 15. [12] Dan. iii, 19 sqq.

873 MONITUM IN SEQUENTEM METAPHRASIM.

I. Eruditorum auctoritate et rationibus ducti, hanc in Ecclesiasten Metaphrasim Gregorio Thaumaturgo, Neocæsareæ in Ponto episcopo, restituimus. Nullus enim est dubitandi locus, quin ipse verus ac germanus istius opusculi parens sit agnoscendus. Id primum probatur Eusebii testimonio, qui, de Gregorio Thaumaturgo verba faciens (76), hæc habet : « Ingenii sui nobis maxima in parvo monumenta reliquit. In Ecclesiasten namque Metaphrasim magnificentissime scripsit. » Idem Hieronymus (77) testatur. « Theodorus, inquit, qui postea Gregorius appellatus, Neocæsareæ Ponti episcopus... scripsit Metaphrasim in Ecclesiasten, brevem quidem, sed valde utilem. » Billius aperte declarat, in controversia esse apud Græcos, an hoc opus sit Gregorii Theologi fetus Deinde subjungit (78) : « Certe in eo libro, qui, a permultorum veterum opusculorum collectione, μικροπρεσβυτικόν dicitur, non Gregorii Nazianzeni, sed Neocæsariensis nomen præfert. » Demum Tillemontius ipse (79) opusculum istud eidem Gregorio Neocæsariensi, « nemine reclamante, » ascriptum asserit. Observandum præterea, hanc Metaphrasim jam inter alia Gregorii Neocæsariensis episcopi opera Moguntiæ anno 1604 a doctissimo Gerardo Vossio vulgatam fuisse (80). Ex quibus profecto constare debet, istud opusculum non ad Gregorium Theologum, sed ad Thaumaturgum pertinere.

II. Cur igitur, dicet forsan aliquis, in plurimis codicibus ac editis, hæc Metaphrasis inter Gregorii orationes locum occupat? Sic optime respondet Billius, ejusque responsionem ultro amplectimur. « Non est dubium, inquit vir eruditus (81), quin verus istius Metaphrasis auctor sit Gregorius Neocæsariensis. Quod autem huic quoque nostro ascripta fuerit, commune nomen in causa fuit. Nec vero hoc cuiquam mirum videri debet. Frequenter enim in scriptis ecclesiasticis accidit, ut idem liber duobus atque etiam pluribus attribuatur... Quoties idem accidere videmus, temporum infelicitati, et amanuensium aut librariorum incuriæ id assignandum est. » Deinde duo profert hujus rei exempla a se inter legendum annotata, et addit : « Plura hujusmodi deprehendet, qui antiquos scriptores sedula manu versabit. » Eadem propemodum argumenta reperire est apud Gerardum Vossium (82), Gregorii Neocæsariensis operum editorem, in *Censura* circa hanc Metaphrasim. Cæterum, quamvis stylus istius opusculi non usquequaque referat elaboratum illud dicendi genus, quod passim in Theologi nostri scriptis elucet, nihilominus tamen plurima sunt quæ virum pietate et doctrina eximium redolent, multumque corrigendis moribus inservire possunt. Totum Ecclesiastes librum in duodecim capita divisum, brevi quidem, sed accurata omnibusque ingeniis accommodata interpretatione percurrit

(76) *Hist.* lib. vii, c. 25.
(77) *Script. eccl.*
(78) *Monit.* in hanc Or.
(79) T. IX, p. 464.
(80) T. I, p. 149.
(81) *Monit.* in hanc Or.
(82) Censura hujus Metaphrasis, t. I, p. 167.

ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΗΝ. 874 *METAPHRASIS IN ECCLESIASTEN* [a].

B

Τάδε λέγει Σαλομών, κ. τ. λ. I. His verbis Salomon, etc.

Vide inter Opera sancti Gregorii Thaumaturgi, hujusce Patrologiæ t. X.

[a] Alias Or. 53.

875-892 MONITUM

In primum *De fide orthodoxa* tractatum.

I. De istius tractatus auctore variæ fuerunt eruditorum sententiæ. Alii quidem Latine, alii autem Græco idiomate primitus conscriptum asseruere. Hinc, prout diversa erat illo-

Digitized by Google

rum opinio, alii ad Latinum, alii ad Græcum scriptorem opusculum istud retulerunt. Qui pro Græco scriptore stabant, causam suam tuebantur hoc præcipue Augustini contextu, in quo S. Doctor de modo quo Deus olim patriarchis apparuerit, loquens, ait (83) : « Gregorius etiam sanctus, episcopus orientalis, apertissime dicit, Deum natura invisibilem, quando Patribus visus est, sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicujus conspicabilis materiæ dispositione assumpta, salva sua invisibilitate, videri potuisse. » Unde, re in utramque partem nondum satis discussa, diu pro certo habitum est, Gregorium nostrum istius fetus vere parentem esse; nec tantum ipsis id asserere satis fuit, imo et hujus opusculi Græce, ut dictitabant, a Theologo conscripti, Rufinum interpretem nominarunt. Quamobrem, cum opus istud jam primum Argentorati prodiisset anno 1508, ac postea Lipsiæ anno 1522, demum inter Gregorianas orationes vulgatum est, hac epigraphe decoratum : « Divi Gregorii episcopi Nazianzeni *De fide*, Rufino presbytero interprete, tractatus (84). »

II. Verum rectius sane ii conjectarunt, qui, quamvis non differentur, Gregorium nostrum « pluribus in locis (85) » de eadem quæstione disseruisse, non inde tamen, admissa etiam Augustini auctoritate, intulerunt, tractatum istum Theologo ascribendum esse. Ipsis enim verisimilius visum est, Augustinum ad quædam alia Gregorii orationum loca allusisse; cum præsertim certissime constaret, nusquam exstitisse hujus tractatus Græca, nec quemquam hactenus repertum qui ea se præ manibus habuisse gloriatus sit. De Rufino autem interprete idem hic dicendum, quod de sequenti tractatu adnotat Usserius. Ait enim (86) se collectiones manuscriptorum operum Gregorii, quæ Rufinus Latine reddidit, manibus versasse, nec uspiam apparere istud opusculum. Unde concludit vir doctus, « non auctorem magis Gregorium, quam Rufinum illius interpretem censendum esse. » Nec audiendus Natalis Alexander (87), qui superflua subtilitate auguratur, primævum istius tractatus scriptorem Latinum fuisse; sed opus, postea Græco idiomate donatum, Latinum tandem interpretem habuisse Rufinum. Inconcussum igitur videri debet, tractatum istum, non Græce, sed Latine tantum conscriptum, in lucem prodiisse. Quod quidem aliis etiam nonnullius momenti argumentis probari potest. Nam primum in hoc opusculo Scriptura sacra veteri lectione, quam « Italicam » vocant, citatur. Tum, de « ratione » agens auctor (88), sic ait : « Ratio, quæ apud Græcos λόγος nuncupatur. » Et alibi de « consubstantialitate » loquens : « Hoc est, inquit, quod Græci ὁμοούσιον appellant. » Unde Quenellius (89) : « Viden, inquit, ut Latine primum scriptus libellus? »

III. Posthabita igitur, quæ pro Græco scriptore pugnabat, opinione, ad Latinum sese unanimi fere consensu converterunt eruditi. Sed, in **893** assignando vero ac germano istius tractatus auctore, alii in alias abiere sententias. Chiffletius (90) quidem illum suo Vigilio Tapsensi, in Africa episcopo, tribuere nititur. Quenellius vero (91), Chiffletii sententiam impugnans, plura congerit, ut Gregorio Bætico, seu Eliberitano, in provincia Bætica episcopo, ascribat. Priores Ambrosii editores inter Mediolanensis episcopi Opera fetum istum collocarunt. At posteriores nostri in Appendicem, velut spurium, rejecerunt (92). Tillemontius (93) in eamdem ac Quenellius sententiam inclinat, et Gregorio Eliberitano attribuit. Persensit tamen, vir eruditus, stylum nonnihil Phœbadii Aginnensis episcopi dicendi-rationem sapere. Hac Tillemontii conjectura, nostri *Historiæ Galliæ Litterariæ* conscriptores (94), ad quæstionem istam maturius expendendam impulsi, litem demum componere videntur. Multiplici enim argumento, tum ex collatione istius opusculi cum altero Phœbadii tractatu, tum ex forma et notis, quibus, in litterariis disputationibus, vera a falsis secernuntur, deducto, tractatum istum Phœbadio restituere conantur Longioris sane ac fastidiosæ forsan esset operæ hic recensere quæ ad suam confirmandam sententiam de hac quæstione scripserunt. Ad opus ipsum lectorem remittimus. Legat et judicet. Nos vero eorum rationibus adducti, Phœbadium Aginnensem episcopum, ut verum hujus opusculi auctorem agnoscimus.

IV. Cæterum de istius tractatus excellentia conjicere licet, ex variis eruditorum conatibus, qui ipsum ad auctores, tum pietate, tum doctrina conspicuos, referre tentarunt. Scriptus videtur contra Arianos, qui Filii substantiam cum Paterna eamdem esse inficiabantur. Ipsi enim vocem ὁμοούσιον, « ejusdem substantiæ, » rejiciebant, ut ὁμοιούσιον, « similis substantiæ, » inducerent. Jampridem adversus eosdem hæreticos libellum ediderat auctor istius tractatus, in quo nonnulla a quibusdam, velut superflua aut ambigua, reprehensa sunt. Idcirco « eadem, » ut ipse loquitur, « planiori sermone in isto tractatu digerit (95), ut sensus sui simplicitatem ostendat, ac legentibus scrupulum amputet. » In *Bibliotheca veterum Patrum* (96) editus reperitur prior ille libellus contra Arianos, quem, ut cum Hieronymo loquamur, « Phœbadius Agenni Galliarum episcopus edidit. » Addit etiam S. Doctor, quod quidem ad rem nostram plurimum valet : « Dicuntur et ejus esse alia

(83) Epist. 148, n. 10.
(84) Bill. ed. t. I, p. 722.
(85) Or. XXVIII, n. 17. Or. XXXII, n. 16.
(86) Ad calcem opusc. *De symb.*
(87) Natal. Alex. *Hist. eccl.*, sæc. IV, art. 22, n. 2
(88) *Tract.* n. 11 et n. 13
(89) Opp. Leonis, dissert. XIV, p. 720.
(90) *In Vindiciis Vigil.*
(91) Ubi supra.
(92) Nova Ambr. ed. t. II, part. II, p. 343.
(93) T. IX, p. 558 et 727.
(94) T. I, part. II, p. 266 et seqq.
(95) *Tract.*, n. 2.
(96) T. IV, p. 300.

Digitized by Google

opuscu.a, quæ necdum legi (97). » Quidni igitur in illorum opusculorum numero, quæ nondum legerat Hieronymus, tractatum istum reponamus? Tanta siquidem est istius cum altero affinitas, ut nullo modo alter ab alio divelli posse videatur. Prior libellus, juxta *Galliæ Litterariæ* historicos, scriptus videtur anno 357 vel saltem 358; iste vero anno 360 aut 361. Cum autem in præcedentibus editionibus mutilatus ac multis mendis scatens prodierit iste tractatus, Billianum exemplar cum novissimo Ambrosii exemplari, utpote accuratiori, contulimus, et textum, quoad fieri potuit, in integrum restitui curavimus.

(97) Hieronym. *Script. eccles.*, p. 145.

DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARIANOS.

TRACTATUS PRIMUS *.

Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. XX, col. 31, inter Opera S. Phœbadii, episcopi Aginnensis.

* Alias Or. 49.

MONITUM

In alterum *De fide orthodoxa* tractatum.

I. Quæ de præcedenti tractatu, in *Monito* ipsi affixo, statuimus, satis profecto indicant, quid de isto sentire debeamus. « Uterque enim, » ut cum Quenellio (98) loquamur, « in styli similitudine convenit... uterque Nicæni Symboli fidem explicat; » ac proinde uterque, cum tanta sit inter eos affinitas, unum eumdemque parentem agnoscere debet. Cum igitur constet, præcedentem tractatum, et primitus Latine conscriptum, et Phœbadium Aginnensem episcopum habere auctorem, manifestum arbitramur, idem de isto subsequenti, judicium esse ferendum.

II. Putavit Quenellius, præcedentem tractatum istius subsequentis apologeticum esse. Ait enim : « Sed quod attendi velim, unus alterius explicatio est et apologeticus, prior posterioris ; » unde concludit (99) : « Sit igitur certum fixumque unius auctoris esse geminum hunc *De fide Nicæna* tractatum, nullusque separet, quod non materiæ solum affinitate conjunctum est, sed et scriptoris ipsius consilio, et scripti materia, quæ quidem postulat, ut quod posteriori loco positum est hactenus, superiorem deinceps obtineat, cum et prius scriptum sit, et alterius sit scripti materies, et demum prius legi debeat, ut alter melius intelligatur. »

III. Hanc sententiam impugnant *Galliæ litterariæ* conscriptores (1) duobusque potissimum argumentis ostendunt, tractatum istum nullatenus præ se ferre notas, quibus designatur libellus ab auctore primum contra Arianos editus, et cujus defensionem in præcedenti tractatu aggreditur. Phœbadio namque, præter ambigua quædam et superflua, objectum fuerat, quod in primo libello, ubi « Verbum Dei » pro persona Filii posuerat, tale hoc Verbum intelligere putaret, quale grammatici tradunt, « aerem » scilicet « spiritu oris offensum. » Deinde, quod, cum « unius Dei » vocabulum dixisset, « personas » negasse putaretur : aut, si « Patrem et Filium » nominasset, id acceptum sit, quasi ista vocabula ita posita essent, « ut nomen et cognomen unius personæ. » Unde mirari se fatetur auctor, hoc ita accipi potuisse, quasi personam propriam Verbi, quod est Filius, negaret, quem tot locis verum Filium, non factum, sed de vero Patre natum ingesserat. Nam, ut addit, « nemo verbotenus nominat, quem vere esse in persona sua sæpius profitetur. » Verum in isto breviori tractatu, nihil tale occurrit; nec superfluitatis quidquam aut ambiguitatis circa Nicænam fidem reprehendendum reperitur. Brevem quidem, sed claram et distinctam catholicæ fidei expositionem continet; seu potius, præcedentis tractatus summaria confessio est. Præterea, ut observant *Galliæ litterariæ* conscriptores, affirmat auctor, se nominatim « in priori libello Sabellianam hæresim damnasse; » quod quidem tribus in locis factum videmus in primo Phœbadii tractatu *Contra Arianos*, quodque in isto posteriori incassum perquirimus. Hinc penitus corruit Quenellii conjectura

IV. Ut autem de ista quæstione mentem nostram paucis aperiamus, Phœbadio Aginnensi episcopo tres ascribendos putamus *De fide Nicæna contra Arianos* tractatus. Primum legas velim in *Bibliotheca veterum Patrum* (2). Scriptus est adversus episcopos

(98) Opp. Leonis, dissert. XIV, p. 720.
(99) Ibid. p. 721 et 722.
(1) T. I, part. II, p. 280.
(2) T. IV, p. 300.

Digitized by Google

secundæ formulæ Sirmiensis auctores. Alter vero, et quidem præcedentis apologeticus, ille est, quem in ista Appendice priori loco collocavimus. Tertius denique, ista est subsequens ac brevis Nicænæ fidei confessio, quæ profecto haberi debet, velut summa, seu compendium dogmatum, quæ jam in præcedentibus libellis a Phœbadio Aginnensi pertractata fuerant.

DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARIANOS.

TRACTATUS SECUNDUS [a].

Vide inter Opera Phœbadii Aginnensis, tomo supra citato, col. 49.

[a] Alias Or. 50.

FRAGMENTUM EX ORATIONE CONTRA ASTRONOMOS.

(Edidit Chr. Frid. Matthæi, *Lectiones Mosquenses*, Lipsiæ, 1779, in-8°, vol. II, p. 38.)

Τοῦ ἁγίου (3) *Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ἐκ τοῦ* (4) *πρὸς ἀστρονόμους λόγου.*

Ὥσπερ οἱ ἰχθύες οἱ ἐν τοῖς ὕδασι ζῶντες διὰ τῶν ἐν μήτρᾳ συνεπικλυζομένων χυμῶν καὶ ὑδάτων εἰς ζωογονίαν ψυχαγωγοῦνται, μετὰ μέντοι τὸν τόκον οὐ κατ' ἐκπνοὴν, ἀλλὰ κατ' εἰσπνοὴν καὶ ἀναπνοὴν τῆς ζωῆς τοῦ ἀέρος πᾶν ἔμψυχον ἀπολαύει ζῶον· καὶ δεσμὸς μὲν τῆς ψυχῆς ἐστι τὸ σῶμα, δεσμὸς δὲ τοῦ σώματός ἐστι τὸ αἷμα, μᾶλλον δὲ ἡ τοῦ αἵματος ἐνυπόστατος θέρμη, ἧς ἀποψυχομένης, ὁ τῆς ψυχῆς χωρισμὸς ἐκ τοῦ σώματος γίνεται, ἀποπηγνυμένου τοῦ αἵματος. Ὅθεν τὰ αὐθωρὰ καὶ αὐθήμερα τῶν ἀνθρώπων νεκρὰ σώματα ἀνατεμνόμενα, χολὴν μὲν ἴσως ἔτι ἔχουσιν ἔνδον, ὡσαύτως καὶ φλέγμα καὶ χυμὸν, αἷμα δὲ οὐδαμῶς· κατ' ἔλλειψιν γὰρ, ὡς ἤδη εἶπον, τοῦ θερμοῦ στοιχείου ὁ τῆς ψυχῆς χωρισμὸς ἐκ τοῦ σώματος γίνεται. Καὶ τούτου χάριν τὰ πλεῖστα τῶν βρεφῶν νυκτὶ καὶ τίκτονται, ἀποψυχομένης τῆς μήτρας καὶ ἐξωδούσης διὰ τῆς νυκτερινῆς ψύξεως τὸ βρέφος· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὰ πλεῖστα τῶν σωμάτων νυκτὶ τελευτῶσιν, ὡς ἀντιδιωκομένης τῆς θέρμης τοῦ αἵματος καὶ δη... ούσης ὑπὸ ψύχους τῆς νυκτός. Καὶ οὗτος μὲν ὁ λόγος τοῦ χωρισμοῦ τῶν ψυχῶν. Ἀναγκαῖον δέ σε καὶ τὸν ἴδιον τῶν στοιχείων τοῦ σώματος χωρισμὸν ἐπίστασθαι, ἵνα καὶ τὸν τῆς ἀναστάσεως ἐν βεβαίῳ κατέχῃς λόγον. Ἀποχωριζομένης γὰρ τῆς ψυχῆς ἐκ τοῦ σώματος, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ ὧν συνῆλθον... μων ἐν αὐτοῖς καὶ ἀποφέρονται, ἐν μὲν τῷ πυρὶ τὸ θερμὸν τοῦ αἵματος ὡς εἰς ἰδίαν παρακαταθήκην, ἐν δὲ τῷ ὕδατι τὸ ὑγρὸν, ἐν δὲ τῷ ἀέρι τὸ ψυχρόν· λοιπὸν ἐν τῇ γῇ, ἤτοι τῷ τάφῳ, ἀπομένει τὸ ξηρὸν, ἤτοι ὁ χοῦς ὁ ληφθεὶς παρ' αὐτῆς ὑπὸ Θεοῦ ἀπ' ἀρχῆς. Τῷ οὖν καιρῷ τῆς ἀναστάσεως ὡς ἐκ παραθηκῶν τινων τῶν εἰρημένων τοῦ κόσμου μερῶν, ἀποδίδωσιν ἕκαστον στοιχεῖον πρὸς τὸν χοῦν τὸ ἴδιον, καὶ πάλιν συνίσταται τὸ σῶμα ἐκ τεσσάρων, καὶ προστρέχει αὐτῷ ἡ ψυχὴ, καὶ οὕτως πάλιν ἀναμορφοῦται ὁ ἄνθρωπος. Θελήσεις δὲ ὡς πάντα φιλολογοῦντα καὶ τοῦτο ἐν εἴδει ποιήσασθαι· φημὶ δὴ τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς μνήμης τέ φημι καὶ λόγου, ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ, γέλωτός τε καὶ πνοῆς, ποῦ ταῦτα, καὶ διὰ ποίων ἐνεργοῦνται μορίων (5). Αἱ μέντοι γὰρ μνῆμαι καὶ αἱ τούτων διακρίσεις διὰ τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐνεργοῦνται· διόπερ πολλάκις κατὰ κεφαλῆς τινες καιρίαν πληγὴν λαβόντες, οὐκ ἀπέθανον μὲν παρ' αὐτὰ, ἔφρονες δὲ καὶ ἀνούστατοι γέγοναν· διὰ τοῦτο μετάφρενα τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς λέγονται. Τὸ δὲ λογιστικὸν διὰ τῆς καρδίας ἐνεργεῖ ἡ ψυχή. Τὸ δὲ ἀναπνευστικὸν διὰ τοῦ πνεύμονος· τὸ δὲ θυμικὸν διὰ τοῦ αἵματος· ὅθεν ἔστιν ἰδέσθαι πολλάκις ἐν τοῖς θυμουμένοις κατὰ τὴν ὥραν τοῦ θυμοῦ, ὑφαιμον καὶ πυρακτούμενον τὸ εἶδος αὐτῶν. Τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ἡ ψυχὴ διὰ τοῦ ἥπατος ἐνεργεῖ· ὅθεν τοῦ ἥπατος ψυχομένου, δυσπευσίας εὐθέως παρακολουθούσης, ἀνορεκτεῖ ὁ ἄνθρωπος περὶ τὰς βρώσεις. Ἐπίστησον γὰρ ὡς πάντα τὰ λίχνα ζῶα τέλειον ἥπατος ἔχουσιν· οἷον γίνονται χοῖροι καὶ στρουθίονες. Γνώσῃ δὲ πάλιν τὸ μειδιαστικὸν διὰ τοῦ σπληνὸς ἐνεργεῖν τὴν ψυχὴν δυσεπιθύμως πρὸς τοὺς γέλωτας ἔχουσι· καὶ οἱ πολλάκις ὑπὸ πλειόνων γε-

(3) Hoc fragmentum edidi ex cod. Typograph. Synodalis in fol. num. XIII.

(4) Servatur in bibliothecis Mosquensibus magna copia codd. Gregorii Nazianzeni. In nullo tamen hujus orationis fit mentio.

(5) Ad marg., μόρια λέγοντα τὰ μέλη.

Digitized by Google

λῶντων κατασυρόμενοι, σπληνίζεσθαί φασι. Θελήσεις δὲ πάντως καὶ περὶ σπερμογόνων νοεῖν δι' οἷων καὶ πόθεν πρόεισι μορίων, οἵτινές εἰσιν οἱ νεφροί· ὅθεν καὶ οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ φιλοῦσιν εἰπεῖν τοὺς λίαν περὶ τὰς συνουσίας ἀφειδῶς ἔχοντας καταχάμπτεσθαι τῇ ὀδύνῃ τῶν νεφρῶν. Μέντοιγε οὖν πεφιλολογότας εἰδέναι χρὴ τὸ τοῖς πολλοῖς ἄδηλον, ὡς ψυχὴ ἀποῤῥαγεῖσα ἐκ τοῦ σώματος καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀπηριθμημένων μορίων, καὶ γυμνὴ καθ' ἑαυτὴν ἐν ἀσαρκίᾳ καὶ ἀσ... μασίᾳ οὖσα, οὔτε μέμνηται λοιπὸν, οὔτε γεωργεῖ καθῶς μαρτυρεῖ ὁ εἰπών; ὅτι *Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογ...* (forte διαλογισμοὶ) *αὐτοῦ*. Ζητήσεις δὲ, σοφὲ, κατὰ τὸν τόπον γενόμενος ἐπιμελῶς τὸν περὶ... χῆς (forte ψυχῆς) λόγον. Τὸ διὰ τοῦτο (6) καὶ τοῖς πολλοῖς ἄληπτον ὁμοῦ τε καὶ ἄλυτον... τε καὶ πῶς ψυχὴ ἀσώματος χωρίζεται τοῦ σώματος, καὶ ἐν τῷ τῆς ψυχῆς χωρισμῷ θάνατος οὐ γίνεται· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος ψυχῆς χωρισμὸς ἀπὸ σώματος. Ἐπίστησον δὲ μετὰ πάντων τοῦτο· πόθεν καὶ τίνος χάριν οἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων φυσικῶς, καὶ οὐκ ἔκ τινος ἀσκήσεως, ἐξ αὐτῆς τῆς νεαρᾶς αὐτῶν νηπιότητος οἱ μὲν ὀξεῖς, οἱ δὲ πραεῖς, οἱ δὲ φιλήδονοι, καὶ ἄλλοι σώφρονες, καὶ ἄλλοι ἥσυχοι, ἕτεροι δὲ ταραχώδεις· καὶ οἱ μὲν φρόνιμοι, οἱ δὲ ἀκεραιότεροι, καὶ οἱ μὲν δόλιοι, οἱ δὲ ἄφρονες, καὶ ἄλλα πλεῖστα Ἕλληνες (7). Φιλοσόφων ἀπαίδευτοι οἱ τὴν πολυθρύλλητον τῶν μετεώρων ἄστρων ἀστρολογίαν μυθευσάμενοι, τήν τε (8) εἱμαρμένην δεινῶς δογματίσαντες, τῇ διοικήσει τῶν ἄστρων, καὶ οὐ Θεῷ (9) πάμπαν τὰ καθ' ἡμᾶς οἰακίζεσθαι δεινῶς ἐδογμάτισαν. Οἱ δὲ τὰς εὐσυνέτους καὶ θεοσδότους ἐπιστημονικῶς καταλαβόντες ποιότητάς τε καὶ ἀληθεῖς οὐσιώδεις περὶ τῆς ἀνθρώπου φυσικῆς πραότητός τε καὶ ὀξύτητος, ἀπαλότητός τε καὶ δεινότητος, σωφροσύνης τέ φημι καὶ ἀκολασίας καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων φυσικῶν πλεονεκτημάτων, εὐσόφως ἔφησαν οὕτως· ὡς οὐκ ἀφ' ἑνὸς καὶ μόνου τρόπου αἱ τοιαῦται τῇ φύσει φυσικαὶ συνεπιγίνονται καὶ συναποτίκτονται γνῶμαι καὶ καταστάσεις, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ δευτέρας τινὸς καὶ τρίτης καὶ τετάρτης καὶ πέμπτης καὶ ἕκτης καὶ ἑβδόμης αἰτίας· καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ γονικῆς τῶν πατέρων ὁμοιότητος, δεύτερον ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν στοιχείων ἡμερινῆς καὶ νυκτερινῆς κινήσεως. Γνῶθι γὰρ, ὦ φιλόσοφε, ὡς τρεῖς κινήσεις ἐκ τῶν διαστημάτων τῶν τριῶν ὡρῶν τοῖς στοιχείοις ὑπάρχουσιν· ἀπὸ μὲν πρώτης ὥρας ἡμερινῆς ἄχρι τρίτης κινουμένης τῆς χολῆς, ὡς μαρτυροῦσι πολλάκις ἔωθεν ὀφθαλμοί τινων..... δέστεροι ὁρώμενοι· ἀπὸ δὲ τρίτης ἕως ἕκτης σὺν τῇ θέρμῃ τοῦ ἡλίου..... αἵματος κινήσεις καὶ ἀναζέσεις, ὀξύτεραι καὶ πικρότεραι..... ότεραι δὲ μετὰ βρῶσιν· ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας ἕως ἑνάτης, εἴωθεν ἡ τοῦ... ματος κίνησις γίνεσθαι, καὶ οὕτω λοιπὸν ἡ τοῦ χυμοῦ ἕως ἑσπέρας.

(6) Forte τὸ δὴ τοῦτο.
(7) Sic omnia in cod.
(8) In marg., τύχην.
(9) Sic cod.

LITURGIA SANCTI GREGORII

EX COPTICO CONVERSA.

(RENAUDOT, *Liturgiarum Orientalium collectio*, ed. secunda, Francofurti ad Mœnum, 1847, in-4, tom. I.)

—

Communi Coptitarum traditione hæc Liturgia ascribitur Gregorio Theologo in Ægyptiacis omnibus codicibus et etiam in Græco Bibliothecæ Regiæ; atque etiam eo nomine recensetur a theologis et rituum interpretibus, ut in *Constitutionibus synodicis* Gabrielis filii Tarik, LXX patriarchæ Alexandrini, articulo 26; Abuseba in *Scientia ecclesiastica*, cap. 85; Abulbircat, cap. 29; Ebnassalo *Collectionis canonum* cap. 12, et aliis.

—

Oratio veli (1).

Sacerdos secreto. Domine Deus omnipotens, qui nosti cogitationes hominum, scrutator cordium et renum: qui me indignum vocasti ad hoc ministerium sanctum tuum: ne me rejicias, et ne avertas faciem tuam a me; sed dele omnia delicta mea: et ablue sordes corporis mei, et maculas animæ meæ D Purifica me perfecte, ne cum bonitatem tuam deprecabor, ut concedas veniam peccatorum aliis, ego reprobus efficiar. Ita, Domine, non repellas me mœstum et confusum: sed mitte super me Spiritum sanctum tuum, et fac me dignum ut assistam altari tuo sancto: neque id mihi proveniat in judicium, sed offeram tibi hoc sacrificium, rationabile,

(1) *Τοῦ καταπετάσματος* in Græca et in aliis Liturgiis: nempe quia non ad ipsum altare, sed solummodo in sanctuario, seu bemate dicitur intra velum, quo secundum ritum Græcum et Orientalem circumdantur. In codice Græco ejusdem Liturgiæ præmittuntur orationes aliquot, quæ in Copticis exemplaribus non occurrunt, quia re vera ad istam non pertinent, sed communis officii partes sunt aut dicuntur ad libitum. Prima absque titulo, præparatoria est, sacerdotis indignitatem suam profitentis, divinumque auxilium postulantis, ad inculpate celebrandum mysterium. Secunda dicenda præscribitur, postquam præparatum fuerit altare, qualis ea est quam Basilii Coptica repræsentat, ejusdem-

Digitized by Google

incruentum (2) cum conscientia pura, in remissionem peccatorum et iniquitatum mearum, veniam delictorum populi tui, requiem et refrigerium Patrum nostrorum, qui olim obdormierunt in fide orthodoxa : ad ædificationem populi tui totius, et ad gloriam tuam, cum Filio tuo unigenito Domino, Deo et Salvatore nostro Jesu Christo, et Spiritu tuo vivificante, tibique consubstantiali, nunc, etc.

Oratio osculi pacis (3).

(*In codd. mss.* S. Gregorii; *in aliis* S. Severi patriarchæ.)

Æterne Fili, qui in sempiternum subsistis, consubstantialis Patri, illique throno et creatione æqualis : qui sola bonitate ex nihilo fecisti hominem, et collocasti eum in paradiso voluptatis : qui cum cecidisset per deceptionem inimici, et præcepti tui transgressionem, voluisti eum renovare et in dignitatem suam pristinam restituere : non angelos, non archangelos, non patriarchas, neque prophetas voluisti auctores esse nostræ salutis, sed tu absque immutatione carnem assumpsisti, et homo factus es, similis nobis in omnibus, excepto peccato, factus es nobis mediator erga Patrem; parietem medium diruisti, et inimicitias priores delevisti : conciliasti terrenos cum cœlestibus, et feciști de duobus unum, per dispensationem in carne : ascendisti in cœlum corporaliter, et implevisti omnia divinitate tua. Tu dixisti discipulis tuis sanctis et apostolis, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [13]. Concede jam nobis illam, Domine; et munda nos ab omni macula, ab omni dolo, ab omni mala malitia, ab omni fraudulentia, et injuriarum recordatione mortifera : et fac nos omnes dignos, Domine, ut salutemus invicem in osculo sancto, neque excidamus per judicium a donis tuis immortalibus atque cœlestibus; per gratiam tuam et benignitatem Patris tui, et operationem Spiritus tui : tu es enim provisor et largitor omnium bonorum; tibique offerimus gloriam et honorem, magnificentiam et adorationem, cum Patre tuo bono, vivificante, tibique consubstantiali, nunc, etc.

Alia oratio ad Filium.

Christe Deus noster, virtus tremenda et incomprehensibilis Dei Patris, qui sedes super thronum flammeum cherubim, cui ministrant potestates

[13] Joan. XIV, 27.

que sententiæ. Tertia, quæ ad Evangelium dicenda est, suo loco non est posita, sed adhibenda ad Liturgiam istam, quando legitur evangelica lectio. Ea quæ dicitur τοῦ καταπετάσματος, eadem est quæ occurrit in Græca vulgata Basilii, cum exigua vocum diversitate. Quarta tandem ea est quæ præmittitur in codice Ægyptiaco : eam porro codex Regius Græco-Arabicus propriam Ægyptiis fuisse significat, iis verbis Εὐχὴ ἄλλη καταπετάσματος παρ' Αἰγυπτίοις. Hinc manifestum est, non multum sollicitos esse debere nos de titulis, quos vel Liturgiæ vel singulæ orationes habent; modo certum sit illas ex communi Ecclesiæ thesauro esse depromptas, quod quidem de istis orationibus manifestum est : sunt enim iisdem prope verbis in Jacobi, Basilii, vel Chrysostomi Liturgiis. Unde Jacobitarum propriæ non sunt, sed Ecclesiæ, neque unius aut alterius, sed totius Ecclesiæ Orientalis, cum reperiantur non modo in Constantinopolitana, quæ Basilii et Chrysostomi Liturgiis utitur, sed in Hierosolymitana, et Alexandrina, quæ Jacobi Marcique Liturgiis olim utebantur.

(2) In hac oratione, ut in multis aliis, quod semel monuisse sufficiet, mentio est sacrificii eucharistici, non minus quam passim in Græcis Jacobi, Basilii Chrysostomique Liturgiis, et Alexandrinis Græce exstantibus, quidquid scripserint varii contentiosæ theologiæ conscribillatores, qui præter Chytræum et Rivetum nihil legerunt, ne ipsas quidem, quas impugnant, Liturgias. Utuntur Græci his potissimum vocibus, λογικὴ λατρεία, θυσία, προσφορά, Syri et Æthiopes vocibus ex Hebraica lingua deductis, *Korban*, et aliis. Argutari autem solent morosi illi critici, ex etymologia linguarum Orientalium, quarum peritiam ubique jactant : adeoque *Korban*, aut similes negant significare *sacrificium*. Hærent tamen in aliis vocibus, quæ τῇ θυσίᾳ pressius respondent, qua Coptitæ, ut multis aliis Græcis frequenter utuntur, ut sunt Syriaca ܩܘܪܒܢܐ et Arabica قربان : Ægyptiaca quoque nativa. Illas porro voces omnes indifferenter usurpant Orientales. Dum vero *incruentam* vocant *oblationem* προσφορὰν et θυσίαν, quid intellexerint in obscuro non relinquunt. Λογικὴν, quæ vox frequenter adhibetur, et quam Coptitæ retinuerunt, *spiritualem* significat, per oppositionem ad *corporeum* : quamvis Syri et Arabes eam rigidius et ad litteram interpretati sint. Sed in hac ut in multis, significatio determinatur ex stylo ecclesiastico.

(3) Eadem est quæ in Græco Alexandrino codice, et illam altera sequitur, quam codex idem continet : non quod vulgo duæ orationes ad osculum pacis dicerentur, sed quia una secundum dierum festorum diversitatem eligeretur, aut ad sacerdotis arbitrium. Hic autem, ut in aliis osculum pacis vocatur ἀσπασμός, quam vocem Ægyptii et Arabes suam fecerunt. Incipiunt porro Liturgiæ singulares illæ, non ab orationibus præparatoriis, sed ab ea, quæ osculum pacis antecedit, cum reliqua ex communi officio peti soleant. Atque ab eo loco proprie loquendo incipit *anaphora*, *oblatio* seu *sacra actio*. unde in Græco codice, ante orationem sequentem, quæ Præfationi nostræ respondet, titulus hic adjicitur : Ἀρχὴ τῆς προσκομιδῆς· quæ verba Arabs interpres vertit, *Initium sacrificii*. In quibusdam Copticis exemplaribus hæc *Oratio osculi pacis* Severo tribuitur, Antiocheno scilicet, quem Liturgiam scripsisse, communis Jacobitarum traditio est, et eam multi Syriaci codices repræsentant, ex qua hæc oratio transferri potuit, ob arctissimam sedis Alexandrinæ Jacobiticæ cum Antiochena conjunctionem : singularemque Severi venerationem. Nam ejus duplex memoria fit, obitus scilicet, atque ejusdem adventus in Ægyptum, septima Toth, et secunda Paophi. Non tamen existimare quisquam debet ex illo titulo, Severum ullum patriarcham Alexandrinum fuisse, quod Guido Fabricius Boderianus absque ulla auctoritate omnibus prope persuasit, cum edidit Ritualem baptismi librum, sub Severi patriarchæ Alexandrini nomine, cum nullus inter permultos, qui in bibliothecis exstant, codicibus, hunc titulum præferat. Nullus sane inter Jacobitas Severus Alexandrinam sedem tenuit : et lingua Syriaca, qua liber ille scriptus est, nunquam in sacris officiis usurpata apud Ægyptios fuit. In Liturgia Basilii Coptica quædam oratio occurrit, quam codices manuscripti nonnulli Joanni Chrysostomo, alii Joanni Bostreno, sive Basorensi attribuunt. Primus ut communis Ecclesiarum doctor : alter ut in eadem qua Ægypti Jacobitæ secta, agnitus fuit : amboque diversa ratione talem apud eos auctoritatem nacti sunt, ut orationes ex illorum Liturgiis in Copticas transferrentur.

Digitized by Google

igneæ. Tu es ignis consumens per divinitatem tuam, propter splendorem tuum ineffabilem, et amorem tuum erga homines. Non combussisti, nec repulisti fraudulentum traditorem, cum accessit ad te, sed osculatus es eum osculo amici, ut traheres illum ad pœnitentiam, et ad audaciæ suæ agnitionem. Dignos fac nos, Domine, in hac hora terribili, ut unanimes absque duplicitate cordis, cæterisque nequitiis, salutemus invicem in osculo sancto : et ne nos projicias in judicium, si minus perfecte mundi simus, neque sicut placitum est bonitati tuæ, a fœce peccati, a nequitia, et mortifera injuriarum recordatione : sed tu per ineffabilem clementiam tuam, qui nosti imbecillitatem, et propensionem ad inferiora figmenti nostri, dele omnes maculas peccatorum nostrorum, ut non sit nobis in judicium et condemnationem hoc mysterium divinitatis tuæ. Tu enim potens es tollere peccata omnia, et auferre injustitias et iniquitates hominum miserorum, tu qui purgas totum mundum : et te decet glorificatio, uno ore, et ab unoquoque, veneratio, magnificentia et adoratio cum Patre tuo bono et Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Sacerdos. Charitas Dei Patris, gratia Filii unigeniti Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, et communicatio et donum Spiritus sancti, sit cum omnibus vobis.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Sursum corda vestra.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum et justum est.

Sacerdos. Dignum et justum est. *Ter.*

Vere dignum et justum est, ut te laudem, benedicam tibi, et serviam tibi, adoremque et glorificem te, qui es unus, solus, Deus verus, amator hominum, ineffabilis, invisibilis, incomprehensibilis, sine principio, æternus, sine tempore, incircumscriptus, ininvestigabilis, immutabilis, Creator omnium, Salvator omnium; qui remittis peccata nostra, qui redimis ab interitu vitam nostram, qui coronas nos in misericordia et miserationibus. Tu es quem laudant angeli, et adorant archangeli ; tu es cui benedicunt principatus, ad quem clamant dominationes; tu es cujus gloriam celebrant potestates; tu es cui throni sursum mittunt gloriam et honorem : millia millium assistunt coram te, et dena millia denum millium ministrant tibi. Tu es quem benedicunt invisibiles, quem adorant visibiles, et omnes faciunt verbum tuum, Domine noster.

Diaconus. Qui sedetis surgite.

Sacerdos. Æterne Domine, Deus verus de Deo vero, qui ostendisti nobis lumen Patris, qui largitus es nobis cognitionem veritatis Spiritus sancti ; qui manifestasti nobis mysterium hoc magnum vitæ : qui constituisti chorum incorporeorum inter homines : qui dedisti eis qui sunt super terram, canticum seraphim, suscipe voces nostras, cum vocibus eorum qui sunt invisibiles. Connumera nos inter potestates cœlestes, ut dicamus cum illis, abjicientes omnes cogitationes absurdas et inutiles, clamemusque idem quod illi dicunt incessabili voce, atque ore indesinenti, benedicamus magnitudinem tuam.

Diaconus. Ad orientem aspicite.

Sacerdos. Tu es enim cui assistunt cherubim et seraphim senis alis instructi : sex alæ uni, et sex alæ alteri : duabus alis velant facies suas, duabus tegunt pedes suos, et duabus volant : clamantesque alter ad alterum, dicunt hymnum triumphalem salutis nostræ, et vocibus gloriosis laudant clamantes et dicentes.

Diaconus. Attendamus.

Populus. Sanctus, sanctus, sanctus

Sacerdos. Sanctus sanctus Dominus, et sanctus in rebus omnibus, et præclarum lumen substantiæ tuæ, sicut ineffabilis est potestas sapientiæ tuæ, nec verbis explicari potest pelagus amoris tui erga homines. Creasti me hominem per benignitatem tuam, neque indigebas mea servitute, sed ego indigebam dominatione tua : propter clementiam tuam magnam, fecisti me cum non essem : erexisti mihi cœlos in tectum ; firmasti mihi terram ut super eam ambularem : propter me conclusisti mare; propter me produxisti naturam animalium, et omnia subjecisti sub pedibus meis, nec passus es deesse mihi quidquam ex operibus magnificentiæ tuæ : qui me creasti, posuisti manum tuam super me : descripsisti in me imaginem potestatis tuæ : dedisti mihi donum rationis : aperuisti mihi paradisum voluptatis : dedisti mihi scientiam cognitionis tuæ : manifestasti mihi arborem vitæ : ostendisti mihi spinam mortis, ne ex ea comederem : mihi interdixisti, ex ea sola ne ederem : comedi voluntarie; sponte neglexi mandatum tuum, contempsique præcepta tua; atque induxi mihi sententiam mortis.

Populus. Kyrie, eleison. Domine, miserere.

Sacerdos. Tu, Domine, convertisti mihi pœnam in salutem; sicut pastor bonus errantem sollicite quæsivisti : tanquam pater verus laborasti mecum qui cecideram : alligasti me omnibus medicamentis vivificantibus : tu misisti ad me prophetas : propter me infirmum, dedisti mihi legis auxilium : tu administrasti mihi salutem, at ego transgressus sum legem tuam, quæ est lumen verum, quod accendisti errantibus et ignorantibus.

Populus. Domine, miserere.

Sacerdos. Tu qui es sempiternus, venisti ad nos super terram, descendisti in uterum Virginis, Deus incircumscriptus; non rapinam arbitratus es esse æqualem Deo, sed humiliasti teipsum, et accepisti formam servi, benedixistique naturam meam in te : perfecisti legem tuam pro me, ostendisti mihi rationem resurgendi post lapsum : liberasti eos qui apud inferos detinebantur : sustulisti maledictionem legis : destruxisti peccatum in carne : ostendisti mihi potentiam imperii tui : dedisti visum cæcis : excitasti

Digitized by Google

mortuos de sepulcris : resuscitasti naturam veroo : manifestasti mihi dispensationem clementiæ tuæ ; tolerasti injurias iniquorum : præbuisti tergum verberibus, et genas tuas percussoribus permisisti ; propter me, Domine, non avertisti vultum tuum ab ignominia sputorum.

Populus. Domine, miserere.

Sacerdos. Venisti ad occisionem tanquam agnus, usque ad crucem : demonstrasti sollicitudinem tuam erga me : occidisti peccatum meum per sepulturam tuam : elevasti primitias meas usque ad cœlos : manifestasti mihi adventum tuum futurum, in quo venturus es judicare vivos et mortuos, ut reddas unicuique secundum opera sua.

Populus. Secundum misericordiam tuam, Deus, etc.

Sacerdos. Offero tibi, Domine, symbola liberationis meæ : scribo opera mea secundum verba tua (4) : Tu es qui dedisti mihi hoc ministerium

A plenum mysterio : dedistique mihi participationem corporis tui in pane et vino.

Populus. Credimus [Πιστεύομεν].

Sacerdos. Nam ea nocte in qua tradi voluisti (5), voluntate et potestate tua sola, accepisti panem in manus tuas sanctas, puras, immaculatas, beatas et vivificantes.

Populus. Credimus ita esse.

Sacerdos. Et suspexisti in cœlum ad Patrem tuum Deum, ac Dominum omnium, et gratias egisti.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et benedixisti illum.

Populus. Amen.

B *Sacerdos.* Et sanctificasti illum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et fregisti illum, et dedisti illum tuis gloriosis discipulis sanctis et apostolis puris, dicens : Accipite, manducate ex eo omnes. Hoc est enim corpus meum quod frangitur pro vobis, et pro mul-

(4) Obscurus locus, quem secundum sententiam Copticæ versionis reddidimus, et quem interpretes Arabes, tam istius codicis Coptici, quam Græci, non videntur intellexisse. Græca nullam obscuritatem habent. Ταύτης μου τῆς ἐλευθερίας προσφέρω σοι τὰ σύμβολα· τοῖς ῥήμασί σου ἐπιγράφω τὰ πράγματα. *Istius liberationis meæ* (scilicet per salutarem Christi in carne dispensationem) *offero tibi symbola : verbis tuis res ascribo.* Hæc igitur sententia est : Offero tibi hæc symbola, seu elementa panis et vini, quæ ex tuo, Christe, instituto, repræsentant passionem tuam, per quam a peccato æternaque damnatione liberationem consecutus sum, faciens C quod ipse jussisti : res vero, sive effectum promissionis a te factæ, quoties memoriam tui ita ageremus, non meis meritis, sed verbis tuis, quæ mox recitanda sunt ascribo, ita ut ab illorum virtute et promissorum tuorum certitudine totum exspectem. Arabs interpres cujus versio contextui adjuncta est in codice Regio, ita vertit : *Offero tibi symbola liberationis meæ in verbis tuis, designo præcepta tua :* quia ultimam vocem videtur ita legisse, ut ex πράγματα fecerit προστάγματα. Compendia enim scripturæ Græcis librariis mediæ ætatis familiarissima, sæpe fraudi descriptoribus fuisse, sciunt qui manuscriptos codices tractaverunt. Ille vero qui Regium descripsit, suæ ipsius imperitiæ multa reliquit indicia, sed quam dubitaret de significatione vocum compendiose scriptarum testatus est, dum indicem earum, quæ in duabus istis Liturgiis obviæ sunt, ad finem adjecit.

Textus vero Coptieus, qui primariam Græci versionem exhibet, aliter omnino eadem verba repræsentat, eo scilicet quo expressimus modo : *Offero tibi symbola liberationis meæ*, ubi vox Græca σύμβολον, sequens Ægyptiaca ἐλευθερίαν, ἐλευθέρωσιν, *at solutionem*que significat, usurpaturque initio Liturgiarum ad titulum orationis illius, quæ dicitur *Absolutionis. Scribo opera mea secundum verba tua :* ita ad verbum versio Arabica quæ ambiguitatem habet, quia Arabes præsens et futurum non distinguunt in verborum inflexione : imo imperativus modus nullatenus differt. Itaque verti potest, *scribo*, ut vertendum est secundum Græcum exemplar primarium, *scribam* ; aut sicut Maronita vertit, *Scribe opera mea secundum verbum tuum.* Vox *symbolum* variis Arabicis vocibus exprimitur, quæ tamen ad eamdem significationem referuntur, nempe אנמודג *typus*, משוחה *signum*, מכאתבה *exemplum*, etc. Ut observavimus ex comparatione diversorum codicum, quæ varietas perplexitatem interpretum satis indicat. Sententia quam Græca verba præferunt, simplicior est : aliorum interpretum, qualiscunque sit, non videtur huic loco convenire. Neque mirari quisquam debet quod in Græcis interpretandis aliquando hallucinati sint versionum auctores, Arabicarum præsertim, qui Græcas voces Copticæ orationi infusas, sæpe non satis intellexerunt : quod, ubi opus erit, monebimus. Ita in ea prece quæ istam proxime antecedit, *Elevasti primitias meas usque ad cœlum*, ut habet textus Copticus, Græce, εἰς οὐρανόν μου τὴν ἀπαρχὴν ἀνεβίβασας, sententia est simplex, maximeque theologica : Christum carnem suam, vel potius hominem ex Adami progenie assumptum, tanquam humani generis primitias, in cœlum elevasse, tum per unionem divinæ naturæ, tum per ascensionem in cœlum. Scilicet *primitiæ Christus*, *primitiæ dormientium* (*I Cor.* xv, 23) : et eodem sensu in Liturgia Nestorii Eucharistia vocatur *Oblatio viva et sacrificium non mactatum, primitiarum nostrarum.* Cum vero Coptitæ retinuerint vocem ipsam Græcam ἀπαρχή, ambigue quidem eam reddidit Arabs, qui coptcem Græcum interpretatus est ריאסתי : qui Copticum pessime ; nempe *oblationem meam* קרבאני. Ut in codice Scaligerano : alii *vota mea*, ut Regius et noster : nullo sensu. Nec enim Christus elevavit ad cœlos primitias et oblationes, si de donis propositis intelligatur hæc orationis particula, quæ nondum consecrata sunt. Neque oblationem sacerdos recte vocare potest *primitias suas et vota sua*, cum neque primitiæ sint, proprie loquendo, neque vota illius, sed totius Ecclesiæ et circumstantium D quorum nomine illa offert : totiusque orationis series, ut animadvertere facile quisque potest, aliud quid omnino significat.

(5) Tota hæc pars officii eucharistici convenit cum Græco ejusdem Liturgiæ codice, ut etiam cum aliis omnibus circa recitationem institutæ a Christo Eucharistiæ, et verborum illius, de qua nihil est singulariter observandum, præter ea quæ dicta sunt ad eumdem locum Liturgiæ Basilii. Κλώμενον καὶ διαδιδόμενον, de Christi corpore, ut ἐκχυνόμενον de Christi sanguine, per præsens et futurum tempus intelligi potest, secundum versiones Arabicas. In Coptica versione *frangitur*, et *dabitur*. Utrovis modo eadem significatio est : Syri præsenti tempore vulgo expresserunt. Mistionem aquæ cum vino, quam Ecclesiæ omnes servant, contra quam existimant Protestantes, hic locus confirmat, ut etiam reliquæ omnes Liturgiæ. Nestoriani edisse et bibisse Christum ex pane et calice consecratis dicunt : hic Coptitæ de solo calice, quod tamen in Græco codice non legitur.

Digitized by Google

tis dabitur, in remissionem peccatorum : hoc facite in meam commemorationem.

Populus. Ita est in rei veritate. Amen.

Sacerdos. Similiter postquam comederunt, accepisti calicem, et miscuisti eum ex fructu vitis et aqua ; et gratias egisti.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et benedixisti illum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et sanctificasti illum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et gustasti, et dedisti illum tuis gloriosis discipulis sanctis et apostolis puris, dicens : Accipite, bibite ex eo omnes. Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui effunditur pro vobis, et pro multis datur in remissionem peccatorum : hoc facite in meam commemorationem.

Populus. Ita quoque est in rei veritate.

Sacerdos. Quotiescunque enim manducaveritis ex hoc pane, et biberitis ex hoc calice, annuntiabitis mortem meam et confitebimini resurrectionem meam, et mei memoriam facietis, donec veniam.

Populus. Mortem tuam, Domine, annuntiamus, et sanctam resurrectionem tuam et ascensionem confitemur ; te laudamus, tibi gratias agimus, et te deprecamur, Domine Deus noster.

Sacerdos. Et nunc etiam, Domine, memoriam agimus descensus tui ad terram, et mortis tuæ vivificantis, et sepulturæ tuæ triduanæ, et resurrectionis a mortuis, et ascensionis ad cœlos, et sessionis tuæ ad dexteram Patris tui, et adventus tui secundi de cœlis tremendi et gloriosi : offerimusque tibi hæc dona tua, ex iis quæ tua sunt, pro omnibus, et propter omnia, et in omnibus.

Diaconus. Adorate Deum cum timore et tremore.

Sacerdos. Tu, Domine, voce tua sola commuta, hæc quæ sunt proposita (6) ; tu coram nobis positus, perfice nobis hoc ministerium plenum mysteriis :

(6) Insigne prorsus hæc oratio continet fidei Coptitarum de vera et reali elementorum transmutatione testimonium : quod in Græco codice non minus legitur, quam in Copticis. Petunt scilicet, ut Deus transmutet dona proposita, voce sua sola, hoc est imperio suo divino, quod idem est ac si dicerent, petere se id quod solius omnipotentiæ divinæ opus est. Verba quæ transmutationem significant, Græce, Ægyptiace et Arabice plenam illam, et integram rei in rem transformationem designant : *Phonkh*, תחל et נקל : ut Græcum μεταποίησον.

Christum quasi præsentem alloquuntur, et ad eum orationem dirigunt, in quo adorationis cultus continetur, et simul professio fidei, de vera ejusdem in eucharistica mensa præsentia. Illam satis significant verba Græcæ Liturgiæ. Αὐτὸς παρὼν τὴν μυστικὴν ταύτην λειτουργίαν κατάρτισον· quæ quidem aliter accipi possent, nempe ut rogaretur Christus adesse, et præsens hoc mysticum ministerium perficere, unde Protestantes concluderent, præsentem non esse illum cujus præsentia postularetur. Sed difficultatem omnem solvunt versiones Copticæ et Arabicæ, dum illud παρών ita exprimunt, *tu coram nobis positus*, quod exprimunt interpretes Copticus et Arabs : alia lectio, *qui præsens es, et inter nos.*

Sequitur : *Mitte super nos gratiam Spiritus tui sancti, qui sanctificet et transferat hæc dona proposita in corpus et sanguinem salutis nostræ.* Paulo aliter Græcus codex. Αὐτὸς τὸ Πνεῦμά σου τὸ πανάγιον κατάπεμψον· ἵνα ἐπιφοιτῆσαν τῇ ἁγίᾳ, καὶ ἀγαθῇ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ, ἁγιάσῃ καὶ μεταποιήσῃ τὰ προκείμενα καὶ ἄγια δῶρα ταῦτα εἰς αὐτὸ, τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως. Sententiæ nulla diversitas : plenior et uberior est Græca formula, sed eodem redit. Versio Arabica Græco textui adjuncta illam accurate et verbatim repræsentat. Itaque, quod obiter observandum, rogatur Christus, ut mittat Spiritum suum sanctum ; in quibus verbis agnoscunt Coptitæ Spiritum sanctum esse Spiritum Filii, et ab eo mitti. Mittitur vero Spiritus sanctus ad opus aliquod divinum, et humanis viribus superius, quod de alio, quam de transmutatione donorum in corpus et sanguinem Christi, intelligi non potest. Itaque nihil hac sententia magis perspicuum, aut magis simplex, atque ad veterem Ecclesiæ Orientalis doctrinam magis accommodatum, cum omnes Liturgiæ Græcæ, Syriacæ, Copticæ cujuscunque ritus aut sectæ, iisdem prope verbis contextam eamdem orationem repræsentent. De censura quam in eam, ut a Græcis conservatur, tulerunt recentiores nonnulli, fuse in notis ad Basilianam Liturgiam diximus, quæ reponere necesse non est. Id solum adjiciemus : quod cum isti censores inofficiosi, orari non posse existiment pro donis jam consecratis, contra totius Ecclesiæ veteris Orientalis et Occidentalis exemplum, quæ similibus orationibus deleri verborum Christi efficaciam nunquam existimavit, ex ista intelligimus, Coptitas corpus Christi jam præsens agnoscere, cum illam, et Invocationem quæ sequitur, pronuntiant. At hæc controversia Protestantes nihil juvat ; neque auctoritati, quam Ecclesia adversus eos comparat, ex conspirante in fide realis præsentiæ Orientalium testimonio, detrimentum ullum affert : cum ad fidei quam habent certitudinem, nihil intersit quando, aut quibus verbis consecratio perficiatur, modo eam vere fieri in Liturgia, ita profiteantur, ut panem et vinum in altari, ea perfecta esse negent, sed corpus et sanguinem Christi. Quod porro in hac ipsa oratione dicitur, *Christum præsentem esse et coram sacerdote positum*, idem in homiliis de circulo anni ad Coptitarum usum, in tractatibus Severi episcopi Aschmonin, et in multis aliis, toties inculcatur, ut ambiguitati locus esse nullus queat.

Ex illa tamen ipsa oratione, Claudius Salmasius, vir sane doctissimus, sed qui theologiam attingere non debuisset, habere se jactavit, unde missionarios quosdam ex Oriente reversos, qui Orientales idem ac nos credere circa Eucharistiam affirmabant, plene refelleret. Ita scribebat ad Joannem Dallæum, et cum epistola post Salmasii obitum typis publicata fuerit, excusari poterat quod incautus in sinum amici temere effudisset, quæ primum in mentem venerant, nisi bellum illud suum commentum libro *De transsubstantiatione* inseruisset. Illam igitur quam retulimus particulam, quam, ne quid testimonii auctoritati deforet, Arabice descripsit, ita interpretatus est (ep. 32, p. 72) : *Tu confirma in nobis commemorationem ministerii tui sancti : tu mitte super nos gratiam Spiritus tui sancti, ut purificemur, et convertamus has oblationes viles in corpus et sanguinem Servatoris nostri.* In ipsa epistola vernaculam ejusdem orationis versionem legimus, in qua discriminis nonnihil est. *Afin qu'estant sanctifiez, nous puissions convertir ces Oblations viles et terriennes, au corps et au sang de nostre Sauveur, ou de nostre Salut.* Interpretationem commentario munivit, cujus hæc sententia est : satis agnosci invocationem non fieri, ut gratia sancti Spiritus illabatur super panem et vinum, ut mutando sub-

Digitized by Google

insere in nobis memoriam ministerii tui sancti : A mitte super nos gratiam Spiritus tui sancti, qui sanctificet, et transferat hæc dona proposita in corpus et sanguinem salutis nostræ. Et hunc quidem panem, facias corpus tuum sanctum, Domine Deus (7), et Salvator noster Jesu Christe, quod datur in remissionem peccatorum et vitam æternam illis qui ex illo communicant. Et rursus, hunc calicem, sanguinem pretiosum Testamenti tui novi, Domine Deus, et Salvator noster Jesu Christe, datum in remissionem peccatorum et in vitam æternam communicantibus ex eo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Itaque rogamus te, Christe Deus noster, confirma fundamenta Ecclesiæ : concordiam charitatis in nobis radicitus insere : augeatur puritas fidei : præpara nobis viam rectam pietatis : pastores corrobora : eorum greges confirma : da mores recte compositos clero, monachis continentiam, virginibus puritatem, conjugatis concordiam, misericor-

stantias, præsentia corporis et sanguinis talis sit, ut remaneant sintque corpus et sanguis suscipienti, quicunque sit, fideli vel infideli. Verum, inquit, sacerdos ille Coptita ea invocatione quam omnium nomine pronuntiat, id designat solummodo, panem B et vinum, quæ a nobis in Cœna suscipiuntur, fieri corpus et sanguinem Domini, illis qui debite illa suscipient, quosque Spiritus sanctus prius sanctificaverit : illos quoque solos accipere verum corpus, non panem solummodo, qui prius per fidem et gratiam sancti Spiritus puri facti fuerint. Tandem edicit hanc esse μεταβολήν, sive *conversionem*, antiquis Patribus memoratam, nec quærendam esse aliam. De illorum theologia alium quemvis potius audiendum, etiam ipsi Calvinistæ dudum judicaverunt, quam Salmasium, qui nemini unquam probavit voces μεταποιεῖν, μεταστοιχειοῦν, μεταρρυθμίζειν, quibus Patres non minus utuntur, quam simplici μεταβάλλειν, nullam aliam mutationem significare, quam eam quæ mutatio non sit. Sed hoc non agimus : verum coram Ecclesia, et eruditis omnibus, qui aliquam linguarum Orientalium notitiam habent, Salmasii nomen deferimus, tanquam corruptelæ intolerabilis rei, cum lectionem codicis quem C citat, corrupit, et enormis inscitiæ dum illam absurdissime est interpretatus. Is ipse codex superest in bibliotheca Regia, et in illo, sicut in aliis omnibus legitur non pluralis primæ personæ characteristica littera, sed tertiæ femininæ, quia in lingua Arabica vox רוח *Rouah*, *Spiritus*, feminini est generis. In prima etiam voce, quam vertit Salmasius *purificemur*, nulla nota passivi est, vertendumque fuisset *purificemus*, quo solo discrimine tota machina Salmasianæ theologiæ funditus ruit. In altera *et convertamus* similis corruptela est, cum sensus sit, *et convertat*, vel *transferat*, perspecteque eam lectionem exhibeat codex manuscriptus. Quod προκείμενα, quæ intelliguntur voce sequenti, non minus communi apud Arabes Christianos voce quam apud Græcos altera, *viles et terrenas oblationes* vertit, non levem significat Arabismi ignorantiam, et in eo qui alios imperiose docere audebat, non facile tolerandam. Sed hunc errorem in libro *De transsubstantiatione* emendavit : hæsit in aliis gravioribus D longe, magisque perniciosis.

Porro mirari satis nemo potest Salmasium, qui ubique ferme de lingua Ægyptiaca, tanquam sibi non ignota loquitur, ubi opus non erat, ignorantiam vel malam fidem hoc loco ita prodidisse, ut excusationi locum non reliquerit. Codex quo utebatur Ægyptiace scriptus erat et Arabice ; cur igitur de primario textu ne verbum quidem fecit, nisi quod illum non intelligebat, quod facile, si opus esset, probaremus. Sane si intellexisset, non illum adeo perfrictæ frontis fuisse quisquam credat, ut, qualem ex Arabica versione commentus est, interpretationem daret : quandoquidem orationi Copticæ prorsus contradicit. Quod etiamsi non esset, at quæ mox subjiciuntur, sententiam in aperta luce collocant, demonstrantque peti illapsum sancti Spiritus, ejusque operationem in dona proposita. Nihil autem certius esse quam quod de Salmasiana versione diximus, sciunt quicunque litteras Orientales a limine salutaverint : Ægyptiacæ linguæ, quæ non adeo communis est, mediocriter peritum esse oportet, ut error agnoscatur, cum observare sufficiat ex imperfectissima grammatica ντεφ quæ nota 3 personæ futuri vel subjunctivi, eo loco usurpari, non primæ pluralis personæ notam. Adde testimonium Græci codicis, et adjunctæ versionis Arabicæ, quæ falsam illam et absurdam Salmasii interpretationem destruunt, cum habeant ἁγιάσῃ καὶ μεταποιήσῃ. *Corpus et sanguis liberationis, aut salutis nostræ*, dicuntur corpus et sanguis Christi, quia per sacrificium corporis, et effusionem sanguinis in passione, tum participationem ejus in sacramentis, salus et liberatio nobis a peccatis præstita est, et porro præstatur. Eo in loco codices plerique habent πενσωτ., voce abbreviata, ut alibi sæpius, unde σωτήρ vel σωτηρία legi potest. Sed ambiguitatem determinat codex Græcus, ubi habetur τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως, ut versio ejus Arabica, et aliæ quæ Copticis exemplaribus adjunguntur.

(7) Occurrit hic lectionis varietas. Codex noster quem interpretando secuti sumus, ita ut expressimus, habet ητεκαιφ, *facias :* versio Arabica similiter : ita tamen, ut ad Spiritum sanctum referri possit ; *Et faciat :* quia ut dictum est feminini Arabici, in quo genere est vox הוה apud Arabes, tertia persona, eamdem quam secunda utriusque generis characteristicam præfert. Verum melior omnino lectio est secundum Græcum exemplar, καὶ ποιήσει, vel potius ποιήσῃ, *et faciat*, ut ad Spiritum sanctum referatur, cujus postulatur adventus. Ita quoque legitur in aliis codicibus Copticis, qui antiquitate præstant : παιωιχ μεν ητειαιφ ησωμα εθουαϐ ηταχ : atque ita versiones Arabicæ. Sententia tamen utrobique eadem est, sive Christus faciat, sive Spiritus sanctus ab eo missus. Versio Maronitæ : *Et hic fiat panis corpus sacrosanctum tuum, Domine*, neque Coptico, neque Arabico, aut Græco textui respondet. Jam vero Salmasii admiratoribus incumbit, ut speciosam aliquam rationem silentii, quod circa hanc partem orationis observavit, nobis reddant, cum tamen præcedenti necessario conjuncta sit, atque adeo una ex altera explicari debeat. Ex ejus interpretatione, quam priori attribuit, ita vertendum erit : *Et hunc quidem panem faciamus, corpus tuum sanctum, Domine :* quod codici Græco, Coptico et Arabico repugnat non minus quam omnibus cujuscunque linguæ Liturgiis, sanctorumque Patrum theologiæ, maxime vero Orientalium scriptorum. Illi enim vulgo dicunt, Spiritum sanctum illabi super dona proposita, sicut in B. Mariam Virginem illapsus est, et in altari formare corpus Christi, sicut illud in utero Virginis, ex ejusdem carne et sanguine formavit. Ita Severus Aschmoninensis, Homiliæ de circulo anni, Barsalibi, Abulfaragius, et alii quorum testimonia alibi relata sunt. Sacerdos, ministerialis causa est : Spiritus sanctus causa principalis : si quis ultra philosophatus est, ut Diamperenses censores, et emendatores aliquot ignobiles Liturgiarum, minima est hoc in genere illorum auctoritas.

Digitized by Google

diam illis qui in pœnitentia sunt (8), benignitatem divitibus, modestiam iis qui in dignitate sunt, auxilium pauperibus : senes robora : juvenes erudi : infideles converte : cessent ab Ecclesia schismata : deprime superbiam hæreseon, et nos omnes ad concordiam pietatis adunare digneris.

Populus. Domine, miserere.

Diaconus. Orate pro pace unius catholicæ et apostolicæ Dei Ecclesiæ.

Sacerdos. Memento, Dom.ne pacis, unicæ, sanctæ, catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ tuæ, quæ est a finibus usque ad fines terræ, et eorum qui recte dispensant in ea verbum veritatis.

Diaconus. Orate pro pontifice nostro papa Anba N. D. archiepiscopo magnæ urbis Alexandriæ, et pro orthodoxis episcopis

Sacerdos. Præsertim vero patriarchæ nostri Patris venerabilis Anba N. et Patris nostri episcopi Anba N. et eorum qui hic adsunt, et qui requieverunt, episcoporum, hegumenorum, sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, lectorum, cantorum, exorcistarum, monachorum, virginum, viduarum, continentium, orphanorum, laicorum, et omnium fidelium Ecclesiæ tuæ sanctæ.

Diaconus. Orate pro rege nostro Christum amante (9).

Sacerdos. Memento, Domine, eorum qui regnaverunt cum pietate, et eorum qui regnant.

Diaconus. Memento, Domine, fidelium fratrum nostrorum.

Sacerdos. Memento, Domine, fidelium fratrum nostrorum orthodoxorum, qui sunt in palatio, et omnis exercitus.

Diaconus. Orate pro iis qui sunt in palatio fratribus nostris fidelibus, et orthodoxis, et pro universo exercitu.

Sacerdos. Memento, Domine, eorum qui tibi obtulerunt hæc dona, et eorum qui pro se obtulerunt, et eorum pro quibus oblata sunt : concede omnibus mercedem e cœlo.

Diaconus. Orate pro iis qui obtulerunt.

Sacerdos. Memento, Domine, habitantium in montibus et cavernis : et fratrum nostrorum qui sunt in captivitate : concede illis ut pacifice ad sua domicilia revertantur.

Diaconus. Orate pro captivis.

Populus. Domine, miserere.

Diaconus. Adorate Agnum Verbum Dei (10).

Sacerdos secreto. Memento, Domine, tenuitatis meæ et remitte mihi peccata mea, ut ubi abundavit iniquitas, ibi superabundet gratia tua : neque propter peccata mea propria, et propter maculas cordis mei deprives populum tuum gratia Spiritus sancti tui.

Populus. Miserere nostri, Deus Salvator noster.

Sacerdos alta voce. Quia populus tuus et Ecclesia tua te obsecrant et Patrem tuum tecum, dicentes : Miserere nostri, Deus Salvator noster. Concede populo tuo cor unum : da tranquillitatem mundo : temperiem bonam aeri : dignare, Domine, benedicere hoc anno ventos cœli et fruges terræ. Dignare Domine, benedicere aquas fluminis, ascendere eas

(8) Hinc demonstratur, pœnitentiam in Coptica Ecclesia locum olim habuisse, dudum ante obscena illa tempora Joannis, et Marci filii Zaraa patriarcharum, qui confessionem peccatorum, et *Canonem*, sive laboriosam pœnitentiam, tollere conati sunt, de qua innovatione dictum est in *Historia Alexandrina* (a) et alibi. Esse in pœnitentia, status est, ut eorum qui in eadem oratione commemorantur, varii sunt. Non vero is locus intelligendus est de publica illa, qualis in usu erat primis Ecclesiæ sæculis, pœnitentia, cujus dudum, præterquam ad publicos peccatores emendandos, disciplina omissa est. Sed hic intelligendi sunt illi, qui facta apud sacerdotem confessione, *Canonem*, hoc est pœnas canonicas suscipiebant, et aliquam illarum partem compleverant, antequam communionem sacramentorum obtinerent, a qua arcebantur per aliquod temporis intervallum. Hæc disciplina fusius alibi exponetur, ex variis auctoribus tum ex canonibus pœnitentialibus, qui exstant in codicibus manuscriptis. Pœnitentium quoque mentio fit infra, qui intelligi forte debent, per eos cui *in confessione sunt.*

(9) Servata hæc formula est ex veteri disciplina, ante occupatam a Muhamedanis Ægyptum, in Græco τῶν εὐσεβῶς βασιλευσάντων, quæ verba versiones Arabicæ quædam expresserunt. Nempe cum regnarent Christiani imperatores, hæc formula usurpabatur, quæ postea in libris servata est, adjunctis tamen verbis ultimis, quia pro principibus, qualescunque sint, orant Orientales, si Nestorianos excipimus, in quorum Liturgia memoria fit *regum fidelium*, non aliorum. Ex illo loco recte Salmasius Liturgiæ antiquitatem commendat, tanquam scriptæ sub Christianis Ægyptum obtinentibus, quia pro illis oratur, et illis qui sunt in palatio. Sed palatium non magis Christianos quam Muhamedanos principes designat, neque ad familiam regiam referri debet, sed ad fratres orthodoxos, hoc est Jacobitas Christianos, qui tunc erant in aulico ministerio. Multos enim fuisse qui scripturam in aula sultani, aut in divano exercerent, patet ex variis historiæ Alexandrinæ locis, quod pariter sæpissime contigit in aula Bagdadensi, ubi multi Christiani magna apud quosdam califas auctoritate floruerunt, Nestoriani præcipue. Hinc sæpe utraque Ecclesia, Jacobitica et Nestoriana, maximis turbis per illorum hominum ambitionem agitata est : et in Ægypto sub ultimis sultanis, Turcis et Circassis, quos Mamalucos vocant, durissimæ persecutiones excitatæ sunt. Quam lectionem secutus fuerit Maronita interpres cum vertit : *Memento, Domine, regum qui sunt electi in perfectione pietatis, et eorum qui sunt eligendi*, non satis intelligitur, cum sententiam similem neque Copticus neque Arabicus textus offerant.

(10) Hæc diaconi hortatio in codice Græco non occurrit : pia sane et singularis, quam ex Coptica lingua ad verbum interpretati sumus, consentiente Arabica versione. In uno ex codicibus Regiis, illius adeo legitur formula illa frequens *Adorate Deum cum timore :* quod Græce non pronuntietur, ut omnes similes, eam non adeo antiquam esse significare videtur. Erat in Scaligeri codice, sed pessime interpres reddidit : *Orate pro eo qui portat verbum Dei.*

(a) *Hist. Patr. Alex.* p. 505.

Digitized by Google

fac juxta mensuram suam, secundum gratiam tuam. Lætifica faciem terræ, etc. *Ex Liturgia Basilii.*

Infirmis sanitatem : indigentibus solatium : liberationem captivis concede : suscipe ad te orphanos : auxilium da viduis : eos qui angustiantur, bonis sustenta : eos qui ceciderunt erige : stantes confirma : defunctorum memento : eorum qui in confessione sunt, deprecationes suscipe : pœnitentes numera cum fidelibus tuis, et fideles tuos cum martyribus tuis : et eos qui hic adsunt, similes effice angelis tuis : nos quoque, qui, licet indigni, ad ministerium tuum per gratiam tuam vocati sumus, ad te suscipe.

Kyrie, eleison, *alta voce.*

Sacerdos. Memento, Domine, salutis hujus loci sancti tui, et omnium locorum, et omnium monasteriorum Patrum nostrorum orthodoxorum, et omnium civitatum totius provinciæ et regionis, et omnis pulchritudinis ejus; et nos omnes libera a fame, a peste, a terræ motibus, submersione, naufragio et incendio; a captivitate barbarorum, a gladio extraneo, et ab insurrectione hæreticorum.

Dignare, Domine, recordari omnium sanctorum qui tibi placuerunt ab initio, Patrum nostrorum sanctorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, martyrum, confessorum, et eorum qui Evangelium annuntiaverunt Ecclesiæ tuæ, et omnium spirituum justorum qui consummati, defuncti sunt in fide. Præcipue vero sanctæ, gloria plenæ semper Virginis, Genitricis Dei sanctæ Mariæ, et sancti Joannis Præcursoris, Baptistæ et martyris, et sancti Stephani protodiaconi et protomartyris, et contemplativi Deumque videntis evangelistæ Marci, apostoli sancti et martyris; et patriarchæ nostri sancti Severi; et doctoris nostri Dioscori, sancti Cyrilli, sancti Basilii, sancti Gregorii, sancti Joannis Chrysostomi, sancti Athanasii apostolici; et dominorum nostrorum Patrum justorum, magni abbatis Antonii, et pii sancti abbatis Pauli, et trium Macariorum, totiusque chori sanctorum tuorum, quorum precibus et intercessionibus, miserere omnium nostrum, et nos omnes libera propter nomen tuum sanctum quod invocatum est super nos.

Sacerdos secreto. Memento, Domine, patrum et fratrum nostrorum qui pridem obdormierunt in fide orthodoxa : da illis omnibus requiem, cum sanctis tuis, et cum iis quorum nomina commemorata sunt.

Sacerdos post Diptycha dicet. Memento, Domine, eorum quorum memoriam fecimus fidelium, et eorum quorum non meminimus orthodoxorum, et nostri quoque cum illis, o bone amator, hominum Deus.

Populus. Remitte, parce, condona nobis, Deus, offensas nostras quas commisimus voluntarie aut involuntarie, scienter vel ignoranter : Domine, dimitte illas nobis.

Sacerdos. Tu es enim Deus misericors qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Converte nos, Domine, per salutem tuam, et fac nobiscum secundum bonitatem tuam; tu qui efficis plura quam petimus aut intelligimus : ut in hoc, sicut et in omnibus, glorificetur, benedicatur, et extollatur nomen tuum magnum, sanctissimum, gloriosum et benedictum, cum Patre tuo bono, et Spiritu sancto.

Pax omnibus.

Domine, Salvator noster, amator hominum bone, qui vivificas animas nostras, qui tradidisti te ipsum pro nobis, in salutem pro peccatis nostris : qui in multitudine misericordiæ tuæ solvisti inimicitias hominum : Unigenitus Deus, qui es in sinu Patris.

Kyrie, eleison. Benedic. Amen.

Sacerdos. Qui benedixisti illo tempore, benedic nunc (11).

Populus. Amen.

Sacerdos. Qui sanctificasti illo tempore, sanctifica nunc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Qui divisisti illo tempore, divide nunc.

Populus. Amen

Sacerdos. Qui dedisti tuis discipulis sanctis et apostolis puris illo tempore, nunc, Domine, da nobis, et omni populo tuo, omnipotens Domine Deus noster.

Diaconus. Orate.

Oratio fractionis ad Filium (12).

Benedictus es, Christe Deus omnipotens, Salvator Ecclesiæ tuæ : Verbum intelligibile et homo visibilis, qui per incarnationem tuam incomprehen-

(11) Sententia hujus orationis pia valde, et purissimæ theologiæ plena; nempe ut Christus per divinam omnipotentiam, secundum promissionem suis factam : *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*, et singulari modo, per transmutationem panis et vini in corpus et sanguinem suum præsens, mysterium a se institutum perficiat et in eo consummando invisibiliter operetur. In eamdem sententiam multa occurrunt in diversis orationibus, tempore distributionis Eucharistiæ recitandis, tam apud Jacobitas quam apud Nestorianos, ut sunt ista : *Hoc ipsum esse mysterium crucis et ultimæ cœnæ : hunc calicem ipsum esse quem Christus miscuit*, multaque similia.

(12) In codice Græco-Arabico aliæ duæ occurrunt orationes sub eodem titulo τῆς κλάσεως, nempe dicendæ priusquam hostia in minutiores partes frangatur, ad communionem distribuendam. Scilicet, ut alibi monuimus, in liturgicis codicibus scriptæ sunt orationes diversæ, secundum festorum diversitatem aut sacerdotis arbitrium dicendæ. Ista videtur antiquior, cum prior Græci codicis enucleatam Monophysitarum doctrinæ professionem contineat : id vero non nisi post scissam per Dioscori sectatores Ecclesiam, factum esse potuit. Habet autem hæc oratio obscuritatis nonnihil, non modo circa res, sed etiam ex ipsa vocum aliquot ambiguitate, quam Coptitæ primi interpretes, et Arabes non satis versionibus suis elucidaverunt.

Statim ad Christum dicitur : *Verbum intelligibile et homo visibilis :* Græce : Ὦ λόγε ὃν προνοοῦσιν αὐτὸν, καὶ ἄνθρωπε ὃν προθεωροῦσιν αὐτόν. Verba hæc non

Digitized by Google

sibilem, præparasti nobis panem cœlestem, corpus hoc tuum sanctum in mysterio omnibus modis sancto (13). Miscuisti nobis calicem ex fructu vitis veræ, quæ est latus divinum tuum et immaculatum, ex quo postquam tradidisti spiritum, manavit nobis sanguis et aqua, quæ mundum universum purifica-

A verunt. Acquire nos tibi, o bone, servos tuos : nos indignos fac tibi populum congregatum, regnum, sacerdotium et populum electum. Purifica nos, Domine, sicut sanctificasti has oblationes propositas, et fecisti illas invisibiles ex visibilibus (14), et mysteria tibi soli cognita, Domine Deus et Salvator

satis Græca, seu jam barbariem redolentia, videntur antiquitus esse interpolata, cum simplicius et accuratius sententiam exprimere Alexandrini illi potuissent, Λόγε, ὃν νοοῦσιν, ἄνθρωπε, ὃν θεωροῦσιν, quam Arabs primus interpres recte expressit : *Verbum quod intelligitur : homo qui videtur.* Duas scilicet in Christo naturas agnoscere se significabant paucis illis verbis, orationis primi auctores, novitate Monophysitarum, ut conjicere possumus, nondum imbuti. Ita quoque illa reddidit Coptita interpres : ωπιλογος ετου ερνοιν μμοφ. πιρωμι ετου B ερθεωριν μμοφ. Christus scilicet, ut Verbum Dei, mente tantum concipitur : tanquam homo, oculis videri poterat. Ea autem fidei particula, ab Orientalibus Christianis, Severo, Barsalibio, Homiliarum auctore, et aliis multis accommodari plerumque solet ad Eucharistiæ mysterium, dum dicunt : apostolos et alios, qui cum Christo, dum in terris esset, conversati sunt, hominem simplicem oculis corporis vidisse, Deum oculis mentis agnovisse : Ita debere Christianos Eucharistiam suscipiendo, fidem conformare suam, ut quamvis panis et vini elementa solummodo sensibus percipiant, oculo interiore fidei, Christum in illis videant, agnoscant et adorent, quemadmodum latro in cruce illum agnovit, illiusque exemplo dicant : *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Versiones Arabicæ quæ in codicibus Copticis leguntur, sententiam eamdem exprimunt.

(13) *Qui per incarnationem tuam incomprehensibilem præparasti nobis panem cœlestem, corpus hoc tuum sanctum, in mysterio omnibus modis sancto.* Sensus istius orationis simplex : quia scilicet Incarnatio Filii Dei, mysterium incomprehensibile est, quo panis vivus de cœlo descendit : panis autem sanctificatus in altaribus, est corpus ipsum quod Filius Dei accepit ex Maria Virgine, et quod dat nobis in sacramento, ut ipsi Coptitæ postea recognoscunt, in confessione quæ fit ante illius susceptionem. Unde frustra sunt ad sententiam istius orationis pervertendam omnes Albertiniani et Claudiani commentarii. Non enim dicitur dari corpus Christi in sacramento, quod intelligi posset de eodem suscepto per fidem, sed hoc corpus, nempe quod sacerdos in disco positum intuetur, quodque mox elevans, et demonstrans, testatur esse ipsum verum corpus Christi. Τοῦτο τὸ σῶμά σου ὃν ἔθου ἐν μυστηρίῳ, ita enim legendum videtur in Græco exemplari, ubi scriptum est ἐν μυστήριον πανάγιον ἐν τοῖς ἅπασιν, quod sive ad corpus Christi referatur, sive ad mysterium, perinde est. Arabica versio ad corpus Christi refert. *Corpus tuum hoc, quod est sacramentale;* μυστηριῶδες, *et omnino sanctum.* Vox enim סרי *serri*, idem significat quod τὸ μυστηριῶδες · et qui corpus Christi in sacramento, ita appellat, per oppositionem ad naturale, non negat veram et realem ejusdem corporis in sacramento præsentiam. Id vel unus Gennadius satis demonstrat, qui in homilia nuper edita, cum transsubstantiationem perspicue doceat, titulum hunc inscripsit : Περὶ μυστηριώδους σώματος (*), etc. Versiones Arabicæ duplicem vocem adhibent, et istam, et aliam quæ significat id quod Coptice scribitur *in mysterio* : τὸ πανάγιον referunt ad corpus Christi. Naronita non recte totam hanc orationem expressit. *Verbum spirituale, qui homo factus es, et inter homines versatus, qui per incarnationem tuam incomprehensibilem præparasti nobis panem, corpus hoc tuum sacrosanctum, mysterium omnino sacrosanctum :* neque enim Coptico aut Arabico textui versio respondet.

(14) Sic prope ad verbum textus Copticus, ita ut distinctio sit inter purificationem, quam orat sacerdos conferri a Deo sibi et circumstantibus, et sanctificationem elementorum. In prima significanda adhibetur vox τουβο, quam Arabes per eam exprimunt quæ proprie *mundationem* et *purificationem* significat, aliquando etiam *sanctificationem* : alteram reddunt ipsa voce Græca ἁγιάζειν, quæ occurrit in Græco codice, utroque in loco. Arabs Græci codicis interpres eadem voce, quæ τῷ ἁγίασο proprie respondet, usus est : alii diversam adhibuerunt. Ita distinctionem, non quidem plane necessariam, constituerunt inter sanctificationem suscipientium, et donorum propositorum. Non cavisse videntur quodammodo, ne comparatio non satis adæquate intelligeretur, cum sanctificationes diversi omnino generis sint : aliter enim sanctificantur homines, aliter dona proposita. Sed intellectus simplicissimus est : Ut sanctificasti dona proposita, singulari scilicet ratione quam subjuncta verba explicant, ita ad suscipienda illa digne Christianos sanctifices.

Quomodo autem sanctificaverit Deus dona proposita mox exponitur, faciendo scilicet ea *invisibilia ex visibilibus ;* ἀόρατα ἐκ τῶν ὁρατῶν, ut habet codex Græcus. Maronita parum recte, *et fecisti illas non adumbratas, sed quidquid apparet est mysterium tuum spirituale,* nullo sensu, et contra Coptici Arabicorumque codicum fidem. Sententia hæc est : *has oblationes fecisti ex iis quæ videbantur, esse aliud quid, quod non videtur :* nempe erant panis et vinum, fecisti eas esse corpus et sanguinem Christi. Ante sanctificationem seu consecrationem, erant, et videbantur panis et vinum; post sanctificationem sunt corpus et sanguis, quæ non videntur. Nulla hic ambiguitas, veraque transmutatio in istis verbis agnoscitur, longe distans ab ea quam solam veteribus et ipsis Coptitis creditam fuisse, tam audacter affirmabat Salmasius. Is vero, si bona fide egisset, cum nugaci et absurda interpretatione invocationem Spiritus sancti hujus Liturgiæ contaminare satagebat, comparare hanc orationem cum ista, et cum utraque suam explicationem debuerat. In ista sanctificatio Christianorum, et ipsius sacerdotis postulatur, ut in prima adventus Spiritus sancti, super eos et super dona proposita : nempe, ait Salmasius, ut sanctificemur et convertamus has oblationes in corpus et sanguinem Christi : quamvis, ut supra observavimus, nihil simile legatur in textu Coptico et Arabico. In ista oratione quæ non longo post primam intervallo sequitur, plena paradoxi Salmasiani refutatio est. Orat enim sacerdos Deum, ut se et circumstantes sanctificet, non ut convertant per communionem elementa in corpus et sanguinem, quandoquidem agnoscit consecrationem jam factam, cum Deus illa fecerit invisibilia ex visibilibus; totaque verborum series ostendat, eos qui illa pronuntiant, corpus Christi præsens in altari esse, credere. Porro quæ de Salmasio diximus, ad Albertinum, ad Claudium, ad discipulos eorum non minus pertinent, qui cum pauca Liturgiarum

(*) *Opusc. Gr. Gennadii.*

Digitized by Google

noster Jesu Christe. Tu per clementiam tuam magnam fecisti nos dignos filiatione per baptismum sanctum, et docuisti nos formam orationis mysticæ, ut per eam invocaremus Patrem tuum. Tu nunc, Domine, fac nos dignos, ut conscientia munda et cogitatione bona, quemadmodum decet filios, cum desiderio et fiducia, audeamus invocare Deum Patrem tuum sanctum qui est in cœlis et dicamus : Pater noster, etc.

Oratio post Pater noster.

Etiam, Domine, qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, et omnem virtutem inimici, contere capita ejus sub pedibus nostris velociter, et repelle a nobis omnes ejus cogitationes malas, contrarias nobis : tu es enim Rex omnium nostrum, Christe Deus noster : et tu es cui mittimus laudem, etc.

Sacerdos dicit orationem Inclinationis.

Diaconus. Inclinate capita vestra Domino.

Tu, Domine, inclinavisti cœlos et descendisti, et incarnatus es propter salutem generis humani : tu sedes super cherubim et seraphim, respicisque humiles. Tu nunc, Domine, cum levamus oculos cordium nostrorum ad te, Domine, qui remittis iniquitates nostras, qui redimis de interitu vitam nostram ; adoramus misericordiam tuam inenarrabilem, rogamusque te, ut concedas nobis pacem tuam. Omnia nobis dedisti, acquire nos tibi, o Deus ; neque enim alium novimus præter te, et nomen tuum sanctum pronuntiamus. Converte nos, Deus, ad timorem tuum, et desiderium tui ; et concede ut perveniamus ad fruitionem bonorum tuorum. Et qui inclinaverunt capita sua sub manu tua, extolle eos in hujus vitæ decursu : orna eos virtutibus, et præsta ut omnes digni simus regno tuo cœlesti, per beneplacitum Dei Patris tui boni, cum quo tu es benedictus, et cum Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc, etc.

Sacerdos dicet orationem Absolutionis ad Filium. Domine Jesu Christe Fili unigenite, etc., *ut in Liturgia sancti Basilii.*

Sacerdos dicit Confessionem.

Corpus sanctum (15) et sanguis pretiosus Jesu Christi Filii Dei nostri. Amen (16).

testimonia vellicent, ut obscuritate alicujus loci abutantur, perspicua et quæ illorum novitates funditus evertunt, ne indicant quidem.

Sequitur in eadem oratione, *et mysteria tibi soli cognita.* In Græco textu qui manifeste vitiosam scripturam habet μυστήρια ὧν προνοοῦσιν αὐτά σοι, Κύριε, nullo sensu ; hunc expressit Arabs interpres *per mysteria invisibilia, intellecta tibi, Domine.* Coptica lectio : *Et mysteria quæ tibi cognita sunt, Domine,* μμυστηριον ετον ερνοιη μμωου ηταχ πενος. Versio Arabica : *mysterio plena quod tibi cognitum est, Domine* : male Maronita : *mysterium spirituale.* Sententia ex præcedentibus hæc est. Fecisti oblationes invisibiles ex visibilibus, et mysterium, sive per mysterium quod solus, Domine, intelligis, cum humanæ mentis vires superet. Nam προνοεῖν quod est in Græco textu, Copticus, ut superius, explicat per ερνοιν hoc est νοεῖν, Arabes per ea verba quæ *intelligere, et animo concipere* significant.

(15) De illa eximia, nec ullius ad Protestantium mentem interpretationis capace confessione, dictum est ad Liturgiam S. Basilii ; pauca tantum observabimus, quæ ad istam proprie spectant. Exstat in ea ipsa Liturgia quam citavit Salmasius, ut argumenta subministrantem, quibus et Catholicis os occluderetur, et Calvinistica causa triumpharet. Cur igitur de ista confessione ita locutus est in sua ad Dallæum epistola, ut integram orationem non retulerit, quod erat tamen necessarium, et notam falsissimam adjecerit? Verba ejus sunt : « Post celebrationem Cœnæ, et participationem ejus factam, idem sacerdos monet, id quod a communicantibus susceptum est, verum esse corpus et sanguinem Christi, id est fructum vitis veræ, qui est Christus, ita significans, vinum calicis, non aliter vocari sanguinem Domini verum, quam ut ipse veram se vitem appellavit. » Excusari sane Calvinista potest, Calvinistæ loquens de usu ridiculo vocis Cœnæ, ad Liturgiam, totamque sacram Eucharistiæ celebrandæ actionem significandam. Sed cum publice scribunt, uti debent illis vocibus, quas universa Ecclesia usu non interrupto multorum sæculorum consecravit ; cum nulla gens Christiana cujuscunque ritus et linguæ, ita loquta unquam fuisse reperiatur. Cedant eruditi illi, qui tantam Orientalium linguarum peritiam ubique ostentant, auctorem ullum, qui *Cœnam* vocaverit celebrationem Eucharistiæ, Græce, Latine, Syriace, Ægyptiace, Æthiopice, Persice, aut Armenice?

Sed illud minoris momenti est : ea quæ subjungit, mentita, falsa, plenaque erroris, ignorantiæ et temeritatis, excusari nulla ratione possunt, nisi ex auctoris imperitia, quæ excusatio locum non habet. Quis enim cogebat hominem, qui in Ecclesia catholica natus et baptizatus avitam fidem juveniliter deseruerat, de rebus theologicis scribere?

Oratio quæ confessionem continet, non dicitur post celebrationem Liturgiæ, neque post communionem, sed antequam ea distribuatur : ut ipsa rituum series satis indicat : adeo ut Salmasium, aut Liturgiam non legisse oporteat, aut neminem futurum existimasse, qui, oculis in eam conjectis, falsi eum testimonii reum agnosceret.

Neque minus falso affirmat, a sacerdote dici post communionem, id quod a communicantibus susceptum est, *esse corpus et sanguinem Christi, id est fructum vitis veræ, quæ est Christus.* Neque enim quidquam simile legitur in orationibus gratiarum actionis : et cum sacerdos dicit : *Hoc est corpus verum et sanguis pretiosus, Christi Dei nostri*, etc., hæc dicuntur ante communionem. Communicaturi respondent, antequam sacra mysteria susceperint, ita credere se, et credituros ad ultimum usque vitæ spiritum, hoc quod vident in sacerdotis celebrantis manu, quod episcopus et sacerdos, cum ordinantur, manu suscipiunt, neque adhuc ori admoverunt, esse corpus et sanguinem Domini, et tamen ex hypothesi Salmasiana, dona proposita, προκείμενα, nihil adhuc sunt, præter panem et vinum, cum in solo usu fiant corpus et sanguis Christi.

Neque in tota hac Liturgia, aut ulla cujuscunque ritus et linguæ reperietur, talis sacerdotum ad communicantes monitio, quam commentus est Salmasius, elementa esse corpus Christi, ut Christus est vitis vera. In oratione fractionis ad Filium legitur : *Præparasti nobis panem cœlestem, corpus hoc tuum sanctum in mysterio... Miscuisti nobis calicem ex fructu vitis veræ, quæ est latus divinum tuum et immaculatum.* Ita Gaudentius Brix. tract. II *De Pasch.* : *Quia quod accipis corpus est illius panis cœlestis, et sanguis est illius sacræ vitis.* Non igitur dixerunt Christiani

(16) Σῶμα ἅγιον καὶ αἷμα τίμιον Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἀμήν.

Digitized by Google

Populus. Amen.

Sanctum et pretiosum corpus et sanguis verus Jesu Christi Filii Dei nostri. Amen (17).

Corpus et sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est in rei veritate. Amen.

Credo, credo, credo et confiteor usque ad ultimum vitæ spiritum, hoc esse corpus vivificum, quod accepisti, Christe Deus noster, ex Domina omnium nostrum, Deipara, pura, sancta Maria, fecistique illud unum cum divinitate tua, absque confusione, commistione, aut alteratione : et confessus es confessionem bonam coram Pontio Pilato. Dedisti illud pro nobis super lignum sanctum crucis, voluntate tua sola, pro nobis omnibus. Credo divinitatem tuam separatam non fuisse ab humanitate tua, ne momento quidem aut nictu oculi. Dedisti eam pro nobis ad salutem, remissionem peccatorum et vitam æternam iis qui ex illo communicabunt. Credo hoc vere ita esse.

Oratio gratiarum actionis post Communionem.

Gratias agimus tibi, Christe Deus, Verbum verum ex substantia pura Patris : quia talem in modum dilexisti nos, et tradidisti te ipsum ad immolationem pro salute nostra ; et largitus es nobis vitam, per corpus tuum sanctum, et sanguinem tuum pretiosum, quorum participatione nos modo dignatus es. Eapropter gratias agimus tibi, amator creaturæ tuæ, et mittimus tibi sursum gloriam, honorem et adorationem, cum Patre tuo bono, et Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc, etc.

Oratio inclinationis post Communionem.

Qui est et fuit (æternus), qui venit atque iterum veniet, qui incarnatus et homo factus est, crucique affixus est propter nos : passus est propria voluntate in corpore, cum esset impassibilis tanquam Deus, involutus est et positus in sepulcro, surrexit a mortuis tertia die, et ascendit in cœlum, sedetque ad dexteram majestatis Patris, et iterum venturus est judicare vivos et mortuos : quem benedicunt angeli et laudant archangeli, cujus gloriam loquuntur seraphim, quem adorant cherubim, quem timent et tremunt omnes naturæ, Filius, Verbum Dei Patris, Jesus Christus Dominus noster. Tu es cui inclinat se populus tuus et hæreditas tua, quam acquisivisti sanguine tuo pretioso. Aspice nos omnes, Domine, de cœlo sancto tuo, et ex habitaculo tuo præparato : benedic servis tuis, per omnes benedictiones spirituales : custodi eos sub potenti manu tua : confirma eos in fide tua. Da illis et nobis puritatem animarum, corporum, spirituumque nostrorum, et concede nobis finem Christianum qui coram te acceptus sit : quia regnum tuum, Christe Deus noster, sanctitate et gloria plenum est, quod nos omnes consequi speramus, per intercessionem Dominæ omnium nostrum, sanctæ Genitricis Dei, semperque virginis Mariæ : et quatuor lucidorum Michaelis, Gabrielis, Raphaelis et Surielis : et quatuor animalium incorporeorum : et viginti quatuor presbyterorum, cherubim et seraphim, et ordinum cœlestium : et per orationes patriarcharum et prophetarum : Joannis Baptistæ, et centum quadraginta quatuor millium ; dominorum nostrorum apostolorum, et primi diaconorum Stephani : et D. regis Georgii, totius chori martyrum, et chori cruce signatorum, piorum, justorum, virginum prudentum, et puerorum. Benedictio angeli diei istius : benedictio Genitricis Dei sanctæ Mariæ patronæ istius ecclesiæ, et hujus diei quo ejus memoria celebratur : benedictiones eorum sanctæ, gratiæ, virtutes, dona, auxilia, patientia et charitas eorum, sint nobiscum usque in sæculum. Amen.

Alia oratio gratiarum actionis.

Gratias agimus tibi, Pater noster sancte omnipotens, omnia præstans, creator omnium, qui dedisti

stiani Ægyptii *ex fructu vitis veræ, quæ est Christus :* sed *quæ est latus tuum, ex quo exivit sanguis et aqua.* Theologice prorsus et ad sanctorum Patrum mentem, simulque ad eorum confutationem qui Cypriano totaque veterum Ecclesia sapientiores, aquam calici admiscere, piaculum existimant. Itaque in hac oratione fructus vitis veræ, de sanguine Christi in calice exhibito intelligitur, non de toto sacramento. Panis qui de cœlo descendit, seu panis cœlestis, est corpus Christi, quod percipitur in sacramento, et in illo est : fructus vitis veræ, est sanguis Christi, in eodem sacramento : adeo ut in disco sit panis cœlestis, quia ut ipsi confitentur in eo est corpus Christi : atque pariter in calice, fructus vitis veræ, quæ est Christus, quia in eo continetur sanguis Christi. Comparationis quam Salmasius excogitavit, in illis orationibus vestigium nullum est, et etiam si ullum, vel levissimum posset deprehendi, et obscuritatem induceret, explicaretur illa satis per subsequentem confessionem, in qua nihil figurate dictum, sed simplicissima fidei expositio, quam dissimulavit Salmasius, desperans, ut verisimile est, Calvinisticam illam quacunque subtilitate posse fieri. Quam porro rituum Orientalium imperitus habendus ille sit, qui orationem fractionis dicit recitari post communionem, judicare quisque potest : nam post eam orationem fractio fit, et unio duarum specierum seu ἁγία ἕνωσις· tum aliæ orationes interveniunt : postea, *Pater noster :* tum oratio absolutionis : alia inclinationis : *Sancta sanctis,* cum τῇ ἁγίᾳ ὑψώσει, seu elevatione sacramenti, tandem communio. Tamen ex oratione quæ omnibus illis præmittitur, quid in participatione Eucharistiæ datum Christianis fuerit, docere nos vult Salmasius ; nempe non quæ in ipsa oratione contineantur, sed quæ in absurdissimo commentario : quem sola Liturgiæ dispositio refellit. Nam, ut omnia ejus peccata uno intuitu appareant, oratio quam citat, non dicitur post communionem, sed multo prius. Sacerdos non populum alloquitur, sed Deum : nihil dicit eorum quæ Salmasius supponit : tandem oratio confessione explicatur, de qua verbum ille non fecit, nec Albertinus, nec alii, quamvis exstaret in versione Latina sæpius edita, ut in Canone generali Æthiopum. Qui credit quæ illa confessione continentur, a Salmasiana theologia remotissimus est : at ita Coptitas credere qui neget, illud saltem negare non poterit verbis significantioribus minusque ambiguis fidem realis transmutationis explicari non posse, adeo ut Ecclesia Romana in professione fidei post Tridentinum concilium publicata, non magis perspicue de Eucharistia loquatur quam ista ante communionem confessio.

(17) Ἅγιον τίμιον σῶμα καὶ αἷμα ἀληθινὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἀμήν.

Digitized by Google

nobis hunc cibum sanctum, immortalem, mysticum; qui aperuisti nobis viam vitæ, qui ostendisti nobis semitam qua ascenderemus ad cœlum, qui largitus es servis tuis multitudinem bonorum : tu, Domine bone amator hominum, conserva gratiam doni tui in nobis, ut non sit nobis ad condemnationem, sed sit requies, gloria, acquisitio vitæ, confirmatio animæ et puritas corpori, ut vivamus in te, et adimpleamus justitiam omni tempore : ut glorificetur nomen tuum in nobis, et tibi debetur honor, gloria, etc.

LITURGIA SANCTI GREGORII

ALEXANDRINA.

(Renaudot, *Liturgiæ Orient.*, ed. 2, Francof. 1847, p. 85.)

Hanc cum Basiliana repræsentat codex Regius Græco-Arabicus : de eaque idem dicendum est quod de Basiliana : magnam scilicet esse illius cum Coptica conformitatem, adeo ut una et eadem haberi debeat : cum diversitas sit in illis solis orationibus, quæ ad sacram Actionem seu Anaphoram proprie dictam non spectant : ut sunt præparatoriæ, gratiarum actionis et aliæ nonnullæ.

DIVINA LITURGIA SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII.

Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ.

Qui visitasti nos in misericordia et miserationibus (18), Dominator Domine Jesu Christe, et concessisti fiduciam nobis abjectis, peccatoribus et indignis servis tuis, astandi sancto altari tuo, et offerendi tibi timendum et incruentum sacrificium, pro peccatis nostris et populi tui ignorantiis : ut sit ad remissionem et requiem eorum qui pridem dormierunt, patrum et fratrum nostrorum, et ad confirmationem omnis populi tui. Respice super me inutilem servum tuum, et dele offensas meas, per benignitatem tuam : et munda labia mea et cor ab omni sorde carnis et spiritus; remove quoque a me omnem cogitationem turpem et imprudentem, et fac me dignum, per virtutem sancti tui Spiritus, hoc ministerio. Suscipe etiam me per bonitatem tuam, dum accedo ad altare sanctum tuum, et dignare ut accepta fiant dona quæ tibi mox offerenda sunt, per manus nostras, compatiens infirmitatibus nostris : et ne rejicias me a facie tua, neque abomineris indignitatem meam : verum miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam : ut a damnatione immunis, accedens coram gloria tua, dignus efficiar protectione tua, et illuminatione sancti tui Spiritus : neque ut servus peccati reprobus efficiar : sed ut servus qui invenit gratiam, misericordiam et remissionem peccatorum, et nunc et in futuro sæculo. Ita Dominator omnipotens, Domine qui potes omnia, exaudi deprecationem meam. Tu enim es qui omnia operaris in omnibus : omnesque a te tuum in omnibus auxilium requirimus, et defensionem, quia benignus es erga homines et glorificatus, Jesu Deus noster, cum Patre tuo initii experte, et sancto tuo Spiritu, nunce et semper.

Ὁ ἐπισκεψάμενος ἡμᾶς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, καὶ χαρισάμενος ἡμῖν παῤῥησίαν, τοῖς ταπεινοῖς καὶ ἁμαρτωλοῖς, καὶ ἀναξίοις δούλοις σου, παραστῆναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσφέρειν σοι τὴν φοβερὰν καὶ ἀναίμακτον θυσίαν, ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ σου ἀγνοημάτων, εἰς ἄνεσιν καὶ ἀνάπαυσιν τῶν προκοιμηθέντων πατέρων ἡμῶν καὶ ἀδελφῶν, καὶ στηριγμὸν παντὸς τοῦ λαοῦ σου. Ἐπίβλεψον εἰς ἐμὲ τὸν ἀχρεῖον δοῦλόν σου, καὶ ἐξάλειψόν μου τὰ παραπτώματα, διὰ τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν· καὶ καθάρισόν μου τὰ χείλη καὶ τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκός τε καὶ πνεύματος· καὶ ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ πάντα λογισμὸν αἰσχρόν τε καὶ ἀσύνετον· καὶ ἁγίασόν με τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος εἰς τὴν λειτουργίαν ταύτην, καὶ πρόσδεξαί με διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, προσεγγίζοντα τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ· καὶ εὐδόκησον, Κύριε, δεκτὰ γενέσθαι τὰ μέλλοντα προσαγόμενά σοι δῶρα, διὰ τῶν ἡμετέρων χειρῶν, συγκαταβαίνων ταῖς ἐμαῖς ἀσθενείαις· καὶ μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου· μὴ βδελύξῃς με, τὴν ἐμὴν ἀναξιότητα, ἀλλ' ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου, ἵνα ἀκατακρίτως προσελθὼν κατενώπιον τῆς δόξης σου, καταξιωθῶ τῆς σκέπης σου, καὶ τῆς ἐλλάμψεως τοῦ παναγίου σου Πνεύματος· καὶ μὴ ὡς δοῦλος ἁμαρτίας ἀποδόκιμος γένωμαι, ἀλλ' ὡς δοῦλος, ὃς εὗρω χάριν καὶ ἔλεος καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἐν τῷ νῦν καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ναὶ, Δέσποτα παντοκράτορ, παντοδύναμε Κύριε, ἐπάκουσον τῆς δεήσεώς μου. Σὺ γὰρ εἶ ὁ τὰ πάντα ἐνεργῶν ἐν πᾶσι· καὶ τὴν παρὰ σοῦ πάντες ἐπιζητοῦμεν ἐπὶ πᾶσι βοήθειάν τε καὶ ἀντίληψιν· ὅτι φιλάνθρωπος εἶ, καὶ δεδοξασμένος ὑπάρχεις, Ἰησοῦ ὁ Θεὸς ἡμῶν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

(18) Hæc oratio non legitur in Copticis exemplaribus, neque in Græco-Arabico titulum ullum habet : occurrit autem in Liturgia sancti Jacobi, unde notam illam toto Oriente fuisse manifestum est.

Digitized by Google

Εὐχὴ μετὰ τὴν ἑτοιμασίαν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τῆς σωτηριώδους παρουσίας σου καὶ τῆς ἐλλάμψεως τοῦ παναγίου σου Πνεύματος καταξιώσας ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀναξίους δούλους σου παραστῆναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσφέρειν καὶ λειτουργεῖν, τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις τῆς καινῆς σου διαθήκης. Αὐτὸς ζωοποιὲ, καὶ ἀγαθῶν χορηγὲ, ποίησον μεθ' ἡμῶν σημεῖον εἰς ἀγαθὸν, καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς ἐν καθαρῷ συνειδότι λατρεῦσαί σοι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγιασμῷ ταύτην σοι τὴν θείαν προσενέγκειν λειτουργίαν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ἀπόλαυσιν τῆς μελλούσης μακαριότητος. Μνήσθητι, ἀγαθὲ, εὐεργέτα, βασιλεῦ τῶν αἰώνων, καὶ τῆς κτίσεως ἁπάσης δημιουργὲ, τῶν προσενεγκάντων, καὶ δι' ὧν προσήγαγον· καὶ ἡμᾶς ἀκατακρίτους διαφύλαξον ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τῶν θείων σου μυστηρίων· ὅτι ἡγίασται, καὶ δεδόξασται, τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ἅγιον ὄνομά σου, μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος νῦν, καί.

A

B

Oratio post præparationem sancti altaris.

Dominator Domine Jesu Christe Deus noster, qui per salutarem adventum tuum et illuminationem sanctissimi Spiritus tui dignos fecisti nos abjectos, peccatores et indignos servos tuos astandi sancto altari tuo, et offerendi, administrandique mysteria immaculata novi tui testamenti. Ipse qui vitam præstas, et bona suppeditas, fac nobiscum signum in bonum et præsta nobis, ut in pura conscientia cultum exhibeamus tibi omnibus diebus vitæ nostræ, et cum sanctitate divinum hoc tibi offeramus ministerium, in remissionem peccatorum et in fruitionem futuræ beatitudinis. Memento, bone, benefice, rex sæculorum et creaturæ omnis opifex, eorum qui obtulerunt, et pro quibus obtulerunt : nosque indemnatos conserva in consecratione divinorum mysteriorum : quoniam benedictum est, sanctificatum et glorificatum, gloriosissimum, et magnificum sanctum nomen tuum, simulque Patris et sancti Spiritus, nunc, etc.

Εὐχὴ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου.

Εἰρήνη πᾶσιν.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἱεροῖς σου ἀποστόλοις εἰπὼν, ὅτι *πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν· ὑμῶν γὰρ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει.* Καὶ καταξιωθείημεν ἄρτι τοῦ ἀκοῦσαι καὶ ποιῆσαι τὰ ἁγιά σου Εὐαγγέλια, ταῖς λιταῖς τῶν ἱερῶν σου.

C

Oratio sancti Evangelii (19).

Pax omnibus.

Dominator Domine Jesu Christe Deus noster, qui sanctis tuis discipulis et sacris apostolis tuis dixisti, quoniam *multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ vidistis, et non viderunt : et audire quæ auditis, et non audierunt : vestri autem beati sunt oculi, quia vident, et aures vestræ, quia audiunt* [2]. Digni quoque efficiamur, nunc audire et facere sancta tua Evangelia, per obsecrationes sanctorum tuorum.

Μνημόνευσον οὖν, Δέσποτα, καὶ νῦν, πάντων τῶν ἐντειλαμένων ἡμῖν ἀναξίοις, τοῦ μνημονεύειν αὐτῶν εἰς τὰς δεήσεις ἡμετέρας, καὶ τὰς αἰτήσεις, ἃς ἀναβιβάζομέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. Τοὺς προτετελευτηκότας, ἀνάπαυσον αὐτούς· κάμνοντας, ἔρρωσον αὐτούς· σὺ γὰρ εἶ ζωὴ ἡμῶν πάντων, καὶ σωτηρία ἡμῶν πάντων· καὶ ἐλπὶς ἡμῶν πάντων, καὶ ἴασις ἡμῶν πάντων, καὶ ἀνάστασις οἰκεία πάντων ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν, τιμὴν, καὶ προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ παντοκράτορί σου, καὶ παντεπόπτῃ τεκόντι καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωαρχικῷ καὶ ὁμοουσίῳ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

Memento igitur etiam nunc, Domine, omnium eorum qui nobis indignis præceperunt, ut eorum memoriam haberemus inter supplicationes et obsecrationes, quas tibi offerimus, Domine Deus noster. Qui pridem obierunt, illis requiem præsta : ægrotos sana ; tu enim es vita omnium nostrum, salus, spes, medela et resurrectio propria omnium nostrum, et tibi gloriam, honorem et adorationem sursum mittimus, cum omnipotente et omnia vidente Genitore tuo, et sanctissimo, vitæque auctore principe, tibique consubstantiali tuo Spiritu, nunc et semper, etc.

D

Εὐχὴ τοῦ κατα πετάσματος.

Οὐδεὶς ἄξιος τῶν συνδεδεμένων ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς προσέρχεσθαι, ἢ προσεγγίζειν, ἢ λειτουργεῖν σοι, Βασιλεῦ τῆς δόξης. Τὸ γὰρ διακονεῖν σοι, μέγα καὶ φοβερὸν, καὶ αὐταῖς ταῖς ἐπουρανίαις δυνάμεσιν ἀπρόσιτον. Ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν ἄφατον καὶ ἄμετρόν σου φιλανθρωπίαν, ἀτρέπτως, καὶ ἀναλλοίως γέγονας ἄνθρωπος, καὶ ἀρχιε-

Oratio occli (20).

Nullus dignus est eorum qui illigati sunt carnalibus desideriis et voluptatibus, accedere aut ministerium exhibere tibi, Rex gloriæ. Nam ministrare tibi, magnum est et timendum, ipsisque cœlestibus potestatibus impervium. Attamen per inexplicabilem et immensam benignitatem tuam erga homines, absque conversione aut mutatione, factus es

[2] Matth. XIII, 17, 16.

(19) Ista oratio non est loco suo posita, cum non dicatur Evangelium, ante eam quæ mox sequitur : neque intermitti solet, ut commemorationes fiant. Itaque secunda istius pars ad primam non pertinet, et ab ea est distinguenda

(20) Diversa est ab ea quam Copticus codex habet : de qua videndæ notæ ad hunc locum. Ista vero, Οὐδεὶς ἄξιος, legitur in Liturgia Græca Basilii, sed dum canitur hymnus cherubicus, ut etiam in ea Chrysosto-

Digitized by Google

homo, Pontifexque nobis designatus es, liturgicique hujus et incruenti sacrificii celebrationem tradidisti nobis, tanquam omnium Dominus. Tu enim dominaris in cœlestibus, terrenis et infernis : qui super thronum cherubicum veheris; Dominus seraphim, et Rex Israel : solus sanctus, et in sanctis requiescens. Te igitur deprecor solum bonum Deum, facilemque ad audiendum : respice super me peccatorem et inutilem servum tuum, et idoneum me fac qui virtute Spiritus sancti gratiam sacerdotii indutus sum, astandi sanctæ tuæ huic mensæ, et consecrandi immaculatum corpus tuum, pretiosumque sanguinem tuum. Ad te enim accedo inclinans cervicem meam, precorque te, ne avertas faciem tuam a me, neque me rejicias ex numero puerorum tuorum : sed dignum me fac, ut offerantur tibi dona ista a me peccatore et indigno servo tuo. Tu enim es qui sanctificas et sanctificaris : qui offers et offerris : qui suscipis et susciperis : qui das et daris, et tibi gloriam referimus cum Patre et sancto Spiritu.

A ρεὺς ἡμῖν ἐχρημάτισας, καὶ τῆς λειτουργικῆς ταύτης καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τὴν ἱερουργίαν παρέδωκας ἡμῖν, ὡς Δεσπότης τῶν ἁπάντων. Σὺ γὰρ (εἶ)· δεσπόζεις τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ τῶν καταχθονίων· ὁ ἐπὶ θρόνου χερουβικοῦ ἐποχούμενος· ὁ τῶν σεραφὶμ Κύριος, καὶ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ· ὁ μόνος ἅγιος, καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος. Σὲ τοίνυν δυσωπῶ τὸν μόνον ἀγαθὸν, καὶ εὐήκοον Θεὸν, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ ἀχρεῖον δοῦλόν σου· καὶ ἱκάνωσόν με τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐνδεδυμένον τὴν τῆς ἱερατείας χάριν, παραστῆναι τῇ ἁγίᾳ σου ταύτῃ τραπέζῃ, καὶ ἱερουργῆσαι τὸ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τὸ τίμιόν σου αἷμα. Σοὶ γὰρ προσέρχομαι κλίνας τὸν ἐμαυτοῦ αὐχένα· καὶ δέομαί σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσ- B ωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ· μηδὲ ἀποδοκιμάσῃς με ἐκ παίδων σου· ἀλλ' ἀξίωσόν με προσενεχθῆναί σοι τὰ ἄωρα ταῦτα, ὑπ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου. Σὺ γὰρ εἶ ἁγιάζων καὶ ἁγιαζόμενος· προσφέρων τε καὶ προσφερόμενος· ὁ δεχόμενος καὶ δεκτός· ὁ δ:δοὺς καὶ διαδιδόμενος· καὶ σοὶ δόξαν ἀναπέμπομεν, μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Oratio alia veli apud Ægyptios (21).

Domine Deus noster omnipotens, qui cognoscis mentem hominum, scrutans corda et renes : qui me indignum vocasti ad hoc tuum sacrum ministerium ; ne rejicias me, neque avertas faciem tuam a me : sed dele omnia mea peccata, et ablue sordes omnes corporis mei et maculas animæ, totumque C me sanctifica, ne dum deprecor te, ut concedas aliis remissionem peccatorum, ipse reprobus efficiar. Quæso, Domine, ne repellas me humiliatum et confusum, sed mitte mihi gratiam sancti tui Spiritus, et fac me dignum astandi sancto altari tuo inculpate, et offerendi tibi rationale et incruentum sacrificium istud, cum conscientia pura, ad remissionem peccatorum, et offensarum mearum, et ad veniam consequendam ignorantiarum populi tui, ad requiem et refrigerium defunctorum patrum et fratrum nostrorum, et ad confirmationem totius populi tui, et ad gloriam tuam, Patris et Filii et Spiritus sancti, nunc, etc.

Εὐχὴ ἄλλη καταπετάσματος παρ' Αἰγυπτίοις.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων, ὁ ἐτάζων καρδίας, καὶ νεφρούς· ὁ ἐμὲ τὸν ἀνάξιον καλέσας πρὸς τὴν σὴν λειτουργίαν ταύτην· μὴ βδελύξῃς με, μηδὲ τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέψῃς ἀπ' ἐμοῦ· ἀλλ' ἐξάλειψόν μου πάντα τὰ παραπτώματα, καὶ ἀπόπλυνόν μου τὸν ῥύπον τοῦ σώματος, καὶ τὸν σπίλον τῆς ψυχῆς, καὶ ὅλον με ἁγίασον, ἵνα μὴ ἱκετεύων σε δοῦναι ἄφεσιν ἄλλοις ἁμαρτιῶν, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Ναὶ, Κύριε, μὴ ἀποστραφείης με τεταπεινωμένον καὶ κατησχυμμένον, ἀλλ' ἐξαπόστειλόν μοι τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος, καὶ ἀξίωσόν με παραστῆναι ἐπὶ τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον ἀκατακρίτως, καὶ προσφέρειν σοι λογικὴν καὶ ἀναίμακτον προσφορὰν ταύτην, μετὰ συνειδήσεως καθαρᾶς, εἰς συγχώρησιν τῶν ἡμῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τῶν παραπτωμάτων· καὶ εἰς ἄφεσιν τῶν τοῦ λαοῦ σου ἀγνοημάτων· εἰς ἀνάπαυσιν καὶ ἀναψυχὴν τῶν προκεκοιμημένων πατέρων ἡμῶν καὶ ἀδελφῶν, καὶ εἰς

στηριγμὸν παντὸς τοῦ λαοῦ σου, εἰς δόξαν σὴν τοῦ νῦν.

Oratio pacis. D

Pax omnibus.

Tu qui es, et ab æterno præexsistis, et permanes in sæcula, Patri coæternus et consubstantialis, ejusdem throni, et creationis socius. Qui per solam bonitatem ex nihilo ad exsistendum adduxisti hominem, et eum constituisti in paradiso voluptatis.

Εὐχὴ τοῦ ἀσπασμοῦ

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ ὢν, καὶ προὼν, καὶ διαμένων εἰς τοὺς αἰῶνας· ὁ τῷ Πατρὶ συναΐδιος καὶ ὁμοούσιος, καὶ σύνθρονος καὶ συνδημιουργός. Ὁ διὰ μόνην ἀγαθότητα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγων τὸν ἄνθρωπον, καὶ θέμενος αὐτὸν ἐν παραδείσῳ τρυφῆς. Ἀπάτῃ δὲ τοῦ

(21) Ea sola reperitur in codice Coptico, neque temere nota adjuncta est, qua illam Ægyptiis propriam esse significatur : cum aliæ ex diversis Liturgiis desumptæ sint : quæ si cum Copticis et aliis comparentur, etsi nonnulla sit diversitas, sunt tamen similes sententiæ et eadem sæpe verba. Unde constat preces illas non singularis alicujus, sed universalis Orientalis Ecclesiæ fuisse.

Duæ quæ sequuntur orationes osculi pacis, eædem sunt ac illæ quas codex Copticus repræsentat ; ut etiam aliæ prope omnes quæ sequuntur, de quibus nihil occurrit dicendum, quod in notis ad reliquas dictum non fuerit. Illud singulare isti et paucis quibusdam aliis officiis liturgicis, quod tota recitatio institutionis Eucharistiæ ita refertur, ut ad Christum, in secunda persona, oratio dirigatur.

Digitized by Google

ἐχθροῦ καὶ παρακοῇ τῆς σῆς ἐντολῆς παραπεσόντα, ἀνακαινίσαι βουλόμενος καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀναγαγεῖν ἀξίωμα, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐ πατριάρχης, οὐ προφήτης τὴν ἡμῶν ἐνεχείρησας σωτηρίαν· ἀλλ' αὐτὸς ἀτρέπτως σὰρξ γενόμενος, καὶ ἐνηνθρώπησας, κατὰ πάντα ὁμοιώθης ἡμῖν, ἐκτὸς μόνης τῆς ἁμαρτίας· μεσίτης ἡμῶν γενόμενος, καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ τὴν χρονίαν ἔχθραν καθελὼν, τὰ ἐπίγεια τοῖς ἐπουρανίοις συνῆψας, καὶ τὰ ἀμφότερα εἰς ἓν συνήγαγες καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐπλήρωσας οἰκονομίαν. Καὶ μέλλων σωματικῶς ἐλαύνειν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, θεϊκῶς τὰ πάντα πληρῶν, τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς, καὶ ἀποστόλοις ἔλεγες· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.* Ταύτην καὶ νῦν εἰρήνην ἡμῖν δώρησαι. Δέσποτα· χάρισαι παντὸς ἀποκάθαρον μολύσματος, παντὸς δόλου καὶ πάσης κακίας, καὶ πανουργίας, καὶ τῆς θανατηφόρου μνησικακίας, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς ἀσπάσασθαι ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ, εἰς τὸ μετασχεῖν ἀκατακρίτως τῆς ἀθανάτου καὶ ἐπουρανίου σου δωρεᾶς· χάριτι τῆς εὐδοκίας τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Σὺ γὰρ εἶ ὁ χορηγὸς καὶ δοτὴρ πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν, τὴν ἀΐδιον δοξολογίαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

A Eumdem vero cum deceptione inimici, et transgressione mandati tui cecidisset, renovare voleus, et ad pristinam restituere dignitatem, non angelum, non archangelum, non patriarcham, non prophetam elegisti, cui salutem nostram committeres, sed ipse non mutatus, caro factus, hominem assumpsisti, et secundum omnia similis nobis factus es, solo excepto peccato : mediator factus inter nos et Patrem, et medium parietem maceriæ, diuturnamque inimicitiam cum sustulisses, terrena cœlestibus conjunxisti; et utraque in unum conjunxisti, dispensationemque in carne complevisti. Cumque jam corporaliter in cœlos ascensurus esses, divinitus omnia perficiens, sanctis tuis discipulis et apostolis dixisti : *Pacem relinquo vobis; pacem meam do vobis.* Eam ipsam pacem nunc nobis, Domine, benigne concede : benigne etiam munda nos ab omni inquinamento, omni dolo, et malitia, et versutia lethalique injuriarum recordatione; et præsta nobis ut salutemus invicem in osculo sancto, ut absque condemnationis periculo participes simus immortalis et cœlestis doni tui, per gratiam tuam et beneplacitum Patris, et operationem sancti Spiritus. Tu enim es largitor et dator omnium bonorum, et tibi gloriam æternamque laudationem referimus, cum Patre tuo principii experte, et sancto tuo Spiritu, nunc et semper.

B

Εὐχὴ ἄλλη τοῦ ἀσπασμοῦ.

Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ φοβερὰ καὶ ἀπερινόητος δύναμις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ὁ τοῦ φλογίνου θρόνου τῶν χερουβὶμ ὑπερκαθήμενος καὶ ὑπὸ πυρίνων δυνάμεων δορυφορούμενος, καὶ πῦρ καταναλίσκον ὑπάρχων ὡς Θεός· καὶ διὰ τὴν σὴν ἄφατον συγκατάβασιν καὶ φιλανθρωπίαν μὴ φλέξας τῷ προσεγγισμῷ τὸν δολερὸν προδότην, ἀλλὰ φιλικὸν αὐτὸν ἀσπασάμενος, ἕλκων αὐτὸν εἰς μετάνοιαν καὶ ἐπίγνωσιν τοῦ ἰδίου τολμήματος. Καταξίωσον ἡμᾶς, Δέσποτα, ἐπὶ τῆς φρικτῆς ταύτης ὥρας, ἐν ὁμονοίᾳ καὶ δίχα παντὸς ἐν δύο θυμοῦ, καὶ λειψάνου κακίας ἀπολαβεῖν ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι. Καὶ μὴ κατακρίνῃς ἡμᾶς ὑπὲρ μὴ ὁλοτελῶς, καὶ καθὼς ἀρέσαι τῇ σῇ ἀγαθότητι, καθαρεύωμεν ἀπὸ πάσης τρυγὸς ἁμαρτίας καὶ πονηρίας καὶ τῆς θανατηφόρου μνησικακίας· ἀλλ' αὐτὸς τῇ σῇ ἀφάτῳ, καὶ ἀνεκδιηγήτῳ εὐσπλαγχνίᾳ εἰδὼς τὸ πλάσμα ἡμῶν τὸ ἀσθενὲς, καὶ πάτω βρίθον, ἐξάλειψον πᾶσαν κηλίδα παραπτωμάτων ἡμῶν, ἵνα μὴ εἰς κρῖμα, ἢ εἰς κατάκριμα ἡμῖν γένηται τὸ θεῖον τοῦτο μυστήριον. Σὺ γὰρ εἶ ὁ δυνάμενος πᾶσαν ἀφεῖναι ἁμαρτίαν, καὶ ὑπερβαίνειν ἀδικίας καὶ ἀνομίας τῶν ταλαιπώρων ἀνθρώπων, καθαρισμὸς τοῦ κόσμου παντὸς ὑπάρχων, καὶ σοὶ πρέπει ἡ παρὰ παντὸς συμφώνως δοξολογία, τιμὴ καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ ἀχράντῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ σου Πνεύματι νῦν, κ. λ.

C

Oratio alia osculi pacis.

Christe Deus noster, timenda et non comprehensibilis potestas Dei et Patris : qui super flammeum thronum cherubim sedes, qui a potestatibus igneis obsequio coleris, qui es ignis consumens ut Deus : et per ineffabilem benignitatem tuam et amorem hominum, non combussisti in accessu ad te dolosum traditorem, sed amice eum osculatus es trahens illum ad pœnitentiam, et audaciæ suæ agnitionem. Dignare, Domine, ut hac tremenda hora in concordia, absque ulla animi duplicitate, et reliquiis malitiæ, amplectamur invicem in osculo sancto : neque condemnes nos, si non perfecte, et sicut placitum est tuæ bonitati, mundi sumus ab omni fæce peccati, et nequitiæ, mortiferæque injuriarum recordationis. Sed ipse ineffabili tua et inenarrabili commiseratione, cognoscens figmentum nostrum debile, et ad inferiora proclive, dele omnem maculam offensarum nostrarum, ut non in judicium, aut in condemnationem nobis fiat divinum hoc mysterium. Tu enim es potens dimittere quodcunque peccatum, et superare iniquitates, et injustitias miserorum hominum, cum sis purgatio totius mundi; et tibi debetur ab unoquoque concinenter glorificatio, honor, et adoratio, cum immaculato tuo Patre, et Spiritu tuo vivificante, nunc et semper, etc.

D

Καὶ γίνεται ἀσπασμός.

Ὁ διάκονος λέγει· Στῶμεν καλῶς.

Ὁ λαὸς λέγει· Ἔλεος εἰρήνης.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνήσει·

Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ ἡ χαρις τοῦ μο-

Et datur osculum pacis.

Diaconus. Stemus decenter.

Populus. Misericordiam pacis.

Sacerdos dicet alta voce:

Charitas Dei Patris et gratia unigeniti Filii Do-

Digitized by Google

mini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi : et communicatio donumque sancti Spiritus sit cum vobis omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Sursum corda habeamus.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum et justum est.

Sacerdos. Dignum et justum est. dignum et justum.

Initium oblationis.

Vere enim dignum est et justum, te laudare, te hymnis celebrare, tibi benedicere, te adorare, te glorificare, solum verum Deum, humani generis amatorem, ineffabilem, invisibilem, incircumscriptum, sine principio, æternum, sine tempore, immensurabilem, immutabilem, nec cogitatione comprehensibilem : factorem universorum, liberatorem omnium : qui propitiaris omnibus iniquitatibus nostris, qui sanas omnes infirmitates nostras, qui redimis de corruptione vitam nostram, qui coronas nos in misericordia et miserationibus. Te laudant angeli, te adorant archangeli, te hymnis celebrant principatus, te dominationes inclamant : gloriam tuam potestates prædicant, tibi throni acclamationes mittunt, mille millena tibi assistunt, et decies mille millena tibi ministerium offerunt. Te celebrant invisibilia, te adorant ea quæ videntur facientia verbum tuum, Domine.

Diaconus dicit. Qui seoetis surgite.

Sacerdos. Tu qui es, o Deus, Domine vere ex Deo vero, qui Patris lumen nobis demonstrasti, qui nobis sancti Spiritus cognitionem veram concessisti : qui magnum hoc vitæ mysterium ostendisti : qui hominibus instituisti choros incorporeorum, dum seraphicum nobis, qui in terra sumus, hymnum tradidisti, suscipe cum invisibilium voce, etiam nostram. Conjunge nos potestatibus cœlestibus. Loquamur etiam et nos cum ipsis, abjecta omnium absurdarum cogitationum imaginatione, et clamemus quæ ipsi incessabilibus vocibus proclamant, et indesinenter magnitudinem tuam oribus celebremus.

Diaconus dicit. Ad orientem aspicite.

Sacerdos. Te enim circumsistunt seraphim, sex alæ uni, et sex alæ alteri : duabus quidem alis velant facies suas, duabus pedes suos, et duabus volantes, clamant alter ad alterum.

Alta voce. Triumphalem hymnum salutarium nostrorum voce clara et nitida celebrant canunt, clamant, laudant, clamantes et dicentes.

Diaconus. Attendamus.

Populus. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus sabaoth, plenum est cœlum, etc.

Sacerdos, Sanctus, sanctus es, Domine, et omnino sanctus. Eximium est substantiæ tuæ lumen in-

νογενοῦς Υἱοῦ, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἡ κοινωνία, καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν.

Ὁ λαὸς λέγει. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Εὐχαριστήσωμεν τῷ Κυρίῳ.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἄξιον καὶ δίκαιον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ἄξιον καὶ δίκαιον, ἄξιον καὶ δίκαιον.

Ἀρχὴ τῆς προσκομιδῆς

Ἀληθῶς γὰρ ἄξιόν ἐστιν, καὶ δίκαιόν σε αἰνεῖν, σὲ εὐλογεῖν, σὲ προσκυνεῖν, σὲ δοξάζειν τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, τὸν φιλάνθρωπον, τὸν ἄφραστον, τὸν ἀόρατον, τὸν ἀχώρητον, τὸν ἄναρχον, τὸν αἰώνιον, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀμέτρητον, τὸν ἄτρεπτον, τὸν ἀπερινόητον· τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, τὸν λυτρωτὴν τῶν ἁπάντων· τὸν εὐιλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν· τὸν ἰώμενον πάσας νόσους ἡμῶν· τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν· τὸν στεφανοῦντα ἡμᾶς, ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Σὲ αἰνοῦσιν ἄγγελοι· σὲ προσκυνοῦσιν ἀρχάγγελοι· σὲ ἀρχαὶ ὑμνοῦσι· σὲ κυριότητες ἀνακράζουσι· τὴν σὴν δόξαν ἐξουσίαι ἀναγορεύουσι· σοὶ θρόνοι τὴν εὐφημίαν ἀναπέμπουσι· χίλιαι χιλιάδες σοι παραστήκουσι, καὶ μύριαι μυριάδες σοι τὴν λειτουργίαν προσάγουσι. Σὲ ὑμνεῖ τὰ ἀόρατα· σὲ προσκυνεῖ τὰ φαινόμενα, πάντα ποιοῦντα τὸν λόγον σου, Δέσποτα.

Ὁ διάκονος λέγει. Οἱ καθήμενοι ἀνάστητε.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ὁ ὢν θεὲ Κύριε ἀληθινὲ ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· ὁ τοῦ Πατρὸς ἡμῖν ὑποδείξας τὸ φέγγος· ὁ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἡμῖν χαρισάμενος· ὁ τὸ μέγα τοῦτο τῆς ζωῆς ἀναδείξας τὸ μυστήριον· ὁ τὴν τῶν ἀσωμάτων τοῖς ἀνθρώποις χοροστασίαν πηξάμενος. Ὁ τὴν τῶν σεραφὶμ τοῖς ἐπὶ γῆς παραδοὺς ὑμνῳδίαν, δέξαι μετὰ τῶν ἀοράτων καὶ τὴν ἡμετέραν φωνήν. Σύναψον ἡμᾶς ταῖς ἐπουρανίαις δυνάμεσιν. Εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν πᾶσαν ἄτοπον ἔννοιαν περιστείλαντες βοήσωμεν ὥσπερ ἐκεῖναι, ταῖς ἀσιγήτοις ἀνακράζει φωναῖς, ἀκαταπαύστοις στόμασι τὸ σὸν μεγαλεῖον ὑμνήσωμεν.

Ὁ διάκονος λέγει. Εἰς ἀνατολὰς βλέπετε.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σοὶ γὰρ παραστήκει κύκλῳ τὰ σεραφὶμ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατακαλύπτουσι τὰ πρόσωπα ἑαυτῶν· ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας ἑαυτῶν· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πετόμενα, καὶ ἐκέκραγον ἕτερον πρὸς ἕτερον.

Ἐκφωνήσει. Τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τῶν σωτηριῶν ἡμῶν, μετὰ φωνῆς ἐνδόξου, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, ὑμνολογοῦντα, ᾄδοντα, βοῶντα, δοξολογοῦντα, κεκραγότα καὶ λέγοντα.

Ὁ διάκονος λέγει. Πρόσχωμεν

Ὁ λαὸς λέγει. Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαὼθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς, κ.λ.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ἅγιος, ἅγιος εἶ, Κύριε, καὶ πανάγιος. Ἐξαίρετόν σου τῆς οὐσίας τὸ φέγγος·

Digitized by Google

ἄφραστός σου τῆς σοφίας ἡ δύναμις. Οὐδεὶς λόγος ἐκμετρήσει τῆς σῆς φιλανθρωπίας τὸ πέλαγος. Ἐποίησάς με ἄνθρωπον, ὡς φιλάνθρωπος, οὐκ αὐτὸς τῆς ἐμῆς ἐπιδεὴς δουλείας, ἐγὼ δὲ μᾶλλον τῆς σῆς χρῄζων δεσποτείας. Οὐκ ὄντα με δι' εὐσπλαγχνίαν παρήγαγες· οὐρανόν μοι πρὸς ὄροφον ἔστησας· γῆν μοι πρὸς βάσιν κατέπηξας· δι' ἐμὲ θάλασσαν ἐχαλίνωσας· δι' ἐμὲ τὴν φύσιν τῶν ζώων ἀνέδειξας· πάντα ὑπέταξας ὑπὸ τῶν ποδῶν μου· οὐδ' ἓν τῶν τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἐν ἐμοὶ πραγμάτων παρέλειπας.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε, ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου· τῆς σῆς ἐξουσίας ἐν ἐμοὶ τὴν εἰκόνα ὑπέγραψας· τοῦ λόγου τὸ δῶρον ἐνέθηκας· εἰς τρυφήν μοι τὸν παράδεισον ἤνοιξας· τῆς σῆς γνώσεως τὴν διδασκαλίαν παρέδωκας· ἔδειξάς με τὸ δένδρον τῆς ζωῆς· μοι ξύλον ὑπέδειξας· τοῦ θανάτου τὸ κέντρον ἐγνώρισας· ἑνός μοι φυτοῦ τὴν ἀπόλαυσιν ἀπηγόρευσας· ἐξ αὐτοῦ μόνου οὖν εἶπάς μοι μὴ φαγεῖν· ἔφαγον, νόμον ἠθέτησα· γνώμῃ τῆς ἐντολῆς παρημέλησα· ἐγὼ δὲ τοῦ θανάτου τὴν ἀπόφασιν ἥρπασα.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε, ἐλέησον

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σύ μοι, ὦ Δέσποτα, τὴν τιμωρίαν μετέβαλες· ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς εἰς πλανώμενον ἔθραμες· ὡς πατὴρ ἀληθινὸς ἐμοὶ τῷ πεπτωκότι συνήλγησας· πᾶσι τοῖς πρὸς ζωὴν φαρμάκοις κατέδησας. Αὐτός μοι προφήτας ἀπέστειλας· δι' ἐμὲ τὸν νοσοῦντα, νόμον εἰς βοήθειαν ἔδωκας. Αὐτός μοι τὰς πρὸς ὑγιείαν ὧν παρανομηθείσας, διηκόνησας· φῶς τοῖς πλανωμένοις ἀνέτειλας· τοῖς ἀγνοοῦσι, ὁ ἀεὶ παρὼν ἐπεδήμησας· ἐπὶ τὴν παρθενικὴν ἦλθες νηδύν. Ὁ ἀχώρητος Θεὸς ὤν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσω τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσας μορφὴν δούλου λαβών· τὴν ἐμὴν ἐν σοὶ φύσιν ηὐλόγησας· ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν νόμον ἐπλήρωσας, τοῦ πτώματός μου τὴν ἀνάστασιν ὑπηγόρευσας. Ἔδωκας τοῖς ὑπὸ τοῦ ᾅδου κρατουμένοις τὴν ἄφεσιν· τοῦ νόμου τὴν ἀρὰν ἀπεσόβησας· ἐν σαρκὶ τὴν ἁμαρτίαν κατήργησας· τῆς σῆς ἐξουσίας μοι τὴν δυναστείαν ἐγνώρισας· τυφλοῖς τὸ βλέπειν ἀπέδωκας· νεκροὺς ἐκ τάφων ἀνέστησας· ῥήματι τὴν φύσιν ἀνώρθωσας· τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας μοι τὴν οἰκονομίαν ὑπέδειξας· τῶν πονηρῶν τὴν βίαν ὑπένεγκας· τὸν νῶτόν σου δέδωκας εἰς μάστιγας· τὰς δὲ σιαγόνας σου ὑπέθηκας εἰς ῥαπίσματα· οὐκ ἀπέστρεψας δι' ἐμὲ τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε, ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἦλθες, μέχρι σταυροῦ τὴν ἐμὴν κηδεμονίαν ὑπέδειξας· τῷ σῷ τάφῳ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν ἐνέκρωσας· εἰς οὐρανὸν τὴν ἐμὴν ἀπαρχὴν ἀνεβίβασας· τῆς σῆς ἀφίξεώς μοι τὴν παρουσίαν ἐμήνυσας, ἐν ᾗ μέλλεις ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ὁ λαὸς λέγει. Κατὰ τὸ ἔλεός σου Κύριε.

explicabilis est tuæ sapientiæ potentia. Nullus sermo dimetietur benignitatis tuæ erga homines pelagus. Fecisti me hominem, tanquam erga humanum genus benignus, non quod servitio meo indigeres, cum ego potius tuo opus haberem dominio. Me cum non essem, misericordia tua produxisti, cœlum mihi quasi tectum constituisti: terram ut in ea ambularem stabilivisti: propter me mare frenasti; propter me naturam animalium creasti; omnia subjecisti sub pedibus meis, neque benignitatis erga me tuæ quidquam omisisti.

Populus. Kyrie, eleison.

Sacerdos. Tu formasti me et posuisti super me manum tuam, potestatis tuæ in me imaginem descripsisti: rationis donum indidisti: paradisum mihi ad oblectamentum meum aperuisti: cogitationis tuæ doctrinam tradidisti: arborem mihi, lignum vitæ ostendisti, et mortis stimulum significasti, unius plantæ fruitionem mihi prohibuisti, ex ea sola dixisti ne comederem: comedi, legem insuper habui, et ex animi sententia præceptum neglexi; ego autem sententiam mortis rapui.

Populus. Kyrie, eleison.

Sacerdos. Tu mihi, Domine, pœnam transtulisti: tu velut pastor bonus, ad errantem cucurristi; tanquam pater verus, mihi, cum cecidissem, condoluisti, omnibusque ad vitam remediis confovisti. Ipse ad me prophetas misisti; propter me ægrotantem, legem ad auxilium dedisti: ipse mihi ad sanandum ea in quibus prævaricatus eram, quæ opus erant administrasti: errantibus lumen exortus es: ignorantibus tu semper præsens advenisti, et in virginalem uterum venisti. Incircumscriptus Deus existens, non rapinam arbitratus es esse æqualem Deo, sed temetipsum exinanivisti formam servi accipiens: meam in te naturam benedixisti: mei causa legem implevisti: quomodo a lapsu meo surgerem, suggessisti. Illis quos infernus detinebat, remissionem dedisti, legisque maledictionem abstulisti. In carne peccatum destruxisti; potestatis tuæ auctoritatem mihi demonstrasti: cæcis visum restituisti: mortuos ex sepulcris excitasti: verbo solo naturam suscitasti: clementiæ tuæ dispensationem mihi ostendisti: malignorum violentiam sustinuisti: dorsum tuum ad flagella dedisti; maxillas quoque alapis, nec avertisti propter me faciem tuam ab ignominia sputorum

Populus. Kyrie, eleison.

Sacerdos. Tanquam ovis ad immolationem venisti, usque ad crucem mei curam ostendisti; tuo sepulcro meum peccatum interemisti: in cœlum primitias meas elevasti: adventus tui præsentiam mihi significasti, in quo venturus es judicare vivos et mortuos, et reddere unicuique secundum opera ejus

Populus. Secundum misericordiam tuam, Domine.

Digitized by Google

Sacerdos. Istius meæ libertatis offero tibi symbola, et verbis tuis res effectas ascribo. Tu mihi mysticam hanc tradidisti carnis tuæ, in pane et vino participationem.

Populus. Credimus.

Sacerdos. Ea enim nocte qua ipse tradidisti te ipsum ex propria potestate.

Populus. Credimus.

Sacerdos. Accipiens panem in sanctas immaculatas et intaminatas manus tuas innuisti sursum ad proprium tuum Patrem, Deum nostrum et Deum omnium. Gratias egisti † benedixisti † sanctificasti † fregisti, dedisti sanctis tuis discipulis et apostolis, dixistique : Accipite, edite, hoc est corpus meum quod pro vobis et pro multis frangitur, et datur in remissionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem. Similiter postquam cœnatum est, accepisti calicem, et miscuisti illum ex genimine vitis et aqua, gratias egisti † benedixisti † sanctificasti, † dedisti sanctis tuis discipulis et apostolis, et dixisti : Bibite ex eo omnes : hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis et pro multis effunditur in remissionem peccatorum : hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, et calicem istum bibetis, mortem meam annuntiabitis, et resurrectionem ascensionemque meam confitebemini donec veniam.

Populus. Amen. *Ter.* Mortem tuam, etc.

Sacerdos. Igitur, Domine, memores tuæ super terram descensionis, et mortis vivificæ, tuæque triduanæ sepulturæ, et ex mortuis resurrectionis, et in cœlos ascensionis, sessionisque ad dexteram Patris, venturique e cœlis, secundi terribilis et gloriosi adventus tui. *Alta voce.* Tua ex tuis donis tibi offerentes, secundum omnia, per omnia, et in omnibus.

Populus. Te laudamus, tibi benedicimus

Diaconus. Inclinate capita Deo cum timore.

Sacerdos inclinatus dicit secreto :

Ipse igitur, Domine, tua voce hæc proposita transmuta (22) : ipse præsens, mysticam hanc liturgiam perfice : ipse nobis tuæ adorationis et cultus memoriam conserva. Ipse Spiritum tuum sanctum

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ταύτης μου τῆς ἐλευθερίας προσφέρω σοι τὰ σύμβολα, τοῖς ῥήμασί σου ἐπιγράφω τὰ πράγματα. Σύ μοι τὴν μυστικὴν ταύτην παρέδωκας τῆς σῆς σαρκὸς, ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τὴν μέθεξιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Πιστεύομεν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Τῇ γὰρ νυκτὶ ᾗ παρεδίδης αὐτὸς σεαυτὸν, τῆς σεαυτοῦ ἐξουσίας.

Ὁ λαὸς λέγει. Πιστεύομεν

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Λαβὼν ἄρτον ἐν ταῖς ἁγίαις καὶ ἀχράντοις καὶ ἀμωμήτοις σου χερσὶν, ἐνευσας ἄνω πρὸς ἴδιόν σου Πατέρα Θεὸν ἡμῶν καὶ Θεὸν τῶν ὅλων· ηὐχαρίστησας † ηὐλόγησας † ἡγίασας † ἔκλασας, μετέδωκας τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις εἶπας· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶν τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν κλώμενον, καὶ διαδιδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὡσαύτως μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λαβὼν ποτήριον, καὶ ἐκέρασας αὐτὸ ἐκ γεννήματος ἀμπέλου καὶ ἐξ ὕδατος, ηὐχαρίστησας † ηὐλόγησας † ἡγίασας † μετέδωκας τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, εἶπας· Πίστε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτό μου ἐστὶν τὸ αἷμα, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἐσθίετε τὸν ἄρτον τοῦτον, πίνετε δὲ καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν ἐμὸν θάνατον καταγγέλλετε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀνάστασιν ὁμολογεῖτε ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν. Γ'. Τὸν θάνατόν σου, κ.τ.λ.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ὥστε οὖν, Δέσποτα, μεμνημένοι τῆς ἐπὶ γῆς συγκαταβάσεως, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ θανάτου, καὶ τῆς τριημέρου σου ταφῆς, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καθέδρας, καὶ τῆς μελλούσης ἀπ' οὐρανῶν δευτέρας καὶ φοβερᾶς, καὶ ἐνδόξου σου παρουσίας. Ἐκφωνήσει. Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν δώρων σοι προσφέροντες, κατὰ πάντα, καὶ διὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Σὲ αἰνοῦμεν, σὲ εὐλογοῦμεν.

Ὁ διάκονος λέγει. Κλίνατε Θεῷ μετὰ φόβου.

Ὁ ἱερεὺς λέγει ἐν ἑαυτῷ κλίνας·

Αὐτὸς οὖν, Δέσποτα, τῇ σῇ φωνῇ τὰ προκείμενα μεταποίησον· αὐτὸς παρὼν, τὴν μυστικὴν ταύτην λειτουργίαν κατάρτισον· αὐτὸς ἡμῖν τῆς σῆς λατρείας τὴν μνήμην διάσωσον. Αὐτὸς τὸ Πνεῦμά σου

(22) Hujus orationis sententiam explicavimus in notis ad eumdem locum Liturgiæ Copticæ, quæ expressius significat realem Christi in altari præsentiam : de qua controversia moveri nulla potest, cum illa verba παρών, *præsens*, ita explicentur, *qui coram nobis positus es*. De momento consecrationis peractæ non disputant Orientales, ideoque frustra in illorum orationibus significatio quæreretur, reali transmutationi contraria. Invocant Christum, ut mysterium hoc perficiat : non negant idcirco, consecrationem jam factam, cum ejus auctorem et perfectorem, ut præsentem et coram se positum alloquantur. Sed tunc demum perfectum mysterium esse credunt, cum omnia quæ ex instituto Christi, per apostolos tradito observanda sunt, perfecere. Causam transmutationis principem, Christum et Spiritum sanctum agnoscunt : ministerialem, sacerdotem qui verba Christi rite pronuntiat, et ab eo petit, ut mittat Spiritum sanctum, qui omnia consummet atque perficiat. Sed hæc fusius explicata sunt.

Eadem nota dispunximus absurdissimum Claudii Salmasii commentarium in illam periodum invocationis Spiritus sancti, quæ est in Liturgia Coptica. Græca loctio illum ita refellit, ut cum tali interpretatione stare nullatenus queat, atque adeo, si quid obscuritatis foret in Copticis aut Arabicis exemplaribus, discuteretur illa subito. Quæ igitur ad alias invocationis formulas adnotavimus, abunde sufficiunt.

Digitized by Google

τὸ πανάγιον κατάπεμψον, ἵνα ἐπιφοιτῆσαν τῇ ἁγίᾳ καὶ ἀγαθῇ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἁγιάσῃ καὶ μεταποιήσῃ τὰ προκείμενα, τίμια καὶ ἅγια δῶρα ταῦτα, εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως.

Ὁ λαὸς λέγει. Πρόσχωμεν.

Ὁ διάκονος λέγει. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνήσει. Καὶ ποιήσει τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον· γένηται εἰς τὸ ἅγιον σῶμά σου, τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος, καὶ Παμβασιλέως ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο, τὸ τίμιόν σου αἷμα, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης σου, τοῦ Κυρίου δὲ, καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος, καὶ Παμβασιλέως ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει καὶ ὁ λαὸς ἀποκρίνεται τὸ, Κύριε ἐλέησον.

Σὲ δυσωποῦμεν, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Τῆς Ἐκκλησίας σου, Κύριε, τὴν κρηπῖδα κατάπηξον.

Τῆς ἀγάπης ἡμῖν τὴν ὁμόνοιαν ῥίζωσον.

Τῆς πίστεως τὴν ἀλήθειαν αὔξησον.

Τῆς σῆς εὐσεβείας ἡμῖν τὴν ὁδὸν εὐθυτόμησον.

Τοὺς ποιμένας ὀχύρωσον.

Τοὺς ποιμαινομένους ἀσφάλισαι.

Δὸς τῷ κλήρῳ τὴν εὐκοσμίαν.

Τοῖς μοναχοῖς τὴν ἐγκράτειαν.

Τοῖς ἐν παρθενίᾳ τὸ σωφρονεῖν.

Τοῖς ἐν σεμνῷ γάμῳ τὴν εὔζωΐαν.

Τοῖς ἐν μετανοίᾳ τὸ ἔλεος.

Τοῖς πλουτοῦσι τὴν ἀγαθότητα.

Τοῖς πενομένοις τὴν ἐπικουρίαν.

Τοῖς πτωχοῖς τὴν βοήθειαν.

Τοὺς πρεσβύτας περίζωσον.

Τοὺς νέους σωφρόνισον.

Τοὺς ἀπίστους ἐπίστρεψον.

Παῦσον τῆς Ἐκκλησίας τὰ σχίσματα.

Τῶν αἱρέσεων κατάλυσον τὰ φρυάγματα.

Πάντας ἡμᾶς πρὸς τὴν τῆς σῆς εὐσεβείας ὁμόνοιαν σύναψον.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι, Κύριε, τῆς εἰρήνης τῆς ἁγίας, μόνης, καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς σου Ἐκκλησίας, τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, τῶν ὀρθοτομησάντων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

Ἐκφωνήσει.

Ἐξαιρέτως τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου ἀρχιεπίσκοπου ἡμῶν ἄββα Δ'. πάπα καὶ πατριάρχου τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας, καὶ ὑπὲρ τῶν περιόντων ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, ἐξορκιστῶν, μοναζόντων, ἀειπαρθέ-

A mitte, ut adveniens sancta, bona, et gloriosa sua præsentia, sanctificet et transmutet proposita pretiosa, et sancta dona ista, in ipsum corpus et sanguinem nostræ liberationis.

Populus Attendamus.

Diaconus. Amen.

Sacerdos alta voce. Et faciat, panem quidem istum fieri sanctum corpus tuum Domini Dei et Salvatoris, supremique Regis omnium nostrum Jesu Christi, in remissionem peccatorum, et ad vitam æternam communicantibus ex illo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Calicem autem istum, pretiosum tuum B sanguinem novi testamenti tui, Domini, Dei Salvatoris, et supremi Regis omnium nostrum Jesu Christi, in remissionem peccatorum, et ad vitam æternam communicantibus ex illo.

Populus. Amen.

Sacerdos dicit sequentia et populus respondet, Kyrie eleison.

Te obsecramus, Christe Deus noster.

Ecclesiæ tuæ, Domine, fundamentum confirma.

Charitatis nobis concordiam radicitus insere.

Fidei veritatem auge.

Pii tui cultus viam rectam nobis dirige.

Pastores robora.

C Eos qui pascuntur, securos præsta.

Da clero morum honestatem,

Monachis temperantiam,

Illis qui virginitatem servant temperantiam,

Illis qui sunt in honorabili conjugio, bonam vitam,

Illis qui in pœnitentia sunt, misericordiam,

Divitibus bonitatem,

Indigentibus adjutorium,

Pauperibus auxilium.

Senes robore accinge.

Juvenes temperantes effice.

Infideles converte.

Comprime Ecclesiæ schismata.

D Hæreseon fremitus destrue.

Nos omnes ad pii cultus tui concordiam conjunge.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos. Memento, Domine, pacis sanctæ, unius, catholicæ, et apostolicæ tuæ Ecclesiæ, quæ est a finibus usque ad fines orbis, et eorum qui in illa sunt orthodoxorum episcoporum, qui recte dispensant verbum veritatis.

Elevans vocem.

Præcipue sanctissimi et beatissimi pontificis nostri abba N. papæ et patriarchæ magnæ civitatis Alexandriæ, et pro illis qui superstites sunt, episcopis, presbyteris, diaconis, anagnostis, psaltis, exorcistis, monasticam vitam et perpetuam virgini-

Digitized by Google

tatem profitentibus, continentibus, viduis, orphanis, laicis, et pro omni plenitudine fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos. Memento, Domine, eorum qui pie regnant (23).

Memento, Domine, eorum qui sunt in palatio, fratrum nostrorum fidelium et orthodoxorum, et totius exercitus.

Memento, Domine, eorum qui offerunt sancta hæc dona, et pro quibus et per quos obtulerunt, mercedemque cœlestem retribue illis omnibus.

Memento, Domine, eorum qui sunt in montibus, speluncis, et cavernis terræ.

Et eorum qui in captivitate sunt, fratrum nostrorum, illisque pacificum reditum ad propria concede.

Diaconus. Orate pro captivis.

Populus. Kyrie eleison.

Tunc inclinat sacerdos caput, dicens secreto.

Memento, Domine, etiam miseræ meæ et infelicis animæ, et humiliationis meæ, et remitte mihi omnia delicta mea et ubi abundavit peccatum, abundantiorem præsta gratiam tuam : neque propter peccata mea et immunditiam cordis mei defraudes populum tuum gratia tui sancti Spiritus.

Attollit caput et dicit alta voce.

Populus enim tuus et Ecclesia tua deprecatur te, et per te atque tecum Patrem dicens.

Populus. Miserere nobis, Deus Salvator noster. *Ter.*

Sacerdos. Miserere nobis, Deus Salvator noster. *Ter.*

Populus. Kyrie eleison. *Ter.*

Sacerdos. Memento, Domine, aeris et fructuum terræ.

Memento, Domine, convenientis ascensionis aquarum fluvialium.

Memento, Domine, imbrium et satorum terræ.

(23) Verti posset, *qui pie regnaverunt ;* sed utramque significationem expressit Coptica Liturgia, ut etiam versiones Arabicæ. Qui hac Liturgia, aut aliis Alexandrini ritus utebantur Christiani, ex vetusta consuetudine, et ex Pauli apostoli præcepto, orabant pro imperatoribus et regibus, quorum nullus tunc Christiani nominis hostis non erat. Mox oratum est pro iisdem, postquam Christo nomen dederunt, non quod Christiani essent, sed quod imperatores. Illi vero cum a Constantino usque religionem servassent, vere *pii et Christum amantes* dicebantur, unde hæc formula in codices liturgicos ubique recepta est. Videtur autem ea sola ratione conservata fuisse, quod illam immutari debere nemo crederet, cum id fieri non posset absque regnantis principis contumelia. Itaque hæsit in libris Missalibus, quamvis in aliquibus leviter immutata ; nam in multis, simpliciter oratio fit pro regibus. Nestoriani veterem formulam absque mutatione retinuerunt ; ut legitur in Græca ista, nempe dum officio satisfacere videbantur, principes quosdam suæ sectæ Christianos animo designabant, ut Tartaros illos, quorum imperator a Ginghizchano profligatus est, et Indos quosdam in Malabarica regulos. Similiter Jacobitæ Ægyptii de regibus Æthiopiæ et Nubiæ cogitabant, qui erant, ut sunt etiamnum, Alexandrinæ sedi subjecti. De Muhamedanis Califis, Sultanis, aut aliis, verba Liturgiarum non possunt intelligi : nec tamen inde sequitur vetustiores esse Liturgias Muhamedano imperio, ut nunc se habent. Sunt sane institutæ longe ante illa tempora, cum ex Græcis expressæ sint, sed aliquam diversis locis mutationem passas esse negari non potest : at neque designari quidquam quod adj insinuandam realis transmutationis doctrinam pertineat.

A νων, ἐγκρατῶν, χηρῶν, ὀρφανῶν, λαϊκῶν, καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ πληρώματος, τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν εὐσεβῶς βασιλευσάντων.

Μνήσθητι, Κύριε, τῶν ἐν τῷ παλατίῳ, ἡμῶν ἀδελφῶν πιστῶν, καὶ ὀρθοδόξων, καὶ παντὸς τοῦ στρατοπέδου.

Μνήσθητι, Κύριε, τῶν προσφερόντων τὰ ἅγια δῶρα ταῦτα, καὶ ὑπὲρ ὧν, καὶ δι' ὧν προσεκόμισαν, καὶ μισθὸν οὐράνιον παράσχου πᾶσιν αὐτοῖς.

Μνήσθητι, Κύριε, καὶ τῶν ἐν ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.

Καὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίαις ὄντων ἀδελφῶν ἡμῶν, B καὶ εἰρηνικὰς ἀποκαταστάσεις εἰς τὰ ἴδια χάρισαι.

Ὁ διάκονος λέγει. Προσεύξασθε ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Τότε κλίνει ἱερεὺς τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν λέγων καθ' ἑαυτὸν ἐν ἑαυτῷ.

Μνήσθητι, Κύριε, καὶ τῆς ἐμῆς ἀθλίας καὶ ταλαιπώρου ψυχῆς, ταπεινώσεώς μου, καὶ συγχώρησόν μοι πάντα τὰ ἐμὰ πλημμελήματα καὶ ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, περίσσευσόν σου τὴν χάριν, καὶ μὴ διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας, καὶ τὴν βεβήλωσιν τῆς καρδίας μου, ὑστερήσῃς τὸν λαόν σου τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος.

C *Ὑψώσει τὴν κεφαλὴν καὶ ἐκφωνήσει.*

Ὁ γὰρ λαός σου, καὶ ἡ Ἐκκλησία σου ἱκετεύει σε, καὶ διὰ σοῦ καὶ σὺν σοὶ τὸν Πατέρα λέγουσα.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἐλέησον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν. *Γ'.*

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ἐλέησον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν. *Γ'.*

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον. *Γ'.*

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ἀέρος καὶ τῶν καρπῶν τῆς γῆς.

Μνήσθητι, Κύριε, τῆς συμμέτρου ἀναβάσεως τῶν ποταμείων ὑδάτων.

Μνήσθητι, Κύριε, τῶν ὑετῶν καὶ τῶν σπορίμων τῆς γῆς.

D

Digitized by Google

Εὔφρανον πάλιν καὶ ἀνακαίνισον τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

Τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς· παράστησον ἡμῖν αὐτὰ εἰς σπέρμα, καὶ εἰς θερισμὸν, καὶ νῦν εὐλογῶν εὐλόγησον. Τὴν ζωὴν ἡμῶν οἰκονόμησον. Εὐλόγησον τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου, διὰ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ σου, διὰ τὴν χήραν, καὶ τὸν ὀρφανὸν, διὰ τὸν ξένον, καὶ τὸν προσήλυτον, καὶ δι' ἡμᾶς πάντας τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. Ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἀγαθότητά σου, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. Πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα ἐν πᾶσι, πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύσωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου τὸ ἅγιον.

Lætifica etiam et renova faciem terræ.'

Sulcos ejus inebria, multiplica genimina ejus: præbe nobis illa ad semen et ad messem, et nunc benedicens benedicito. Vitam nostram rege: benedic coronæ anni benignitatis tuæ, propter pauperes populi tui, propter viduam et orphanum, propter hospitem et advenam, et propter nos omnes sperantes in te, et invocantes nomen tuum sanctum. Oculi enim omnium in te sperant, et tu das escam illorum in tempore opportuno. Fac nobiscum secundum bonitatem tuam, qui das escam omni carni. Imple gaudio et lætitia corda nostra, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum, ad faciendam voluntatem tuam sanctam.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.
Ὁ ἱερεὺς λέγει, καὶ ὁ λαὸς ἀποκρίνεται.
Κύριε ἐλέησον.
Χάρισαι τῷ λαῷ σου τὴν ὁμόνοιαν.
Τῷ κόσμῳ τὴν εὐστάθειαν.
Τῷ ἀέρι τὴν εὐκρασίαν.
Τοῖς νοσοῦσι τὴν σωτηρίαν.
Τοῖς δεομένοις τὴν ἀνάψυξιν.
Τοῖς ἐν ἐξορίαις τὴν ἄνεσιν.
Τοῖς ὀρφανοῖς τὴν βοήθειαν.
Ταῖς χήραις τὴν ἀντίληψιν.
Τοῖς θλιβομένοις ἐπάρκησον εἰς ἀγαθόν.

Populus. Kyrie eleison.
Sacerdos dicit et populus respondet.
Kyrie eleison.
Concede populo tuo concordiam,
Mundo præclarum statum,
Aeri temperiem,
Ægrotantibus salutem,
Indigentibus refrigerium,
Illis qui in exsiliis sunt, quietem,
Orphanis auxilium,
Viduis protectionem.
Angustiatis subministra quantum opus est, ut bene sint.

Τοὺς ἑστῶτας ὀχύρωσον.
Τοὺς πεπτωκότας ἔγειρον.
Τοὺς ἑστηκότας ἀσφάλισαι.
Τῶν κεκοιμημένων μνήσθητι.
Τῶν ἐν ὁμολογίᾳ τὰς πρεσβείας πρόσδεξαι.

Stantes confirma.
Eos qui ceciderunt erige.
Securos præsta eos qui stant.
Mortuorum reminiscere.
Eorum qui in confessione sunt, intercessiones suscipe.

Τοὺς ἡμαρτηκότας καὶ μετανοήσαντας, συναρίθμησον μετὰ τῶν πιστῶν σου.
Τοὺς πιστοὺς συναρίθμησον μετὰ μαρτύρων σου.
Μιμητὰς τοὺς παρόντας ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ τῶν ἀγγέλων κατάστησον.
Καὶ ἡμᾶς τῇ σῇ χάριτι πρὸς τὴν σὴν κεκλημένους διακονίαν ἀναξίους ὄντας ὑπόδεξαι.

Eos qui peccaverunt, et egerunt pœnitentiam, annumera cum fidelibus tuis.
Fideles annumera cum martyribus tuis.
Eos qui in hoc loco præsentes sunt, imitatores angelorum constitue.
Et nos gratia tua ad tuum vocatos ministerium indignos licet suscipe.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.
Ὁ ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι, Κύριε, καὶ τῆς πόλεως ἡμῶν ταύτης, καὶ τῶν ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει οἰκούντων ἐν αὐτῇ, καὶ πάσης πόλεως καὶ χώρας σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν. Καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, σεισμοῦ καὶ καταποντισμοῦ (1) πυρὸς, καὶ ἀπὸ αἰχμαλωσίας βαρβάρων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων μαχαιρῶν, καὶ ἐπαναστάσεως ἐχθρῶν τε καὶ αἱρετικῶν.

Populus. Kyrie eleison.
Sacerdos. Memento, Domine, et urbis nostræ hujus et habitantium in ea in orthodoxa fide, omnis quoque urbis et regionis, cum omni populo ejus: et libera nos a fame et peste, a terræ motu, a submersione, ab igne, a captivitate barbarorum, a gladiis alienis, ab insultu hostium et hæreticorum.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.
Ὁ ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν προλαβόντων ὁσίων Πατέρων ἡμῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, ἁγίων Πατέρων, πατριαρχῶν, ἀποστόλων, προφητῶν, κηρύκων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων, ὁμολογητῶν,

Populus. Kyrie eleison.
Sacerdos. Memento, Domine, eorum qui dudum obierunt sanctorum Patrum nostrorum; orthodoxorum episcoporum, et omnium qui a sæculo tibi placuerunt sanctorum Patrum, patriarcharum, apostolorum, prophetarum, prædicatorum, evangeli-

(1) Legit interpres : καταποντισμοῦ, πυρός, virgula interposita. Edit.

Digitized by Google

starum, martyrum, confessorum, omnisque spiritus justi, in fide Christi consummati.

Alta voce.

Præcipue sanctissimæ, gloriosissimæ, immaculatæ, et benedictionibus cumulatæ, dominæ nostræ Deiparæ et semper virginis Mariæ.

Sancti gloriosi, prophetæ, præcursoris, baptistæ, et martyris Joannis.

Sancti Stephani primi diaconi et primi martyris.

Et sancti et beati Patris nostri Marci, apostoli et evangelistæ.

Et sancti Patris nostri Gregorii.

Eorumque quorum hodie memoriam facimus, et omnis chori sanctorum tuorum, quorum precibus et intercessionibus miserere nostri, et salva nos, propter nomen tuum sanctum, quod invocatum est super nos.

Diaconus recitat Diptycha.

Sacerdos dicit secreto.

Memento, Domine, eorum qui pridem obdormierunt, in orthodoxa fide, patrum et fratrum nostrorum, et fac animas eorum quiescere, cum sanctis et justis. Deduc eos et congrega in locum herbidum, super aquam refectionis, in paradiso voluptatis, et cum illis quorum nomina recitavimus.

Tunc commemorationem facit vivorum et mortuorum, et post Diptycha sacerdos dicit.

Memento, Domine, eorum quorum meminimus, et quorum non meminimus fidelium et orthodoxorum, cum quibus et nobis cum ipsis, tanquam bonus et benignus erga homines Deus.

Populus. Remitte, parce, condona.

Sacerdos. Tu enim es Deus noster, misericors, nolens mortem peccatoris, sed potius ut convertatur et vivat. Deus, visita nos in salutari tuo, fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam, qui facis longe plura quam petimus, aut cogitamus, ut in hoc, sicut et in omnibus, glorificetur et exaltetur, laudetur et benedicatur, et sanctificetur sanctum, honorandum et benedictum nomen tuum, cum immaculato tuo Patre et sancto Spiritu.

Populus. Sicut erat, est, et erit.

Diaconus. Descendite, diaconi.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Proœmium fractionis (24).

Sacerdos. Jesu Christe, nomen salutare, qui di-

καὶ παντὸς πνεύματος δικαίου, ἐν πίστει Χριστοῦ τετελειωμένου.

Ἐκφωνήσει.

Ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ὑπερενδόξου, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Τοῦ ἁγίου ἐνδόξου προφήτου, προδρόμου, βαπτιστοῦ, καὶ μάρτυρος Ἰωάννου.

Τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτοδιακόνου καὶ πρωτομάρτυρος.

Καὶ τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου, τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ.

Καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Γρηγορίου.

Καὶ ὧν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ τὴν ὑπόμνησιν ποιούμεθα, καὶ παντὸς χοροῦ τῶν ἁγίων σου, ὧν ταῖς εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις, καὶ ἡμᾶς ἐλέησον, καὶ σῶσον διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ἡμᾶς.

Ὁ διάκονος λέγει τὰ Δίπτυχα.

Ὁ ἱερεὺς λέγει ἐν ἑαυτῷ.

Μνήσθητι, Κύριε, τῶν προκεκοιμημένων ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει πατέρων ἡμῶν καὶ ἀδελφῶν, καὶ ἀνάπαυσον τὰς ψυχὰς αὐτῶν μετὰ ὁσίων, μετὰ δικαίων. Ἐκθρεψον, σύναψον εἰς τόπον χλόης, ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως, ἐν παραδείσῳ τρυφῆς, καὶ μετὰ τούτων ὧν εἴπομεν τὰ ὀνόματα αὐτῶν.

Τότε μνημονεύει ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ μετὰ δίπτυχα ὁ ἱερεὺς λέγει.

Μνήσθητι, Κύριε, ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν, πιστῶν καὶ ὀρθοδόξων, μεθ' ὧν καὶ ἡμῖν σὺν αὐτοῖς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεός.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλεήμων, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τοῦ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Ὁ Θεός, ἐπίσκεψον ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, ὁ ποιῶν ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν· ἵνα σου καὶ ἐν τούτῳ καθὼς καὶ ἐν παντὶ δοξασθῇ καὶ ὑψωθῇ καὶ ὑμνηθῇ, καὶ εὐλογηθῇ καὶ ἁγιασθῇ τὸ πανάγιον καὶ ἔντιμον, καὶ εὐλογημένον σου ὄνομα, ἅμα τῷ ἀχράντῳ σου Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.

Ὁ λαὸς λέγει. Ὡς ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται.

Ὁ διάκονος λέγει. Κατέλθετε, οἱ διάκονοι.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Προοίμιον τῆς κλάσεως.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ἰησοῦ Χριστὲ, τὸ σωτήριον

(24) Hæc oratio non habetur in Copticis exemplaribus. Continet autem brevem et distinctam theologiæ Orientalis explicationem, istis verbis : *qui sacerdotes quidem in ordine ministrorum constituisti, per invisibilem autem tuam potestatem, ea transmutasti*, vel ad verbum *transelementasti*. Concilium Romanum anno 1079 in causa Berengarii ait (Tom. X *Concil.*, ed. Paris, p. 578) : *Panem et vinum per sacræ orationis verba et sacerdotis consecrationem Spiritu sancto invisibiliter operante converti substantialiter in corpus Dominicum, natum de Virgine.* Remigius (*In I Cor.* c. x) : *Panis quem frangimus, utique primum consecratur a sacerdotibus et a Spiritu sancto.* Ascelinus ep. 2 ad Berengarium (Tom. IX *Concil.*, p. 1058) : *Panem*, ait, *et vinum in altari, Spiritus sancti virtute per sacerdotis ministerium, verum corpus verumque sanguinem Christi effici :* quæ testimonia ex multis aliis selecta, variis ex Ambrosiano, Gothico, Mosarabico aliisque auctoritatibus confirmantur : tantum abest, ut quisquam olim existima-

Digitized by Google

δνομα, ὁ τὰ θεῖα καὶ ἄχραντα καὶ ἐπουράνια ταῦτα μυστήρια διατυπώσας· ὁ τοὺς μὲν ἱερεῖς ἐν τάξει ὑπηρετῶν στήσας· διὰ δὲ τῆς ἀοράτου σου δυνάμεως αὐτὰ μεταστοιχειώσας. Ὁ τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ ἐπιφαινόμενος, καὶ τοῖς γνησίως προσιοῦσι διὰ σεαυτοῦ * παρέχοντος.

Ὁ τότε εὐλογήσας, καὶ νῦν εὐλόγησον.

Ὁ τότε ἁγιάσας, καὶ νῦν ἁγίασον.

Ὁ τότε κλάσας, καὶ νῦν διάθρεψον.

Ὁ τότε διαδοὺς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, καὶ νῦν, Δέσποτα, διάδος ἡμῖν καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου, φιλάνθρωπε, παντόκρατορ, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Ὁ διάκονος λέγει. Προσεύξασθε.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Εὐχὴ τῆς κλάσεως.

Ὁ ὤν, ὁ ἦν, ὁ ἐλθών, καὶ πάλιν ἐρχόμενος· ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθήμενος· ὁ ἄρτος, ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· ὁ μέγας ἀρχιερεύς, ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν· τὸ φῶς ἀληθινὸν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων. Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τοῦ ἰδίου σου Πατρός· ὁ εὐδοκήσας καὶ καταξιώσας κατελθεῖν ἐκ τῶν ὑψωμάτων τοῦ οὐρανοῦ, ἐκ κόλπων τοῦ ἀπροσίτου φωτὸς, καὶ ἀληθινοῦ καὶ ἀοράτου μόνου Πατρός. Σαρκωθεὶς δὲ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς πανενδόξου, ἀχράντου, ἁγίας δεσποίνης ὑμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ τελέως ἐνανθρωπήσας· καὶ κατὰ μετάστασιν, τὴν ἀνθρωπότητα ἀναλλοιώσας· ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, ἀφράστως καὶ ἀπερινοήτως, ἀτρέπτως δὲ καὶ ἀσυγχύτως, ψυχὴν ἔχουσαν λογικήν τε καὶ νοεράν, οὕτως προῆλθες ἐξ αὐτῆς θεανθρωπωθείς· ὁμοούσιος Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Οὐ δύο πρόσωπα οὖν, οὐδὲ δύο μορφὰς ἦγουν, οὐδὲ ἐν δυσὶ φύσεσι γνωριζόμενος, ἀλλ' εἷς Θεὸς, εἷς Κύριος, μία οὐσία, μία βασιλεία, μία δεσποτεία μία ἐνέρ-

vina, immaculata, et cœlestia hæc mysteria designasti: qui sacerdotes quidem in ordine ministrorum constituisti, per invisibilem autem tuam potentiam ea transformasti: qui mundis corde exhiberis et illis qui sincere accedunt, per te ipsum ea præbes.

Qui tunc benedixisti, etiam nunc benedic.

Qui tunc sanctificasti, etiam nunc sanctifica.

Qui tunc fregisti, etiam nunc frange.

Qui tunc dedisti discipulis et apostolis tuis, etiam nunc, Domine, da nobis et omni populo tuo, benigne, omnipotens, Domine Deus noster.

Diaconus. Orate.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Oratio fractionis (25).

Qui es, qui eras, qui venisti, et iterum venturus es, qui ad dexteram Patris sedes: panis qui de cœlo descendisti et das vitam mundo: Pontifex magnus, auctor et princeps salutis nostræ. Lux vera exsistens ante omnia sæcula: qui es splendor gloriæ et character substantiæ Patris proprii tui: qui per beneplacitum tuum dignatus es descendere de excelsis cœli, ex sinu luminis inaccessibilis, et veri, invisibilisque solius Patris. Quique incarnatus de Spiritu sancto, et ex gloriosissima, immaculata, sancta, domina nostra, Deipara et semper virgine Maria, perfecte homo factus es: non per transmutationem, humanitatem mutans, sed uniens tibi eam secundum hypostasin, modo inexplicabili, et inintelligibili, sed absque mutatione et confusione, animam habentem rationalem et intellectu præditam. Ita ex ea processisti, Deus homo factus, consubstantialis Patri secundum divinitatem, et consubstantialis nobis secundum humanitatem. Non duas personas, aut duas formas habens, neque in duabus naturis agnitus: sed unus Deus, unus Dominus: una substantia, unum regnum, una dominatio,

verit detrimentum inferri sacro sacerdotum ministerio, si Christo et Spiritui sancto ut causæ principi, consecratio tribuatur. In ultima parte, ut in multis aliis, erratum est a librario, qui scripsit διὰ σεαυτοῦ παρέχοντος, cum manifeste παρέχων legi debeat. Hoc loco deficit versio Arabica.

(25) Neque illa exstat in Copticis codicibus: sed quamvis isti alios antiquitate non superent, hæc tamen oratio ob perspicuam Jacobiticæ doctrinæ expositionem, Chalcedonensi concilio vetustior esse non potest, cum unius naturæ in Christo confessionem contineat, sed absque confusione, aut alteratione. Quod sequitur, agnoscere Jacobitas Christum esse *consubstantialem Patri secundum divinitatem: consubstantialem nobis secundum humanitatem*, etsi mirum illis videri possit, qui illorum opinionem non novere, nisi ex vulgatis auctoribus, verissimum tamen est. Quæ enim in hac oratione leguntur reperimus in Coptico Euchologio Bibliothecæ Regiæ, ubi inter *Theotokia*, seu preces ad Deiparam, hæc occurrunt: *Verbum factum est homo, absque divisione, unus ex duobus, divinitate pura absque corruptione, æqualis*, sive, *consubstantialis Patri: humanitate indivisa, consubstantialis nobis.* Reliqua totidem verbis exprimuntur in hymno ad Christum. Plura de illorum opinione circa Incarnationem reperiuntur in Historia patriarchali (*Hist. Patr. Alex.*, p. 305, 361, 365, 471 et 582), et de illa dicendum erit alibi fusius. Sed hæc oratio accurate illam explicat, magnamque habere debet auctoritatem: cum variis fidei confessionibus, theologorumque sententiis accurate respondeat.

Orationes fractionis aliæ quæ sequuntur, ea præsertim quæ occurrit ultimo loco, cum exstent in Copticis exemplaribus, jam explicatæ sunt in notis ad Gregorianam illa lingua Liturgiam. Ex utriusque porro codicis comparatione, si quæ erat in alterutro obscuritas, plene discutitur, et veræ, non metaphoricæ transmutationis fides quam continent, egregie confirmatur tribus diversis linguis, Græca, Ægyptiaca, et Arabica. Ista vero ultima lingua, cum plures versiones habeamus, crescit majorem in modum testium veteris fidei numerus. Inter quos nullus, aut interpretando, litteralem et simplicem significationem, ad figuratas locutiones avertit, aut per observationem adjunctam, ut aliter quam verba sonant intelligerentur, admonuit.

Digitized by Google

una operatio, una hypostasis, una voluntas, una natura Dei Verbi incarnata et adorata. Crucifixus autem sub Pontio Pilato, confessusque præclaram confessionem : passus et sepultus resurrexisti tertia die, et ascendens in cœlum, consedisti ad dexteram magnitudinis Patris, conculcasti mortem, infernum spoliasti, confringens portas æreas, et vectes ferreos rupisti, captivum Adamum revocasti ex corruptione, nosque liberasti a diaboli servitute.

A γεια, μία ὑπόστασις, μία θέλησις, μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, καὶ προσκυνουμένη. Σταυρωθεὶς δὲ ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ὁμολογήσας τὴν καλὴν ὁμολογίαν· παθὼν καὶ ταφεὶς καὶ ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθὼν εἰς οὐρανούς, καὶ καθίσας ἐν τῇ δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Πατρὸς, πατήσας τὸν θάνατον, καὶ τὸν ᾅδην σκυλεύσας, συντρίψας πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσας, καὶ τὸν αἰχμάλωτον Ἀδὰμ ἀνακαλεσάμενος ἐκ φθορᾶς, καὶ ἡμᾶς ἐλευθερώσας ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας.

Idcirco rogamus et imploramus te, benigne, bone, præstare nobis dignare, ut puro corde audeamus absque timore, invocare omnium Dominum cœlestem Deum, Patrem sanctum, et dicere, etc.

Δι' ὃ δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε, φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, καταξίωσον ἡμᾶς ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ τολμᾷν ἀφόβως ἐπιβοᾶσθαι τὸν πάντων δεσπότην ἐπουράνιον Θεὸν, Πατέρα ἅγιον, καὶ λέγειν, κ. τ. λ.

Oratio alia fractionis (26).

B · *Εὐχὴ ἄλλη τῆς κλάσεως.*

Tu enim es Verbum Patris, ante sæcula Deus, magnus Pontifex, qui pro salute generis humani incarnatus, et homo factus es, advocasti ad te ex omnibus gentibus genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populum in acquisitionem. Idcirco rogamus et imploramus te, benigne, bone Domine, ne in reprehensionem et confusionem, non in judicium et condemnationem peccatorum nostrorum, fiat hoc sacrificium, quod pro infirmitatibus nostris obtulimus, sed quemadmodum sanctissima tua hæc et pretiosa munera omni sanctitate replere dignatus es, per illapsum sanctissimi tui Spiritus super illa, ita et nostrum peccatorum, servorum tuorum sanctificare dignare animas, corpora, spiritus, et conscientias, ut anima illuminata, facie C non confusa, corde puro, conscientia hypocrisis vacua, labiis sanctificatis, charitate perfecta, fide secura, audeamus cum fiducia, absque timore, dicere sanctam orationem quam tradidisti sanctis tuis discipulis, et sacris apostolis, dicendo : Quando orabitis, in hunc modum orate : *Pater noster*, etc.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ Λόγος τοῦ Πατρὸς, ὁ προαιώνιος Θεὸς, ὁ μέγας Ἀρχιερεὺς, ὁ ἐπὶ σωτηρίας τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας, καὶ προσκαλεσάμενος ἑαυτῷ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸν εἰς περιποίησιν. Δι' ὃ δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε, φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ Κύριε, μὴ εἰς ἔλεγχον καὶ ὄνειδος, μὴ εἰς κρῖμα, μηδὲ εἰς κατάκριμα τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν γενηθήτω ἡ θυσία αὐτὴ· ὑπὲρ γὰρ τῶν ἀσθενειῶν ἡμῶν προσηνέγκαμεν· ἀλλ' ὥσπερ τὰ πανάγιά σου τίμια δῶρα ταῦτα πάσης ἁγιωσύνης ἐμπλῆσαι κατηξίωσας, διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου σου Πνεύματος· ἐπ' αὐτῶν, οὕτως καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, δούλων σου, ἁγιάσαι καταξίωσον τὰς ψυχὰς, τὰ σώματα, τὰ πνεύματα, τὰς συνειδήσεις, ὅπως πεφωτισμένῃ ψυχῇ, ἀνεπαισχύντῳ προσώπῳ, καρδίᾳ καθαρᾷ, συνειδήσει ἀνυποκρίτῳ, ἡγιασμένοις χείλεσιν, ἀγάπῃ τελείᾳ, ἐλπίδι ἀσφαλεῖ, τολμῶμεν μετὰ παῤῥησίας, ἄνευ φόβου, λέγειν τὴν ἁγίαν προσευχὴν, ἣν μετέδωκας τοῖς ἰδίοις τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἱεροῖς ἀποστόλοις. Ὅταν προσεύχησθε, οὕτως προσεύχεσθε ὑμεῖς. *Πάτερ ἡμῶν*, κ. τ. λ.

Populus. Sanctificetur, etc.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἁγιασθήτω.

Oratio alia fractionis.

Εὐχὴ ἄλλη τῆς κλάσεως.

Benedictus es, Christe Deus omnipotens liberator Ecclesiæ tuæ : o Verbum quod cogitatione assequuntur, et homo quem intuentur. Qui per incomprehensibilem incarnationem tuam, præparasti nobis D panem cœlestem, hoc corpus tuum quod constituisti in sacramento, sanctissimum in omnibus. Miscuisti nobis calicem ex vite vera, divino scilicet atque immaculato latere tuo. Qui postquam tradidisses spiritum, ex eodem latere effudisti sanguinem et aquam, in quibus sanctificatio esset universo mundo. Posside nos, bone Domine, indignos servos tuos: fac nos populum acquisitionis, regale sacerdotium, gentem sanctam. Sanctifica etiam nos, Deus, sicut sanctificasti proposita hæc sancta munera, et fecisti ea invisibilia ex visibilibus, mysteria quæ solus intelligis, Domine Deus et Salvator noster

Εὐλογητὸς εἶ, Χριστὲ ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ λυτρωτὴς τῆς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίας· ὦ Λόγε, ὃν προνοοῦσιν αὐτὸν, καὶ ἄνθρωπε, ὃν προθεωροῦσιν αὐτόν. Ὁ διὰ τῆς ἀκαταλήπτου αὐτοῦ σαρκώσεως, ἑτοιμάσας ἡμῖν ἄρτον ἐπουράνιον, τοῦτο τὸ σῶμά σου, ὃν ἔθου ἐν μυστήριον· καὶ πανάγιον ἐν τοῖς ἅπασιν. Ἐκέρασας ἡμῖν ποτήριον ἐξ ἀμπέλου ἀληθείας, ἐκ θείας καὶ ἀχράντου σου πλευρᾶς. Ὁ καὶ μετὰ δεδωκέναι τὸ πνεῦμα ἐκχέων ἐξ αὐτῆς αἷμα καὶ ὕδωρ, οἷς ἁγιασμὸς τῷ κόσμῳ παντί. Κτῆσαι ἡμᾶς, ἀγαθὲ Κύριε, τοὺς ἀναξίους δούλους σου· ποίησον ἡμᾶς λαὸν περιούσιον, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον. Ἁγίασον καὶ ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ὥσπερ ἡγίασας τὰ προκείμενα καὶ ἅγια δῶρα ταῦτα, καὶ ἐποίησας αὐτὰ ἀόρατα ἐκ τῶν ὁρατῶν, μυστήρια ὧν· προνοοῦσιν, αὐτά σοι, Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ

(26) *Benedictus es, Christe Deus noster.* Cum hæc oratio legatur in Coptico exemplari, multa quæ in ea observatu dignissima sunt, exposuimus in notis ad eumdem locum, quas vide.

Digitized by Google

ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Σὺ οὖν, Κύριε, διὰ τῆς πολλῆς σου εὐσπλαγχνίας κατηξίωσας ἡμᾶς διὰ τοῦ βαπτίσματος γενέσθαι εἰς υἱοὺς καὶ κληρονόμους. Ἐδίδαξας ἡμᾶς τὸν τύπον τῆς προσευχῆς ὅς ἐστιν ἐμμυστήριος, τοῦ προσεύχεσθαι ἐν αὐτῇ τὸν ἄχραντόν σου Πατέρα. Σὺ οὖν καὶ νῦν, δέσποτα Κύριε, καταξίωσον ἡμᾶς ἐν ἁγιασμένῃ συνειδήσει, καὶ λογισμῷ ἀγαθῷ ὃν πρέπει..... πόθῳ καὶ παῤῥησίᾳ ἀγαθῇ τολμᾶν ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἅγιον Θεὸν, Πατέρα σου, καὶ λέγειν.

A Jesu Christe. Tu igitur, Domine, per multam tuam misericordiam præstare nobis dignatus es, ut per baptismum efficeremur filii et hæredes. Docuisti nos formam orationis mysticam, qua oraremus immaculatum Patrem tuum. Tu ergo etiam nunc, Dominator Domine, dignos effice nos, ut cum conscientia sanctificata, et mente bona qualis filios decet, cum desiderio, et fiducia bona audeamus invocare, qui in cœlis est sanctum Deum Patrem tuum, et dicere.

Ὁ λαὸς λέγει. Πάτερ ἡμῶν. *Καὶ μετὰ τὸ* Πάτερ ἡμῶν *ὁ ἱερεὺς λέγει.*

Populus. Pater noster, *et posteaquam recitata est Oratio Dominica, sacerdos dicit.*

Ναὶ, Κύριε, Κύριε, ὁ δεδωκὼς ἡμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, σύντριψον καὶ καθυπόταξον τὰς κεφαλὰς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ὑπὸ τοὺς πόδας ἐν τάχει, καὶ πᾶσαν τὴν κακότεχνον αὐτῶν ἐπίνοιαν τὴν καθ' ἡμῶν διασκέδασον, ὅτι σὺ εἶ βασιλεὺς ἡμετέρων· πάντων, Χριστὲ ὁ Θεός· καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστείαν καὶ τὴν προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, κ. τ. λ.

B Ita, Domine: Domine, qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes et scorpios, omnemque potestatem inimici, contere et subjice capita inimicorum nostrorum sub pedibus nostris velociter, omnemque dolosam eorum adversus nos cogitationem dissipa, quoniam tu es Rex omnium nostrum, Christe Deus; tibique gloriam, et gratiarum actionem et adorationem quotidie offerimus, simulque Patri tuo qui sine principio est, et sancto Spiritui, nunc, etc.

Ὁ διάκονος λέγει. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν.

Diaconus. Inclinate capita vestra, etc.

Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

Oratio inclinationis capitis.

Ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς σωτηρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς σῆς χάριτος πᾶσαν ἐξαπλώσας τὴν εὐθηνίαν· ὁ ποιῶν πάντα ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ, ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν· φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρα τὴν ἀόρατον, τὴν εὐλογημένην, τὴν μεστὴν ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν, καὶ εὐλογῶν εὐλόγησον τοὺς δούλους σου, καὶ καθάρισον αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· καὶ ποίησον ἡμᾶς μετόχους καὶ συσσώμους γενέσθαι τῇ σῇ χάριτι, ὅπως ἐν ἁγιότητι καὶ δικαιοσύνῃ σοι τὴν ἱκεσίαν προσάγοντες, καὶ σοὶ πρέπει πᾶσα δόξα, μεγαλοσύνη, κράτος τε καὶ ἐξουσία, ἅμα τῷ ἀχράντῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, κ. τ. λ.

C Qui inclinans cœlos descendisti in terram, ad salutem humani generis, qui gratiæ tuæ omnem abundantiam explicasti: qui omnia facis abundantius quam petimus et cogitamus: benigne, bone, extende manum tuam invisibilem, benedictam, plenam misericordiæ et miserationum, et benedicens benedic servis tuis, eosque munda ab omni inquinamento carnis et spiritus: et fac nos participes esse et concorporeos tuæ gratiæ, ut in sanctitate et justitia tibi supplicationem offeramus: et te decet omnis gloria, magnitudo, potestas et imperium, cum immaculato tuo Patre et sancto Spiritu, nunc, etc.

Εὐχὴ ἄλλη ὁμοίως.

Oratio alia similiter dicenda.

Πρόσχες, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐξ ἁγίου τοῦ κατοικητηρίου σου, καὶ ἀπὸ θρόνου τῆς βασιλείας σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ ἁγιάσαι ἡμᾶς τοὺς ἐπικλίναντάς σου. Ὁ ἄνω τῷ πατρὶ συγκαθήμενος, καὶ ὧδε ἡμῖν ἀοράτως συνών· καὶ καταξίωσον τῇ κραταιᾷ σου χειρὶ, μεταδοῦναι ἡμῖν τοῦ ἀχράντου σώματός σου, καὶ δι' ἡμῶν παντὶ τῷ λαῷ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ κλῶν καὶ κλώμενος, καὶ ἄκλαστος· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, κ. τ. λ.

D Attende, Domine Jesu Christe Deus noster, ex sancto habitaculo tuo, et ex throno gloriæ regni tui, et veni ad sanctificandum nos qui inclinamur coram te. Qui sursum sedes cum Patre, et hic nobiscum invisibiliter ades: dignareque potenti manu tua, participes facere nos immaculati corporis tui et pretiosi sanguinis, et per nos omnem populum. Tu enim es qui frangis et frangeris, quamvis infractus (27), et tibi gloriam referimus cum Patre et sancto Spiritu, nunc, etc.

(27) Sententia hæc, et aliæ similes quæ in Græcorum Orientaliumque libris passim occurrunt, illis qui veram elementorum in corpus et sanguinem Christi transmutationem rejiciunt, venire nunquam possunt in mentem: nec ab illis, quacunque ratione illas torqueant, possunt explicari. Christum scilicet, Orientales in Eucharistia præsentem ita agnoscunt, ut viventem, sacerdotemque secundum ordinem Melchisedech, Pontificem futurorum bonorum, qui sacramentum quod ipse instituit, præsentia sua, et ineffabili operatione Spiritus sancti perficiat. Eo spectant illa quæ superius leguntur: *Qui tunc benedixisti, etiam nunc benedic: qui tunc sanctificasti, etiam nunc sanctifica: qui tunc fregisti, etiam nunc frange: qui tunc dedisti discipulis et apostolis tuis, etiam nunc, Domine, da nobis et omni populo tuo.* Igitur sacerdos antequam eucharisticum panem frangat, quod facere debet, ut Christi exemplum imitetur, eum invocat, ut fractioni præsens sit, eamque sanctificet: eaque ratione, Christus frangit per sacerdotis ministerium, sicut benedicit et sanctificat eodem illius ministerio. Cum vero panis ille

Digitized by Google

Diaconus. Attendamus Deo cum timore.

Oratio libertatis, seu absolutionis (28).

Pax omnibus.

Agnus Dei, qui tollis peccatum mundi, qui sanguinem tuum maculæ omnis expertem profudisti ad vitam mundi, et in redemptionem permutationemque omnium tradidisti te ipsum, liberans a morte in qua detinebamur, venundati sub peccato. Qui facis voluntatem timentium te, et orationem eorum exaudis salvasque ipsos : qui justum Job exaudivisti cum, mane surgens, offerret sacrificia pro liberis propriis dicens, ne forte cogitaverint filii mei mala in corde suo coram Deo : exaudi me quoque miserabilem peccatorem et inutilem servum tuum, dum deprecor pro famulis tuis, patribus meis et fratribus, et pro me quoque misero. Benigno vultu et oculo sereno respice super nos hac hora, et dimitte nobis omnem iniquitatem omnemque transgressionem, et inobedientiam contra legem et præcepta tua : omnem quoque reatum conscientiæ, omnem

A Ὁ διάκονος λέγει. Πρόσχωμεν Θεῷ μετὰ φόβου.

Εὐχὴ τῆς ἐλευθερίας

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· τὸ πανάσπιλον αὐτοῦ αἷμα διαχύσας ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου ζωὴν, καὶ εἰς λύτρον καὶ ἀντάλλαγμα πάντων, ἑαυτὸν παρέδωκας, ἐκ θανάτου λυτρωσάμενος, ἐν ᾧ κατειχόμεθα, πεπραμένοι ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Ὁ τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν τὸ θέλημα, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούων, καὶ σώζων αὐτούς. Ὁ τοῦ δικαίου Ἰὼβ εἰσακούσας ἀνιστάμενος τὸ πρωΐ καὶ ὑπὲρ παιδίων φιλτρων θυσίας προσαγαγὼν εἰπὼν, μήπως ἐνενόησαν υἱοί μου πονηρὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν ἔναντι Θεοῦ. Καὶ ἐμοῦ τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἀχρείου σου δούλου, B ἱκετεύω ὑπὲρ τῶν σῶν οἰκετῶν, πατέρων μου καὶ ἀδελφῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος. Εὐμενεῖ προσώπῳ καὶ γαληνῷ ὄμματι, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ· καὶ πάρες οὖν ἡμῖν πᾶσαν ἀθετηρίαν, καὶ πᾶσαν παράβασιν, καὶ παρακοὴν νόμου

consecratus sit ipsum corpus vivum Christi Domini, dicunt Coptitæ, Christum esse ipsum qui ut Deus, præsens omnipotenti virtute sua, sacramenta per Spiritum sanctum invisibiliter perficiens : per sacerdotem visibiliter operans, frangit, id est, idem facit quod in Eucharistiæ institutione fecerat. Esse quoque ipsum qui frangitur : quia corpus ejus vivum, sub specie panis frangitur, manet tamen ἄκλαστος quia nulli jam passioni est obnoxium, idem corpus. Ita Nestoriani in Liturgiis suis dicunt, *Oblationem vivam et rationalem primitiarum nostrarum, victimamque non immolatam, Deo offerri.* Item, *Agnum Dei qui quotidie sacrificatur sacramentaliter,* C *et vivit in sæcula :* et alia de quibus videndæ notæ ad Theodori Liturgiam. Pari intellectu Græci dixerunt, Christum esse in sacramento eum qui offert, et qui offertur, secuti Gregorium Theologum, qui ita locutus est in *Apologetico* : Ὅτι μηδεὶς ἄξιος τοῦ μεγάλου καὶ Θεοῦ, καὶ θύματος, καὶ ἀρχιερέως, ὅστις μὴ πρότερον ἑαυτὸν παρέστησε τῷ Θεῷ θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν. *Dignum esse neminem magno Deo, hostia et pontifice, qui non prius exhibuerit se Deo hostiam vivam, et sanctam.* Ea occasione turbæ non mediocres excitatæ sunt in Ecclesia Constantinopolitana anno Christi 1156 sub Manuele Comneno (*a*), de quibus Cinnamus l. IV, Nicetas l. VII, et auctores alii fuse scripserunt. Nempe cum Basilius diaconus interpretando Evangelium, publice hanc doctrinam ex pulpito prædicasset, Michael protecdicus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Nicephorus Basilacius, et alii, eam, tanquam hæresin Nestorianam induceret, impugnaverunt, quibus adhæsere Soterichus Panteugenus patriarcha Anthiocenus designatus, Eustathius metropolita Dyrrachii, et alii nonnulli. Synodo habita eodem anno, anathema pronuntiatum in illos est, qui explicatam a Basilio doctrinam impugnarent. Totam istius controversiæ historiam accurate ex Græcis auctoribus explicavit Leo Allatius (*Exercit.* 26, *adv. Creighton.* p. 522 et seq.); tum multa theologorum veterum et recentiorum testimonia collegit, non modo ex libris editis, sed etiam ex manuscriptis. Ea omnia Dositheus patriarcha Hierosolymitanus, transtulit in *Enchiridion* suum (p. 47 et seq.), seu editionem Tractatus quem, titulo *Scuti fidei orthodoxæ*, scripserat, quique synodi Hierosolymitanæ seu Bethleemiticæ, quia in ea probatus et confirmatus fuerat, nomine Lutetiæ olim editus est. Tantum abest porro, ut quod anno 1672 scripserat, synodoque proposuerat, retractaverit, quin potius ea novis et quidem multis argumentis confirmavit. Quod ab Allatio descripsit magnam testimoniorum partem, id eum λατινόφρονα fuisse non probat, cum in odio Romanæ Ecclesiæ consenuisse eum sciant omnes, qui Constantinopoli aut Hierosolymis illum viderunt, et satis demonstret Nectarii, cujus discipulus fuit, liber *adversus primatum Romani pontificis ;* cujus operis, auctorem illum potius quam editorem fuisse, fama in Oriente fuit. Verum cum illud publicaverit et in Præfatione qua Nectarii vitam breviter complexus est, illum ab inimicitiis quas contra Latinos perpetuo exercuerat, impense laudaverit, non minus quam Meletium Syrigum, cujus refutationem Confessionis Cyrilli Lucaris simul edidit, frustra illius in Latinos propensio quæritur, a qua longissime remotus fuit. Cum vero Allatianam testimoniorum ex Græcis auctoribus collectionem in opus suum transfudit, eadem opera nullam inter Græcos Latinosque de eucharistiæ fide controversiam esse professus est ; agnovitque nihil ab Allatio referri, quod Græcis ignotum foret aut improbatum. De eadem controversia videnda etiam quæ scripsit idem Allatius in Præfatione ad *Excerpta varia rhetorum et sophistarum* (*Romæ* 1641), in qua multos et quidem gravissimos Wolphii, dum Nicetam interpretatus est, errores emendat.

(28) Intelligenda est oratio *Absolutionis* quæ D paulo ante Confessionem fidei de Eucharistia pronuntiari solet, ut in aliis Liturgiis observare licet. Nulla ad hanc partem Græci codicis exstat versio Arabica. Sed de sententia dubium esse nullum potest, cum eo ipso loco notetur in codice Coptico, dicendum esse orationem Absolutionis, sed quæ sumenda sit ex Liturgia sancti Basilii : quæ diversa est ab ea quam Græcus codex et Copticus repræsentant. Sunt quippe variæ istarum absolutionum formulæ.

Sequitur Confessio fidei *Corpus sanctum* et reliqua, quæ cum aliis omnino consentiunt ; atque adeo nullis novis observationibus indigent, ut neque preces aliæ quibus hæc Liturgia concluditur.

(*a*) Hanc synodum edidit cardinalis Angelo Mai in *Spicilegii Romani* tomo X ; alterius, anno 1166 Constantinopoli in eadem causa habitæ, Acta jam vulgaverat in volumine IV *Veterum Scriptorum.* EDIT. PATR.

Digitized by Google

καὶ τῶν σῶν ἐντολῶν· ἔτι δὲ καὶ πᾶσαν συνείδησιν, καὶ πᾶσαν ἐνθύμησιν, καὶ πάσαις πράξεσι, καὶ πάσαις κινήσεσι γεγωνυίαις ἐν ἑαυτοῖς, ἡμερικῶς τε καὶ νυκτερικῶς ἐπιδῆσαι καὶ κατακρατῆσαι κατὰ τῆς ψυχῆς. Καὶ ἀθώωσον αὐτοὺς ἀπὸ πάσης συνειδήσεως πονηρων, καὶ πάσης ἀκάρπου πράξεως, καὶ παντὸς λογισμοῦ πεπυρωμένου..... ἐστὶν βέβηλα παρὰ τὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα. Χάρισαι αὐτῶν τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἐπίγνωσιν, καὶ τελείως ἀπέχεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Δώρησαι αὐτοῖς μετανοίας ἀγνότητος, καὶ τὴν εἰς σὲ ἐπιστροφήν· σὺ γὰρ, Δέσποτα Κύριε, ἐπτώχευσας ἑκουσίως ἐν τῷ σε σαρκωθῆναι, διὰ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν σωτηρίαν· καὶ διέῤῥηξας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τῶν θείων σου παλάμων ἐφάπλωσιν. Φεῖσαι πάντων, Δέσποτα φιλόψυχε, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά, καὶ παρὰ σοῦ ἡμέτερα ἀφετήρια, καὶ οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν χειρῶν ἡμῶν· δι' ὃ τὴν σὴν βασιλείαν δοξάζομεν καὶ ἀνυμνοῦμέν σε, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἅτινα ν... λου... ων... θορων.

Πάσαις ἡμέραις ἕως αἱρετικῶν καὶ ἐθνικῶν.

Ἔμπλησον ἡμᾶς τοῦ σοῦ φόβου, καὶ κατεύθυνον εἰς τὸ ἀγαθόν σου θέλημα· σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πρέπει σοι δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σῶμα καὶ αἷμα.

Ὁ διάκονος λέγει. Μετὰ φόβου Θεοῦ πρόσχωμεν.

Ὁ ἱερεὺς ὑψοῖ Δεσποτικὸν *καὶ ἐκφωνήσει·* Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Εἷς Πατὴρ ἅγιος, εἷς Υἱὸς ἅγιος, ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.

Ὁ λαὸς λέγει. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Εὐλογητὸς Κύριος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σῶμα ἅγιον καὶ αἷμα τίμιον, ἀληθινὸν, Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σῶμα ἅγιον καὶ αἷμα τίμιον, ἀληθινὸν, Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Σῶμα καὶ αἷμα Ἐμμανουὴλ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Πιστεύω, πιστεύω, πιστεύω καὶ ὁμολογῶ ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ σὰρξ ἡ ζωοποιὸς, ἣν ἔλαβες, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐκ τῆς ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· καὶ ἐποίησας αὐτὴν μίαν σὺν τῇ θεότητί σου, μὴ ἐν μίξει, μηδὲ ἐν φυρμῷ, μηδὲ ἐν ἀλλοιώσει· καὶ ἐμαρτύρησας ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, καὶ παρέδωκεν· αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν πάντων... ἑρων ἐπὶ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ τοῦ ἁγίου, ἐν τῷ θελήματί σου.

A cogitationem, omnes actiones et motus qui in nobis excitantur die ac nocte, ut animam alligent et captivam teneant. Fac eos immunes ab omni conscientia rerum malarum, et omni actione infructuosa, omnique cogitatione sordida eorum quæ profana sint et animæ puritati contraria. Concede ipsis peccatorum agnitionem, utque perfecte ab illis abstineant. Da illis pœnitentiæ castitatem, et ad te conversionem : tu enim, Dominator Domine, pauper factus es voluntarie, dum carnem assumpsisti, ad generis nostri salutem, et conscidisti chirographum quod erat adversum nos, per divinarum manuum tuarum in cruce expansionem. Parce omnibus, Domine amator animarum, quia omnia tibi serviunt, et a te sunt præmia liberationis nostræ, non quid-
B quam vero opus manuum nostrarum. Idcirco regnum tuum glorificamus, laudamus te, Christe Deus noster. . . . . .

Omnibus diebus *usque ad* hæreticorum et ethnicorum.

Imple nos timore tuo, et dirige nos ad bonam voluntatem tuam : tu enim es Deus noster, et te decet gloria, honor et adoratio.

Sacerdos. Corpus et sanguis.

Diaconus. Cum timore Deo attendamus.

Sacerdos elevat Δεσποτικόν (*seu partem hostiæ majorem*) *et alta voce dicit.* Sancta sanctis.

C *Populus.* Kyrie eleison.

Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus sanctus. Amen.

Sacerdos. Dominus cum omnibus vobis.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Benedictus Dominus in sæcula. Amen.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Corpus sanctum et sanguis pretiosus, verus, Jesu Christi Filii Dei. Amen.

Populus. Amen.

Sacerdos. Sanctum corpus, et sanguis pretiosus, verus, Jesu Christi Filii Dei. Amen.

D *Populus.* Amen.

Sacerdos. Corpus et sanguis Emmanuel Dei nostri, hoc est vere. Amen.

Populus. Amen.

Credo, credo, credo, et confiteor usque ad ultimum spiritum quod hæc ipsa est caro vivifica, quam accepisti, Christe Deus noster, ex sancta domina nostra Deipara et semper virgine Maria : quamque fecisti unam cum divinitate tua, non per mistionem, confusionem, aut alterationem : et testatus es sub Pontio Pilato præclaram confessionem; et quam tradidisti pro nobis omnibus, super lignum crucis sanctæ, voluntate tua.

Digitized by Google

Vere credo, quod divinitas tua nunquam separata fuit ab humanitate tua, in instanti, aut in ictu oculi. Tradidisti eam in redemptionem, et in remissionem peccatorum, et in vitam æternam, illis qui ex ea communicant.

Credo quod hæc re vera sit. Amen.

Populus. Amen.

Diaconus. In pace et charitate.

Sacerdos alta voce. Incomprehensibilis Deus, Verbum incircumscriptum, æternum, suscipe a nobis peccatoribus ex indignis labiis hymnum, cum supernis potestatibus: te enim decet omnis gloria, honor et adoratio cum experte principii Patre tuo, et vivificante tuo Spiritu, in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Populus dicit psalmum CL.

Diaconus. Congregamini et intrate, diaconi, cum reverentia.

Oratio gratiarum actionis, post communionem sanctorum mysteriorum.

Diaconus. Ad orationem state.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Orate pro digna communione.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos dicit hanc orationem. Gratias agimus tibi, Verbum Dei verum, qui es ex substantia Patris principium non habentis, quoniam tantopere dilexisti nos, et dedisti te ipsum pro nobis immolatus. Concede nobis per immaculatum corpus tuum, et pretiosum tuum sanguinem redemptionem, sicut, benigne, præstitisti nobis nunc ut ex ipsis Eucharistiam acciperemus. Idcirco confitemur tibi nunc, benigne et bone, et tibi gloriam, honorem et adorationem continue offerimus, cum experte principii Patre tuo, et sancto tuo Spiritu, nunc, etc.

Diaconus. Capita vestra Domino inclinate.

Oratio inclinationis capitis.

Qui es, qui eras, et venisti in mundum ad eum illuminandum, qui carnem assumens, homo factus es, et crucifixus es pro nobis, passusque voluntarie in carne, mansisti impassibilis ut Deus: sepultusque, tertia die resurrexisti, ascendensque in cœlum, sedisti ad dexteram magnitudinis gloriæ Patris: divinum, sanctum, consubstantialem æqualis potestatis et gloriæ, et coæternum Spiritum misisti super sanctos tuos discipulos et apostolos, atque per eum illos illuminasti et per eos orbem universum; Christe vere Deus noster.

. . . . Gabriel et Raphael.

Et angelorum quadriformium, animalium incorporeorum; et angelorum, viginti quatuor seniorum; sanctique gloriosi prophetæ, præcursoris, baptistæ et martyris Joannis

Sancti Stephani primi diaconi et primi martyris.

Ἀληθῶς πιστεύω, ὅτι θεότης σου οὐδ' οὐ μηδέποτε χωρισθεῖσα ἐξ ἀνθρωπότητός σου, ἐν ἀτόμῳ, οὐδὲ ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Μετέδωκας αὐτὴν εἰς λύτρωσιν, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον, τοῖς ἐξ αὐτῆς μεταλαμβάνουσι.

Πιστεύω ὅτι αὕτη ἔστιν ἀληθῶς. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Ὁ διάκονος λέγει. Ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀγάπῃ.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνήσει. Ἀκατάληπτε θεὲ, Λόγε ἀχώρητε, ἄϊδιε, δέχου παρ' ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, ἐξ ἀναξίων χειλέων, ὕμνον, μετὰ τῶν ἄνω δυνάμεων· σοὶ γὰρ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ σου Πνεύματι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει ψαλμὸν ρ'.

Ὁ διάκονος λέγει. Συνάχθητε καὶ εἰσέλθετε, οἱ διάκονοι, μετ' εὐλαβείας.

Εὐχὴ εὐχαριστίας μετὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγίων μυστηρίων.

Ὁ διάκονος λέγει. Ἐπὶ προσευχῆς στάθητε.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ διάκονος λέγει. Προσεύξασθε ὑπὲρ τῆς ἀξίας μεταλήψεως.

Ὁ λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην. Εὐχαριστοῦμέν σοι, Λόγε Θεοῦ ἀληθινὲ, ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς, ὅτι οὕτως ἠγάπησας ἡμᾶς καὶ ἔδωκας σεαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐσφαγιάσθης. Κεχάρισαι ἡμῖν, διὰ τοῦ ἀχράντου σου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου σου αἵματος, τὴν ἀπολύτρωσιν, ὡς κατηξίωσας ἡμᾶς νῦν, φιλάνθρωπε, ἵνα λάβωμεν ἐξ αὐτῶν εὐχαριστίαν. Διὸ ἐξομολογοῦμέν σοι νῦν, φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν προσκύνησιν διηνεκῶς ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι, νῦν, κ. τ. λ.

Ὁ διάκονος λέγει. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε.

Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

Ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον τοῦ φωτίσαι αὐτόν· ὁ σαρκωθεὶς, ἐνανθρωπήσας, καὶ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, καὶ παθὼν ἑκουσίως σαρκὶ, καὶ μείνας ἀπαθὴς, ὡς Θεός· καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθὼν εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, τό τε θεῖον, καὶ ἅγιον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ συναΐδιον Πνεῦμα καταπέμψας ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς, καὶ ἀποστόλους, καὶ διὰ τούτου φωτίσας μὲν αὐτοὺς, δι' αὐτῶν δὲ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, Χριστὲ, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν.

.... καὶ Γαβριὴλ καὶ Ῥαφαήλ.

Καὶ τῶν ἀγγέλων τετραμόρφων ζώων ἀσωμάτων· καὶ τῶν ἀγγέλων, εἴκοσι τεσσάρων πρεσβυτέρων. Τοῦ ἁγίου ἐνδόξου, προφήτου, προδρόμου, βαπτιστοῦ, καὶ μάρτυρος Ἰωάννου.

Τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτοδιακόνου καὶ πρωτομάρτυρος.

Digitized by Google

Τῶν θείων, ἱερῶν, ἐνδόξων ἀποστόλων, ἀθλοφόρων προφητῶν, καὶ καλλινίκων μαρτύρων.

Καὶ τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου.

Καὶ σῶσον, καὶ ἐλέησον, καὶ εὐλόγησον πάντα Χριστιανόν. Καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ προσκύνησιν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεί.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Θεοῦ ἐτελειώθη ἡ θεία Λειτουργία, ἡ ὡρισμένη τῷ ἐν ἁγίοις Πατρὶ ἡμῶν Θεολόγῳ Γρηγορίῳ.

Divinorum gloriosorum sanctorum apostolorum, prophetarum, qui certamina sustinuerunt, et martyrum præclaris victoriis insignium.

Et sancti et beati Patris nostri Marci apostoli et evangelistæ, chororumque omnium sanctorum tuorum.

Et salva, miserere, benedicque omnemcunque Christianum : tibique gloriam et honorem et adorationem offerimus, cum Patre tuo qui est absque principio, et sancto Spiritu, nunc et semper.

In pace Dei completa est divina Liturgia, ordinata a sancto Patre nostro Theologo Gregorio.

S. GREGORII THEOLOGI

PRECATIO ET EXORCISMUS AD IMMUNDOS SPIRITUS EJICIENDOS.

(Fragmenta.)

(Ap. IRIARTE, *Cod. Græc. Bibliothecæ Regiæ Matritensis*, in fol., p. 423, cod. CV, f° 79 v°.)

Precatio incipit :

Ἐπικαλούμεθά σε, Δέσποτα Θεὲ καὶ Πάτερ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄφθαρτε, ἄχραντε, ἀχειροποίητε, ἀψηλάφητε, ἀόρατε, ἀκατασκεύαστε.

Exorcismus vero incipit :

Ἐξορκίζω ὑμᾶς, πάντα τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, κατὰ τοῦ Ἐλοῒ Ἀδοναῒ σαβαὼθ, ἐξελθεῖν καὶ ἀναχωρῆσαι ἀπὸ τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τοῦ δεῖνος.

Desinit :

Γνῶτε, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε· φυγαδεύθητε πάντα τὰ δαιμόνια ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς ὁ σαβαὼθ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀμήν.

Precationem hanc et exorcismum neque inter edita S. Gregorii Nazianzeni scripta, neque in Goari *Euchologio* reperias ; quamobrem necdum typis tradita existimamus.

Digitized by Google

LECTORI.

Decem vel saltem octo S. Gregorii orationes Rufinus Aquileiensis e Græco transtulit in Latinum (v. Rufin. *Histor. eccles.* lib. XI, c. 9, et S. Hieron. *Apolog. contra Rufin.* lib. I, n. 30), in quibus primum ac præcipuum locum obtinet *Apologeticus* ipsius, cum presbyter ordinatus fugisset in solitudinem. Præfixa est orationibus istis Latine versis *Præfatio Rufini ad Apronianum amicum.* Hujus Præfationis fragmentum exstat in editione Maurina ; integra legitur in edit. Opp. S. Gregorii Coloniæ [i. e. Lipsiæ] 1690 (t. I, p. 726—27), unde eam excepimus. Versio Rufini, quæ in editionibus Græco-Latinis Operum S. Gregorii Naz. (etiam in edit. Maurina) desideratur, excusa est Argentinæ 1508, in-4°. Sunt autem orationes S. Gregorii ex Rufini versione juxta ordinem editionis mox laudatæ sequentes : *Apologeticus* liber I (ed. Maurin. orat. 2) ; *De epiphaniis sive natali Domini* (orat. XXXVIII) ; *De luminibus*, quod est de secundis epiphaniis (orat. XXXIX), *De fide* liber I (*Tractatus* I *de fide orthodoxa contra Arianos*, spurius, olim orat. 49) ; *De Nicæna fide*, *De Pentecoste et Spiritu sancto* (orat. XLI, cui præmittitur *Tractatus* II *de fide orthodoxa contra Arianos*, spurius, qui erat olim orat. 50) ; *De semetipso ex agro reverso* (orat XXVI) ; *De dictis Jeremiæ*, præsente imperatore (orat. XVII) ; *De reconciliatione et unitate monachorum* (or. VI) ; *De grandinis vastatione* (orat XVI) ; *De Arianis, quod non liceat semper et publice de Deo contendere* (orat. XXVII). Cf. J. Fontanini *Histor. litterar. Aquilei.* lib. V (*Vita Rufini* ed. Vallars. lib. II) c. 8, n. 1—2, *Patrologiæ Latinæ* tom. XXI, col. 188.

PROLOGUS RUFINI IN LIBROS S. GREGORII NAZIANZENI.

Proficiscenti mihi ex Urbe, injungebas, fili charissime, ut tibi absens quoque aliquid operis impenderem, ne nos a consuetis studiis necessitas meæ profectionis inhiberet. Petebas ergo Gregorium tibi in Latinum verti, virum per omnia incomparabilem, qui verbo et operibus clarus, splendidissimum lumen scientiæ Christi Ecclesiis præbuit, dum ea docuit quæ fecit, nec seipsum condemnavit, agendo contraria quam docebat. In Cappadocia domo, episcopo patre, matre quoque satis religiosa oriundus fuit ; Athenis et altus et eruditus ut pauci. Nec tamen in conversatione scholari vel ætatis vel sodalium illecebris cedens prodidit pudicitiam, sed tanquam a Domino sibi commissum thesaurum ad domum castam reportavit integrum signaculum castitatis. Denique cum philosophiæ studiis apud Athenas floreret (*a*), vidit per soporem sedenti sibi et legenti duas decoras satis dextra lævaque feminas consedisse. Quas ille castitatis instinctu oculo torviore respiciens, quænam essent et quid sibi vellent percunctabatur. At illæ eum familiarius et ambitiosius complectentes, aiunt : *Ne moleste accipias, juvenis, notæ tibi satis et familiares sumus. Altera enim ex nobis sapientia, altera castitas dicitur ; et missæ sumus a Domino tecum habitare, quia jucundum nobis et satis mundum in corde tuo habitaculum præparasti.* Tum denique cum ob extremum in litteris profectum Athenis ut oratoriam doceret astringeretur, furtim navem ingressus abscessit. Et cum se inexplorato mari commisisset, tempestate vexatus est, in qua Deo se serviturum vovit. Quod cum faceret, subito a patre episcopo in sacerdotium subrogatus est. Quod ægre ferens discessit ad tempus. Postmodum vero regressus libellum hunc *Apologeticum* dixit in Ecclesia, causas suæ abscessionis vel etiam reditus allegans. Post hæc etiam defuncto patre succedit in episcopatum apud Nazianzum breve oppidum. Et inde cum post Valentis Ariani tempora Ecclesias Catholici recepissent, Constantinopolim ad instituendam vel docendam Ecclesiam transire exoratus est. Ubi cum magnificum opus in verbo Dei ageret, et infinitas quotidie pene multitudines ab hæreticis ad fidem veram converteret, ut fieri solet, gloriam æmulatio subsecuta est. Ille vero tam erat in timore Domini perfectus, ut cum sensisset causa sui esse inter episcopos disceptationem, statim sponte discederet ; dicens illum tantummodo propheticum sermonem : *Si propter me est tempestas ista, tollite me et mittite in mare : et desinet a vobis commotio.* Hujus neque vita aliquid probabilius et sanctius, neque eloquentia clarius et illustrius, neque fide purius et rectius, neque scientia plenius et perfectius inveniri potest, utpote qui solus sit de cujus fide ne dissidentes quidem inter se, ut fieri solet, partes et studia disputare potuerint, sed id obtinuerit apud Dominum et Ecclesias Dei meriti, ut quicunque ausus fuerit doctrinæ ejus in aliquo refragari, ex hoc ipso quia ipse sit magis hæreticus arguatur. Manifestum namque indicium est, non esse rectæ fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordat. Hunc ergo absque ullo prorsus lege scrupulo, sciens tamen quod eloquentiæ ejus præfulgidum in Græco lumen non parum necessitas interpretationis obscurat. In quo utrum nostri sermonis paupertas, an ipsa interpretationis natura hoc agat : tu qui utriusque linguæ habes peritiam, magis probato.

(*a*) Vide domnum Clemencetum in *Vita S. Gregorii*, t. I nostræ editionis, col. 161 D. EDIT.

Digitized by Google

ELIÆ METROPOLITÆ CRETÆ

COMMENTARII

IN S. GREGORII NAZIANZENI ORATIONES XIX

E CODICE MS. BASILEENSI EXCERPSIT
ET ANNOTATIONEM CUM IN ELIÆ COMMENTARIOS
TUM IN S. GREGORII ORATIONES XIX
ADIECIT

ALBERTUS IAHNIUS

THEOLOGUS ET PHILOLOGUS
BERNAS-HELVETIUS,
SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICÆ LIPSIENSIS SODALIS.

ACCEDUNT

BASILII ALIORUMQUE SCHOLIA IN S. GREGORII ORATIONES,

E CODICIBUS MONACENSIBUS EXCERPTA.

Digitized by Google

FAUTORIBUS BENEVOLENTISSIMIS

AMICIS DILECTISSIMIS

CAROLO DAREMBERGIO

MEDICINÆ DOCTORI

BIBLIOTHECÆ MAZARINEÆ CUSTODI CET.

IOANNI GEORGIO KRABINGERO

BIBLIOTHECÆ REGIÆ MONACENSIS CUSTODI

ACADEMIÆ REGIÆ DOCTRINARUM MONACENSIS SOCIO

ET

CAROLO LUDOVICO ROTHIO

PHILOSOPHIÆ DOCTORI

LITERARUM GRÆCARUM LATINARUMQUE IN ACADEMIA BASILEENSI PROFESSORI

HUNC LIBELLUM

SINCERÆ AMICITIÆ GRATIQUE ANIMI TESSERAM

D. D. D.

ALBERTUS IAHNIUS.

Digitized by Google

Vobis, Viri humanissimi, hoc, qualecunque est, Anecdotorum opusculum debetur,

Nam, ut temporum rationem sequar, viginti et quod excurrit anni sunt, ex quo Tu, amicissime Krabingere, mihi, tunc Monachii commoranti librisque Græcis manu scriptis, illic in bibliotheca regia asservatis, heluanti, cum alia plurima Anecdota Græca, quorum bona pars adhuc edenda restat, tum Scholia in S. Gregorium Nazianzenum, quibus in hoc opusculo usus sum, ad describendum vel excerpendum propinasti. Ac etiamsi diu est, quod ego suavi Tecum epistolarum commercio ægre careo (fortasse mea quadam culpa, negotiis misere distenti), semper tamen, dum vivam, grato erga Te animo recolam commorationis illius Monacensis delicias, quarum Tu non minima pars fuisti.

Tu autem, carissime Rothi, amicitiæ vinculo me, Tibi antea ignotum, adstrinxisti egregio illo beneficio, quod Tua intercessione effecisti, ut pretiosissimus ille codex S. Gregorii Nazianzeni manu scriptus, quo Eliæ commentarii continentur, anno MDCCCXLII ex bibliotheca publica Basileensi, liberaliter annuentibus eius curatoribus, per clarissimum Gerlachium, illius bibliothecæ præfectum, ad me Bernam transmitteretur, utque eum terere et in usum studiorum Platonicorum et Patrologicorum pro lubitu excerpere possem. Eundem Tu codicem, pro egregia Tua erga me benevolentia, cui idem ille Gerlachius iterum opitulatum ivit, nuperrime, quum Excerpta Eliana Lutetiæ Parisiorum editurus essem, rursus ad me transmittendum curasti, ut quæ inde excerpsissem augere, et plagulas corrigendas ad ἀρχέτυπον exigere possem.

Quod autem Eliæ tandem edendi consilium cepi, quodque operis redemtorem Lutetiæ sum nactus, id Tibi, humanissime Darembergi, uni soli debeo. Nam quum ego ante hos quindecim annos, dilatatis paullatim antiquitatis studiis, cum philologia archæologiam, etiam patriam, conjungere et, quæ patrio sunt solo reconditæ, antiquitatis Gallicæ et Romanæ reliquias perscrutari cœpissem, deinde historiæ patriæ operam per septennium navassem, iamque, tanquam peregrinator ad sedem domesticam, ad pristina studia rediissem, et quæ pridem in genere philologo a me elaborari cœpta erant, maturare institucrem, — Te, mi Darembergi, sors propitia horum studiorum fautorem simul et moderatorem mihi obtulit. Tu me, ἀρχείων pulvere obrutum, et hic Bernæ quovis, Hercle, ad humanitatis studia incitamento carentem, ea re erexisti, quod meos conatus Tibi Tuique similibus probari declarasti. Tu me, alios labores philologos meditantem, ad Eliam, scriniis instar χειμηλίου servatum, edendum excitasti sic me interpellando : « Quin Tu pretiosum istud Anecdoton ante omnia in lucem profer, ne id ab alio quopiam occupetur, neve quem Tu in eo describendo la-

Digitized by Google

borem collocasti, Tibi irritus reddatur. » Quumque ego dicto parens, ad tempus sepositis, quos molitus eram, laboribus, Eliæ editionem pararem, interea redemtorem Tu plurimum reverendum Migneum mihi conciliasti, id est virum natum promovendis studiis SS. Ecclesiæ Patrum, qui quum primum instituisset, Eliæ commentarios integros edere, essetque eorum mole a proposito deterritus, eo lubentius hoc illorum compendium redimendum suscepit.

Accipite igitur, Fautores et Amici benevolentissimi, tanquam grati testimonium animi, hoc, quod Vobis debetur, opusculum, cui si ea desit doctrinæ et copia et perpolitio, qua viri eruditi, literis antiquis officii ergo vacantes, opera sua ornare consueverunt : spero fore, ut mihi ignoscatis. Neque enim Vos latet, me philologiam tanquam πάρεργον tractare coactum esse et erudito otio tantum non carere. Sed vel sic de literis antiquis, sacris pariter ac profanis, bene mereri porro conabor, donec Vos, Viri eruditissimi, cum similibus Vestrum meis conatibus favere video. Quod ut porro faciatis utque me amare pergatis, Vos rogo atque oro. Valete.

Dabam Bernæ Helvetiorum pridie Cal. April. MDCCCLVIII.

A. Iahnius.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Ecce Tibi, lector benevole, thesaurus eruditionis theologicæ et philologæ, depromtus ex Eliæ, metropolitæ Cretæ, Commentariis in S. Gregorii Nazianzeni orationes XIX. Quibus quidem de Commentariis priusquam verba faciamus, dicendum erit de Elia ipso deque reliquis ejus scriptis.

De ætate, qua Elias vixerit, adhuc sub judice lis est. Leunclavius quidem quum proœmio in suam S. Gregorii Nazianzeni editionem (*a*) p. III dixisset, sibi non constare, quando Elias vixerit, tamen ibidem p. IV hoc de ea quæstione tulit judicium: « Quod si hoc quoque addendum est de Elia, equidem existimo vixisse id temporis hominem, quum Creta per Sarracenos occupata et Byzantinis imperatoribus esset ademta, nimirum annis ab ævo nostro plus minus sexcentis. Scribit enim proœmio Commentariis præmisso, ab se in exsilio scriptum hoc elaboratum fuisse (*b*) : quod exsilium sane in hos ipsos annos sævitiæ Sarracenicæ incidere videtur. » Leunclavio adstipulatus, Streuberus ὁ μαχαρίτης in *Serapeo* a. 1856, p. 181 sq. Eliæ Commentarios post A. C. 823 scriptos existimavit. A Leunclavii conjectura illud haud abhorret, quod alii, in quibus Caveus *Scriptor. Eccles. Hist. Lit.* ed. Basil. t. I p. 641, col. 1, et Elias Dupinus *Nova Biblioth. Scriptor. Eccles.* t. VI p. 127, Eliam nostrum eundem esse statuerunt, ac Eliam Cretensium episcopum, quem synodo Nicænæ II, A. C. 787 habitæ, interfuisse constat. Atqui in Proœmio Eliæ Commentariorum certa deprehenduntur indicia, nostrum ab altero illo Elia prorsus diversum fuisse et longo post eum temporum intervallo vixisse. Dicit autem in Proœmio Elias, ex iis S. Gregorii interpretibus, qui sedecim ejus orationes, vulgo uno volumine comprehendi solitas, explanaverint, Basilium tantum et Gregorium, licet perfunctorie, eas quoque tractasse, quas ipse, longo post illos temporis intervallo (*c*), nunc sibi illustrandas sumat. Jam vero constat, Basilium, S. Gregorii scholiasten, qui, ne cum S. Basilio Magno confunderetur, ἐλάχιστος ipse, pro modestia sua, nominari voluit, sua in S. Gregorium scholia Constantino Porphyrogenito dedicasse (*d*), itaque priore dimidio sæculi X vixisse. Vid. Oudin. *Comm. de Script. Eccl.* t. I col. 649 sq., t. II p. 438 (*e*). Gregorius autem, presbyter Cæsariensis, alter ille scholiastes ab Elia commemoratus, Basilii æqualis fuit. Vid. Oudin. t. II col. 443 sq. Hæc quum ita se habeant, dubium non est, quin Elias ætate illis multo recentior fuerit. Verum ex Eliæ in Commentarios Proœmio expiscatus est Oudinus t. I col. 649, t. II col. 1069 sq. qui, licet neglecto primario, quo nos supra usi sumus, loco, tamen primus pulcre vidit, Eliam, quippe Basilio et Gregorio, scholiastis, ætate recentiorem, ab altero illo sæculi VIII Elia probe discernendum et ad ævum multo recentius referendum esse. Neque tamen idem Oudinus novos errores satis cavit. Nam primum quidem Basilium et Gregorium ab Elia in *priscis* interpretibus nominatim referri temere pronunciavit t. II col. 1069 sq. quum ille id tantum dicat : S. Gregorii orationes XVII, vulgo teri solitas, multos interpretes, et veteres et recentes, nactas esse. Deinde non erat, cur Oudinus ibid. p. 1070, in recentibus interpretibus Nicetam Serronium, qui A. C. 1080 vixit (vid. Oudin. t. I col. 651), ab Elia significari, et hunc aliquot decenniis illi posteriorem fuisse, itaque vix ante A. C. 1120 collocandum esse statueret. Quæ contra ego, ut in re dubia, ita statuo : Quum Elias post Constantinum Porphyrogenitum Cretæ metropolita exstiterit, necesse est, post Nicephori quoque Phocæ tempora vixerit. Qui quum Cretam insulam A. C. 961 recuperasset (*f*), essetque religio Christiana, pro ea militante Nicone monacho, illic restaurata, tum demum sedes metropolitana

(*a*) De ea editione, quæ Eliæ Commentarios Latine versos continet ac Basileæ a. 1571 prodiit, conf. Harles ad Fabric. *Bibl. gr.* t. VIII p. 394, Streuberus in *Serapeo* a. 1856, p. 178 sqq.

(*b*) Conf. inscriptio commentariorum fol. 2 (sine num.) r. Ἐξήγησις εἰς τοὺς λόγους τοῦ ἁγίου γρηγορίου τοῦ θεολόγου, πονηθεῖσα τῷ εὐτελεῖ μητροπολίτῃ κρήτης ἠλίᾳ, ὑπερορίᾳ τυγχάνοντι.

(*c*) Hoc enim sibi volunt ista : ὧν πολλῷ κατόπιν ἐλθών αὐτὸς ret. quæ de tempore accipienda (v. Rubnken. ad *Tim.* L. V. Pl. v. κατόπιν, p. 154. Schwebel. ad Onosandr. *Strateg.* p. 71), nec ea significatione sunt dicta, qua formula κατόπιν ἐλθεῖν τινος a Græculorum encomiastis usurpatur, nimirum de eo, qui præstantiam alicujus hominis vel rei oratione non assequitur. Conf. v. c. Theodor. Hyrtac. ap. Boissonad. *Anecd.* t. III, p. 2

(*d*) Vide infra col. 1073. Edit. Patr.

(*e*) Notandus hoc loco Lambecii, ab Oudino col. 442 sq. laudati, error, qui contra Eliæ disertum de Basilio testimonium falso pronunciavit, illi ab Elia Commentarios in sedecim tantum S. Gregorii orationes tributi.

(*f*) Vid. Leon. Diacon. *Hist.* lib II cap. 6 seqq.

Digitized by Google

denuo erigi potuit. Quam quidem Elias illis temporibus tenuisse censendus est, quum Saraceni, antequam expeditionibus sacris retunderentur, novis viribus aucti, imperii Byzantini fines rursus invaserunt. Ibi tum verisimile est (nam historica ejus rei documenta desideramus), Cretam iterum ab illis infestatam, Eliam autem sede pulsum et episcopum in partibus infidelium esse factum. Itaque a vero haud magnopere aberrabimus, si Eliam medio seculo XI, id est sub initium imperii Comnenorum, vixisse statuerimus.

Venimus ad Eliæ metropolitæ scripta, quæ præter Commentarios in S. Gregorium Nazianzenum feruntur. Sunt autem hæc :

I. *Expositio in Jo. Climaci « Scalam Paradisi, »* ingens et prægrande opus, ex quo, uti ex aliis, anonymus quidam *scholia* excerpsit, quæ a nonnullis ad Eliam perperam referuntur. Vid. Oudin. *Comm. de Script. Eccl.* t. II col. 1065 sq. ibique Rader. (*a*), Fabric. et Harles. *Bibl. Gr.* t. IX p. 524 not., p. 525, t. XI p. 615.

II. *Responsa ad Dionysium monachum de VII ejus diversis interrogationibus.* Exstant Græce et Latine in libro V Juris Græco-Romani p. 335-341. Vid. Oudin. t. II col. 1066, Fabric. *B. Gr.* t. XI p. 615 et Harles. (not. bb).

III. *Responsum de iis virginibus, quæ ante pubertatem semel et iterum desponsatæ sunt.* Vid. Harles. ad Fabric. *B. Gr.* t. XI p. 615 (not. bb.) sq.

Præterea Fabricius *B. Gr.* t. XI p. 615 hæc refert : « Elias Cretensis *libro de moribus Ethnicorum* citatur a Nic. Comneno p. 213, et *Responsis ad monachos Ascetenses* p. 188, et *ad monachos Corinthios*, p. 251, *Responsione IV ad monachos solitarios* p. 190, 220. *Expositionem in epistolam Nazianzeni ad Cledonium* laudat idem Comnenus p. 258. » In quibus tamen quæ enumerantur varia responsa fortasse ad unum idemque spectant opusculum nec diversa sunt ab illis, de quibus supra dictum, *ad Dionysium monachum responsis.* Certe monachi illi *solitarii* iidem ac *Ascetenses* vel potius *Ascetæ* (*b*).

Non est autem hoc loco illud silentio prætereundum, quod in opusculis eiusdem nominis scriptorum nonnulla ad nostrum Eliam perperam referuntur. Vid. Harles. ad Fabric. *B. Gr.* t. VI p. 338, t. XI p. 615 et 616 not. Ac fortasse in illis, quæ Nostro tribui vidimus, opusculis quædam ad Eliam Cretæ metropolitam, qui seculo VIII vixit, referenda sunt.

Sed hæc, quocunque se habent modo, illud non est dubium, quin Commentarii in S. Gregorii Nazianzeni orationes primarium Eliæ sint opus. Qui quidem Commentarii, cum aliis in bibliothecis (*c*), tum in publica Basileensi asservati, lucem nondum viderunt, nisi Latine a Leunclavio versi ex egregio codice ms. Basileensi, quo nos in hoc libro edendo usi sumus (*d*). Sed ipsa illa interpretatio Latina in causa fuit, ut exemplar Græcum oblivione obrutum jaceret, utque uberrima, quæ Eliæ Commentarii præbent, critices subsidia non satis inde haurirentur, præclara autem, qua ille Commentarios ornavit, doctrina tantum non negligeretur.

Et ad κρίσιν quidem factitandam illi Commentarii profecto plurimum conferunt. Nam pri-

(*a*) Codex ms., quo Raderus usus est, olim Augustanus, hodie est Monacensis 420. Interpretationis Elianæ specimen hæc sunto, quæ f. 211, ad κείμενον : *τινὲς . . φύσει . . περὶ τὸ ἐγκρατὲς . . ἐπιῤῥεπῶς ἔχουσι*) annotantur : φύσει ὥσπερ περὶ ταῦτα ὀργῶσι καὶ ὅλοι τῆς περὶ αὐτὰ ὁρμῆς εἰσι καὶ κινήσεως, in quibus velim attendas exquisitum ὀργᾶν (v. Ruhnken. ad Tim. L. V. Pl. h. v. p. 193 sq.), ut agnoscas elegantiarum studium, quod Elias, ut in hisce nostris, ita in illis quoque commentariis secutus est.

(*b*) Eliæ Cretensis scripta, incertum cujusnam et quænam, laudavit Macarius Chrysocephalus. Vid. Fabric. *B. G.* t. VIII p. 679.

(*c*) Vid. Oudin. *Comm. de Scriptt. Eccles.* t. I col. 651. Harles. ad Fabric. *B. G.* t. VIII p. 431.

(*d*) Leunclavii versio continetur primo tomo operum S. Gregorii, ab eo Basileæ a. 1571 Latine editorum. Vid. Harles. ad Fabric. *Bibl. Gr.* t. VIII, p. 394. Sed de toto, quem Leunclavius in S. Gregorio inque Elia collocavit labore, uti de Leunclavio ipso, Streubernus, amicus bonis literis præmatura morte ereptus, peraccurate in *Serapeo* a. 1856, p. 177, sqq. retulit. Idem ibid. p. 182 sq. codicem Basileensem, de quo Leunclavius Procem. p. III, et Patinus apud Fabric. *Bibl. Gr.* t. VIII, p. 430 sq., descripsit, et quæ ego, quippe codicis adspectu tunc carens, aliqua ex parte minus recte in *Serapeo* a. 1856, p. 172 sq. retuleram, correxit. Ex iis, quæ de Eliæ vita supra diximus, liquido apparet, codicem non ante sec. XI scriptum fuisse. Cæterum varium in codice emendationum genus. Et in Gregorii quidem contextus verbis minio scriptis manus prima nonnulla, manus recentior atramento multa correxit. Idem in Commentariis factum, qui partim a prima manu, partim a secunda et recentiore multas emendationes habent, eæque, ut in contextu, in lineis ipsis, vel supra lineas vel denique in margine sunt scriptæ. Quum Billius Leunclavii versionem Eliæ Commentariorum multis partibus ditaverit (adjecit enim commentarios in binas orationes Steliteuticas et alios), necesse est, exemplari Græco, aliqua saltem ex parte codice Basileensi integriore, usus sit. Idem de Cotelerio valere ex annot. f. 163 r. post med. liquet. Cæterum Billius, uti Eliæ Commentarios, a Leunclavio latine versos, notis auxit, ita Leunclavianam interpretationem misere truncavit et Eliana, suis notis intermixtis, fœdavit.

Digitized by Google

mum quidem, qui iis insertus est contextus Orationum S. Gregorii, etsi suis vitiis non caret, tamen sæpe cum optimis, quibus Clemencetus est usus, codicibus manu scriptis conspirat, interdum unus genuinam exhibet lectionem. Deinde Elias ipse quandoque κρίσιν exercet. Huc accedit, quod ejus Commentarii haud raro lectiones præbent discrepantes ab iis, quas contextus habet, easque interdum meliores, ut dubium non sit, quin Elias alio eoque emendatiore sit usus contextu, quam qui in codice Basileensi comparet. Sed hæc omnia κρίσεως subsidia ex Latina versione vix ac ne vix quidem erui potuisse, quilibet intelligit. Quid multa? Leunclavius, uti Gregorii contextum, quem codex Basileensis exhibet, et quæ ex genere critico Eliæ Commentariis insunt, non ea, qua par erat, diligentia excussit, ita illis Latine vertendis, non Græce edendis, usum egregii critices instrumenti aliis tantum non præclusisse censendus est.

Jam, etsi unus et alter eorum, qui post illum Gregorii Orationibus emendandis et illustrandis operam navarunt, hic illic Leunclavii interpretationem consultavit, attamen egregia, quæ Eliæ Commentariis insunt, eruditionis et theologicæ et philologæ documenta (*a*) fere neglecta manserunt. Nam præter Cotelerios et Suiceros pauci theologi Eliam advertisse videntur, quum vel clarissimus Ullmannus in doctissima de Gregorio Nazianzeno scriptione illius mentionem parce fecerit. Philologi autem cur animum ad Eliæ Commentarios adverterent, eo minus causæ habuerunt, quod Græco exemplari carebant. Quo magis laudandus est Boissonadius, qui cum Basilii Scholiis in Gregorii *Encomium Heronis* Eliæ Commentarios diligenter comparaverit (*b*).

Ac quoniam illorum Scholiorum mentio est facta, illud teneas oportet, Eliam Basilio et reliquis Gregorii Scholiastis eruditione theologica et philologa multum præstare, id quod ipse in Procœmio significare non dubitavit. Quamquam, ut dicam quod rei est, paullo iniquior est in illos, quibus eum haud pauca debere exploratum habemus.

Sed, ut de Elia theologo primum dicamus, ante omnia velim sic habeas, ejus Commentariis permulta inesse, quæ vel in ea, qua hodie versamur, theologiæ luce dignissima sint, quibus theologi dogmatum historiæ studiosi animum advertant. Sic, ut hoc utar, Eunomiani vulgo puri puti Aristotelici habentur. Conf. Ullmann. *De Gregorio Naz.* p. 320 sq. Atqui Elias illos cum Macedonianis etiam ex philosophia recentiorum Platonicorum profecisse argumentis luculentis demonstrat, estque hoc loco omnino ad ea provocandum, quæ Elias de theologia Platonis et recentioris propaginis Platonicorum ab hæreticis in doctrinam Christianam translata f. 167 v. s. 168 r. m. 236 v. i. monet. Deinde permultos Scripturæ Sacræ locos, a S. Gregorio laudatos vel imitando expressos, Elias, eorum sedibus accurate indicatis, sanæ ἐξηγήσεως ope egregie illustrat. Porro ille, uberrimo usus theologicæ eruditionis penu, ea quæ Gregorius ex veterum theologorum scriptis suum in usum convertit, ad fontes revocat eorumque locos pariles adfert. Quo ex genere multa sunt recondita, et quæ hodie pauci in promtu habent. Sic ille, non contentus SS. Patres Athanasium, Basilium, Chrysostomum, alios ad partes vocasse, frequens est in laudandis Dionysii, qui fertur, Areopagitæ scriptis, ex quibus quod Gregorium hausisse putavit, etsi temere fecisse multis videbitur, multa tamen apud Gregorium reperiuntur, quæ huic opinioni faveant (*c*). Quid? quod nec Clementis, qui fertur, Romani scripta Eliæ ignota fuere. Huc accedit, quod præter ea, quæ ille ex veterum theologorum scriptis, expressa auctorum mentione facta, attulit, multa ex iisdem ab eo tacite sunt transsumpta. Sic ille abstrusis Gregorii sententiis explicandis sæpenumero adhibet cum ipsius Gregorii, tum S. Basilii et aliorum locos geminos et ad intelligendum faciliores; sic S. Maximi ἐξηγήσεις in S. Gregorium, quamvis plerumque expresse laudatas, tamen interdum tacite suas facit. Atque in hoc compilandi negotio quum ille integrioribus exemplaribus, quam quæ hodie habemus, usus sit, eius Commentarii nonnihil critici usus præbent. Qui quidem usus multo maior esset, si Elias ubique ipsa scriptorum, a se compilatorum, verba attulisset, neque ea, qui eius mos fuit in laudandis scriptoribus, sæpenumero memoriter tantum recitasset aut circumscribendo amplificasset. Sed de toto hoc critices negotio, quod in compilatorum, etiam ecclesiasticorum, scriptis excutiendis versatur, in *Examine Plagiariorum et Compilatorum*

(*a*) Conf. Leunclav. Procem. p. III, cuius verba Streuberus in *Serapeo* a. 1856, p. 181 retulit.

(*b*) Vid. *Notices et Extraits* t. XI, P. II, p. 131 sqq. [et apud nos infra in hoc volumine. EDIT. PATR.]

(*c*) Certe S. Gregorius multis locis, præsertim iis, ubi se ipso sublimior fit, cum Dionysio mire conspirat, ita quidem, ut potius ex illo, quam Dionysius ex Gregorio hausisse videatur. Quapropter eorum rationes, qui Dionysianos libros quarto demum aut quinto seculo scriptos statuunt (v. Voemel. ad Nicol. Methon. p. 150, 259, b.), denuo ad examen vocandæ sunt.

Digitized by Google

Græcorum dicendi copia erit. Cæterum Elias, ubi ipse docet, quippe imbutus SS. Patrum doctrina, eo utitur loquendi genere, quod exquisitum est et dignum, cui animum advertant, qui Suiceri Thesaurum Ecclesiasticum ditare velint.

Jam vero si παιδείαν viri ἑλληνικὴν respicimus, eum in illa non minus excellere confitendum est. — Ac primum quidem in veterum philosophorum placitis est versatissimus. Nam præterquam quod Chilonem, Anaxagoram, Democritum, Epicurum, Stoicos, Cynicos, alios excitat, accuratam præsertim Platonis et Aristotelis prodit notitiam, eorumque vel abditas sententias in numerato habet et sæpiuscule suas facit. Ne recentiores quidem Aristotelici ei ignoti fuere, e quibus Alexandrum Aphrodisium nominatim laudat. Recentiorum autem Platonicorum, Porphyrii, Jamblichi, Procli, eum bene gnarum fuisse, supra iam vidimus. Quid? quod Elias interdum illis adeo adhæret, ut, neglecto Platone, rivulos Neoplatonicos sectetur et Neoplatonica pro Platonicis venditet. Denique vel Hermetis, qui fertur, Trismegisti scripta se legisse f. 17 v. s. 153 r. m. manifesto prodit. — Venimus ad rhetoricam Eliæ eruditionem. Nam quum S. Gregorius orator rebus et sententiis theologus fuerit, dicendi autem genere usus rhetorico, suæ ætatis sophistis, Libanio, Himerio, Proæresio (*a*), æmulatus sit, oportet sane eum, qui ejus Orationes rite interpretari velit, imbutum esse et rhetorices præceptis et atticæ eloquentiæ interiore cognitione. Cui quidem officio Elias egregie satisfacit, qui et Hermogenis artem rhetoricam crebro ad partes vocet locosque Demosthenis, a Gregorio imitando expressos, diligenter annotet. Quam vero subtile sit ejus judicium in notandis sophisticis Gregorii artificiis, exemplo sint, quæ ad descriptionem pavonis Or. XXVIII, p. 515, A. fol. 50 r. s. annotat. E sophistis saltem Aristidem nominatim excitat. — Præterea neque poëtarum, neque historicorum veterum Eliam ἄγευστον fuisse, testimonio sunt loci tum ex Homero, Hesiodo, Theocrito, Oppiano, tum ex Herodoto et Thucydide ab eo allati. Denique, ut Eliam nullum non antiquarum literarum genus attigisse intelligas, musicos veteres et mathematicos, in his Eratosthenem, Posidonium, Ptolemæum et Heronem, ex medicis Galenum laudat. — Restat, ut de Elia grammatico dicamus. Nam ne ἀκρίβεια quidem grammatica in Elia desideratur, quippe qui verborum proprietates accurate perpendat, Atticismos in Gregorio diligenter scrutetur et συντάξεως nodos sollerter solvat. Sicubi autem Elias a ratione grammatica aberrat, ejus παραράματα partim Atticismorum sectandorum nimio studio, partim mystico, quod non satis cavit, interpretandi generi tribuenda sunt.

Hæc hactenus de Elia theologo et philologo; nam philologum intelligimus non grammatices magistellum, sed eum, qui nullum non antiquarum literarum genus perscrutatur. Quo accedit, quod Eliæ Commentarii, si in universum spectentur, multum conferunt ad melius cognoscendam seculi XI et rem literariam et græci sermonis proprietatem.

Ac theologiæ quidem et philologiæ studium illa ætate vel in remotis a Byzantio imperii provinciis adhuc floruisse, argumento sunt, quæ de eruditione Eliæ supra diximus. Porro ejus Commentarii egregium sunt documentum illius studiorum rationis, quæ philosophiam Platonicam et Aristotelicam quum inter se, tum cum theologia Christiana intime conjungere conata est (*b*). Sermonis autem proprietatem quod attinet, etsi eius tenor subinde Byzantinam volubilitatem et anhelantem, ut ita dicam, multiloquentiam prodit, universe tamen sanus est et qualem decet esse eius, qui scriptorem eloquentissimum interpretatur. Quid? quod Elias dictionis in Gregorio elegantiam sedulo imitatur, imo interdum superare voluisse videtur (*c*). Quamquam idem in λέξεσι suum ævum haud raro prodit, in quibus quædam ὑποβάρβαρα, multa ἅπαξ λεγόμενα, multa item audacter innovata apparent, ut ejus Commentarii a nemine eorum negligendi sint, qui posterioris Græcitatis thesauros augere student.

Hæc omnia quum ita se habeant, quumque Elias primarius, ut illius ævi, scriptor habendus sit, ego iam ante hos quindecim annos, Codicem Basileensem terendum nactus, eius partim saltem edendi consilium cepi eumque excerpendo excussi. Qua quidem in re id potissimum spectavi, ut sedulo annotarem, quibus Eliam in genere theologico et philologo excel-

(*a*) Vid. Ullmann. *Gregor von Nazianz.* p. 31 sq. qui Socratis testimonium H. E. IV, 26. adfert, tradentis, Gregorium audivisse Libanium. Himerio et Proæresio magistris usum esse.

(*b*) Quam altas hæc studia radices apud Byzantinos egerint, argumento est illud, quod vel Gennadius Scholarius, acerbissimus Plethonis et Platonicorum suæ ætatis adversarius, in doctrina Christiana ab illis vindicanda Platonica cum Aristotelicis commiscuit Vid. Gass. *Gennadius und Pletho* (Vratislav. 1844) p. 77 sq. qui ibid. p. 30 de Bessarione, Aristotelicos cum Platonicis conciliare conato, monuit, neque tamen hoc argumentum satis explicuit.

(*c*) Conferantur, quæ supra pag. 747 annotavimus.

Digitized by Google

lere supra vidimus. Neque vero ea neglexi, quæ in Eliæ sermone memoratu digna esse supra dictum. Duplex inde enatum est Excerptorum genus, alterum eorum, quibus continentur, quæ ad illustranda S. Gregorii verba pertinent et uberiorum scholiorum instar habent, alterum eorum, quibus annotatur, quicquid apud Eliam, sive in rebus et sententiis, sive in verbis et locutionibus, insuper notatu dignum mihi est visum. Et in locutionibus quidem enotandis partim ipsis usus sum Eliæ verbis, partim easdem, adjecta locutionum nota, e contextu summatim delibavi. Quorum singula quo spectent, periti sponte intelligent, imperiti ex annotatione, speciminis ergo passim adiecta, discant. Ne autem idcirco merus λεξιθήρας habear, satis provisum puto iis, quæ ex genere theologico et philosopho cum ex Elia ubertim excerpsi, tum in annotatione manu haud parca adspersi.

Quod si quis autem totum hoc institutum Anecdota carptim edendi reprobet meque interpellet : Quidni tu Eliam integrum nobis dedisti? is velim cogitet, eius Commentariorum immanem esse molem neque omnino par volumini pretium. Nam præter egregia, quæ crebro elucent, eruditionis specimina, a nobis accurate exhibita, multa in commentariis, si minus ἄτοπα, at immensis disputata ambagibus, quæ fere nauseam faciant legentibus. Quo accedit, quod Elias non ubique sequitur, quam ipse Fol. 318 v. m. ponit, regulam : περίεργον ἡγησάμεθα ὀχλεῖν τοῖς αὐτοῖς αὖθις τοὺς ἐντυγχάνοντας. Itaque etiamsi fortasse citius vel serius reperiatur, qui tempore in Commentariis describendis abuti velit et redemtorem inveniat, qui tantum volumen prelo mandare non dubitet, ea tamen ex re haud multo plus, opinor, utilitatis redundabit, quam ex nostris Excerptis.

Annotationis hæc fere est ratio : Primum symbolas criticas e Codice Basileensi attuli, cum ad eos S. Gregorii locos, ad quos pertinent quæ ex Eliæ Commentariis excerpsi, tum ad alios plurimos, κρίσεως gratia obiter a me notatos. Inque hoc negotio contextum Gregorii eum ubique sum secutus, quem Codex Basileensis minio scriptum exhibet, ita quidem, ut ejus lectiones cum vulgatis cumque lectionibus codicum a Clemenceto excussorum in annotatione comparerem et dijudicarem. Deinde in Commentariorum contextu, summa item fide transscripto, aperta librarii menda (*a*) notavi, locos dubios conjectando sanare conatus sum. Porro scriptores Ἕλληνας et ecclesiasticos, quorum dictis et sententiis Elias, sive expressa singulorum mentione facta, sive tacite usus est, indicavi et sicubi opus erat illustravi. Tum in locis integris, ab Elia excitatis vel expilatis, eius scripturæ discrepantiam annotavi, quo ex genere nonnulla etiam in Excerptorum contextu reperiuntur. Denique multa obiter, præsertim in dijudicandis variis lectionibus, attuli, quæ Gregorii et Eliæ verbis et locutionibus illustrandis inservirent (*b*).

(*a*) Ea ex iotacismo potissimum orta, et ex vocabulis temere conflatis aut sejunctis. Alia, quibus contra orthographiæ leges peccatur, tacite sustuli, satis habens nonnulla in annotatione consignasse. Quo pertinent : σ et ς promiscue, etiam in vocum clausula, usurpata (ego in compositis ubique σ scripsi) ; iota subscriptum nunc appositum, nunc omissum (ego, ubi defuit, restitui) ; spiritus in ρρ fere neglecti, lenis et asper confusi ; accentus sæpe perperam positi, v. c. gravis pro acuto in clausulis ; enclisis sæpe neglecta ; distinguendi notæ haud raro perperam positæ ; apostrophe, crasis, diæresis negligentius administratæ. Cæterum si quid interdum in ordine Excerptorum turbatum videatur, id mihi vitio verti nolim. Nam præterquam quod multa folia in Codice transposita sunt, Eliæ interpretatio ordinem Gregorii verborum, ad quæ illa revocanda erat, non semper stricte sequitur.

(*b*) In annotatione subinde eo brevior esse potui, quod multis et in rebus et in verbis ad ea provocare mihi licebat scripta, quæ ex genere philologiæ patrologicæ a me elaborata sunt. Sunt autem hæc : 1°. *S. Basilius Magnus Plotinizans*, supplementum editionis Plotini Creuzerianæ, Basilii M. Garnerianæ. Bernæ, apud C. A. Jennium filium. MDCCCXXXVIII. 4°. — 2°. *Animadversiones in S. Basilii Magni opera*, supplementum editionis Garnerianæ secundæ. Fasciculus I, continens animadversiones in tom. I. Accedunt emblemata Plutarchea ex Basilii Hom. in Psalm. XIV. Bernæ et S. Galli Helvetiorum. Impensis Huberi et Soc. (J. Kœrberi). MDCCCXLII. 8°. — 3° et 4°. *Censuræ Speciminis novæ editionis cohortationis S. Basilii Magni ad adolescentes de utilitate e libris gentilium capienda* ed. P. C. Hess. Helmstadii. MDCCCXLII. (vid. *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft*. 1843. p. 1012-1020. et : *Neue Jahrbücher für Philologie u. Pädagogik*. 1848. Vol. XLIX, Fasc. IV, p. 371-425.) — 5°. *Animadversiones in posteriorem partem Basiliani opusculi de legendis gentilium libris*. (vid. *Archiv für Philologie und Pädagogik*. Vol. XIII, Fasc. III, p. 455-473.) — 6°. *Lesefrüchte byzantinischer Theologie : I. Nikolaos Kabasilas*. (vid. *Theologische Studien und Kritiken*. 1843. p. 721-746.) — 7°. *Marcus Eugenicus über die moralische Schwäche des Menschen. Aus der Münchner Handschrift* 495 *zum ersten Male und mit Anmerkungen herausgegeben*. (vid. *Zeitschrift für die historische Theologie*. 1845. Fasc. IV, p. 42-73.) — 8° *Dissertatio theologica, qua disputatur, ad quosnam pertineat promissio Spiritus sancti secundum Novi Fœderis doctrinam. Inest disquisitio philologica de Paracleto. Accedunt scholia maximam partem patristica*. Basileæ. Typis et impensis bibliopolii Schweighæuseriani. MDCCCXLI. 8°. — 9°. Symbolas contuli ad hunc librum : *S. Gregorii Episcopi Nysseni de Anima et Resurrectione cum sorore sua Macrina Dialogus*. Gr. et Lat. Ad codd. mss. fidem rec. et illustr. Jo. Georgius Krabingerus, Bibliothecæ Reg. Monac. Custos. Lipsiæ, MDCCCXXXVII. In libraria G. Wuttigii. 8°. — Neque vero SS. Ecclesiæ Patres neglexi in reliquis scriptis meis, quæ tamen enarrare ab hoc loco alienum sit.

Digitized by Google

Præter quinque quos elaboravi Indices, opusculi utilitatem augebunt Scholia in S. Gregorii Orationes, Appendicis instar e Codicibus Monacensibus a me adjecta. Hisce tamen doleo me non eandem ac Eliæ Commentariis curam adhibere potuisse, redemtore nimirum editionem festinante, quæ res item in causa fuit, ut quosdam scriptorum ab Elia citatorum locos investigare atque ad sedes suas revocare mihi non liceret. Ceteroquin omnem operam dedi, ut hoc opusculo prodessem et theologis Græcæ eruditionis avidis, et philologis, iis quidem, qui, Casaubonorum et Valesiorum exempla secuti, studium SS. Ecclesiæ Patrum a se non alienum haberent.

Ceterum opto, ut quæ Eliæ Commentariis, id est theologiæ Byzantinæ egregio monumento, insunt adminicula ad interiorem notitiam doctrinæ Christianæ, inde capiantur quam diligentissime, utque iidem conferant ad melius cognoscendum et æstimandum nexum, quo veteris philosophiæ et literarum bonarum studia cum eruditione theologica conjungi debent, nostra præsertim ætate, qua sophistæ φιλοσώματοι aut suum unice ingeniolum adorantes eiusmodi placita proferre non erubescunt, quæ, ut a Christiana doctrina et fide abhorrent, ita a cordatioribus antiquitatis philosophis dudum explosa fuerunt.

Scribebam Bernæ Helvetiorum Cal. April. MDCCCLVIII.

CONSPECTUS CODICIS BASILEENSIS

SECUNDUM EDITIONES BILLIANAM ET MAURINAM.

Codex Basileensis.	Editio Billii Parisina a. 1609	Editio Maurina.
Or. I. Πρὸς Εὐνομιανοὺς προδιάλεξις. Fol. 1. r. — 13 r.	Or. XXXIII, p. 529 A. — 536 A.	Or. XXVII, p. 487 A. — 495 C.
Or. II. Περὶ θεολογίας. Fol. 13. — 62 v.	Or. XXXIV, p. 536 B. — 561 B.	Or. XXVIII, p. 495 A. — 522 C.
Or. III. Περὶ δόγματος καὶ καταστάσεως ἐπισκόπων. Fol. 62 v. — 78 r.	Or. XXIX, p. 486 C. — 494 B	Or. XX, p. 376 A. — 384 B.
Or. IV. Περὶ Υἱοῦ πρῶτος. Fol. 78 r. — 119 v.	Or. XXXV, p. 561 C. — 577 B.	Or. XXIX, p. 522 A. — 539 D.
Or. V. Περὶ Υἱοῦ δεύτερος. Fol. 119 v. — 148 r.	Or. XXXVI, p. 577 C. — 592 D	Or. XXX, p. 540 A. — 556 B.
Or. VI. Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Fol. 148 r. — 186 r.	Or. XXXVII, p. 593 A. — 612 D.	Or. XXXI, p. 556, A. — 577 E.
Or. VII. Περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας. Fol. 186 r. — 223 r.	Or. XXVI, p. 442 D. — 463 D.	Or. XXXII, p. 579 A. — 601 E.
Or. VIII. Πρῶτος εἰρηνικός. Fol. 223 r. — 250 v.	Or. XII, p. 190 B. — 205 A.	Or. VI, p. 178 A. — 194 C.
Or. IX. Δεύτερος εἰρηνικός. Fol. 250 v. — 267 v.	Or. XIII, p. 205 B. — 213 C	Or. XXIII, p. 425 A. — 434 B.
Or. X. Εἰρηνικὸς τρίτος. Fol. 267 v. — 285 r.	Or. XIV, p. 213 D. — 224 C.	Or. XXII, p. 414 B. — 425 B.
Or. XI. Κατὰ Ἀρειανῶν καὶ περὶ ἑαυτοῦ. Fol. 285 r. — 304 r.	Or. XXV, p. 431 C. — 442 C	Or. XXXIII, p. 603 A. — 615 E.
Or. XII. Εἰς ἑαυτὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπιστάντα, μετὰ τὰ κατὰ Μάξιμον. Fol. 304 r. — 323 r.	Or. XXVIII, p. 472 C. — 486 B.	Or. XXVI, p. 471 A. — 485 D.
Or. XIII Εἰς ἑαυτὸν λόγος δεύτερος. Fol. 323 r. — 335 v.	Or. XXVII, p. 464 A. — 472 C.	Or. XXXVI, p. 634 A. — 643 C.
Or. XIV. Πρὸς τοὺς καλέσαντας ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ μὴ ἀπαντήσαντας μετὰ τὸ γενέσθαι πρεσβύτερον. Fol. 335 v. — 336 v.	Or. II, p. 46 A. — 49 C.	Or. III, p. 68 A. — 72 B.
Or. XV. Εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον, ὅτε ἤμελλεν αὐτὸν χειροτονεῖν ἐπίσκοπον Σασίμων. Fol. 336 v. — 342 v.	Or. VII, p. 142 A. — 146 C.	Or. IX, p. 234 A. — 238 B.
Or. XVI. Προσφώνησις ἐκδοθεῖσα ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ Εὐλαλίου ἐπισκόπου Δοάρων. Fol. 342 v. — 347 v.	Or. XXX, p. 494 C. — 496 B.	Or. XIII, p. 253 A. — 255 B.
Or. XVII. Εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἡνίκα ἐπέτρεψεν αὐτῷ φροντίζειν τῆς ἐν Ναζιανζῷ ἐκκλησίας. Fol. 347 v. — 355 v.	Or. VIII, p. 145 D. — 149 C.	Or. XII, p. 248 A. — 251 D.
Or. XVIII. Πρὸς τοὺς πολιτευομένους ἀγωνιῶντας καὶ τὸν ἄρχοντα ὀργιζόμενον, καὶ εἰς τὸν μετὰ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ ἀπολογητικόν, πρός τε τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον. Fol. 353 r. — 366 r.	Or. XVII, p. 265 C. — 274 A	Or. XVII, p. 317 A. — 326 A.
Or. XIX. Ἀπολογητικὸς εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον, ἡνίκα ἐπίσκοπος Σασίμων ἐχειροτονήθη. Fol. 366 r. — 369 v.	Or. V, p. 134 B. — 136 C.	Or. X, p. 239 A. — 241 C.

Digitized by Google

I

ELIÆ METROPOLITÆ CRETÆ

COMMENTARII

IN S. GREGORII NAZ. ORATIONES XIX

E CODICE BASILEENSI EXCERPTI,

ET

ANNOTATIO CUM IN ELIÆ COMMENTARIOS TUM IN S. GREGORII ORATIONES XIX.

Explicatio siglorum, quæ in Excerptis et in Annotatione occurrunt :

B. Gregorii contextus in Codice Basileensi.
Bas. Editio Basileensis Hervagiana a. 1550.
Bill. Editio Billii Parisina sive Morelliana a. 1609.
Br. Brodæi notæ ms. cod. Bern. 519.
C. Editio Clemenceti sive Maurina, ex qua qui citantur Codd. mss. Regii, Coisliniani, Colbertini cet., eorum catalogum apud Clemencetum videas.
E. Eliæ contextus in Codice Basileensi.
F. Folium, *r.* rectum, *v.* versum, *s.* summum, *m.* medium, *i.* imum.
L. Leunclavii versio Codicis Basileensis et Annotationes in S. Greg.
M. Montacutii Variæ Lectiones in S. Greg.
M. Manus, *1.* prima, *2.* secunda, *atr.* expressa litteris atramento scriptis, *mg.* expressa in margine, *rec.* recentior, *rubr.* expressa literis minio scriptis.

Fol. 2 (absque numero) rect. *Ἐξήγησις εἰς τοὺς λόγους τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ποιηθεῖσα τῷ εὐτελεῖ μητροπολίτῃ Κρήτης Ἠλίᾳ, ὑπερορίῳ τυγχάνοντι. προθεωρία* (1).

Ἐν πεντηκοστῷ δευτέρῳ ἀριθμῷ τῶν τοῦ μεγάλου τούτου περιγραφομένων λόγων· λόγους γὰρ καλῶ καὶ τὰς συναριθμηθείσας τούτοις ἐπιστολάς· δι' ἃς αἰτίας εἴπαμεν ταύτας ἐπεξηγούμενοι οἱ μὲν ἑκκαίδεκα τούτων, ἐν περιοχῇ μιᾶς συνειλημμένοι βίβλου, πολλῶν ἐξηγητῶν εὐμοιρήκασι, καὶ παλαιῶν καὶ νέων, εὖ τεθηγμένας τὰς γλώσσας ἐχόντων ἐπὶ λόγοις. οἱ δέ γε λοιποὶ τούτων ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἐπὶ δυνάμει λόγων ἀκμασάντων καὶ τὰ τοῦ πνεύματος συγκρίνειν εἰδότων μετὰ τοῦ πνεύματος μέτριας γοῦν, ὅσα ἡμᾶς εἰδέναι, τετυχήκασιν ἀναπτύξεως. μόνος δέ τις Βα- B σίλειος καὶ *Γρηγόριος*, οἱ καὶ τοῖς ἑξκαίδεκα (2) τούτου λόγοις ἐπιβεβλήκασι, προεθυμήθησαν μὲν σχολικάς τινας παρασημειώσεις καὶ εἰς τοὺς προκειμένους νῦν ἐπὶ θεωρίᾳ λόγους ἡμῖν καταλιπεῖν· τὸ δὲ κατ' αὐτοὺς ἀδιδάκτους ἡμᾶς εἶασαν, οὐ τῶν ἀπὸ τῆς θειογράφου γραφῆς, οὐ τῶν ἀπὸ τῆς θύραθεν (3) ὅλως φροντίσαντες χρήσεων, οὐ τῶν ἄλλων οὐδενός, ὧν τὰ μὲν παρῳδῶν, τὰ δὲ προσκολλῶν, τὰ δ' ἀλλοιῶν καὶ πολυτρόπως καταποικίλλων ὁ μέγας οὗτος τούτους συνύφανεν. ὧν πολλῷ κατόπιν ἐλθὼν αὐτὸς καὶ θαμινώτερον τούτοις προσομιλῶν, ἐσφάδαζον (4) μὲν καὶ μαιμῶσαν (5) εἶχόν μου τὴν καρδίαν τῷ ὕψει τούτων ἐπιβαλεῖν (6), ὤκνουν δὲ ἄλλως καὶ ἀνεδυόμην, μὴ θεμιτὸν μηδ' (7) ἀσφαλὲς εἶναι καθαροῦ μὴ καθαροῖς ἅπτεσθαι διδασκόμενος (8). ἐπεὶ δέ,

(1) Quæ in operis inscriptione et præfatione, a Streubero τῷ μακαρίτῃ in *Serapeo* a. 1856, p. 183 sq. editis, ad quæstionem de Eliæ vita deque hisce ejus Commentariis pertinent, in Præfatione tractavimus. Cæterum εἰς τοὺς τοῦ θεολόγου λόγους habet inscriptio repetita fol. 1 num. r.

(2) Scribe : ἑκκαίδεκα.

(3) Formulam : ἡ θύραθεν (γραφή), hoc ipso usus Eliæ loco, illustravi in *Nov. Ann. Philol.* Vol. 49, Fasc. 4, p. 401 sq. Mox in verbo συνύφανεν Gregorii imitatio inest. Vid. Orat. XXVIII, p. 514, E. ibique El. f. 49 v. i.

(4) De verbo σφαδάζειν confer Basilium, Gregorii scholiasten, cod. Monac. 34 f. 315 v. et Eliam, illius scholio usum, ad Gregor. Or. XXVIII, p. 506, A. Vid. omnino Ruhnken. ad Tim. L. V. Pl. v. σφαδάζειν, qui p. 243, b. Basilii scholium attulit. Adde verbi exemplum ex S. Maximi loco f. 1 v. i.

(5) Tragica est locutio : μαιμῶσα καρδία. Vid. Lobeck. ad Sophocl. *Ajac.* v. 50. Græculi tragicas loquendi formulas et voces orationi pedestri, imo humi repenti, satis inepte immiscere solent. De eorundem κακοζηλίᾳ in Homeri et Epicorum hnitatione conf. Possin. *Glossar.* ad Pachym. Andronic. vv. αἰψηρὴ ἀγορή. (cui tamen formulæ Pachymeres adjecit : ποιητικῶς φάναι) ἀτηρόν. ἀτάλλειν. ἐπαλαστέω. et quæ in *Nov. Ann. Philol. Supplem.* Vol. 11, Fasc. 3, p. 379 monui. Adde Theophyl. Bulg. Episc. *Inst. Reg.* II, 3, p. 45, ἄνδρας θεράποντας Ἄρηος... δεινὸν δερκομένους. ibid. χαλκεοθώρηξ et ἀναλκις. De Aristophanis imitatione apud Græculos conf. annott. ad f. 13 r. s.

(6) De verbo ἐπιβάλλειν cf. annott. ad f. 32v r. m.

(7) Cod. μὴ δ'. Tu conf. annott. ad f. 19 r. s.

(8) Conf. Gregor. Naz., Or. XXVII, p. 489, C. ibique El. f. 4 r. s. et annott., Or. XXVIII, p. 496, D. et El. f. 14 r. m., Or. XX, p. 376, D. E. et El. f. 64 r. m. Mox scribe : ὁποίαν οὖν.

Digitized by Google

οὐκ οἶδ' ὅπως εἴπω, πολλοὺς παρακαλοῦντας ἑῦρον πρὸς τοῦτο καὶ παραθήγοντας, οὐκ ἄνευ θειοτέρας εἶμαι κινήσεως τόν τε ὄκνον ἀπεσκευασάμεθα καὶ τῷ ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος διδόντι λόγον τεθαρρηκότες τὴν ὁποιανοῦν ταύτην ἐξήγησιν κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν ἐκδεδώκαμεν, τὰ μὲν θεολογικὰ θεολογικῶς, τὰ δὲ φυσικὰ φυσικῶς καὶ τὰ ἠθικὰ ἠθικῶς, καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, καταλλήλως ἕκαστον τούτων ταῖς ἐφεστώσαις τέχναις αὐτοῖς ἀναπτύσσοντες. ἀξιῶ οὖν τοὺς ἐντυγχάνοντας μὴ τὸ ἀκριβὲς σκοποῦντας, ἀλλὰ πρὸς τὸ πρόθυμον ἡμῶν ἀποβλέποντας, οὕτως ἀποδέχεσθαι τὰ εἰρημένα.

A

Or. XXVII.

P. 487, A. *Πρὸς τοὺς ἐν λόγῳ κομψούς ὁ λόγος.*) F. 1 r. med. κομψοὺς δὲ ἤτοι τοὺς πιθανοὺς καὶ σοφοὺς ἐν λόγοις φησίν, ἢ τοὺς πανούργους τε καὶ καμπύλους καὶ διεστραμμένους τὴν διάνοιαν. τὸ γὰρ κομψὸν ἐπὶ μὲν ἐπαίνου τὸ χάριεν (1) καὶ πιθανὸν καὶ σοφὸν σημαίνειν βούλεται, ἐπὶ δὲ ψόγου τὸ διεστραμμένον καὶ σκολιὸν καὶ περίεργον, ὃ καὶ μᾶλλον ἐνταῦθα ὑποσημαίνει.

B

P. 487, A. *οἱ τὴν ἀκοὴν προσκρώμενοι καὶ τὴν γλῶσσαν*) F. 1 vers. m. Elias comparat 2 *Tim.* 4, 3. et intelligit: τοὺς σφαδάζοντάς τε τῷ πνεύματι καὶ οἷον τὴν ψυχὴν προωθοῦντας καὶ τὴν ἀκοὴν ἑτοιμάζοντας καὶ τὴν γλῶσσαν πρὸς θήραν τινὸς συλλαβῆς ἢ καὶ λέξεως (2). F. 1 v. i. μεταφορικὴ δὲ ἡ τοῦ κνήθεσθαι λέξις, ἐκ τῶν οἷς δριμύς τις χυμὸς διὰ βάθους ἐμφωλεύει (3) τοῦ σώματος καὶ διὰ τοῦ κνήθεσθαι πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἐρεθίζεται διαδίδοσθαι πάνυ θαυμασίως παραληφθεῖσα.

C

F. 2 r. i. εὐκτικῶς δὲ τὸν λόγον ἐσχημάτισεν εἰπών· *εἴθε μέν*, (488, A)... δεικνὺς τὸ ἐνδιάθετον (4) αὐτοῦ καὶ ὅτι σφόδρα ἐκείνων ἐκήδετο.

P. 488, B. *σοφισταὶ καὶ κυβευταὶ λόγων*) F. 2 v. supr. *κυβευταὶ λόγων*· αὕτη γὰρ ἡ ἀσφαλεστέρα γραφή· ἤτοι πεττευταὶ καὶ στροφεῖς, οἱ γὰρ πεττεύοντες, ὡς ἔτυχε, στρέφουσι τοὺς πεσσούς, ῥίπτοντές τε καὶ μεταῤῥίπτοντες. — ἀλλ' οὕτω μέν, εἰ *κυβευτὰς* ἔχει ἡ γραφή. εἰ δὲ *κυβιστάς* (5)· εὕρηται γὰρ καὶ οὕτως ἐν τισι τῶν ἀντιγραφῶν· οὐκ ἔθ' ὅμοιος ὁ λόγος. κυβισταὶ γὰρ οἱ κολυμβηταί, καὶ ἴσως ὡς καὶ τούτων ἄνω καὶ κάτω περιφερομένων τε καὶ σοφιζομένων, τοὺς λόγων στροφεῖς κυβιστὰς κέκληκεν. ἀσφαλέστερον δὲ ἡ προτέρα γραφὴ καὶ διάνοια.

D

P. 488, B. *πᾶσαν εὐσεβείας ὁδόν*) F. 2 v. i. seq. (εὐσέβεια) ὅση τε διὰ πράξεως καὶ ὅση διὰ θεωρίας, ἐπεὶ καὶ δι' ἀμφοῖν ἡ ἀληθὴς εὐσέβεια θεωρεῖται.

P. 488, C. *πᾶσαν δὲ ἑορτὴν καὶ πένθος ἅπαν*) F. 3 r. s. καὶ εἰς ἑορτὰς δὲ καὶ εἰς πένθη τινῶν παραβάλλοντες, ἐπεισκύκλουν (6) τὰ τοιαῦτα ζητήματα.

F. 3 r. s. τὸ μὲν οὖν *ἀποκναίεσθαι* (488, C.) ἀντὶ τοῦ βαρύνεσθαί ἐστι κείμενον (7).

F. 488, D. *γυναικωνῖτιν*) F. 3 r. m. ἦβη δὲ καὶ μέχρι τῶν γυναικωνιτίδων ἡ τοιαύτη τούτων παρεισεφθάρη φλυαρία καὶ βλασφημία.

P. 489, B. *μὴ θαυμάσητε δὲ* cet.) F. 3 r. i. τοῦτο δὲ προθεραπεία τίς ἐστι, προθεραπεύουσά (8) τε καὶ τὸ σφοδρὸν τῆς καταφορᾶς ἀφαιρουμένη.

P. 489, B. *ἑστιάσητε*) F. 3 v. s. ὅτι ὡς τρυφὴν τὰς κατ' αὐτοῦ λοιδορίας ἐλογίζοντο (9).

F. 3 v. i. ἡ δὲ ἐπαναδίπλωσις τοῦ *οὐ πωτὸς* (489, B) ἀσφαλείας χάριν τῷ μεγάλῳ καὶ βεβαιώσεως ᾠκονομήθη.

P. 489, B. *τῶν χαμαὶ ἐρχομένων*) F. 3 v. i. τῶν μήπω πτέρυγας πράξεως καὶ θεωρίας ἀναλαβόντων καὶ ὑψοῦ πτερύσσεσθαι δυναμένων, ἀλλ' ἔτι πρόσγεια φρονούντων καὶ χαμαὶ συρομένων.

P. 489, C. *τῶν... διαβεβηκότων ἐν θεωρίᾳ*) F. 4 r. s. τῶν ἐξητασμένων ἤτοι τῶν ἠκριβωμένων τε καὶ ἀνηγμένων ἢ ἡδραιωμένων ἐν θεωρίᾳ. ἀμφοτέρως γὰρ τὸ *διαβεβηκότων* τινὲς ἑρμηνεύουσι.

P. 489, C. *μὴ καθαρῷ γὰρ ἅπτεσθαι καθαροῦ τυχὸν οὐδὲ ἀσφαλές*) F. 4. r. s. ἐπιφέρει... ἐργα-

(1) Scribe: χαρίεν. De voce κομψὸς conf. El. f. 118 v. m. 140 v. m. 206 v. m. et Schol. Cod. Monac. 34, f. 409 r. f. 464 v. ac vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. V. Pl. p. 161 sq. De substantivo κομψεία Sinner. ad Gregor. *Or. Funebr. in Caesar.* p. 28 monuit.

(2) Hæcce, uti proxima de verbo κνήθεσθαι, Elias, paucis immutatis, suum in usum convertit ex interpretatione loci Gregoriani apud S. Maximum libro *De Variis Difficilibus Locis SS. PP. Dionysii et Gregorii* p. 198 ed. Oehler. quo libro quod utor, debeo editoris eruditissimi amicitiæ. Cum autem Elias S. Maximi explicationibus difficilium Gregorii locorum, ipso auctore laudato, aliquoties usus est, tum easdem interdum tacite suos in usus convertit. Conf. v. c. annott. ad f. 20 r. m. Restant plura ex hoc genere apud Eliam, quibus sigillatim investigandis et notandis mihi otium defuit.

(3) De translato verbo ἐμφωλεύειν conf. *Animadvss. in Basil.* I, p. 6, 162. Adde Irenæ. I, 7, 1. τὸ ἐμφωλεῦον τῷ κόσμῳ πῦρ ἐκλάμψαν καὶ ἐξαφθέν. et El. f. 239 v. s.

(4) Ἐνδιάθετον Nostro omne, quod cum interiore affectu fit. Quid? quod idem f. 340 v. i. τὸ ἐνδιάθετον vocat interjectionem, quam Grammatici vocant. Adverbio ἐνδιαθέτως, i. e. *cum affectu*, Elias utitur f. 123 r. i. et f. 247 v. i. ubi adverbia εὐκτικῶς et ἐνδιαθέτως conjuncta. Conf. Ernest. *Lex. Technol. Rhet. Gr.* p. 101.

(5) Hæc est scriptura hodie vulgata et omnium apud M. librorum mss. Alteram illam: κυβευτάς, C. in nonnullis libris mss. reperiri testatur, eamque Tollius *Insign. It. Ital.* p. 34, ad Greg. Naz. Carm. Ined. I, vs. 334. recte tuetur, quamquam ejus annotatio, operarum errore, contrarium suadet. *Sermonum aleatores* L.

(6) Conf. exempla translati verbi ἐπεισκυκλεῖν f. 85 r. s. 169 r. ante med. f. 169 r. i. f. 328 r. m. ibique annott.

(7) Hunc verbi ἀποκναίειν usum Ruhnken. ad Tim. L. V. Pl. p. 2 sq. et Wyttenbach. Animadvss. in Plut. *De Audit.* p. 48. A. illustrarunt.

(8) Θεραπεία et θεραπεύειν usitata Eliæ vocabula de leniendis et corrigendis iis, quæ in dictis vel factis nimis dura et importuna sunt. Sic vox θεραπεία usurpata f. 4 v. i. (de lenimento durioris metaphoræ) f. 329 r. m. Sic locutione θεραπεύειν τι Elias utitur f. 324 r. s. f. 329 r. m. et i. f. 363 r. s. ubi locutio: θεραπεύειν τὸ τόλμημα. Conf. etiam f. 151 r. i. (ubi θεραπεύεσθαι dicuntur, quæ contra rationem dialecticam peccata sunt) f. 174 v. s. ubi verbum de lenienda dyriore metaphora est usurpatum. Vid. Ernest. *Lex. Rh. Gr.* p. 155.

(9) Metaphoram verbi ἑστιᾶν Elias f. 367 r. m. attigit. Conf. Hensel. ad Gregor. Naz. Or. *in Nov. Dominic.* p. 71.

Digitized by Google

σίαν (1) ἐκ τῶν τοῦ *Πλάτωνος*. εἴρηκα γὰρ οὕτως, ὅτι τῷ μὴ καθαρῷ ἅπτεσθαι καθαροῦ οὐδὲ θεμιτόν (1*). πρὸς οὖν τό· *οὐχὶ θεμιτόν*, φησὶν ὁ θεολόγος, ὅτι τυχὸν οὐδὲ ἀσφαλές. οὐ μόνον γὰρ ἀθέμιτον, ἀλλὰ καὶ ἀφαλερὸν καὶ βλαβερόν.

P. 489, C. *ἡνίκα ἂν σχολὴν ἄγωμεν ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ὕλης* (D.) *καὶ ταραχῆς, καὶ μὴ τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν συγχέηται τοῖς μοχθηροῖς τύποις καὶ πλανωμένοις*) F. 4 r. m. ὕλην δὲ οἶμαι τὸ γεῶδες ἡμῶν σῶμα λέγειν, οὗ ἐντὸς ἡ ψυχή, ὑφ' οὗ ὡς τὰ πολλὰ πολεμεῖται αὕτη, κατεξανισταμένου αὐτῆς, ἢ τὸ φρόνημα τῆς σαρκός (2), ἢ καὶ αὐτὰ τὰ γεώδη πράγματα, περὶ ἃ ταρασσόμεθα, τύπους δὲ τὰς φαντασίας τῶν γενηῶν (3).

F. 4 r. m. ἀπαλείψαντες τοὺς προεντυπωθέντας (4) τῷ νοΐ χαρακτῆρας τῶν κάτω πραγμάτων.

P. 489, D. *δεῖ γὰρ τῷ ὄντι σχολάσαι καὶ γνῶναι Θεόν*) Ex *Psalmo* 45, 10. σχολάσατε cet., notante Elia f. 4 r. m.

F. 4 r. l. locutio: εἰς πολλὰ περισπᾶν τὸν νοῦν (5).

F. 4 r. l. ἐφ' ὅσον μὲν... τοῖς ἔξω Θεοῦ σχολάζομεν πράγμασιν, οὐ δυνάμεθα χωρῆσαι γνῶσιν Θεοῦ. τίς γὰρ μεριμνῶν τὰ τοῦ κόσμου καὶ ἐμβατεύων τοῖς περισπασμοῖς τῆς σαρκὸς δύναται τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις προσέχειν καὶ τῇ ἀκριβείᾳ τῶν θεωρημάτων αὐτοῦ ἐμβαθύνειν (6);

P. 489, D. *τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὑπογάστρια*) (7)

(1) Ἐργασία frequens apud Eliam vox usu rhetorico, de argumenti expolitione; conf. f. 139 r. m. 199 r. l. 200 r. l. 237 v. s. Apud eundem f. 216 r. m. respondent sibi τὸ ἐπιχείρημα et αἱ πρὸς τοῦτο ἐργασίαι. Eodem pertinet verbum ἐπεξεργάζεσθαι f. 198 v. m. al. Vid. Ernest. *Lex. Rh. Gr.* p. 135 sq.

(1*) *Phædo*. p. 67, B. loco celeberrimo, quo Elias hoc loco, uti f. 14 r. m., memoriter usus, Platonis sententiam, non verba reddidit, qui ejus fere mos est in citandis scriptorum locis. Tollius *Ins. It. It.* p. 87 in Gregorii hoc loco Platonicam sententiam indicavit et veterum usum, ex quo illa fluxit, docte illustravit. Imitatoribus, a Wyttenbachio *ad Phædon.* l. l. p. 162 laudatis, adde Porphyr. ad Marcell. cap. 9. et Gregorium locis ad f. 2 (non numeratum) r. indicatis. Cæterum pro οὐδὲ apud Eliam οὐχί, ut est in sequentibus, aut saltem οὐ reponi debet.

(2) Est locutio Paulina Rom. 8, 6, 7.

(3) Hanc vocis ὕλης interpretationem præivit Jamblichus, qui fertur, *De Myst. Ægypt.* VII, 2, p. 150 ed. Gal. De anima corpori immersa Maximus Tyr. *Diss.* 27, 7 ita loquitur: περιβεβλημένη πολλὴν καὶ παντοδαπὴ ὕλην. ubi Cod. Flor. glossema ὕλην pro ὑλύν habuit, quod Heinsio et Marklando fraudi fuit neque a Davisio, propriam vocis potestatem illustrante, satis vindicatum est.

(4) In significandis phantasiæ ac mentis imaginibus frequens, Gregorii exemplo, apud Eliam usus vocum τύπος (cf. f. 4 r. m.), τυποῦν (cf. 27 r. l.), τύπωμα (cf. f. 27 r. m.), τύπωσις (cf. f. 19 r. m.): ἀνατυποῦν (cf. f. 19 r. s. 46 v. m. et annott.), ἐντυποῦν (cf. f. 5 r. m. 27 r. m.). Verbo προεντυποῦν idem, post verba hoc loco excerpta, in eodem argumento haud semel utitur. Conf. etiam f. 63 r. m. ibique annot.

(5) Et verbum περισπᾶν et inde profecta vocabula illustravi Animadvss. in Basil. I, p. 185. Conf. apud El. περισπασμὸς f. 4 r. i. 63 v. s. (bis) 260 v. m.: ἀπερισπάστως f. 63 v. s.

(6) Primum attende locutionem Paulinam: μεριμνῶν τὰ τοῦ κόσμου, I Cor. 7, 33. Deinde de verbo ἐμβατεύειν, deque varia ejus structura et significatione vid. Giacomell. ad Chrysost. *De Sacerd.* p. 53 sq. Schleusn. *Lex. in N. T.* h. v. Conf. Gregor. Or. XXXII, p. 595, D. ibique El. f. 214 r. s. qui verbo cum aliis, tum f. 134 v. l. usus est. Denique de verbo ἐμβαθύνειν vid. Has. *ad Leon. Diacon.* p. 461 ed. Bonn. Cæterum totum hunc locum ex Basilio Opp. t. I, p. 175 Elias sumsit, ita quidem ut ἐμβατεύων pro ἐμβαθύνων et ἐμβαθύνειν pro ἀρκεῖν scriberet.

(7) Sic B. E. cuius confer verba f. 67 r. l. ἡ τε γαστριμαργία καὶ τὰ... ὑπογάστρια πάθη. Vulgo: τὰ ὑπὸ γαστέρα, quod præstat. De locutione γαστὴρ καὶ τὰ ὑπὸ γαστέρα, solemni in significanda ventris et veneris libidine, vid. Boissonad. in Sinneri *Delectus SS. PP.* p. 224, meaque in *Animadvss. in Basil.* I, p. 77. 172. — Mox p. 489, E. ἐξικνεῖται, B. cum Coisl. 1. Or. 1. quod magis placet quam vulgatum ἐφικνεῖται: ἐξικνεῖται o. r. ap. M. Confer. quæ de verbo ἐξικνεῖσθαι monui in *Nov. Annal. Phil.* Vol. 49, Fasc. 4, p. 394. Adde El. f. 67 v. l. — P. 490, A. ἐπιφυέσθωσαν, B. ubi vulgo pessime ἐπιφυεσθῶσαν.

(8) Ex Ps. 33, 1. εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ.

(9) Vulgo melius γίνηται, quod habet *Clementina Epitome* loco infra allato, quem Elias respexit. Male γένοιτο in eadem sententia scriptor anonymus, a Cotelerio ad *Clem. Epit.* laudatus.

(10) Confer *Clementinam Epitomen De Gestis S. Petri* cap. 18, (in Cotelerii *Patribus Apostolicis* T. I. ed. Amstelod.) p. 761. οὐδὲ γὰρ καλὸν τὸ καλόν, ὃ φασιν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται. ubi Cotelerius videndus.

(11) Voces λεπτὸς et λεπτότης apud veteres quidem scriptores fere vitii significationem habent; recentiores autem iis haud raro in bonam partem usi sunt. Vid. *Animadv. in Basil.* I, p. 122. Apud Eliam f. 18 r. l. locutio: κατὰ λεπτὸν ἐξετάζειν, i. e. *accurate disputare*. Vocis λεπτὸς in malam partem accipiendæ exemplum conf. f. 137 v. m. De ἀσκήσει usurpata λεπτύνειν, ἐκλεπτύνειν f. 13 r. l. 27 r. s.

Digitized by Google

P. 491, D. *γέννησιν . . Θεοῦ* cet.) F. 7 v. m. *Pagani* γεννήσεις θεῶν καὶ σειρὰς καὶ ὁρμαθούς, καὶ ὅσα ἐφεξῆς καταλέγει, θεοποιοῦντες (1).

P. 492, B. *ἀπεσκευασάμεθα*) F. 8 r. m. ἀπεσκευασάμεθα καὶ πόρρω ἐποιήσαμεν.

F. 8 r. m. ἀγέλην... χοίρων καλεῖ (492, B.) τοὺς ἀνοήτους τε καὶ βεβορβορωμένους Ἕλληνας καὶ εἰς πάθη ἄτιμα ἐγκυλισμένους (2).

P. 492, B. *ξέσωμεν εἰς κάλλος ὥσπερ ἀνδριάντα τὸν θεολόγον.*) F. 8 r. m. ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν θεολόγον, καλῶς διαγράψωμέν τε καὶ ὑποτυπώσωμεν, ὥσπερ οἱ ἀνδριαντοποιοὶ τυποῦσι τοὺς ἀνδριάντας.

P. 492, C. *οὐ τὸ σῶμα νηστείαις ὑποπιέζομεν·* — (D.) — *οὐ μελέτην θανάτου ποιούμεθα* [3]) F. 8 v. m. ἐκεῖνος δὲ μελέτην θανάτου τὸν βίον ποιεῖται, ὁ ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ μνημονεύων θανάτου καὶ γυμναζόμενος πρὸς αὐτὸν καὶ ἑτοιμαζόμενος, καὶ ὑποπιέζων ἢ καὶ ὑπωπιάζων τὴν σάρκα, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον (4), καὶ δουλαγωγῶν.

F. 8 v. i. ἔστι μὲν οὖν . . . καὶ θυμὸς χρήσιμος ὁ κατὰ τοῦ διαβόλου (5).

Ibid. κατέληξεν... εἰς... *τὴν ἄπληστον ἀκοὴν* (492, D.) διὰ τοὺς λίχνους (6) πρὸς θεολογίας ἀκρόασιν.

P. 492, E. (*ὁ πονηρός*) *τὸν διὰ τῶν θυρίδων, ὡς ἡ Γραφὴ φησιν, εἰσιὸν αἰσθητηρίων εἰσάγων θάνατον*) F. 9 r. s. (indicato fonte, *Jerem.* 9, 21) ταῦτα γὰρ θυρίδες τοῦ νοῦ, δι' ὧν προκύπτων ἀντιλαμβάνεται τῶν αἰσθητῶν.

P. 494, A. *τερατείας*) F. 9 v. s. τερατεία τὸ πλάττειν ἄτοπά τε καὶ ἀλλόκοτα. Eadem f. 10 r. s. additis περὶ Θεοῦ post ἄτοπα.

F. 10 r. i. ὁ Θεὸς διὰ τοῦ ἐμφυσήματος ζῶον (7) λαλητὸν τὸν ἄνθρωπον ἔθηκεν.

P. 494, B. *τί καὶ τοὺς ἄλλους αὐθημερὶν πλάττεις ἁγίους καὶ χειροτονεῖς θεολόγους;*) F. 10 r. i. πόθεν δὴ λαβὼν ἡ ποιᾷ ἐξουσίᾳ τε καὶ δυνάμει αὐθημερὸν καὶ τοὺς ἄλλους πλάττεις ἁγίους, οἷα δὴ πηλίνους τινὰς ἀνδριάντας καὶ χειροτονεῖς θεολόγους;

P. 494, B. *τί τοῖς ἀραχνίοις ὑφάσμασιν* [8] *ἐνδεσμεῖς τοὺς ἀσθενεστέρους;*) F. 10 v. m. ταῖς πλεκτάναις τῶν σῶν λογισμῶν. et paulo post: καλῶς δὲ τούτοις τοὺς συλλογισμοὺς αὐτῶν καὶ παραλογισμοὺς παρείκασε. τοῖς γὰρ ἀραχνίοις νήμασι μυῖαι μὲν καὶ μικρό τινα ζωΰφια ἁλίσκονται, ὑπὸ δὲ τῶν ἰσχυροτέρων ταῦτα διαῤῥήσσονται, καὶ τοῖς τοιούτοις συλλογισμοῖς οἱ μὲν ἀσθενεῖς εἰς γνῶσιν ἁλίσκονται, ὑπὸ δὲ τῶν ἰσχυροτέρων δίκην ἀραχνίων νημάτων ἐκεῖνοι μᾶλλον διαῤῥήγνυνται καὶ ἀφανίζονται.

P. 494, C. *θηλύτας*) F. 10 v. i. ἐκθηλύνας τε καὶ ἀτονώσας (9).

P. 494, D. *βάλλε μοι* —) F. 11 r. s. βάλλε ταύτην τοῖς βέλεσι τῶν λόγων, ἀντίλεγε, μὴ φείσῃ.

P. 494, D.) F. 11 r. i. de *Platone*: οὗτος πρῶτος ἐπενόησε καὶ προσηγόρευσε τὰς ἰδέας, οἷον τὸν καθόλου ἄνθρωπον, τὸν καθόλου βοῦν, τὸν καθόλου ἵππον καὶ ὅσα καθόλου, νοητά τινα ταῦτα λέγων τῶν αἰσθητῶν παραδείγματα. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ταῦτα λόγους δημιουργικοὺς νομίζομέν τε καὶ ὀνομάζομεν, καθ' οὓς ὁ Θεὸς ὑπεστήσατο τὰ πάντα, παρ' αὐτῷ τε ὄντα καὶ οὐκ ἐξ ἐνθυμήσεως ἐπιγινόμενα ὕστερον. ἅμα γὰρ Θεός, καὶ ἅμα παρ' αὐτῷ πάντων τῶν ὄντων οἱ λόγοι νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν (10). ὁ δὲ *Πλάτων* ἔξωθεν τοῦ Θεοῦ ταῦτα λέγει, καὶ πρὸς αὐτὰ βλέποντα τὸν Θεόν, ὡς εἰς ἀρχέτυπα, δημιουργῆσαι τὰ αἰσθητά (11).

P. 494, D.) F. 11 r. i. *Plato* τὸ περὶ προϋπάρξεως

(1) Hæc omnia Neoplatonicorum ex doctrina. Celebratum illis τὸ πατρικὸν et τὸ γεννητικὸν ἐν τοῖς θεοῖς. Vid. Creuz. ad Procl. *Inst. Theol.* p. 224 et p. 226. Multa item illi de σειραῖς θεῶν. Conf. Suid. h. v. ubi Damascii, ut videtur, fragmentum, et vid. Creuz. Annot. in Plot. p. 323, a, b. Krabing. ad Gregor Nyss. *De Anima et Resurr.* p. 265. De translata voce ὁρμαθὸς vid. *Animadv. in Basil.* I, p. 66.

(2) De vocc. βεβορβορωμένους et ἐγκεκυλισμένους (sic leg.) vid. Animadv. in Basil. I, p. 120 sq. et annot. ad Marc. Eugenic. p. 53.

(3) *Τὸν βίον* ποιούμεθα E. et Edd. recte. Ad sententiam conf. Plat. *Phæd.* p. 67, D. E. 81, A. et El. f. 345 r. s. 346 v. i. 347 r. s. Vid. Sinner. ad Gregor. Naz. *Or. Fun. in Cæsar.* p. 30.

(4) 1 Cor. 9, 27. ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, ubi v. l. ὑποπιέζω. Conf. Hoeschel. ad Phryn. p. 461 ed. Lobeck. Schleusner. Lexic. in N. T. vv. ὑποπιέζω et ὑπωπιάζω. Utramque Elias lectionem copulavit: ὑπωπιάζομεν, v. ap. M.

(5) Θυμὸς cui bono sit, Elias uberius disputat f. 189 r. ubi vid. annott.

(6) De translato usu vocis λίχνος v. Monk. ad Euripid. *Hippol.* vs. 917. Conf. Eustath. ad Iliad. α, p. 7. λίχνος τὴν ἀκοὴν καὶ ζητητικὸς τὰ εἰς μάθησιν. Il. β, p. 174. ἀκοὴ λίχνος.

(7) Job. 38, 14. Conf. Jo. Glyc. De V. S. R. p. 2, 26. ed. principis Bernensis, et Prolegom. p. XXII sq. Adde Isidor. Pelus. *Epp.* ed. Schott. p. 45.

(6) Δὲ interponit b.

(7) Ἀπώλοντο b.

(8) Βασιλικόν b. Βασιλικὴ refertur ad σφραγίς.

(9) Κύκλωθεν b.

(10) Αὐτοῦ abest b.

(11) Ἡ αὐτοῦ b.

(12) Ἐνεκαίνισεν b, quod probo.

Digitized by Google

διάβολος· βαρεῖς δὲ ἐπιστάται, οἱ συνεργοῦντες αὐτῷ δαίμονες· καὶ ἡ ἁμαρτία, πηλὸς καὶ πλινθεία· πηλὸς μὲν λεγομένη, ὅταν πρὸς τὰς ἡδονὰς φαῦλοι (1) ὦμεν· πλινθεία δὲ, ὅταν ποσῶς συστελλώμεθα. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ἑορτάσιμος ἡμῖν ἔσται ἡ ἐκ τῆς ἁμαρτίας πρὸς τὴν δικαιοσύνην διάβασις, καὶ ᾄσομεν τὰ ἐξόδια καὶ διαβατήρια, οὐκέτι κωλυόμενοι ἑορτάζειν· ὥσπερ οὐδὲ οἱ Ἰσραηλῖται μετὰ τὴν τῆς Ἐρυθρᾶς διάβασιν· οὐδὲ χρώμενοι τῇ σεσηπυίᾳ καὶ ὀξώδει ζύμῃ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ὡς ἐν ἑπτὰ ἡμέραις, τῷ ἑπταδικῷ τούτῳ βίῳ, τὴν ἄζυμον καὶ καθαρὰν ἀρετὴν καὶ θεολογίαν μετιόντες. Εἰλικρίνεια γάρ ἐστι, βίου καθαρότης· ἀλήθεια δὲ, δογμάτων ὀρθότης. Ἐν κεφαλαίῳ οὖν διὰ τῆς εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας, τὴν πρακτικὴν καὶ θεολογικὴν φιλοσοφίαν ἐσήμανεν. Ὥσπερ δὲ οἱ Ἰσραηλῖται ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐξιόντες, οὐδὲν ἐπεφέροντο Αἰγύπτιον κρᾶμα καὶ φύραμα, εἰ μὴ μόνον ἄλευρα· οὕτω χρὴ καὶ ἡμᾶς ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἀναχωροῦντας, μὴ φυλάττειν τι τῆς προτέρας κακίας λείψανον, ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν ἄζυμον ἔχειν, μὴ φυραθεῖσαν ἢ ἀνακραθεῖσαν, οἷά τινι ζύμῃ, τῇ παλαιᾷ καὶ πικρᾷ ἕξει, ἣν ἐσιτούμεθα, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ τῇ ἁμαρτίᾳ διήγομεν. Τί δὲ τὸ Αἰγυπτιακὸν φύραμα, αὐτὸς ὁ Θεολόγος ἑρμηνεύει, ὅτι Τὸ ἄθεον δόγμα, ἢ τὸ σκοτεινὸν καὶ ῥυπαρὸν ἔργον.

ritualis Pharao diabolus, graves item et acerbi præfecti, hoc est, dæmones ipsius adjutores, grave etiam lutum et lateritium opus, id est peccatum, quod quidem lutum dicitur, cum voluptatibus flagitiose indulgemus; lateritium autem opus, cum aliquantulum nos ipsos colligimus. Tum vero nobis transitus ille a peccato ad justitiam cum solemnitate celebrandus erit, atque hymnos egressioni et transitui congruentes cantabimus, non jam a quoquam prohibiti quominus festum celebremus, quemadmodum nec Israelitæ post maris Rubri transitum, nec putri fœtidoque peccati fermento utentes, verum in septenaria hâc vita, quasi in septem paschalibus diebus fermenti expertem puramque virtutem ac theologiam consectantes. Sinceritas enim, est vitæ puritas; veritas autem doctrinæ fideique integritas et rectitudo. In summa itaque per sinceritatem et veritatem activam et theologicam sapientiam designavit. Porro quemadmodum Israelitæ ex Ægypto excedentes nullam secum Ægyptiacam mistionem ac conspersionem præter farinam solam deferebant: sic nobis etiam, cum a peccato recedimus, providendum est, ne quas pristinæ malitiæ reliquias servemus, verum ut infermentatam virtutem habeamus non conspersam ac permistam cum veteri atque amara animi habitudine, quasi fermento quodam, quo vescebamur, cum in peccato, tanquam in Ægypto, commoraremur. Quid autem sit Ægyptiacum fermentum, Theologus ipse interpretatur, impia nempe doctrina, aut tenebrosa et sordida actio.

Col. 397 B 3. *Χθὲς συνεσταυρούμην... συνεγείρομαι.* Τὸ χθὲς δύναται καὶ ὅλον τὸν καιρὸν τῆς Τεσσαρακοστῆς αἰνίττεσθαι. Χθὲς οὖν, φησὶν, συνεσταυρούμην Χριστῷ, τῶν γηΐνων ὑψούμενος, καὶ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας ἀπεχόμενος, καὶ συνενεκρούμην καὶ συνεθαπτόμην καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ πάθη καὶ τὴν κατὰ νοῦν ἁμαρτίαν μένων νεκρὸς καὶ ἀκίνητος. Σήμερον ἐνεργοῦμαι τὸ δοξάζεσθαι τὸ ζωοποιεῖσθαι, τὸ ἐξανίστασθαι. Κατὰ ἀντίθεσιν δὲ σχηματίζει τὸν λόγον ὁ Θεολόγος. Ἀντίκειται γὰρ τῇ μὲν ἀδοξίᾳ τοῦ σταυροῦ, ἡ δόξα, τῇ δὲ νεκρώσει, ἡ ζωὴ, τῇ δὲ ταφῇ, ἡ ἀνάστασις. Καὶ ὅρα ἀκολουθίαν· Πρῶτον γὰρ σταύρωσις, ὅπερ ἐστὶ κώλυσις τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας· δεύτερον νέκρωσις, ἤγουν συστολὴ τῆς κατὰ νοῦν φαύλης κινήσεως· τρίτον ταφὴ, τουτέστιν ἀναίρεσις καὶ αὐτῆς τῆς πρὸς τὰ πάθη ἐνεργείας· τέταρτον, ἀνάστασις. Ὅταν γὰρ ἀποσχώμεθα τοῦ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτάνειν, εἶτα ἐντεῦθεν προκόψωμεν εἰς τὸ μηδὲ κατὰ νοῦν πολεμεῖσθαι, ἀλλὰ πᾶσαν κίνησιν ἁμαρτητικὴν οἱονεὶ θάψωμεν, τότε ὁ λόγος μόνος ἐν ἡμῖν, ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος, ἀναφαίνεται.

Heri cum Christo in crucem agebar, etc. Per hoc adverbium, *heri*, potest et totum Quadragesimæ tempus significari. Heri igitur, inquit, cum Christo in crucem sufligebar, a terrenis rebus mentem subvehens, atque ab actu peccati abstinens, et commoriebar et consepeliebar, nimirum quoad ipsos etiam affectus et peccati cogitationem mortuus atque immobilis manens. Hodie Dei operatione glorificor, vivificor et resurgo. Antithesis autem figura utitur Theologus. Crucis enim ignominiæ opponitur gloria, mortificationi vita, sepulturæ resurrectio. Ac vide, quam apto ordine hæc verba disposita sint. Præcedit enim crucifixio, id est, ea vis, qua nos ipsos frenamus, ne peccatum in actus exeat. Sequitur mortificatio, hoc est, vitiosorum animi motuum compressio. Huic proxima est sepultura, id est, ipsius quoque circa animi turbulentos motus actionis exstinctio. Postremum locum tenet resurrectio. Nam cum ab operibus malis abstinuerimus, ac deinde eo progressi fuerimus, ut ne in animo quidem oppugnemur, sed omnes vitiosos motus exciderimus, et velut sepultura affecerimus, tum demum sola in nobis velut a morte excitata ratio elucet.

Ibid. 6. *Ἀλλὰ . . . οἰκειότατον.* Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ τῆς συμβουλῆς εἶδος χωρεῖ ὁ μέγας Πατὴρ, καὶ προτρέπεται Χριστῷ καρποφορεῖν. Δίκαιον γὰρ, ὅτι καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθεν, ἵνα τὴν ἀπάθειαν ἡμῖν προξενήσῃ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέστη, ἀπαρχὴ γενόμενος ἀναστάσεως, ἵνα βεβαίαν ἔχωμεν τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Τῆς γὰρ κεφαλῆς ἀνάστασης, δεῖ πάν-

Sed..... maxime propriam, etc. Transit jam ad deliberativi generis speciem Theologus, atque hortatur, ut Christo munera offeramus: æquum est enim, quoniam ipse quoque nostra causa passus est; ut nobis passionum immunitatem conciliaret; ac pro nobis resurrexit, primitiæ videlicet resurrectionis factus, ut firmam resurrectionis spem

(1) Χαῦνοι b, quod magis convenit τῷ συστέλλεσθαι.

Digitized by Google

animis infixam habeamus. Nam cum caput resurrexerit, universum etiam corpus resurgere necesse est. Atque offerre jubet, non aurum et argentum, gemmasque pretiosas, parva enim terrenaque hæc sunt, nimirum quæ a terra oriantur, atque in terra remaneant, nec dominos suos comitentur, quæ etiam homo sceleratissimus facile paraverit, et in quæ majori animi studio et contentione incumbunt improbi, atque ii, quos mundi princeps in servitutem redegit. Sic autem vocatur diabolus, non quod mundi et rerum terrenarum imperium teneat (absit!), sed quod eos, qui improbe et scelerate vivunt, in potestate habeat. Peccatum autem plerisque Scripturæ locis mundi nomine appellatur, juxta illud, quod discipulis Christus dicebat : *Vos non estis de mundo, sicut ego non sum de mundo* [a], id est, non estis ex eorum numero, qui vitiis flagitiisque delectantur, quemadmodum nec ego. Terrenum igitur munus Theologus rejicit, ut quod soli divites offerre queant. Nihil autem magnum atque honorificum est apud Deum, quod non pauper quoque donare possit. Inducit autem alterum oblationis genus, quod omnibus commune est, divitibus juxta ac pauperibus, dicens : Nosmetipsos offeramus, qui quidem Deo possessio sumus longe pretiosissima maximeque propria : pretiosissima quidem, quoniam ipsius manibus effecti sumus, ac propter nos omnia, quæ oculis cernuntur, facta sunt. Maxime autem propria ob inspirationem divinæque imaginis similitudinem et rationem. Nam cum res omnes a Deo creatæ, ipsius bonitatis, quantum ad essentiam, participes sint, uberius etiam animantia, quibus, et quatenus sunt, et quatenus vitam habent, communicatur divina bonitas, in hoc eximia est hominis conditio, quod præter ea, quæ jam dicta sunt, ratione quoque præditus sit. Affinis enim quodammodo maximeque propinquus est Deo : tametsi ille incomparabili magnitudine nos superet.

Imaginis decus imagini reddamus, etc. Reddamus, inquit, imagini Dei, id est animæ, imaginis decus, divinas nempe formas, quas peccatum obscuravit. Apte autem dixit, Reddamus, quippe quod debeatur. Illud enim reddere quis dicitur, quod debet. Nos igitur, qui imaginis dignitatem accepimus, eamdem haud dubie a Deo reposcemur. At sancto quidem Cyrillo unum idemque significare videntur, secundum imaginem et secundum similitudinem : verum reliqui Patres in hac sunt sententia, ut per imaginem intelligendi vim arbitriique libertatem et principatum designari putent, per similitudinem autem, virtutum perfectionem, quantum quidem hominis naturæ datur assequi. Hæ enim veluti notæ quædam sunt divinæ naturæ, tranquillitas nullis curis ac distractionibus interrupta, integritas, bonitas, sapientia, justitia, puritas ab omni labe peccati. Reddamus itaque animæ nostræ quod ipsi proprium est. Habet autem hoc proprium, quod ad Creatoris imaginem facta est. Atque etiam dignitatem nostram intelligamus, id est, magnitudinem veteremque nobilitatem. Eam autem cognoverimus, si eam talem receperi-

[a] Joan. XVII, 16.

A τος καὶ ἅπαν τὸ σῶμα ἀναστῆναι. Καὶ καρποφορεῖν κελεύει οὐ χρυσὸν καὶ λίθους καὶ ἄργυρον. Μικρὰ γὰρ ταῦτα καὶ εὐτελῆ, ἀπὸ γῆς τε ὄντα καὶ τῇ γῇ ἐναπομένοντα, ἀλλ' οὐκ ἀκολουθοῦντα τοῖς κτησαμένοις, ἃ καὶ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο, καὶ περὶ ἃ οἱ φαῦλοι μᾶλλον σπουδάζουσιν, καὶ οὓς ὁ κοσμοκράτωρ ἔχει καταδουλώσας. Οὕτω δὲ ὀνομάζεται ὁ διάβολος, οὐχ ὅτι τοῦ κόσμου κρατεῖ καὶ τῆς κτίσεως, ἅπαγε, ἀλλ' ὅτι ἐκείνων κρατεῖ, τῶν τὴν κακίαν ἐργαζομένων, ἥτις κόσμος πολλαχοῦ εὑρίσκεται λεγομένη, κατὰ τὸ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὑπὸ Χριστοῦ εἰρημένον· *Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί* · τουτέστιν, οὐκ ἐστὲ ἐκ τῶν ἀγαπώντων τὴν πονηρίαν ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἐγώ. Τὴν B μὲν οὖν γηΐνην καρποφορίαν ὁ Θεολόγος ἐκβάλλει, ὡς μόνοις τοῖς πλουσίοις δυνατὴν οὖσαν. Οὐδὲν δὲ μέγα παρὰ Θεῷ, ὃ μὴ καὶ πένης δωρεῖσθαι δύναται. Εἰσάγει δὲ τὴν κοινὴν, ἣν ὁμοίως πάντες καρποφορεῖν δύνανται, κἂν πλούσιοι ὦσιν, κἂν πένητες, λέγων· Καρποφορήσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, οἵτινες κτῆμά ἐσμεν τῷ Θεῷ τιμιώτατον καὶ οἰκειότατον· τιμιώτατον μὲν, ὅτι ταῖς αὐτοῦ χερσὶ διηρτίσθημεν καὶ δι' ἡμᾶς πάντα γέγονε τὰ ὁρώμενα· οἰκειότατον δὲ, διὰ τὴν ἐμπνευσιν καὶ τὸ κατ' εἰκόνα καὶ διὰ τὸν λόγον. Πάντα μὲν γὰρ τὰ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενα κοινωνοῦσι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, κατὰ τὸ εἶναι. Ἐκ περισσοῦ δὲ τὰ ζῶα. Κατά τε γὰρ τὸ εἶναι καὶ κατὰ τὸ τῆς ζωῆς μετέχειν κοινωνοῦσι τοῦ ἀγαθοῦ. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τὰ προειρημένα μὲν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ λο- C γικόν. Οἰκειότερος γάρ πώς ἐστι πρὸς Θεὸν τῶν αἰσθητῶν ὁ ἄνθρωπος, εἰ καὶ ἁπάντων ὁ Θεὸς ἀσυγκρίτως ὑπέρκειται.

Col. 397 B 12. Ἀποδῶμεν... ἡμᾶς ἄνθρωπος. Ἀποδῶμεν, φησὶ, τῇ ψυχῇ, τῇ εἰκόνι τοῦ Θεοῦ, τὸ κατ' εἰκόνα ἄξιωμα, δηλαδὴ τοὺς θείους χαρακτῆρας, οὓς ἡ ἁμαρτία ἠμαύρωσε. Καλῶς δὲ εἶπεν, Ἀποδῶμεν, ὡς ὀφειλόμενον. Ἐκεῖνο γάρ τις ἀποδίδόναι λέγεται, ὅπερ κεχρεώστηκε. Καὶ ἡμεῖς οὖν, λαβόντες τὸ κατ' εἰκόνα, ἀπαιτηθησόμεθα πάντως αὐτὸ παρὰ τοῦ δόντος Θεοῦ. Καὶ τῷ μὲν ἁγίῳ Κυρίλλῳ, τὸ αὐτὸ καὶ ἓν εἶναι δοκεῖ, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν· τοῖς δὲ λοιποῖς θείοις Πατράσι, κατ' εἰκόνα μὲν, τὸ D νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἀρχικόν· καθ' ὁμοίωσιν δὲ, τὸ ἐν ἀρεταῖς τέλειον, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπου φύσει, τὸ ἀγαθὸν, τὸ σοφὸν, τὸ δίκαιον, τὸ πάσης κακίας ἐλεύθερον, τὸ ἀμέριμνον, τὸ ἀπερίσπαστον καὶ ἀκέραιον. Αὗται γὰρ οἱονεὶ χαρακτῆρες τῆς θείας ὑπάρχουσι φύσεως. Ἀποδῶμεν οὖν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ τὸ οἰκεῖον αὐτῇ. Οἰκεῖον δὲ αὐτῇ, τὸ κατὰ τὴν εἰκόνα εἶναι τοῦ κτίσαντος, πρὸς ἣν καὶ γέγονεν. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀξίωμα ἡμῶν γνωρίσωμεν, τουτέστι τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐγένειαν. Γνωρίσωμεν δ' ἂν, ἀναλαβόντες αὐτὸ τοιοῦτον, οἷον ἐξ ἀρχῆς ἐλάβομεν· ὡς νῦν ἄλλοι ἀντ' ἄλλων γενόμενοι, οὐ γνωρίζομεν ἑαυτοὺς, ὥσπερ εἴ τις ἄλλος ἀντ' ἄλλου γενόμενος,

Digitized by Google

λέγει, μὴ γινώσκειν ἑαυτὸν διὰ τὴν ἀλλοίωσιν. Γνῶμεν οὖν, ἡλίκοι παρὰ Θεοῦ γεγόναμεν καὶ τὸ ἀρχέτυπον τιμήσωμεν ἐν τῷ τηρεῖν τὴν εἰκόνα ἀμόλυντον. Γίνεται δὲ αὕτη ἡ τιμὴ, διὰ τῆς ἀπηκριβωμένης μιμήσεως, καὶ ὅταν τὸ παράδειγμα ὅμοιον τῷ ἀρχετύπῳ φαίνηται. Γνῶμεν καὶ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, τουτέστι τῆς ἑορτῆς τὴν αἰτίαν καὶ τὸν σκοπόν. Δι' ἡμᾶς γὰρ πᾶσα ἡ φιλάνθρωπος τοῦ Δεσπότου οἰκονομία γέγονε, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ θανάτου ἐγεύσατο ὁ ἀθάνατος. Γενώμεθα ὡς Χριστὸς, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ὡς ἡμεῖς. Ὁ κορυφαῖός φησι Πέτρος, ὅτι *Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν*. Γέγονε γὰρ ὁ Σωτὴρ ὑπογραμμὸς τοῖς ἀνθρώποις, τυπούμενος αὐτοῖς καὶ λαμβάνων ἀπαθῶς τὰ νοήματα τοῦ κόσμου τούτου. Τὸ οὖν, Γενώμεθα ὡς Χριστὸς, οὕτω νοήσεις· Γενώμεθα καθαροὶ καὶ ἀπαθεῖς, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ταπεινώσας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβὰς ἡμῖν, μεμένηκεν, ὅπερ ἦν, καθαρὸς καὶ ἀπαθής· *Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδ' εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*. Ὁ μὲν Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονε. Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς, θεοὺς γενέσθαι. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν θεοί. Καὶ ἐκεῖνος μὲν ἀντὶ τῆς ἀκροτάτης δόξης, τὴν ἀκροτάτην ἀναλαβόμενος ἀτιμίαν· ἡμεῖς δὲ, ἀντὶ τῆς ἀκροτάτης ἀτιμίας, τὴν ἀκροτάτην τιμήν. Κἀκεῖνος μὲν φύσει γενόμενος ἄνθρωπος, ἡμεῖς δὲ θέσει θεοί. Γέγονε γὰρ, ὃ ἐσμεν, κατ' οἰκονομίαν, ἵν' ἡμεῖς γενώμεθα, ὅ ἐστιν ἀντιμετρουμένης, ὡς οἶδεν αὐτὸς, τῇ αὐτοῦ κενώσει τῆς τῶν χάριτι σωζομένων θεώσεως, ὅλων θεοειδῶν καὶ ὅλων Θεοῦ χωρητικῶν καὶ μόνου γεννωμένων. Τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, πρὸς ἣν σπεύδουσιν οἱ ταύτην ἀληθῶς ἔσεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν πιστεύσαντες.

mus, qualem primum accepimus. Nam nunc alii ex aliis facti nosmet haudquaquam agnoscimus, perinde sane ac si quis in alium hominem translatus, affirmet se sibi ipsi ignotum esse, propter ejusmodi immutationem. Intelligamus igitur, quales a Deo creati sumus, atque exemplar nostrum honoremus, nimirum imaginem a vitiorum sordibus immunem servando. Porro hic honor in accuratissima imitatione consistit, cum exemplum exemplaris sui similitudinem retulerit. Vim etiam mysterii cognoscamus, id est, festi causam et scopum. Nostra etenim causa totum incarnationis Dominicæ mysterium contigit, atque immortalis ille mortem pro nobis quantum ad carnem degustavit. Simus ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos. Petrus apostolorum princeps ait : *Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum* [10]. Salvator enim mortalibus exemplum factus est, ipsis sese informans, ac mundi hujus cogitationes, circa turbulentos tamen animi motus, suscipiens. Efficiamur ut Christus, qui se ipsum ita humiliavit, atque ad infirmitatem nostram demisit, ut tamen, quod erat, permaneret, nempe purus, et turpium affectuum expers. *Peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* [11]. Atque ille quidem, cum Deus esset, homo factus est. Proinde nos quoque deos fieri oportet. Cæterum ille propter nos homo, nos autem propter nosmetipsos dii : atque ille pro summa gloria summam ignominiam suscipiens, nos autem pro extrema ignominia summum honorem. Hoc præterea interest, quod ille natura homo factus est, nos autem adoptione dii. Hoc enim consilio id quod sumus factus est, ut nos id, quod ipse est, efficiamur, compensata nimirum ipsius inanitione quemadmodum ipse novit, cum eorum, qui per gratiam salutem consequuntur, deificationem, ita ut toti deiformes, et toti Dei capaces, toti denique ipsius unius simus. Hoc enim est ea perfectio, ad quam properat, qui hanc pollicitationem certa fide exspectant.

Col. 397 C 7. *Προσέλαβε... πτώματι.* Εἰσὶ τὰ ῥήματα ταῦτα σαφῆ καὶ οὐδεμιᾶς ἑρμηνείας δεόμενα. Προσέλαβε γὰρ ὁ Χριστὸς τὸ χεῖρον, τὴν ἀνθρωπότητα, ἵνα δῷ τὸ βέλτιον, τὴν θεότητα. Καὶ πλούσιος ὢν τῇ θεότητι, ἐπτώχευσε τῇ σαρκὶ, ἵν' ἡμεῖς πλουτήσωμεν τὴν θεότητα. Καὶ δούλου μορφὴν ἐφόρεσεν, ἵν' ἡμεῖς τὴν ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου καὶ τῶν παθῶν ἐλευθερίαν λάβωμεν· ὅπερ δηλοῖ, ὅτι εἴχομεν ἐξ ἀρχῆς τὴν ἐλευθερίαν ἀπωλέσαμεν δὲ ταύτην. Δεῖ οὖν ἀπολαβεῖν, ἣν ἔχοντες ἀπεβάλομεν. Κατέβη πρὸς ἡμᾶς; ὁ Ὕψιστος, ἵν' ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ ὑψωθῶμεν, ὑπεραρθέντες τῆς τῶν γεηρῶν σχέσεως καὶ πτερωθέντες πρὸς τὰ οὐράνια. Ἐπειράσθη ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰς γαστριμαργίαν, φιλοδοξίαν, φιλοχρηματίαν, καὶ νενίκηκεν ἐν τῇ τριτῇ ταύτῃ προσβολῇ καὶ πείρᾳ τὸν πειραστὴν, ἡμῖν τὴν νίκην πραγματευόμενος. Ἀλλὰ ἠτιμάσθη ὁ τῆς δόξης Κύριος, ἵνα δοξάσῃ τοὺς ἀτίμους ἡμᾶς· ἀπέθανεν, ἵνα τῷ θανάτῳ αὐτοῦ σωθῶμεν· κατέβη καὶ ἀνέβη, ἵνα ἡμεῖς ἀκολουθήσωμεν αὐτῷ, καὶ ἵνα κάτω κειμένους ἐν τῷ τῆς ἁμαρτίας πτώματι πρὸς ἑαυτὸν ἑλκύσῃ, ὡς ἡ ὑπόσχεσις.

Assumpsit quod deterius erat, ut det, etc. Perspicua sunt hæc verba, nec ulla interpretatione opus habent. Accepit enim Christus quod deterius est, humanitatem scilicet, ut det quod præstantius est, nempe Divinitatem : et cum dives esset, quantum ad Divinitatem, pauper, quantum ad carnem, factus est, ut nos Divinitatis opes consequamur. Servi præterea formam gestavit, ut nos ex diaboli affectuumque servitute in libertatem asseramur. Non dixit, libertatem accipiamus, sed recipiamus ; ut indicet nos a principio quidem libertatem habuisse, verum eam amisisse. Quare nobis ea recipienda est, quam habentes perdidimus. Descendit ad nos Altissimus ille, ut nos abjecti et humiles in sublime feramur, supra terrenarum rerum affectionem evecti, atque ad cœlestia tanquam pennis sublati. Tentatus est, ac triplici tentationum telo in deserto petitus est Christus a diabolo, gulæ nempe, ambitionis et avaritiæ : atque in hoc triplici certamine tentatorem superavit, nobis videlicet victoriam acquirens. Quin etiam contemptus est ille gloriæ De-

[10] I Petr. II, 5. [11] Ibid. 22.

Digitized by Google

minus, ut nos infames ornet atque illustret. Mortuus est, ut per ejus mortem salutem assequamur. Descendit atque ascendit, ut nos ipsum sequamur, atque ut humi jacentes in peccati lapsum ad seipsum trahat, quemadmodum se facturum recepit, dicens : *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum* [12].

A Ἐπηγγείλατο γὰρ λέγων· *Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.*

Omnia quispiam donet, omnia ei, etc. Enumeravit ea, quæ Christus pro nobis passus est, beneficiaque in nos collata, ut probet nos non ex gratuita munificentia in eum liberales esse, sed ex debito. Et quidem superius videbatur rerum crassarum et terrenarum oblationem prorsus rejicere, cum dicebat : Aurum fortasse putatis me dicere, aut argentum? imo nosipsos Deo offeramus. Nunc autem ostendit se non omnino hujusmodi munera improbare, sed quod majus est anteferre, nempe ut nosipsos offeramus. Ait igitur, Omnia det quispiam, et aurum et gemmas et vestes, det autem ex debito : quandoquidem priores beneficentiæ partes Christus occupans, mortem pro nobis excepit, ac seipsum pro nobis in sacrificium Patri obtulit. Nam illi peccaveramus, et proinde ipsi nostræ redemptionis pretium persolvendum erat, ut nos condemnatione solveremur. Absit enim ut tyranno diabolo Domini sanguis oblatus fuerit. Pretium autem redemptionis pro nobis Christus est, et culpæ succidaneus, utpote qui naturam nostram salutis nostræ causa susceperit, perinde ac si quis pro reo aut captivo seipsum substituat, ad ea perpetienda, quæ illum pati necesse erat. Quanquam autem, inquit, bona sit omnis oblatio, quam quispiam bene de se merito Christo fecerit, nihil tamen tam eximium daturus est, quam si seipsum obtulerit hujus mysterii rationem intelligentem, id est, cogitantem quæ Resurrectionis causa sit, quidque mortalibus afferre possit, eamque cognitionem actionibus declaraverit, ac propter illum omnia factus fuerit, quæcunque ipse propter nos factus est, id est, sine reprehensione incedens per omnes Christi ætates et potentias, spiritualiter purificatus, corde circumcisus, in templo docens, nundinatores ejiciens, lapidatus, aliaque omnia, partim faciens, partim patiens, quæ ipse nostra causa, vel fecit, vel passus est, nobis exemplum relinquens.

B

C

Col. 400 A 5. *Πάντα . . . γενόμενον.* Ἀπηριθμήσατο τὰ δι' ἡμᾶς πάθη τοῦ Χριστοῦ καὶ τὰς δοθείσας ἡμῖν εὐεργεσίας, ἵνα δείξῃ μὴ κατὰ χάριν αὐτῷ καρποφοροῦντας, ἀλλὰ κατὰ χρέος. Καὶ ἄνω μὲν ἐδόκει τέλεον ἐκβάλλειν τὴν διὰ τῶν ὑλῶν καρποφορίαν, ἐν οἷς ἔλεγε· Χρυσόν με ἴσως οἴεσθε λέγειν ἢ ἄργυρον, καρποφορήσωμεν ἡμᾶς αὐτούς· νῦν δὲ δείκνυσιν, ὅτι οὐ παντελῶς ἀποδοκιμάζει τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ προτιμᾷ τὸ μεῖζον, τουτέστι τὸ ἑαυτοὺς προσάγειν. Φησὶ γοῦν· Πάντα διδότω τις, καὶ χρυσὸν καὶ λίθους καὶ ὑφάσματα· διδότω δὲ κατὰ ὀφειλήν. Ἐπεὶ προλαβὼν ὁ Χριστὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο θάνατον, καὶ ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ προσέφερεν θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν. Αὐτῷ γὰρ πεπλημμελήκαμεν, καὶ αὐτὸν ἔδει τὸ ὑπὲρ ἡμῶν λύτρον δέξασθαι καὶ ὄντως ἡμᾶς λυθῆναι τῆς κατακρίσεως. Μὴ γὰρ γένοιτο τῷ τυράννῳ τὸ τοῦ Δεσπότου αἷμα προσενεχθῆναι. Λύτρον δὲ ὁ Χριστὸς καὶ ἀντάλλαγμα, ὡς τὰ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδεξάμενος· ὥσπερ ἐάν τις ὑπὲρ τοῦ ὑπευθύνου ἢ αἰχμαλώτου ἐκδῷ ἑαυτόν, ὥστε παθεῖν, ἃ ἐκεῖνον ἔδει παθεῖν. Καλὴ μὲν οὖν, φησί, καὶ πᾶσα καρποφορία, ἣν ἂν δώσῃ τις τῷ εὐεργέτῃ Χριστῷ· οὐδὲν δὲ τοιοῦτον δώσει μέγα, οἷον ἑαυτὸν τοῦ μυστηρίου συνιέντα τουτέστι νοοῦντα, τίς ἡ τῆς ἀναστάσεως αἰτία, καὶ τί δύναται χαρίζεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὴν γνῶσιν ταύτην δεικνύντα ἐπὶ τῶν πράξεων, καὶ πάντα γενόμενον διὰ Χριστὸν, ὅσα ἐκεῖνος δι' ἡμᾶς, τουτέστιν ἀμέμπτως ὁδεύοντα διὰ πασῶν τῶν ἡλικιῶν Χριστοῦ καὶ δυνάμεων, ἁγνιζόμενον πνευματικῶς, περιτεμνόμενον τὴν ἐν καρδίᾳ περιτομὴν διδάσκοντα ἐν τῷ ἱερῷ, τοὺς θεοκαπήλους ἐλαύνοντα λιθαζόμενον, τὰ ἄλλα ποιοῦντα ἢ πάσχοντα, ὅσα καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐποίησεν ἢ ἔπαθεν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν.

Ac vobis quidem, ut cernitis, pastor hic bonus, etc. Auditores ad fructus Deo offerendos excitans Theologus, hoc faciendum esse probat, tum a persona Christi, cum dixit eum pro redemptionis pretio seipsum nobis dedisse, tum nunc etiam a persona Patris, addens, Quoniam hic quoque pastorem sive episcopum me dispensat. Presbyter etenim jam sum atque hoc pater, non sperat, sed videt : nondum autem sum episcopus, sed me post mortem suam futurum sperat pater, optatque, ut hujusmodi munere dignus sim, ut non mercenarius sim, neque fur, sed pastor : atque a vobis, qui ab eo pascimini, petit, ut me cum a vita migrarit, pastorem accipiatis, morigerique animi specimen præbeatis. Æquum est autem, ut paternæ petitioni cedatis. Pastor etenim bonus est (quod de seipso Christus prædicavit) animamque suam pro nobis ovibus po-

D

Ibid. B 1. *Καρποφορεῖ . . . πνεύματος.* Διεγείρων τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ καρποφορεῖν ὁ Θεολόγος, κατασκευάζει τὸ δεῖν τοῦτο γενέσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, εἰπών, ὅτι κἀκεῖνος λύτρον ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. Κατασκευάζει δὲ νῦν καὶ ἀπὸ τοῦ ἰδίου Πατρὸς, προσθεὶς, ὅτι καὶ οὗτος ἐμὲ ὑμῖν ποιμένα, εἴτουν ἐπίσκοπον, προμνηστεύεται. Πρεσβύτερος γάρ ἤδη εἰμὶ· καὶ τοῦτο ὁ Πατὴρ οὐκ ἐλπίζει, ἀλλὰ βλέπει· οὔπω δέ εἰμι ἐπίσκοπος, ἀλλὰ τοῦτο ὁ Πατὴρ ἐλπίζει γενέσθαι με μετὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον, καὶ εὔχεται, ἄξιόν με γενέσθαι τοῦ πράγματος, ὡς μὴ μισθωτὸν εἶναι, μηδὲ κλέπτην ἀλλὰ ποιμένα. Καὶ παρ' ὑμῶν αἰτεῖ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένων, ἵνα με μετ' αὐτὸν τὸν ποιμαίνοντα δέξησθε καὶ τὴν εὐπείθειαν ἐπιδείξησθε. Δίκαιοι δ' ἂν εἶητε, αἰτοῦντι τῷ πατρὶ πείθεσθαι. Ποιμὴν γάρ ἐστι καλὸς (ὃ περὶ αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ εἶπε), καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ ὁμῶν

[12] Joan. XII, 32.

Digitized by Google

τῶν προβάτων τίθησι. Δίδωσι δὲ καὶ ἑαυτὸν διπλοῦν ὑμῖν ἀνθ' ἁπλοῦ. Κἀμὲ γὰρ εἰς τὴν προστασίαν μεθ' ἑαυτοῦ ἔταξε· κἀγὼ διπλῆν αὐτῷ μέλλω χρείαν πληροῦν, καὶ τοῦ γήρως βακτηρία γενόμενος καὶ τοῦ πνεύματος. Ὑποστηρίζω τε γὰρ τὸν πατέρα κεκμηκότα τῷ χρόνῳ, καὶ τὰς πνευματικὰς αὐτῷ καὶ ἐκκλησιαστικὰς συνεισενέγκω φροντίδας.

A nit. Quin et pro simplici duplicem vobis seipsum offert : nam me quoque ad vos regendos socium asciscit : atque ipse ego duplicem usum atque operam illi præstabo, nimirum et senectutis subsidium factus, et spiritus. Nam et patrem senectute fractum et confectum fulciam, et spirituales atque ecclesiasticas curas cum ipso sustinebo.

Col. 400 B 6. *Καὶ προστίθησι . . . ἄξιον.* Καὶ δύο, φησὶ, ναοὺς ὑμῖν ὁ πατὴρ ἐχαρίσατο. Ἕνα μὲν ἄψυχον, ὃν ἐν Ναζιανζῷ φιλοτίμως ἀνήγειρε, περικαλλῆ τινα καὶ οὐράνιον. Οὐράνιον δὲ εἶπεν αὐτὸν, τάχα μὲν διὰ τὸ ὕψος, τάχα δὲ διὰ τὸ ἡμισφαιρικὸν σχῆμα τῆς ὀροφῆς, ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ τὸν πάντα ναὸν τύπον ἀποσώζειν τοῦ οὐρανοῦ· ἕτερον δὲ ἔμψυχον. Ἑαυτὸν δὲ οὕτω λέγει ὁ Θεολόγος κατὰ τὸ ἀποστολικόν· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε;* Καὶ ἀναγκάζεται μὲν, ὡς ἐν συγκρίσει, εἰπεῖν ἑαυτὸν πολλῷ μείζονα καὶ ὑψηλότερον τοῦ ἀψύχου ναοῦ· ἐπεὶ δὲ φορτικόν ἐστι τὸ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν, ἐκκλίνει τὴν περιαυτολογίαν, καὶ μέσως πως λέγει, ὅτι προστίθησι τῷ ἀψύχῳ μὲν, περικαλλεῖ δὲ ναῷ, ἐμὲ τὸν ὁποιονοῦν καὶ ἡλίκον, τουτέστιν οἷον ἂν καὶ ὅσον κρίνοι τις. Πλὴν ὁποῖος ἂν καὶ εἴην, τῷ πατρὶ τιμιώτατος σφόδρα εἰμί. Τοιοῦτον οὖν με παρ' αὐτῷ ὄντα, ὑμῖν ἐπιδέδωκε. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι εἰς μὲν τὸ ἀνεγεῖραι τὸν ἄψυχον ναὸν πολλοῦ πόνου καὶ ἀναλωμάτων ἐδέησε τῷ πατρὶ, εἰς ἐμὲ δὲ οὐχί· πολλοῖς γὰρ κἀγὼ ἱδρῶσι καὶ πόνοις, τοῖς τῶν μαθημάτων, δι' ἀσκήσεως τοιοῦτος συνετελέσθην. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις τινὰ τῶν πραγμάτων οὐκ ἄξια τῶν πόνων ἀποβαίνουσιν, ὁ Θεολόγος μέσος χωρῶν, οὔτε κρύπτει τοῦτο, ὅτι ἄξιος ἀπέβη τῶν πόνων, οὔτε πάλιν ἀπαυθαδιάζεται, ἀλλ' ἐπεύχεται μόνον· εἴη δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῶν πόνων ἄξιον.

Atque inanimato templo animatum, etc. Duo templa, inquit, pater vobis dono dedit, alterum quidem inanime quod Nazianzi magnifice exstruxit, perelegans quoddam et cœleste. Cœleste autem ipsum dixit, vel propter altitudinem, vel propter semicircularem tecti figuram, vel etiam fortasse quia templum omne cœli figuram servat, alterum autem animatum, sic autem seipsum appellat, secundum illud Apostoli : *Nescitis, quod templum Dei estis*[13]? Ac cogitur quidem, ut in comparatione, multo majorem et sublimiorem seipsum inanimato templo dicere. Verum quoniam grave est invidiæque plenum proprias laudes prædicare, ad vitandam ostentationis speciem medio quodam modo ait : Inanimi quidem huic, cæterum peregregio templo adjungit me, qualemcunque tandem et quantulumcunque, id est, qualem et quantum judicaveritis. Verum qualiscunque sim, patri tamen sum charissimus, et commendatissimus. Talem me igitur pater tantique apud se pretii, vobis porrexit. Nec vero hoc dici possit, ad erigendum quidem inanimatum templum multo labore multisque sumptibus opus fuisse patri ; ad me autem non item. Multis enim ipse quoque sudoribus, tum disciplinarum, tum piæ exercitationis, talis effectus sum. Quoniam autem plerumque accidit, ut quædam nequaquam pro laborum ratione succedant, Theologus medium iter tenens, nec hoc reticet, quod laboribus a patre susceptis responderit, nec rursus hoc arroganter affirmat, verum rem potius optandi forma exprimit. Atque utinam laboribus quoque dignum addere liceat.

B

C

Ibid. 11. *Καὶ . . . μεγαλοψυχίας.* Ἔτι ἐμφιλοχωρεῖ ὁ Θεολόγος τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιδόσεως· καὶ εἰπὼν, ὅτι Πάντα προστίθησιν ὑμῖν τὰ ἑαυτοῦ, πρὶν ταῦτα ἀπαριθμήσασθαι, μεταξὺ ἐθαύμασε καὶ ἀνεφθέγξατο, Ὦ τῆς μεγαλοψυχίας! τῆς πρὸς τὴν καρποφορίαν δηλαδὴ ἁπλότητος. Οἱ μὲν γὰρ ἔξω σοφοὶ μεγαλοψυχίαν ὁρίζονται, ψυχῆς ἀρετὴν, καθ' ἣν τινες εὖ δύνανται φέρειν τὰ συμβαίνοντα· οἱ δὲ ἡμέτεροι διδάσκαλοι, ὡς ἐπιτοπολὺ τὴν ἐλευθεριότητα καὶ μεγαλοδωρίαν, μεγαλοψυχίαν ὀνομάζουσιν. Ὥσπερ οὖν καὶ νῦν ὁ Θεολόγος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μεγαλόψυχον, εἴτουν μεγαλόδωρον, ἐκάλεσεν· οἰονεὶ δὲ ἐπιδιορθούμενος, ὃ εἶπεν, οὐ μεγαλοψυχίαν, ἀλλὰ μᾶλλον φιλοτεκνίαν, τὸ πρᾶγμα προσαγορεύει. Διὰ γὰρ τὴν ἀγάπην, φησὶν, ὑμῶν, τῶν πνευματικῶν αὐτοῦ τέκνων, τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν ἁπλότητα. Ἐπεὶ οὖν ἡ φιλοτεκνία αἰτία γέγονε τῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς ἁπλότητος, κυριώτερον ἂν εἴη, τὸ πᾶν φιλοτεκνίαν λέγειν, ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ τὸ αἰτιατὸν ὀνομάζοντας. Τάχα δ' ἄν τις καὶ κατὰ τοὺς ἔξω τὴν μεγαλοψυχίαν νοήσας ἐνταῦθα, οὐδ' οὕτω κακῶς ἐκιβαλεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ παρ' ἐκείνοις ὁ μεγαλόψυχος

Suaque omnia vobis proponit, etc. Adhuc in eodem sermone de patris oblatione immoratur : cumque dixisset, Omnia sua vobis proponit, priusquam hæc recenseat, interea cum admiratione sic loquitur : O miram animi magnitudinem, id est, o insignem in offerendo munere simplicitatem. Externi enim sapientes μεγαλοψυχίαν, id est *magnanimitatem*, definiunt animæ virtutem, per quam nonnulli quæ accidunt, recte ferre possunt. At nostri doctores ut plurimum liberalitem et magnificentiam magnanimitatem nominant. Quemadmodum hoc quoque loco Theologus patrem magnanimum, id est, munificum vocavit. Cæterum quasi corrigens quod dixit, eam rem non magnanimitatem, sed paternum potius amorem appellat. Ob amorem enim vestri, inquit, hoc est, spiritualium suorum filiorum, tantæ simplicitatis specimen edidit. Quoniam igitur paternus amor magnanimitati et simplicitati causam præbuit, rectius fuerit totum hoc paternam indulgentiam dicere, nimirum causæ nomen affecto tribuentes. Quod si quis etiam juxta externorum philosophorum sententiam, hoc loco magnanimitatem intellexe-

D

[13] 1 Cor. III, 16.

Digitized by Google

rit, ne sic quidem fortasse aberraverit. Quoniam enim apud illos, qui animæ magnitudine præditus est, vitæ suæ non parcit, hac quoque laude patrem ornatum esse Theologus testatur. Ait enim : Pastor est bonus, animamque suam pro ovibus ponit. Illud etiam adjecit : Me quoque filium suum optat talem pastorem fieri, ponentem videlicet animam pro vobis. Quam ob causam ipse admiratione exclamavit. O miram animi magnitudinem! Tum ne quis existimaret, quod pater, ut magnanimus, filium periculis objiciens minus amanter in ipsum affectus sit, huic suspicioni occurrit, dicens : Aut, ut verius loquar, paternum amorem. Nam sic, atque ob hujusmodi causas, filium periculis exponere, non est, inquit, hominis liberos odio habentis, verum impense amantis. Quamobrem etsi magnanimitatem eam rem nominavit, quoniam cum multis laboribus, curis, et periculis ipsi luctandum erat, tamen quia propter vos utilitatemque vestram, et propter Deum res ejusmodi perferendæ sunt, id totum, paternus amor dicendus est. Hæc locutus Theologus, statim ea quæ a patre offeruntur, enumerat. Hæc porro sunt tria. Ac si quidem rem simpliciter complecti voluisset, ita dixisset : Quoniam seipsum dat, et me et templum. Nunc vero magnificam et excellentem oblationem augens et amplificans, tum sua, tum paterna subdividit, varians ac multiplicans nomina. Nam canitiem patrem vocat, juventutem seipsum : et rursus patrem testatorem, seipsum autem hæredem, utpote episcopali throno successurum. Ha bet is autem, inquit, mecum sermones meos, atque ex his utilissimos quosque et sanctissimos. Non enim ad gratiam docebo, sed ad utilitatem, non ostentabunde, sed spiritualiter, neque ea, quæ oratoria suppeditat exercitatio, sed quæ inserit Spiritus sanctus. Etenim humani sermones aures tantum permulcent ac deliniunt, nec ulterius progrediuntur : at spirituales ad animam permeant. Eos enim insculpit Spiritus in humanis cordibus, tanquam in tabulis. Cumque dixisset, lapideis, tropum hunc explicuit, adjungens, Vel etiam carneis. Solida enim sunt et lapis, et caro : atque ea, quæ in hæc inciduntur, eam rationem habent, ut vix deleri queant. Hoc autem ab Apostolo sumptum est, qui sic ad Corinthios scripsit : *Quoniam estis epistola Christi, ministrata a nobis, inscripta, non atramento, sed Spiritu Dei viventis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*[14]. Quod etiam ab Ezechiele mutuatus est Apostolus, per quem ait Deus : *Dabo eis cor alterum, et spiritum novum dabo eis, et evellam cor eorum lapideum ex carne ipsorum, et dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent*[15]. Dixit etiam alicubi Sirach : *Omnis homo ab adolescentia vergit ad malum, et non potuisti corda eorum ex lapideis carnea facere.* Proinde nunc, cum dixit Theologus : Tabulis lapideis sive carneis, videtur mihi non interpretandæ dictionis causa hoc dixisse, sed magis ut distinctio-

A οὐκ ἔστι φιλόζωος, τοῦτο προσμαρτυρεῖ καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ὁ Θεολόγος. Εἶπε γάρ, ὅτι Ποιμὴν ἐστι καλὸς, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Προσέθηκε δὲ, ὅτι Καὶ ἐμὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ εὔχεται τοιοῦτον ποιμένα γενέσθαι, τιθέντα δηλαδὴ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ὑμῶν. Ἐπὶ τούτοις ἐβόησε μετὰ θαύματος τὸ, Ὦ τῆς μεγαλοψυχίας! Εἶτα, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ, ὅτι τὸν υἱὸν ὁ Πατὴρ, ὡς μεγαλόψυχος εἰς κινδύνους ἐπιδιδοὺς, οὐ φείδεται αὐτοῦ, διορθοῦται τὴν ὑπόνοιαν ταύτην εἰπών· Ἢ, τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, τῆς φιλοτεκνίας . . Τὸ γὰρ οὕτως καὶ ἐπὶ τοιούτοις ἐκδιδόναι τὸν υἱὸν, οὐκ ἔστι, φησὶ, μισοτέκνου, ἀλλὰ μάλιστα φιλοτέκνου. Ὥστε εἰ καὶ μεγαλοψυχίαν τὸ πρᾶγμα ὠνόμασα, διὰ τὸ μέλλειν πόνοις καὶ κινδύνοις
B ὁμιλεῖν, ἀλλ' οὖν ἐπεὶ δι' ὑμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν ὠφέλειαν καὶ διὰ Θεὸν τὰ τοιαῦτα χρὴ διαθλεῖν φιλοτεκνία τὸ πᾶν ἐστι. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Θεολόγος, ἀπαριθμεῖται εὐθὺς καὶ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς καρποφορούμενα. Τὰ δέ ἐστι τρία. Κἂν μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν ἐβούλετο, εἶπεν ἄν, ὅτι Ἑαυτὸν δίδωσι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν ναόν. Νῦν δὲ τὴν φιλότιμον καρποφορίαν ἐπαύξων καὶ μεγαλύνων, ὑποδιαιρεῖ καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ πατρὸς, ποικίλλων καὶ πολυπλασιάζων τὰ ὀνόματα. Καὶ πολιὰν μὲν λέγει, τὸν πατέρα· νεότητα δὲ, ἑαυτόν. Καὶ αὖθις κληροδότην μὲν τὸν πατέρα· ἑαυτὸν δὲ, κληρονόμον, ὡς μέλλοντα τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς διαδέχεσθαι καὶ κληρονομεῖν. Ἔχετε δὲ, φησὶ,
C μετ' ἐμοῦ καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, καὶ τούτων τοὺς ἱερωτέρους καὶ ὠφελιμωτέρους. Οὐ γὰρ πρὸς χάριν διδάξω, ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν· οὐδ' ἐπιδεικτικῶς, ἀλλὰ πνευματικῶς· οὐδ' ἅπερ ἡ τῶν λόγων ἄσκησις δίδωσιν, ἀλλ' ἅπερ ἐντίθησι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οἱ μὲν γὰρ ἀνθρώπινοι λόγοι, τὰς ἀκοὰς μόνον θέλγουσιν, οὐ παραιτέρω προϊόντες· οἱ δὲ πνευματικοὶ, εἰς τὴν ψυχὴν διαβαίνουσιν. Ἐντυποῖ γὰρ αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ πλαξὶ, ταῖς ἀνθρωπίναις καρδίαις. Καὶ λιθίναις δὲ εἰπὼν, ἡρμήνευσε τὴν τροπὴν, ἐπαγαγὼν, Εἴτουν σαρκίναις. Ἀντιτυπὲς γὰρ καὶ λίθος καὶ σὰρξ, καὶ τὰ ἐγκολαπτόμενα δυσέκνιπτα. Εἴληπται δὲ ὁ λόγος ἐκ τοῦ Ἀποστόλου, γράφοντος Κορινθίοις, ὅτι *Ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος· οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.* Ἔλαβε δὲ καὶ
D ὁ Ἀπόστολος τὴν χρῆσιν ἀπὸ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, δι' οὗ φησιν ὁ Θεός· *Δώσω αὐτοῖς καρδίαν ἑτέραν, καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ἐν αὐτοῖς· καὶ ἐκσπάσω τὴν καρδίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην ἀπὸ τῆς σαρκὸς αὐτῶν καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην, ὅπως ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύσωνται.* Λέγει δέ που καὶ ὁ θαυμάσιος Σιράχ· *Πᾶς ἄνθρωπος ἐκ νεότητος ἐπὶ τὸ πονηρὸν, καὶ οὐκ ἴσχυσαν τὰς καρδίας αὐτῶν ἀντὶ λίθινων ποιῆσαι σαρκίνας.* Καὶ νῦν οὖν εἰπὼν ὁ Θεολόγος, Πλαξὶ λιθίναις, εἴτουν σαρκίναις, δοκεῖ μοι μὴ ἑρμηνεύειν τὴν λέξιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀντιδιαστέλλειν τῇ λιθίνῃ καρδίᾳ, τουτέστι τῇ σκληρᾷ καὶ ἀνενδότῳ καὶ ἀντιτυπούσῃ τὴν σαρκίνην, ὅ ἐστι τὴν μαλακὴν καὶ ῥᾳδίως ὑπείκουσαν, καὶ δεχομένην

[14] II Cor. III, 2. [15] Ezech. XXXVI, 26-27.

Digitized by Google

τὰ καλὰ γράμματα. Οὐ γὰρ ἁπλῶς πάσῃ καρδίᾳ ἐν- A nem ponat inter lapideum cor, id est, durum et
τυποῖ τοὺς θείους λόγους τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ inflexile ac rigidum, et inter carneum, id est,
τῇ σαρκίνῃ, τουτέστι τῇ εὐαισθήτῳ. Σαρκὸς γὰρ τὸ molle facileque cedens, bonasque litteras excipiens.
αἰσθάνεσθαι· λίθου δὲ ἴδιον τὸ ἀναίσθητον. Ἢ τάχα Neque enim citra discrimen in omni corde divinos
καὶ λιθίνας καὶ σαρκίνας λέγει τὰς καρδίας ὁ Θεο- sermones insculpit Spiritus sanctus, sed in car-
λόγος· λιθίνας μὲν, διὰ τὸ στερρὸν καὶ τὸ δυσαπά- neo, id est, recte et facile sentiente. Carnis enim
λειπτα εἶναι τὰ ἐν αὐταῖς γράμματα· σαρκίνας δὲ, est, sentire; lapidum autem proprium, sensu ca-
διὰ τὸ αἰσθητικόν. Διὸ ἐπάγει, ὅτι ἐν ταῖς τοιαύταις rere. Vel etiam lapidea et carnea pectora dicit
οἱ λόγοι οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς χαραχθήσονται, οὐδὲ οἷον Theologus, lapidea quidem ob soliditatem, et
ἄνωθεν ἐπιχρωσθήσονται, ἵνα καὶ ῥᾳδίως ἀπαλεί- quia ægre obliterantur, quæ in ipsis inscribuntur;
φοιντο· ἀλλ' εἰς βάθος ἐνσημανθήσονται, ὥστε παρα- carnea autem ob vim sensibilem. Unde etiam
μένειν. Καὶ ἐνσημανθήσονται οὐ μέλανι, ἀλλὰ χάριτι. subjungit : Quod in hujusmodi cordibus sermones
Ἡ μὲν γὰρ τῶν δικαίων καρδία, ὡς φησιν ὁ μέγας non leviter et superficie tenus insculpentur, ac vel-
Βασίλειος, Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος καταγέγραπται· ut superne illinentur, ut facile quoque aboleri pos-
ἡ δὲ τῶν ἀδίκων καρδία, οὐ Πνεύματι, ἀλλὰ μέλανι, sint, sed penitissime consignabuntur, ut perma-
τῷ συγγενεῖ τοῦ σκότους καὶ ἐχθρῷ τοῦ φωτός. B neant : et quidem consignabuntur, non atramento,
sed gratia. Justorum enim pectus, ut est apud magnum Basilium, spiritu Dei viventis perscriptum est : injustorum autem, non spiritu sed atramento tenebrarum cognato, et lucis hoste.

Col. 400 C 7. *Ταῦτα μὲν... ἐπαγγελίας.* Ἐπεσφράγισε τὰ ῥηθέντα τοῦ πατρὸς ἐγκώμια, καὶ δευτέρων αὖθις ἦρξατο, ἐξομοιῶν αὐτὸν τῷ Ἀβραὰμ, ὁμοίως ἐκείνῳ τὴν πρώην πλάνην καταλιπόντα. Ἐκ γὰρ τῆς τῶν Ὑψισταρίων λεγομένης αἱρέσεως, εἰς τὴν εὐσέβειαν μετελήλυθεν. Οὐ μόνον δὲ διὰ τοῦτο Ἀβραὰμ ὀνομάζει τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἀλλὰ καὶ ὡς γηραιὸν, καὶ ὡς φιλόξενον, καὶ ὡς προσάγοντα τὸν υἱὸν τῷ Θεῷ, εἰ καὶ ἑκούσιος ἦν αὕτη ἡ προσαγωγὴ, καὶ οὐχὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ἐξ ἐπιτάγματος. Πατριάρχην δὲ αὐτὸν καλεῖ, ὡς πατέρα καὶ ἄρχοντα τῆς πόλεως, ὅσον ἐπὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι. Κανόνα δὲ τῆς ἀρετῆς, ὡς πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ συλλα- βόντα τὴν ἀρετὴν καὶ τοὺς ἄλλους πρὸς ταύτην εὐ- θύνοντα, καὶ τὸ μὲν ἄρτιον δοκιμάζοντα καὶ κατ- C ἔχοντα, καθάπερ ὁ κανὼν, τὸ δὲ περιττὸν καὶ ἐλλεῖ- πον, ὡς κακίαν, ξέοντα καὶ ἀποδοκιμάζοντα. Τῆς δὲ ἱερωσύνης τελείωσιν, ὡς πάντα τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐντελῶς ἔχοντα. Ἑαυτὸν μέντοι μονογενῆ ὠνόμασεν ὁ Θεολόγος, βιασάμενος τὸν λόγον, ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ τῆς κατὰ τὸν Ἰσαὰκ ἐλαττωθείη θυσίας· παρεμυθή- σατο δὲ τὴν τόλμαν, ἐπαγαγὼν τὸν ἐξ ἐπαγγελίας. Εἰ γὰρ καὶ μὴ μονογενὴς ἦν κατὰ τὴν γέννησιν, ἐπεὶ μετ' αὐτὸν καὶ Γοργονία καὶ Καισάριος ἐγεννήθη, ἀλλ' οὖν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν μονογενὴς ἦν. Μόνος γὰρ τοῖς γονεῦσιν ἐξ ἐπαγγελίας ἐτέχθη, ὥσπερ καὶ ὁ Ἰσαὰκ τῇ Σάῤῥᾳ καὶ τῷ Ἀβραάμ. Ἢ τάχα μονο- γενῆ ἑαυτὸν λέγει, ὡς μόνον ὑπολειφθέντα τῷ πατρὶ, τῶν ἄλλων ἤδη τέκνων τετελευτηκότων.

Atque hæc vobis offert venerandus hic, etc. Post-quam superiores patris laudes absolvit, secundas jam exorditur, similem eum esse dicens Abrahæ, ut qui non secus atque ille, pristinum errorem reliquerit. Nam ex ea secta, quæ Hypsistariorum dicitur, ad veræ pietatis doctrinam migravit. Nec eam tantum ob causam patrem suum Abrahæ nomine appellat, sed etiam ut senem, ut hospitalem, ut Deo filium offerentem : tametsi voluntaria fuerit hæc oblatio, non autem imperata, quemadmodum illa Abrahæ. Patriarcham autem eum vocat, ut patrem et principem civitatis, quantum quidem ad res ecclesiasticas attinet. Virtutis autem normam ut qui omnes virtutis partes complexus sit, aliosque ad eam dirigat, et rectum quidem regulæ instar exploret ac retineat, superfluum autem et deficiens abradat atque improbet. Jam sacerdotii quoque perfectionem eum vocat, ut omnibus rebus, quæ ad sacerdotium requiruntur, abunde instructum. Seipsum tamen unigenitum Theologus nominavit, vim orationi afferens, ut ne hac quoque parte inferius quidquam pater sacrificio illo Isaaci habeat. Verum hoc aliquanto audacius dictum mitigavit, addens, ex pollicitatione. Nam etsi unigenitus non erat, quantum ad nativitatem, quandoquidem post eum et Gorgonia et Cæsarius procreati sunt : tamen, si promissi rationem spectemus, unigenitus erat. Solus enim ex pollicitatione a parentibus progenitus est, quemadmodum Isaac ab Abrahamo et Sara. Vel fortasse unigenitum se dicit, quod solus patri reliquus esset aliis liberis jam extremo vitæ die perfunctis.

Ibid. 12. *Ὑμεῖς . . . ἐπιβούλως.* Τοιαύτη μὲν, φησὶν, ἡ τοῦ πατρὸς καρποφορία. Δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς καρποφορεῖν τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν τὴν εὐπείθειαν καὶ τὸ καλῶς ποιμαίνεσθαι. Ποιμανθείητε δ' ἂν καλῶς, εἰς μὲν τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν, ὥσπερ εἰς μαλακήν τινα καὶ χλοερὰν πεδιάδα κατασκηνούμενοι, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πιαίνοντες πρόσωπον. Τῇ δὲ γνώσει καὶ τῇ θεωρίᾳ καὶ τῷ ποτίμῳ τῶν θείων Γραφῶν, ὡς ὕδατι ἀναπαύσεως ἐκτρεφόμενοι. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ

Vos autem, et Deo, et nobis, id muneris, etc. Atque hujusmodi, inquit, est patris mei oblatio. Vobis autem faciendum etiam est, ut Deo, et nobis, obedientiæ munus offeratis, recteque pascamus. Id porro consequemini, si in ea virtute, quæ in actione versatur, tanquam in molli quodam et viridi campo habitetis, animamque saginetis, scientia autem et speculatione ac divinarum Scripturarum dulcibus fluentis tanquam aqua refectionis

Digitized by Google

educemini, recteque pastorem cognoscatis (ne a falsis magistris decipiamini, atque in ipsos quasi in pastores incidatis, cum fures sint et latrones) atque a pastore cognoscamini, non admiscentes scilicet vos alienis gregibus (quæ res ignorationem et errorem pastoribus parit), verum signa et notas circumferentes quas verus pastor vobis injecit atque impressit. Ex Evangelio autem hæc quoque paraphrastice transtulit. *Cognosco enim meas*, inquit Christus [16], *et cognoscor a meis* : per cognitionem fortasse affinitatem et necessitudinem intelligens, quasi diceret : Ego necessitudine jungar ovibus meis, et ipsæ mihi jungentur. Sequamini vocantem pastoraliter et libere, id est, citra fucum et aperte, ac pro potestate, ut pastorem decet. Per ostium autem, id est, per catholicam doctrinam, quæ fidelibus omnibus aperta est, ac per ipsam Scripturam, per quam ad fidem introducimur : vel etiam per Christum, qui dixit : *Ego sum ostium* [17]. Alienum autem et mendacem minime sequamini, qui non per Evangelii viam incedit, nec per ostium, hoc est, Christum ingreditur, sed prædonum more per caulam prosilit. Præceps enim et violentus est hæreticorum omnium impetus, nec, ut disciplinæ ratio postulat, per legitimum ostium ad fidem et Ecclesiam ingrediuntur.

Nec externam vocem audiatis, suffurantem, etc. Dixit Christus in Evangelio : *Oves meæ alienorum vocem non norunt* [18]. Illic igitur mutuatus Theologus, hoc loco ait, nec externam vocem audiatis : quæ quidem furatur et decipit, atque ab una et uniente veritate in diversas opiniones dispergit, quæ quidem ob acclivitatem montes metaphorice dicuntur, ob sterilitatem autem solitudines, ob præcipitia autem barathra. Illud vero, Locos, quos non visitat Dominus, omnia quæ dicta sunt explicat. Hic autem locus habetur in Proverbiis Salomonis : *Qui enim oberrat in portis, demorabitur in locis, quos non visitat Æternus.* Jam hujusmodi vox hæreticorum homines a sana doctrina et fide abducit, quæ est in sanctam Trinitatem : quam vocem sanæ doctrinæ oves meæ semper audierunt, atque utinam audiant. Deprædatur item vox hæretica, id est, velut spolia diripit, ac per adulterinos et improbos sermones, eos qui simpliciores sunt, a Christo avertit et separat, qui verus et primus est pastor : primus quidem, quia dux et auctor fidei nostræ dictus est [19], perfectamque doctrinam auspicatus est : verus autem, ob excellentissimam perfectionem. Atque ex Apostolo hæc quoque sumpta sunt. Scribit enim ad Colossenses : *Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, et inanem fallaciam* [20]. Externam igitur philosophiam sanctus Paulus inanem fallaciam nominavit : Theologus autem, sermones adulterinos et corruptos. Postea voto orationem concludit. Optat enim ut pastores atque

καὶ τὸν ποιμένα καλῶς γινώσκοντες, ὥστε μὴ ἀπατᾶσθαι παρὰ τῶν ψευδοδιδασκάλων, μηδὲ περιπίπτειν αὐτοῖς, ὡς ποιμέσι, κλέπταις οὖσι καὶ λῃσταῖς. Καὶ γινωσκόμενοι αὖθις ὑπὸ τοῦ ποιμένος, μὴ παραμιγνύντες δηλονότι ἑαυτοὺς τοῖς ἀλλοτρίοις θρέμμασιν, ἐξ ὧν ἡ ἄγνοια τοῖς ποιμέσι γίνεται. Ἀλλὰ τὰ ἐπίσημα φέροντες καὶ τοὺς χαρακτῆρας, οὓς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν ὑμῖν ἐπιβέβληκε καὶ ἐνετύπωσεν. Ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου δὲ καὶ ταῦτα παραπέφρασται. *Γινώσκω γάρ*, φησὶν ὁ Χριστὸς, *τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν*. Γνῶσιν ἴσως λέγων, τὴν οἰκείωσιν, τουτέστι προσοικειωθήσομαι τοῖς προβάτοις τοῖς ἐμοῖς, καὶ αὐτὰ ἐμοὶ οἰκειωθήσονται. Ἑπόμενοι δὲ καὶ τῷ καλοῦντι ποιμενικῶς καὶ ἐλευθερίως, τουτέστιν ἀδόλως καὶ φανερῶς καὶ ἐξουσιαστικῶς καὶ ὡς ἐλευθέροις πρέπον. Διὰ τῆς θύρας δὲ, ἤγουν διὰ τῶν καθολικῶν δογμάτων, τῶν ἅπασι πιστοῖς ἀναπεπταμένων, καὶ δι' αὐτῆς τῆς Γραφῆς, δι' ἧς εἰς τὴν πίστιν εἰσαγόμεθα. Ἢ καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος· *Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα*. Ἀλλοτρίῳ δὲ καὶ ψευδοποιμένι μὴ ἀκολουθοῦντες, ὅστις οὐ διὰ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου ὁδοῦ πορεύεται, οὐδὲ διὰ τῆς θύρας Χριστοῦ εἰσέρχεται, ἀλλὰ λῃστρικῶς διὰ αὐλῆς ὑπερπηδᾷ. Βίαιον γὰρ ἅπαν τῶν ἑτεροδόξων τὸ ὁρμημα, καὶ οὐ κατὰ τάξιν διὰ τῆς νομίμου θύρας ἡ πρὸς τὴν πίστιν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἴσοδος,

Col. 401 A 1. *Μηδὲ ξένης... ἀμήν*. Εἴρηκεν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι *Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν*. Ἐκεῖθεν οὖν λαβὼν ὁ Θεολόγος φησὶν ἐνταῦθα, ὅτι Μηδὲ τῆς ξένης φωνῆς ἀκούετε, ἥτις ὑποκλέπτει καὶ ἀπατᾷ καὶ διασκορπίζει ἀπὸ τῆς μιᾶς καὶ ἑνοποιοῦ ἀληθείας εἰς διαφόρους δόξας· αἵτινες δόξαι διὰ μὲν τὸ ἄναντες, ὄρη λέγονται τροπικῶς· διὰ δὲ τὸ ἄκαρπον, ἐρημίαι· διὰ δὲ τὸ κρημνώδες, βάραθρα. Τὸ δὲ, Καὶ τόπους, οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ Κύριος, τῶν ῥηθέντων ἑρμηνευτικόν ἐστιν. Εἴληπται δὲ τὸ ῥητὸν ἀπὸ τῶν Παροιμιῶν Σολομῶντος. *Ὁ πλανώμενος γὰρ*, φησὶν, *ἐν πύλαις, αὐλισθήσεται ἐν τόποις, οἷς οὐκ ἐπισκοπεῖται ὁ Αἰώνιος*. Ἡ τοιαύτη τῶν ἑτεροδόξων φωνὴ, ἀπάγει μὲν ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, τῆς εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἧς ἠκουσεν ἀεὶ φωνῆς, τῆς περὶ τῆς ὑγιοῦς δηλαδὴ πίστεως, τὰ ἐμὰ πρόβατα. Γένοιτο δὲ καὶ ἀκούειν. Συλαγωγεῖ (1) δὲ ἡ τῶν αἱρετικῶν φωνὴ, τουτέστιν ὡς λάφυρα διαρπάζει καὶ ἀπάγει τοὺς ἁπλουστέρους, λόγοις παρασήμοις καὶ ἀδοκίμοις (τοιοῦτον γὰρ τὸ κίβδηλον), καὶ χωρίζει ἀπὸ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ πρώτου ποιμένος· πρώτου μὲν, ὅτι αὐτὸς ἀρχηγὸς τῆς πίστεως ἡμῖν ἐχρημάτισε καὶ τῆς τελείας κατῆρξε διδασκαλίας· ἀληθινοῦ δὲ, διὰ τὸ κυρίως καὶ καθ' ὑπεροχήν. Ἐκ δὲ τοῦ Ἀποστόλου καὶ ταῦτα ἐλήφθη. Γράφει γὰρ Κολοσσαεῦσι· *Βλέπετε, μήτις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης*. Τὴν ἔξω οὖν φιλοσοφίαν ὁ μὲν ἅγιος Παῦλος κενὴν ἀπάτην ὠνόμασεν· ὁ δὲ Θεολόγος, λόγους παρακεχαραγμένους καὶ διε-

[16] Joan. x, 14. [17] ibid. 7. [18] ibid. 5. [19] Hebr. xii, 2. [20] Col. ii, 8.

(1) Et hic et paulo inferius in loco Paulino suprascriptum reperitur primæ syllabæ alterum λ in cod. a.

Digitized by Google

φθαρμένους. Εἶτα καὶ εἰς εὐχὴν κατακλείει τὸν λόγον. Εὔχεται γὰρ τῶν τοιούτων ἀλλοφύλων δογμάτων πόρρω γενομένους, καὶ ποιμένας καὶ ποίμνιον, ὥσπερ τινὸς φαρμακώδους βοτάνης καὶ θάνατον ἐπαγούσης, ἓν εἶναι πάντας καὶ νεμομένους καὶ νέμοντας. Καὶ μήτε νῦν διαζευχθῆναι, μήτε ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ καὶ ἀναπαύσει. Τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ἔλαβεν. Εἴρηκε γὰρ ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν Πατέρα περὶ τῶν μαθητῶν· *Τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ἵνα ὦσιν ἕν.*

A oves ab hujusmodi alienis dogmatibus tanquam a venenosa quadam herba, morbumque et mortem invehente, procul se removeant, atque unum omnes sint, tam qui pascuntur, quam ii quibus pascendi gregis cura incumbit; ac neque in hoc sæculo, neque in futura vita et requie inter se disjungantur. Quod etiam ipsum ex Evangelio sumpsit Theologus. Dixit enim de discipulis Christus ad Patrem· *Serva eos in nomine tuo, ut unum sint* [21]. [(5) Hic autem epilogus communis est precatio, eorum quæ contraria et dira ac detestanda sunt aversionem continens.]

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἑρμηνεία εἰς τὸν β' (1) *λόγον τοῦ Θεολόγου.*

Πρόλογος.

Ἐπίσκοπος (2) Σασίμων ἄκων χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, καὶ τυραννηθῆναι δόξας ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ, ἀφίσταται μὲν τῆς ἐπισκοπῆς ταύτης εὐθέως, ἀφικνεῖται δὲ πρὸς Ναζιανζόν. Ὅπερ μαθὼν ὁ μέγας Βασίλειος, προτρέπεται τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Γρηγόριον, τὸν Νύσσης, ἀπελθεῖν εἰς ἐπίσκεψιν ὁμοῦ καὶ παραμυθίαν τοῦ φίλου καὶ λύσιν τῶν ἐν μέσῳ σκανδάλων. Τοῦτον δὲ δεξάμενος ἐκεῖνος ἡδέως, τὸν παρόντα λόγον ἐκφωνεῖ· πρῶτα μὲν ἐγκωμιάζων τὴν ξυνωρίδα τούτων τῶν ἀδελφῶν, εἶτα καὶ καθαπτόμενος τῆς τοῦ φίλου πρὸς αὐτὸν διαθέσεως, ὅτι ἐπισκοπῇ τοιαύτῃ τὸν ὁμόψυχον ἐπεκήρυξε, τὸν ἡσυχίας ἐραστὴν, τῇ πάσης ἐμπεπλησμένῃ ταραχῆς καὶ συγχύσεως. Ἔπειτα πρὸς τὸν τηνικαῦτα παρόντα σύλλογον κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἀποστρέψας τὸν λόγον (ἑορτὴν γὰρ μαρτύρων ἐδόξαζον καὶ ἑώρταζον), διδασκαλικὴν προσάγει τὴν παραίνεσιν, πρὸς τὰ καλὰ μὲν παροξύνων, τῶν δὲ φαύλων ἀποτρεπόμενος.

B

C

Col. 852 B 6. *Φίλου πιστοῦ. . . εὐωδέστερον.* Ἀπὸ γνώμης τὸ προοίμιον. Φησὶ γὰρ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιράχ· *Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ·* καὶ πάλιν· *Φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιά· ὁ δὲ εὑρὼν αὐτὸν, εὗρε θησαυρόν.* Τὰ (3) δὲ ἑξῆς ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος παρεφράσθη, λέγοντος· *Ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά. Ἰσχύει γὰρ* (4) *ὥσπερ μεμοχλευμένον βασίλειον.* Τὸ δὲ, θησαυρὸς ἔμψυχος, ἐκ τῶν ἔξω. Ἀλέξανδρος γὰρ ἐρωτηθεὶς, ποῦ τοὺς θησαυροὺς ἔχει, τοὺς φίλους παρόντας ὑπέδειξεν, οἵτινες ἔμψυχος ἦσαν θησαυρός. Λέγει δέ που καὶ Θέογνις ὁ ποιητὴς, ὅτι Πιστὸς ἀνὴρ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἀντερείσασθαι ἄξιος, ἦγουν ἀντισταθμηθῆναι. Τὸ δὲ, *Ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολὺν*, ἐκ τοῦ Δαυΐδ. Ἐκ δὲ τοῦ Ἄσματος τῶν ᾀσμάτων τὸ, *Κῆπος κεκλεισμένος, καὶ πηγὴ ἐσφραγισμένη*, ἧς καὶ τὴν ἑρμηνείαν ὁ Θεολόγος προσέθηκεν, ὅτι Ἡ πηγὴ καὶ ὁ κῆπος διὰ τοῦτό εἰσι κεκλεισμένα, ἵνα κατὰ τὸν τῆς χρείας καιρὸν ἀνοί-

D

Amico fideli.... fragrantius. — Ex sententia principium. Ait enim filius Sirach Jesus: *Amico fideli nulla est comparatio, nec ulla est digna ponderatio contra bonitatem illius* [22]; et rursus: *Amicus fidelis, protectio fortis. Qui autem invenit illum, thesaurum invenit* [23]. Quæ autem sequuntur, ex Salomone desumpta sunt dicente: *Frater a fratre adjutus, sicut urbs munita; viget enim quemadmodum munitum palatium* [24]. Hoc autem, vivus thesaurus, ex historia externa. Alexander enim interrogatus, ubi thesauros haberet, præsentes ostendit amicos, qui vivus erant thesaurus. Dicit quoque alicubi Theognis poeta, quod fidelis vir auro et argento qui opponatur dignus, id est qui pensetur. *Super aurum et lapidem pretiosum multum*, ex David [25]; atque e canticorum Cantico illud: *Hortus conclusus, fons signatus* [26]; cujus et interpretationem Theologus adjecit: Quoniam fons et hortus ob idipsum conclusi sunt, ut in utilitatis tempore aperiantur et communicentur. Rursumque illud, *filii lucis*, ex

[21] Joan. xvii, 11. [22] Eccli. vi, 15. [23] ibid. 14. [24] Prov. xviii, 19. [25] Psal. xviii, 11. [26] Cant. iv, 12.

(1) Olim VI, nunc XI.
(2) Hanc præfationem omittit cod. b.
(3) Τό h. Mox laudat Theog. v. 77, quem vide.
(4) Δέ pro γάρ h.
(5) Inclusa adduntur apud Billium.
(6) Pauca tantum in hanc orationem scholia ex Græco Nicetæ Latine edidit Billius p. 533.

Digitized by Google

In Phrygia præ cæteris diis colebatur Rhea mater deorum. In hujus ergo sacris Phryges cultris seipsos incidebant, non ut sibi necem afferrent, sed ut sanguinem duntaxat extraherent. Hoc autem cum faciebant, tibiis deliniebantur, ut ictus sine doloris sensu perferrent. Post plagas vero ad impuros et nefarios concubitus ruebant, mulierum dico, non virorum.

ς'. Περὶ τοῦ Μίθρου.

(2) Ὁ τοίνυν Μίθρας νομίζεται παρὰ Πέρσαις εἶναι ὁ ἥλιος, καὶ θυσιάζουσιν αὐτῷ, καὶ τελοῦσί τινας τελετὰς εἰς αὐτόν. Οὐ δύναται οὖν τις εἰς αὐτὸν τελεσθῆναι, εἰ μὴ πρότερον διὰ τῶν βαθμῶν τῶν κολάσεων παρέλθοι. Βαθμοὶ δέ εἰσι κολάσεων, τὸν μὲν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντα, ἔχοντες δὲ ὑπόβασιν καὶ ἀνάβασιν. Κολάζονται γὰρ πρῶτον τὰς ἐλαφροτέρας, εἶτα τὰς ἐραστικωτέρας· καὶ εἶθ' οὕτω μετὰ τὸ παρελθεῖν διὰ πασῶν τῶν κολάσεων, τότε τελεῖται ὁ τελούμενος. Αἱ δὲ κολάσεις εἰσὶ, τὸ διὰ πυρὸς παρελθεῖν, τὸ διὰ κρύους, διὰ πείνης καὶ δίψης, διὰ ὁδοιπορίας πολλῆς, καὶ ἁπλῶς διὰ πασῶν τῶν τοιούτων.

6. *De Mithra.*

Hic Mithra apud Persas sol esse existimatur, eique victimas immolant, ac sacra quædam in ipsius honorem faciunt. Nullus porro ipsius sacris initiari potest, nisi prius per quasdam suppliciorum gradus transierit. Sunt autem tormentorum gradus octoginta, partim remissiores, partim intentiores. Primum enim levioribus suppliciis, deinde acrioribus afficiuntur, atque ita post decursa omnia tormenta ipsius sacris imbuuntur. Igni quippe et aqua atque hujusmodi suppliciorum generibus excruciantur.

ζ'. Περὶ τῆς ἐν Ταύροις ξενοκτονίας.

Ταῦροι ἔθνος ἐστὶ περὶ τὴν Σκυθίαν. Ἐν τούτοις μετετέθη ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἡ θυγάτηρ Ἀγαμέμνο-

7. *De hospitum cæde apud Tauros*

Tauri populi sunt circa Scythiam. Apud eos a Diana translata est Iphigenia Agamemnonis filia,

(1) Scholium hoc omittitur in editione Billii.

(2) Similia num. 47 infra.

Digitized by Google

cum in Aulide jam jamque a Græcis mactanda esset, nisi ipsa dea vicarium cervum pro victima supposuisset. Cum ergo Iphigenia apud Tauros esset, ne ab hospitibus, qui eo appellebant, agnosceretur, idcirco eos Dianæ immolari permittebat. Atque hæc est hospitum cædes, cujus mentionem Gregorius facit. Postea autem cum Orestes ab Erynnibus perterrefactus atque agitatus ad Tauros perrexisset, atque ad necem velut hospes arreptus, Iphigeniæque ut sacerdoti oblatus fuisset, per eburneum humerum ab ea agnitus est, liberque dimissus. Atque ipse deinceps acceptam sororem in Græciam reduxit.

νος ἡ Ἰφιγένεια, ἐν τῷ μέλλειν αὐτὴν θύεσθαι ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἐν τῇ Αὐλίδι· ὑπὲρ ἧς ἔλαφον ἡ θεὸς ἀμείψασα, δέδωκε θῦσαι. Αὕτη οὖν ἡ Ἰφιγένεια, οὖσα ἐν τοῖς Ταύροις, διὰ τὸ μὴ ἐπιγνωσθῆναι παρὰ τῶν ἐπιξενουμένων, τίς ἐστιν, ἐτέρπετο θύειν αὐτοὺς τῇ Ἀρτέμιδι· καὶ αὕτη ἦν ἡ ξενοκτονία, ἣν λέγει ὁ θεῖος Γρηγόριος. Ὕστερον δὲ ὁ Ὀρέστης δειματούμενος ὑπὸ τῶν Ἐριννύων, καὶ ἐλθὼν παρὰ τοὺς Ταύρους, καὶ συλληφθεὶς ὡς ξένος ἐπ' ἀναιρέσει, καὶ προσενεχθεὶς ὡς ἱερείᾳ τῇ Ἰφιγενείᾳ, ἐπεγνώσθη διὰ τοῦ ἐλεφαντίνου ὤμου καὶ ἀφείθη τῆς θυσίας· οὕτω λοιπὸν λαβὼν ὁ Ὀρέστης τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν, λέγω δὴ τὴν Ἰφιγένειαν, κομίζει εἰς τὴν Ἑλλάδα.

8. *De mactatione regiæ puellæ apud Trojam.*

Cum Achilles, Polyxenam Priami filiam in matrimonium accipere cupiens, Trojam ingressus esset, a Paride in Apollinis templo ex insidiis obtruncatus est. Postmodum autem Pyrrho filio suo ad virilem ætatem pervecto in somnis apparuit, ostenditque necesse esse Polyxenam, quæ ei mortis causam attulerat, sibi immolari. Pyrrhus itaque eam parta victoria acceptam ad Achillis patris tumulum jugulavit.

η'. *Περὶ τῆς ἐπὶ Τροίαν θυσίας τῆς βασιλικῆς κόρης.*

Πολυξένη ἐστὶ θυγάτηρ Πριάμου, ἣν ὁ Ἀχιλλεὺς βουληθεὶς γῆμαι, εἰσῆλθεν ἐν τῇ Τροίᾳ· καὶ κατὰ λόχον τινὰ τοξεύεται ὑπὸ Πάριδος ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἀποθνήσκει· ἐν ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ ἀνδρωθέντι Πύρρῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ἐφαίνη κατ' ὄναρ, δεῖν αὐτῷ τυθῆναι τὴν Πολυξένην δι' ἣν ἀπώλετο. Καὶ ὁ Πύρρος ὢν ἐν Τροίᾳ, καὶ πυρπολήσας τὸ Ἴλιον, ταύτην μετὰ τὴν νίκην λαβὼν, σφάττει ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Ἀχιλλέως τοῦ οἰκείου πατρός.

9. *De Menœceo.*

Menœceus Creontis Thebarum regis filius erat. Cum ergo septem duces Thebis bellum intulissent, oraculum edidit Tiresias vates, fore ut statim bellum conficeretur, ac victoria penes Thebanos esset, si quispiam regii sanguinis atque indigenarum ex serpentis dentibus enatorum sese ultro morti offerret. Quocirca ille inscio patre ac veste mutata in confertam hostium aciem impetum fecit, ab iisque interemptus est.

θ'. *Περὶ τοῦ Μενοικέως.*

Ὁ Μενοικεὺς Κρέοντος ἦν υἱὸς, βασιλέως Θηβῶν. Πολεμουμένης οὖν τῆς ἰδίας πατρίδος τῶν Θηβῶν, ὑπὸ τῶν ἑπτὰ στρατηγῶν, ἐχρησμῴδησε Τειρεσίας μάντις ὧν παραυτίκα παύσεσθαι τὸν πόλεμον, καὶ ἔσεσθαι αὐτοῖς νίκην, εἰ τοῦ βασιλικοῦ γένους τῶν αὐτοχθόνων, τῶν ἀναδοθέντων ἐκ τῶν ὀδόντων τοῦ δράκοντος, τὶς ἑαυτὸν δῷ πρὸς ἀναίρεσιν. Μαθὼν τοῦτο ὁ Μενοικεὺς, καὶ θέλων ἐλευθερῶσαι τῆς πολιορκίας τὴν πόλιν, δέδωκεν ἑαυτὸν πρὸς ἀναίρεσιν, δίχα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κρέοντος.

10. *De filiabus Scedasi.*

Peloponnesiaco bello cum Lacedæmonii Athenienses vi atque armis superassent, socios quoque suos bello lacessendos sibi putarunt. Atque expeditione adversus Thebanos suscepta, priusquam castra urbi admovissent, in Leuctris Thebanorum urbe inito prælio fusi ac profligati sunt, cum dux Thebanorum Epaminondas insignem in eo certamine operam navasset. Hæc autem clades Lacedæmoniis ob hujusmodi causam in Leuctris accidit: Scedasus Leuctrensis tres filias habebat. Quidam autem Lacedæmonii olim ab ipsis hospitio excepti puellas constuprarunt. Ac metuentes, ne patri suo illæ acceptam injuriam narrarent, manus ipsis intulerunt. Reversus ergo in patriam Scedasus, re cognita, diris omnibus Lacedæmonios ad ipsum filiarum sepulcrum devovit, miseraque omnia imprecatus est. Ac proinde Lacedæmonii apud Leuctra rem infeliciter gesserunt.

ι'. *Περὶ τῶν Σκεδάσου θυγατέρων.*

Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, μετὰ τὸ κατακράτος νικῆσαι τοὺς Ἀθηναίους, ἠβουλήθησαν καὶ τοὺς ἰδίους συμμάχους πολεμῆσαι· καὶ ὁρμήσαντες κατὰ Θηβαίων, πρὶν προσεγγίσαι τῇ πόλει, γενόμενοι ἐν Λεύκτροις (πόλις δὲ αὕτη Θηβῶν), συμβαλόντες ἡττήθησαν, Ἐπαμινώνδου στρατηγοῦ Θηβαίων εὐδοκιμήσαντος. Τὸ δὲ πάθος τοῖς Λακεδαιμονίοις γέγονεν ἐν Λεύκτροις ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Σκέδασος Λευκτραῖος ὢν, εἶχε τρεῖς θυγατέρας. Τινὲς δὲ τῶν Λακεδαιμονίων πάλαι παρ' αὐταῖς ἐπιξενωθέντες, μίξει τὰς κόρας ἐνύβρισαν· φοβηθέντες οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι, μήπως δημοσιεύσωσι τῷ ἰδίῳ πατρὶ τὴν ἀσέλγειαν, ἀναιροῦσιν αὐτάς. Ἐπανελθὼν δὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει τοῖς Λεύκτροις ὁ Σκέδασος, καὶ μαθὼν τὸ γεγονὸς, κατηράσατο πᾶσι Λακεδαιμονίοις, παρ' αὐτὸν τὸν τάφον τῶν θυγατέρων αὐτοῦ, ἀτυχῆσαι. Διὸ καὶ ἡ ἀτυχία ἔφθασεν ἐν Λεύκτροις τοὺς Λακεδαιμονίους.

11. *De Laconicis adolescentibus.*

Lacedæmonii cum cives suos ac liberos fortitudine ac tolerantia excellere cuperent : verberibus eos exercebant, eique qui dolores fortius pertulisset, præmium persolvebant.

ια'. *Περὶ τῶν Λακωνικῶν ἐφήβων.*

Οἱ Λακεδαιμόνιοι βουλόμενοι καρτερικοὺς καὶ ἀνδρείους εἶναι τοὺς ἑαυτῶν πολίτας καὶ παῖδας, ἐγύμναζον ταῖς μαστιγώσεσι, καὶ τῷ ἐπὶ πλέον καρτεροῦντι ἄθλον ἐδίδοτο.

Digitized by Google

ιβ'. *Περὶ τῆς Ἀρτέμιδος.*

Τὸ δὲ κατὰ τὴν Ἄρτεμιν, αὕτη παρθένος οὖσα καὶ σώφρων ἡ θεὸς, ἔχαιρε τοῖς αἵμασι τῆς ξενοκτονίας τιμᾶσθαι.

ιγ'. *Περὶ τοῦ κωνείου τοῦ Σωκράτους.*

Σωκράτης τὸ μὲν γένος ἦν Ἀθηναῖος, φιλόσοφος δὲ τὴν παίδευσιν. Τοῦτον ὡς δαιμόνια καινὰ παρεισφέροντα τῇ πολιτείᾳ ᾐτιάσαντο Ἄνυτος καὶ Μέλιτος· κατεκρίθη οὖν ὡς διαφθείρων τοὺς νέους ἀποθανεῖν πιόντα κώνειον· καὶ πιὼν ἀπέθανεν.

ιδ'. *Περὶ τοῦ Ἐπικτήτου σκέλους.*

Ἐπίκτητος φιλόσοφος ἦν· οὗτος ἐδέθη ὑπὸ τυράννου τὸ σκέλος· ὕστερον δὲ ἠβουλήθη λῦσαι αὐτὸν ὁ τύραννος. Ἠρώτα οὖν αὐτὸν οὕτω· Θέλεις, ὦ Ἐπίκτητε, λύσω σε; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· Τί γὰρ, δέδεμαι; ὡς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ δῆθεν μὴ δεδεμένης. Λέγεται οὖν μὴ τὸ σῶμα εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ἡ ψυχή.

ιε'. *Περὶ Ἀναξάρχου.*

Ἀνάξαρχος φιλόσοφος ἦν. Οὗτος συσχεθεὶς ὑπὸ Ἀρχελάου τοῦ τυράννου, καὶ βληθεὶς ἐν ὅλμῳ, ἐπτίσσετο μοχλῷ ξυλίνῳ. Πτίσσεσθαι δέ ἐστι, τὸ δίκην πτισσάνης τύπτεσθαι· ἔνθεν δὲ καὶ πτισσάνη παρὰ τὸ πτίσσεσθαι. Πτισσόμενος δὲ οὕτως ἔφη· Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, οὐ γὰρ πτίσσεις Ἀνάξαρχον· αἰνιττόμενος, οἷα φιλόσοφος δῆθεν, τοῦ σώματος μηδένα λόγον ποιεῖσθαι.

ις'. *Περὶ τοῦ Κλεομβρότου πηδήματος.*

Κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης τὸ γένος. Πόλις δὲ αὕτη ἐπὶ τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου. Ἐντυχὼν τῷ *Φαίδωνι*, τῷ περὶ ψυχῆς διαλόγῳ Πλάτωνος, καὶ μαθὼν, ὡς ἄμεινόν ἐστι τῇ ψυχῇ ὁ χωρισμὸς τοῦ σώματος, ἐρρίψεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ τείχους, καὶ τέθνηκεν· ἵνα ὕῆθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐξελθοῦσα χωρισθῇ τοῦ σώματος.

ιζ'. *Περὶ τῶν κυάμων.*

Πυθαγόρειοι γένος φιλοσόφων, ἐκ Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου. Οὗτοι δι' αἰνιγμάτων τὰ τῆς φολοσοφίας ἐμάνθανον δόγματα. Παρεδίδοτο δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο τὸ αἴνιγμα, *Κυάμους μὴ ἐσθίειν*· τουτέστι, μὴ προδιδόντας τὸ δίκαιον δωροδοκεῖσθαι χρήμασιν. Οἱ γὰρ Ἀθηναίων πάλαι δικασταὶ ἀντὶ ψήφων κυάμοις ἐχρῶντο πρὸς κατάκρισιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Φησὶν οὖν, ἐκ τῶν κυάμων τῶν ἐκ τοῦ δικαστηρίου μὴ δεῖν ἐσθίειν.

ιη'. *Περὶ Θεανοῦς.*

Αὕτη ἡ Θεανὼ ὑπὸ τυράννου συνεσχέθη ἐπὶ τῷ εἰπεῖν τῆς πατρίδος τὰ ἀπόῤῥητα· καὶ μὴ θέλουσα, τὴν ἑαυτῆς γλῶτταν ἀποδακοῦσα, ἐνέπτυσε τῷ τυράννῳ.

ιθ'. *Περὶ Ἐπαμινώνδα.*

Ὁ Ἐπαμινώνδας τὸ γένος ἦν Θηβαῖος, στρατηγὸς μέγιστος, ὁ ἀριστεύσας ἐν τῷ Λευκτρικῷ πολέμῳ, μαθητὴς γενόμενος Φιλολάου τοῦ Πυθαγορείου. Οὗτος πολεμῶν ἐνεκρατεύετο πάνυ καὶ ἀπὸ βρωμάτων

(1) Hæc desunt apud Bilium.

12. *De cruore ad altare fuso.*

Diana, quamvis virgo, ac pudicitiæ laude clara, cruoribus tamen illis oblectabatur, qui in hospitum cæde fundi solebant.

13. *De Socratis cicuta.*

Socrates patria Atheniensis erat, vitæ institute philosophus. Hunc velut dæmonem quemdam in Rempublicam perniciose introducentem Anytus et Melitus in judicium vocarunt. Atque ipse velut pueros corrumpens ad cicutæ poculum damnatus est, quo hausto e vita excessit.

14. *De Epicteti crure.*

Epictetus philosophus erat. Huic a Macedone tyranno crus vinculis astrictum est. Postea autem cum eum solvere tyrannus vellet, ex eoque quæreret: Visne, Epictete, te solvam? Quid, inquit, an sum astrictus? Quibus videlicet verbis hoc significabat, animam suam nequaquam vinctam fuisse. Itaque non corpus homo esse dicitur, sed anima.

15. *De Anaxarcho.*

Anaxarchus philosophiam profitebatur. Hic ab Archelao tyranno correptus atque in mortarium conjectus lignea sude tundebatur. Πτίσσεσθαι enim est ptissanæ instar atteri, unde et ptissana dicta est. Cum ergo tunderetur, Tunde, inquit, Anaxarchi utrem; neque enim Anaxarchum tundis. His nimirum verbis, ut philosophus, significans nullam corporis rationem a se haberi.

16. *De saltu Cleombroti.*

Cleombrotus Ambraciotes, quæ veteris Epiri civitas est, cum in Platonis dialogum de anima, cui *Phædo* titulus est, incidisset, didicissetque magis esse e re animæ separari a corpore, quam cum eo conjungi, e muro se præcipitem dedit, stulteque interiit, ut videlicet animus ipsius e corporis vinculis evolaret.

17. *De fabis Pythagoricis.*

Pythagoreorum secta a Pythagora Samio fluxit. Qui autem ejusmodi sectæ sese addixerant, philosophiæ dogmata per symbola quædam et ænigmata discebant. Inter alia autem hoc quoque ænigma ipsis tradebatur, fabas minime edendas esse, hoc est, non esse prodendum jus, nec judiciorum fidem pecunia commutandam. Olim enim Athenienses judices ad proditorum condemnationem fabis calculorum loco utebantur. Interdicit ergo suis Pythagoras ne judiciales fabas edant.

18. *De Theano* (1).

Theano, cum a tyranno vinculis constricta teneretur ut patriæ secreta declararet, et nollet, ipsa linguam suam dentibus procidit et in faciem tyranni exspuit.

19. *De Epaminonda et Scipione.*

Epaminondas genere Thebanus erat, duxque maximus, qui in Leuctrico prælio Thebanorum copiis præfuit. Præceptorem habuit Philolaum Pythagoreum. Hic in bellis eximia continentiæ laude flo-

Digitized by Google

rebat, tum a ciborum copia, tum a rebus venereis, tum denique ab omni voluptatis genere sese abstinens. Quo etiam factum est, ut maxima adversus Lacedæmonios tropæa erexerit. Huic et vitæ genere et moribus non dissimilis exstitit Scipio Romanorum imperator. Cujus singularis quoque virtus emicuit in bello Carthaginensi. Unde etiam a devicta gente Africani nomen retulit. Africani enim erant Carthaginenses.

καὶ ἀπὸ ἀφροδισίων καὶ πάσης ἡδυπαθείας· διὸ καὶ μέγιστα κατὰ Λακεδαιμονίων ἔστησε τρόπαια. Ὁ δὲ Σκιπίων, καὶ αὐτὸς στρατηγὸς Ῥωμαίων, ὁμοίως κατὰ τὴν δίαιταν καὶ τὸ ἦθος Ἐπαμινώνδᾳ· ἐπίστευσε δὲ καὶ αὐτὸς, ἐν τῷ πρὸς Καρχηδονίους πολέμῳ, ὡς ἐκ τῆς νίκης τοῦ ἔθνους, τὴν ἐπωνυμίαν λαβεῖν καὶ κληθῆναι Σκιπίων Ἀφρικανός· Καρχηδόνιοι γὰρ οἱ Ἀφροί.

20. *De Alpheo fluvio* (1).

Alpheus fluvius est Arcadiæ. Arcadiæ autem urbs Peloponnesi. Est et in Sicilia fons quidam Arethusa nomine. Ferunt autem Alpheum Arethusæ amore captum per mare in Arethusam influere, nec maris contagione infici, sed puros atque integros latices ad amasiam secum ferre.

20. *De his qui pedibus illotis vivunt, atque humi cubant.*

Selli gens est Dodonæa, ex qua fagi sacerdotes creabantur. In hac autem fago Jovis oraculum erat, vocaturque quercus Dodonæa. Atque hi sacerdotes, ut qui Deo ancillarentur, pudicitiam colebant, nec balneis utebantur, nec in tecto, sed in nuda humo dormiebant, quemadmodum his verbis testatur poeta :

Hos juxta Sellis sedes est fixa prophetis,
Qui nec humi somnos carpunt, nec balnea curant.

κ'. *Περὶ τῶν ἀνιπτοπόδων καὶ χαμαιευνῶν.*

Παρ' Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ Σελλοὶ ἔθνος Δωδωναῖον. Ἐκ τούτων ἱερεῖς τῆς φηγοῦ προεβάλλοντο· αὕτη δὲ ἡ φηγὸς μαντεῖον ἦν τοῦ Διὸς, ἡ καλουμένη Δωδωναία δρῦς. Οὗτοι οὖν οἱ ἱερεῖς, οἷα Θεοῦ ὄντας θεραπευταὶ, ἀγνεύοντες οὔτε ἐλούοντο, οὔτε ἐν κλίνῃ ἐκάθευδον, ἀλλὰ χαμαὶ, ὡς φησιν ὁ ποιητὴς ἐν τούτῳ τῷ ἔπει·

. . . ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Συρμαίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

21. *De Solonis inexplebilitate.*

Solon Atheniensis legislator erat. A quo cum postulatum esset, ut juventuti leges scriberet, jurisjurandi religione cives eo adegit, ut decem annos ipsius legibus acquiescerent, ac postea, si minus ipsis arriderent, eas abrogarent. Id autem hoc consilio faciebat, ut ipsi legibus illius aliquantulum obtemperare assuescerent. Non enim erat ignarus fore ut, si leges quas ipsis ferebat, semel degustassent, ægre ab his postea divellerentur. Accepto ergo a civibus jurejurando, cum leges ipsis imposuisset, Athenis excessit, decennium ab urbe abfuturus. Peragratis autem multis urbibus in Lydiam quoque ad Crœsum profectus est. Hunc itaque rex admiratione afficere cupiens, ad thesauros suos duxit, ipsique quantum auro affluret, ostendit. Moxque eum a thesauris redeuntem interrogavit, ecquis tandem ex omnibus mortalibus ipsi beatissimus videretur, existimans utique eum felicitatis primas ipsi daturum. Solon autem Tellum Atheniensem sibi omnium beatissimum videri respondit. Beatitudinem enim non in opibus ac superbia, sed in vitæ tranquillitate constituebat. Inexplebilem itaque Solonem Crœsus vocat, quod majores opes auro Lydio videre exoptaret. Sunt autem divitiæ genus quoddam felicitatis in rebus externis situm. Est quippe triplex felicitas, animæ tranquillitas, corporis sanitas, et rerum externarum affluentia. Ac proinde adjiciendum erat Solonì : Si animo quoque præstantissimus esses, o Crœse, abunde tibi est opum ad explendos externæ felicitatis numeros.

κα'. *Περὶ Σόλωνος ἀπληστίας.*

Σόλων νομοθέτης ἦν Ἀθηναίων. Οὗτος αἰτούμενος νομοθετῆσαι τοὺς νόμους, ἀπῄτησε τοὺς πολίτας ὅρκους, ὅτι δὴ δεκαετίαν στέρξωσι καὶ ἐμμείνωσι τοῖς παρ' αὐτοῦ τιθεμένοις νόμοις· καὶ λοιπὸν, εἰ μὴ συναρέσουσιν αὐτοῖς, τὸ τηνικάδε λύσουσι. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν, ἵνα τέως προσεθίσῃ αὐτοὺς ἐμμεῖναι ἐπ' ὀλίγον χρόνον τοῖς νόμοις. Ἤδει γὰρ ὡς εἰ γεύσωνται τῆς νομοθεσίας, λοιπὸν δυσμεταθέτως σχήσουσιν αὐτῆς. Λαβὼν τοίνυν ὁ Σόλων τὸν ὅρκον παρὰ τῶν Ἀθηναίων, καὶ νομοθετήσας αὐτοῖς, ἐξῆλθεν ἀπὸ Ἀθηνῶν ὀφείλων τὴν δεκαετίαν ἔξω ποιῆσαι. Περιπολῶν οὖν τὰς πόλεις, ἦλθε καὶ εἰς Λυδίαν παρὰ Κροῖσον τὸν βασιλέα. Ὃν ἐλθόντα ὁ Κροῖσος, εἰς θαῦμα θέλων κινῆσαι, ἔπεμψεν εἰς τοὺς θησαυροὺς αὐτοῦ· ἐπανήκοντα δὲ ἀπὸ τῶν θησαυρῶν τὸν Σόλωνα, ἤρετο ὁ Κροῖσος, τίνα νομίζοι εὐδαιμονέστερον πάντων ἀνθρώπων, ὑπολαμβάνων, ὅτι δὴ αὐτὸν πρὸ πάντων εἴποι. Ὁ δὲ Σόλων ἀπεκρίνατο, Τέλλον τὸν Ἀθηναῖον. Ὡρίζετο γὰρ ὁ Σόλων, οὐ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν περιφάνειαν εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ τὸν ἀπαθῶς ζήσαντα, ἀποθανόντα δὲ ἀριστεύσαντα. Νῦν οὖν ἄπληστον καλεῖ τὸν Σόλωνα, ὡς πλείονα πλοῦτον τοῦ Λυδίου χρυσοῦ ὀρεγόμενον θεάσασθαι. Καὶ ὁ πλοῦτος δὲ εὐδαιμονία τις περὶ τὰ ἐκτός. Τρεῖς δὲ εὐδαιμονίας οἶδεν ὁ λόγος· τὴν ἐν ψυχῇ ἀπάθειαν, τὴν ἐν σώματι ὑγείαν, τὴν περὶ τὰ ἐκτὸς πολυτέλειαν. Ἐχρῆν οὖν τὸν Σόλωνα προσεῖναι, ὅτι Εἰ καὶ τῇ ψυχῇ ἧς ἄριστος, ἱκανός σοι ὁ πλοῦτος πρὸς τὴν περὶ τὰ ἐκτὸς εὐδαιμονίαν.

(1) Græca, quæ apud Nonnum desunt, exhibet Cosmas Hierosolymitanus ad λόγ. ξζ' S. Gregorii. Similia enim apud utrumque non semel legere est. Vide Opp. Gregorii nostræ edit. tom. IV.

Digitized by Google

κβ'. *Περὶ Σωκράτους φιλοκαλίας.*

Ὁ Σωκράτης φιλόσοφος ὢν περιῆγε τὴν ἀγορὰν, καὶ τὰ μειράκια προετρέπετο ἐπὶ φιλοσοφίαν· καὶ μάλιστα ἐνόμιζεν εἶναι πρὸς φιλοσοφίαν ἐπιτήδεια τὰ περικαλλῆ μειράκια· τοὺς γὰρ εὐμόρφους λέγουσιν εἶναι καὶ εὐφυεῖς. Ἦν οὖν δόξα παρὰ Ἀθηναίοις, ὅτι παιδεραστὴς ἦν ὁ Σωκράτης, διὰ τὸ ἐπιλέγεσθαι τοὺς εὐμόρφους. Εὑρίσκεται δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ *Θεαιτήτῳ*, καὶ πανταχοῦ οὕτω λέγων περὶ Σωκράτους· ὅτι Καλὸς ὁ Θεαίτητος, καὶ καλὸς ὁ Χαρμίδης. Ἀντικρυς οὖν ἐν τοῖς λόγοις ἐμφασιν παρέχει ὁ Πλάτων, ὅτι Σωκράτης ὑπωπτεύθη τοιοῦτος εἶναι, διὰ τὰς τοιαύτας, ὡς εἶπον, ἀντερωτήσεις· ὅτι καλὸς μὲν ἦν, οὐ τὴν ὄψιν, ἀλλὰ τὴν ψυχήν. Ὑπενοήθη δὲ ὅτι καὶ τῷ Ἀλκιβιάδῃ συγγίνεται κατὰ τὸν αἰσχρὸν ἔρωτα. Οἱ δὲ περὶ Σωκράτους λέγοντες, φασὶν ὅτι συνεγένετο πᾶσιν, οὐ κατὰ τὸν ἐμπαθῆ ἔρωτα, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἔνθεον.

A

22. *De Socratico pulchritudinis amore.*

Socrates philosophus forum circumibat, juvenesque ad philosophiæ studium hortabatur, ac præsertim eleganti forma præditos, quos ad philosophiam aptos esse judicabat. Nam qui liberali forma sunt, eosdem quoque egregia animi indole esse ferunt. In hanc ergo opinionem adducti sunt Athenienses, ut Socratem puerorum amore correptum esse putarent, quod pulcherrimos quosque deligeret. Quin ipse quoque Plato tum in *Theæteto*, tum passim in suis scriptis ita Socratem loquentem inducit, Pulcher est Theætetus, pulcher Charmides. Ac plane in dialogis suis ostendit Socratem hujusmodi suspicione laborasse, propter tales, ut verisimile est, adversarias percunctationes. At vero ille animi non corporis pulchritudinem intelligebat. Quamquam Atheniensibus in hanc suspicionem venit, ut eum obscenæ libidinis causa cum Alcibiade consuetudinem habere existimarent.

B

κγ'. *Περὶ Πλάτωνος λιχνείας.*

Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἀκούων, ὅτι μεγαλοφυὴς ὁ Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, ἔπλευσε πρὸς αὐτόν. Καὶ οἱ μὲν ἐξηγηταὶ νῦν τοῦ Πλάτωνος λέγουσιν ὅτι ἔπλευσε διὰ δύο αἰτίας· ἵνα καὶ ἱστορήσῃ τὸ ἐν τῇ Αἴτνῃ πῦρ ἀναδιδόμενον, καὶ ἵνα πείσῃ Διονύσιον φιλοσοφῆσαι. Ὁ δὲ μακάριος Γρηγόριός φησιν, ὅτι διὰ τοῦτο ἀπῆλθεν ὁ Πλάτων ἐν Σικελίᾳ, διὰ τὴν πολυτέλειαν τῶν ἀρίστων, ὧν ἐποίει Διονύσιος· καὶ ποιεῖται τεκμήριον, ὅτι ἀληθῶς διὰ τὴν λιχνείαν ἔπλευσε τὸ πραθῆναι αὐτὸν παρὰ Διονυσίου. Ἐπράθη δὲ τῷ ὄντι Πόλλιδι τῷ ναυάρχῳ τῶν Λακεδαιμονίων, διάγοντι τηνικαῦτα ἐκεῖσε· εἶτα ὁ Πόλλις ἐλθὼν εἰς Αἴγιναν πωλεῖ αὐτὸν πεντήκοντα μνῶν τῷ Ἀννικάρῳ.

C

23. *De Platonis liguritione.*

Philosophus Plato cum Dionysium Siciliæ tyrannum ingenii magnitudine atque indole præstare intellexisset, ad eum navigavit. Ac Platonis quidem interpretes duplicem hujus navigationis causam afferunt, alteram, ut ignem illum qui ex Ætna erumpebat, viseret; alteram, ut Dionysium ad amplexandam philosophiam hortaretur. Ac beatus Gregorius hanc ipsi adeundæ Siciliæ causam fuisse ait, ut magnificis et opiparis Dionysii cœnis frueretur. Idque hac demum conjectura vere colligi censet, quod a Dionysio propter ipsius liguritionem venditus sit. Revera enim vinditus est, utpote a Dionysio Pollidi Lacedæmonio Navarcho, qui tum illic degebat, dono oblatus: ac deinde ab ipso Pollide, cum in Æginam appulisset, Aniceri quinquaginta minis venditus.

Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν Στωϊκῶν ἀρχαῖοί φασιν, ὡς διὰ λιχνείαν πρὸς τὸν Διονύσιον ἀπῆλθεν ὁ Πλάτων, οἷς καὶ ὁ Γρηγόριος μᾶλλον συντίθεται, καὶ οὐ τοῖς νεωτέροις Πλάτωνος ἐξηγηταῖς. Λέγει δὲ καὶ ὁ Ξενοφῶν *εἰς τὴν πρὸς Αἰσχίνην ἐπιστολὴν*, ὡς διὰ λαιμαργίαν ὁ Πλάτων εἰς τὴν Σικελίαν ἀπῆλθε πρὸς Διονύσιον τὸν τύραννον.

[Multi autem inter antiquiores Stoicos Platonem dicunt liguritionis causa ad Dionysium perrexisse, quos audiendos potius existimat Gregorius quam recentes Platonicos. Xenophon *in epistolam ad Æschinem* ait Platonem deliciarum Sicularum amore Dionysium tyrannum adiisse (1).]

κδ'. *Περὶ Ξενοκράτους ὀψοφαγίας.*

Ξενοκράτης καὶ Ἀριστοτέλης μαθηταὶ τοῦ Πλάτωνος. Οἵτινες καὶ διεδέξαντο αὐτοῦ τὴν διατριβήν· καὶ ὁ μὲν Ξενοκράτης ἐποίησε Στωϊκὴν αἵρεσιν, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὴν Περιπατητικήν. Λέγεται δὲ ὅτι οὕτω σώφρων ἦν ὁ Ξενοκράτης, καὶ οὕτως ὑπέταξε τὰ πάθη τῷ λόγῳ, ὅτι καὶ τρυφῶν οὐκ ἐκινεῖτο πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Ὁ οὖν μακάριος Γρηγόριος κατηγορεῖ αὐτοῦ ὡς λαιμάργου καὶ ὀψοφάγου, καὶ μηδὲν παραιτουμένου ἐσθίειν ὡς φιλοσόφου. Φιλοσοφία γάρ ἐστιν ἀρετῆς ἐγκράτεια καὶ εὐταξία βρωμάτων.

D

24. *De Xenocratis edacitate.*

Xenocrates et Aristoteles Platonis discipuli fuerunt, eique in philosophiæ professione successerunt. Ac Xenocrates quidem Stoicam sectam condidit, Aristoteles autem Peripateticam. Fertur porro tanta fuisse in Xenocrate pudicitiæ laus, ut, cum etiam mollius et delicatius viveret, nullis libidinis stimulis incitaretur. Ac proinde ita moderandos atque frenandos affectus esse dicebat, ut rationi obediant. Insectatur ergo eum Theologus ut lurconem et belluonem, nec ab ullo ciborum genere abstinentem, ut philosophum decebat. Philosophi enim est temperantiam colere, ac modum in cibis tenere.

κε'. *Περὶ Διογένους στωμυλίας.*

Διογένης κυνικὸς ἦν φιλόσοφος. Κυνικὸς δὲ ἤκουσεν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χερσαίων κυνῶν. Ὥσπερ γὰρ οἱ κύνες οὗτοι ἔχουσί τι καὶ φυλακτικὸν καὶ διακρι-

25. *De Diogenis dicacitate.*

Diogenes Cynicus philosophus erat. Cynicus autem dictus est translatione a canibus ducta. Quemadmodum enim canes latrandi discernendique

(1) Inclusa desunt apud Billium.

Digitized by Google

facultate præditi sunt (discernunt enim domesticos et familiares ab exteris, ac domesticos custodiunt), ad eumdem ipse quoque modum utraque facultate pollebat. Nam et philosophiæ dogmata custodiebat, et idoneos ad philosophiam ab his qui minime idonei erant, distinguebat. Merito itaque Diogenes cum talis esset, maxima dicendi libertate utebatur: atque et magnos et potentes viros et eloquentes aliosque omnes honesti causa coarguebat: idque lepidius aliquando scurriliusque faciebat. Huc igitur spectans D. Gregorius Diogenem ridiculum potius aut impostorem fuisse ait, quam philosophum. Est enim στωμύλία fraus ea, qua homines verborum lepore facetiisque circumveniuntur.

A τικὸν (διακρίνουσι γὰρ τοὺς οἰκείους τῶν ξένων, καὶ φυλάττουσι τοὺς οἰκείους), οὕτω καὶ οὗτος ἐμιμεῖτο τὸ διακριτικὸν καὶ φυλακτικόν· καὶ ἐφύλαττε μὲν τὰ τῆς φιλοσοφίας δόγματα, διέκρινε δὲ τοὺς ἐπιτηδείους καὶ ἀνεπιτηδείους πρὸς φιλοσοφίαν. Αὐτὸς οὖν ὁ Διογένης τοιοῦτος ὤν, ἦν εἰκότως καὶ εὐπαρρησίαστος. Ἤλεγχεν οὖν καὶ δυνάστας καὶ ἐλλογίμους, καὶ πάντα ἄνθρωπον δῆθεν διὰ τὸ καλόν· ἐλέγχων δὲ, ἀστειότερον καὶ γελοιωδέστερον ἤλεγχε. Πρὸς τοῦτο οὖν ἀποβλέψας ὁ μακάριος Γρηγόριος λέγει, ὅτι ὁ Διογένης γελοῖος μᾶλλον ἦν καὶ ἀπατητικὸς, ἢ φιλόσοφος. Στωμυλία δέ ἐστιν ἡ κατὰ ἀστειότητα ἀπάτη προσερχομένη.

26. *De eo, qui in dolio habitabat.*

Hæc quoque historia ad Diogenem spectat. Narrant enim eum in dolio hiemis tempore habitare solitum, ac sub vesperam quidem ingredi propter frigus, interdiu autem egredi propter solem. Unde cum aliquando ad solem apricaretur, ac superveniens Alexander solis lumen ipsi ademisset, apricantique officeret, quæreretque, nunquid vellet: Nihil, inquit, aliud, quam ut apricanti ne obstes. Aut igitur ad hanc historiam alludit Gregorius, aut, ut probabile est, ad eam quæ Ptolemæorum tempore contigit: quæ quidem ad hunc modum se habet: Sotades quispiam Alexandrinus philosophus in loco quodam stans apricabatur, ac pediculos quærebat. Hunc e sublimi conspicatus Ptolemæus descendit, ut eum in aulam duceret. Sotades autem eo conspecto in dolii cujusdam jacentis fragmentum sese inclusit, sicque Ptolemæo absconditus est; postea autem ut miser et infortunatus suggillatus est. Alii dicunt Ptolemæum hoc iambicum in eum contorsisse:

B

C

Malo fortunæ guttam, quam prudentiæ dolium.

Quibus verbis significabat dolium quidem illud prudentia scatere propter Sotadem, qui eo includebatur: tamen quia ipse infortunatus esset, nihil ipsi tantam prudentiæ ubertatem profuisse. Ac talis quidem est hæc historia. Nunc ad constructionem veniamus, καὶ τῆς Διογένους στωμυλίας ὑφ' ἧς τοὺς ξένους ὑπεξίστησι, quorum verborum hic sensus est: *Diogenes dicacitate sua eos qui ipsi umbram efficiebant submovebat.* Per tyrannos autem, tyrannicos sermones intelligit, quibus secedere cogebat eos a quibus adibatur. Quocirca sive una eademque sit dicacitatis Diogenis et dolii historia, constructio juncta est; sive duæ sint historiæ, construenda erit Diogenis dicacitas cum eo quod sequitur, ὑφ' ἧς τοὺς ξένους ὑπεξίστησι. Quod autem per tyrannos importuni atque insolentes sermones intelligantur (1), ipsemet Gregorius dixit

D

κς'. *Περὶ τοῦ ἐνοικοῦντος τὸν πίθον.*

Πολλαχῶς δύναται ἐξηγηθῆναι· καὶ αὕτη γὰρ περὶ Διογένους ἐστί. Λέγεται οὖν, ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι οὗτος πίθον ᾤκει, ἐν ᾧ ἐσπέρας εἰσῄει διὰ τὸ κρύος, ἡμέρας δὲ ἐξῄει διὰ τὸν ἥλιον. Διὸ καί ποτε θερμαινομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ, ἐπέστη ὁ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, ἀποσκοτῶν αὐτῷ τοῦ μὴ θερμαίνεσθαι αὐτὸν ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ λέγων· Εἰπὲ, Διόγενες, τί βούλει σοι χαρίσωμαι; Ὁ δὲ εἶπε· Τοῦτό μοι χάρισαι τὸ μικρὸν ὑπεκστῆναί μου, ἵνα θερμανθῶ. Ἡ οὖν αὕτη ἐστὶν ἡ ἱστορία, ἢ, ὡς εἰκὸς, ἡ γενομένη ἐπὶ τοῦ Πτολεμαίου· ἔστι δὲ αὕτη· Σωτάδης τις Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, ἵστατο ἐν τόπῳ τινὶ ἐν ἡλίῳ φθειρόμενος. Τοῦτον ἄνωθεν ἔκ τινος ἀπόπτου θεασάμενος ὁ Πτολεμαῖος, κατῆλθεν ἵνα αὐτὸν λάβοι εἰς τὰ βασίλεια. Ὁ δὲ Σωτάδης ἰδὼν αὐτὸν, εἰσῆλθεν εἰς κλάσμα πίθου κειμένου, καὶ ὑπεκρύβη τὸν Πτολεμαῖον. Ὕστερον δὲ ὡς ἀτυχῆ τινες τοῦτον διέβαλλον. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι αὐτὸς ὁ Πτολεμαῖος, καὶ τὸ ἰαμβεῖον τοῦτο ἀπεφθέγξατο·

Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον.

Αἰνιττόμενος ὅτι ὁ πίθος ἐκεῖνος μεστός ἐστι φρενῶν, διὰ [τὸ] τὸν Σωτάδην ἐντὸς αὐτοῦ εἶναι· καὶ ὅμως διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀτυχῆ, οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησεν ἡ τῶν φρενῶν πληθύς. Καὶ ἡ μὲν ἱστορία αὕτη· ἡ δὲ σύνταξίς ἐστιν οὕτω· Καὶ τῆς Διογένους στωμυλίας, ὑφ' ἧς τοὺς ξένους ὑπεξίστησιν· ἵν' ᾖ ὅτι ὁ Διογένης διὰ τῆς στωμυλίας ἐποίει ἀποχωρεῖν τοὺς τὴν σκιὰν αὐτῷ ποιοῦντας (τοῖς τυράννοις δὲ λέγει, ἀντὶ τοῦ, τοῖς λόγοις τοῖς τυραννικοῖς, ποιῶν ἀναχωρεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας), ἢ οὖν μιᾶς οὔσης τῆς κατὰ τὴν στωμυλίαν καὶ τὸν πίθον ἡ σύνταξις συνδέδεται, ἢ δύο οὐσῶν τῶν ἱστοριῶν, σύντάξει δεῖ τὴν Διογένους στωμυλίαν μετὰ τοῦ, ὑφ' ἧς. Ὅτι δὲ τυράννους καλοῦσι τοὺς θρασεῖς λόγους, καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἀνὴρ Γρηγόριος εἶπεν· ὡς ἐκ τῆς τραγῳδίας· μάλιστα γὰρ οἱ τραγικοὶ τῇ τοιαύτῃ κέχρηνται τροπῇ. Τὸ δὲ, τοὺς εὐτελεῖς ἄρτους τοῖς σησαμοῦσιν,

Ὦ ξένε, τυράννοις ἐκ πόδων μεθίστασο.
Hospes, tyrannis cede confestim via.

(1) Fallitur Nonnus, inquit Billius schol. 40, ad I *contra Julian.*, p. 409. Cum Diogenes aliquando apud quemdam cœnaret eique simul et placentæ et hordeacei panes apponerentur, submotis panibus in placentas manus injecit, illud tragicum non intempestive proferens:

Per tyrannos videlicet (quod nomen olim in honore erat) placentas significans, per hospites autem cibarios et viles panes.

Digitized by Google

ἐστὶν αὐτῷ παρῴδησις. Ἔστι μὲν τοιοῦτόν τι παρὰ τραγικοῖς, μᾶλλον δὲ παρὰ κωμικοῖς λεγόμενον, ὅτι διὰ τῶν ἡδυτέρων ἄρτων τοὺς εὐτελεῖς ἀποφαυλίζουσιν ἄρτους. Καταπαίζει οὖν ὁ θεῖος Γρηγόριος τῇ παρῳδήσει χρώμενος· Ὅτι, φησὶ, διὰ τῆς στωμυλίας τῆς ἡδυνούσης ἐν τῷ φθέγγεσθαι, ἀπεφαύλιζε τοὺς παρατυγχάνοντας, διελέγχων αὐτούς. Κατὰ δὲ τὴν ἐμὴν κρίσιν, μίαν ἥγημαι τὴν κατὰ τὴν στωμυλίαν καὶ τὸν πίθον ἱστορίαν.

A ex tragœdia. Tragici enim potissimum hujusmodi tropo utuntur. Quod autem ait, Viles panes placentis, hoc per allusionem dicit. Etenim hujusmodi quiddam apud tragicos, vel potius apud comicos dicitur. Per suaviores panes viliores panes dejiciunt atque aspernantur. Ad hoc ergo alludens Gregorius hunc Diogeni morem fuisse ait, ut dicacitate, quæ auditorum animos oblectat, vilipenderet eos, qui ipsi forte occurrebant, nimirum ipsos coarguens. Meo tamen judicio una eademque est dicacitatis et dolii historia.

κζ'. *Περὶ τοῦ Ἐπικούρου.*

Ἐπίκουρος φιλόσοφος γέγονεν, ὅστις μὴ προνοεῖσθαι τὸν Θεὸν τῶν τῇδε πραγμάτων ἐδόξασεν. Οὗτος δὲ καὶ τέλος παντὸς ἀγαθοῦ ἐτίθετο τὴν ἡδονὴν, οὐ τὴν ἀκάθαρτον, ἀλλὰ τὴν φυσικωτάτην κατάστασιν. B Καὶ δὴ οἱ φιλόσοφοι ἀποσκορακίζουσιν αὐτὸν ὡς μὴ λέγοντα Πρόνοιαν, καὶ ὅτι τέλος τίθεται τὴν ἡδονὴν, καὶ οὐ τὸ ἀγαθὸν, τὸ πρώτιστον καὶ μόνον. Τοῦτο δέ ἐστιν ὁ Θεός.

27. *De Epicuro.*

Epicurus philosophus Deum humanarum rerum cura minime tangi censuit. Idem summum bonum in voluptate constituit : quanquam qui philosophorum dogmata interpretantur, eum non in impura atque obscena voluptate summum bonum posuisse dicunt, sed in statu maxime naturali. Hunc omnes philosophi explodunt, tum quod divinam providentiam negarit, tum quod voluptatem summum bonum esse pronuntiarit, non autem primarium illud ac solum bonum, hoc est Deum.

κη'. *Περὶ τοῦ Κράτητος.*

Κράτης Θηβαῖος ἦν τῆς Βοιωτίας τὸ γένος. Οὗτος φιλοσοφῆσαι θέλων τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν, λαβὼν τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἔῤῥιψε τῷ δήμῳ, κηρύξας οὕτω· Κράτης ἀπολύει τὰ Κράτητος, ἵνα μὴ τὰ Κράτητος κρατήσῃ τὸν Κράτητα. Καὶ τὰ χωρία αὐτοῦ εἶασε γενέσθαι μηλόβοτα. Μηλόβοτον δέ ἐστι χωρίον, ἐν ᾧ ἀπολύονται τὰ πρόβατα εἰς τὸ βόσκεσθαι. Μῆλα γὰρ καλοῦνται τὰ πρόβατα· ἔνθεν καὶ C μηλονόμοι οἱ ποιμένες, καὶ μηλωτὴ ἡ δορὰ τοῦ προβάτου λέγεται.

28. *De Cratete.*

Crates patria Thebanus, quæ Bœotiæ urbs est, Cynicæ philosophiæ cupiditate captus, facultates omnes suas in vulgus projecit, atque ita proclamavit: Crates Cratetis bona abjicit, ne Cratetis bona Cratetem superent. Ac prædia sua μηλόβοτα reliquit : μηλόβοτος autem is locus est, qui pecudibus ad pascendum relinquitur; μῆλα enim oves sunt : unde μηλονόμοι pastores dicuntur, et μηλωτή, ovina pellis.

κθ'. *Περὶ τοῦ τριβωνίου.*

Κυνικὸς πάλιν φιλόσοφος, ἢ Ἀντισθένης, ἢ Ζήνων· διαφορεῖται γάρ. Οὗτος πλέων, καὶ χειμῶνος συμβάντος, καὶ ναυαγίου γινομένου, καὶ πάντων ἐκριπτουμένων, εὐχαρίστως φέρων τὴν ἐσομένην αὐτῷ πενίαν, πρὸς τὴν τύχην ἐφθέγξατο· Εὖγε, ὦ τύχη· χάριν σοι ὁμολογῶ, ὅτι τὴν ἐμὴν οὐσίαν ἄχρι τοῦ τριβωνίου περιέστησας· δηλῶν, ὅτι οὐδὲν τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἧς ἦν ἐμπεφορτισμένος, τῇ νηῒ κατελείφθη.

29. *De tribonio*

Cynicus tursus philosophus, vel Antisthenes vel Zeno [1] (nam utrumque dicitur), cum aliquando navigaret, ac coorta tempestate opes quasdam suas naufragio amisisset, æquo et grato animo futuram suam paupertatem ferens, Fortunam his verbis allocutus est : Bene se res habet, Fortuna : gratiam tibi ago, quod facultates meas ad tribonium usque redegisti.

λ'. *Περὶ τοῦ Ἀντισθένους.*

Οὗτος ὁ Ἀντισθένης κυνικὸς ἦν φιλόσοφος· ὃς τυφθεὶς καὶ πληγεὶς τὸ πρόσωπον, λαβὼν χαρτίον καὶ ἐγγράψας τὸν τύψαντα, ἐκόλλησεν εἰς τὸ ἑαυτοῦ D μέτωπον, καὶ οὕτω περιῆγε.

30. *De Antisthene.*

Antisthenes hic Cynicus philosophus cum a quodam verberatus fuisset, vulnusque in facie accepisset, accepta charta, ejus a quo percussus fuerat, nomen in ea inscripsit, eamque postea fronti suæ agglutinatam circumferebat.

λα'. *Περὶ τοῦ φιλοσόφου παννυχίου στάντος ἐν τῷ ἡλίῳ.*

Πολεμουμένης τῆς Ῥώμης ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ὁ φιλόσοφος στὰς ὅλην τὴν ἡμέραν ὑπὸ τὸν ἥλιον, προσηύξατο, καὶ ἔπεσε πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφλεξε τοὺς βαρβάρους καὶ αὐτὸν τὸν φιλόσοφον.

31. *De eo qui tote die in sole stetit.*

Cum Roma a barbaris bello premeretur tempore τοῦ Ἁσιλοῦ, ille toto diei curriculo sub sole stans preces fudit : ceciditque ignis, quo et barbari et philosophus ipse conflagrarunt.

λβ'. *Περὶ τῆς Ποτιδαίας.*

Ποτίδαια πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ κειμένη. Ἐν ταύτῃ τῇ Ποτιδαίᾳ φιλόσοφος Ποτιδαιάτης ἑστὼ ἐν χειμερινῷ καιρῷ παννύχιος εὐχόμενος· καὶ τοσοῦτον

32. *De Potidæa.*

Potidæa urbs quædam est in Thracia sita. In ea philosophus quidam Potidæates hiemis tempore tota nocte inter precandum stetit, animoque ita in su-

(1) Zeno tamen fuit Stoicus.

Digitized by Google

blime raptus fuit, ut frigoris vim minime persenserit. Ἔκστασιν autem hoc loco appellat affectum illum philosophi extra se rapti, atque animo in sublime elati. Per στάσιν autem non intestinum bellum ac seditionem significat, sed quod ille stato ac recto corpore precatus sit.

B μετάρσιος γέγονε τὴν ψυχήν, ὥστε μὴ αἰσθάνεσθαι τοῦ κρύους τοῦ χειμῶνος. Ἔκστασιν οὖν φησι τὸ μετάρσιον τῆς ψυχῆς.

33. *De Arcadica quæstione.*

Homerus poeta profectus in Arcadiam, quæ Peloponnesi regio est, incidit in piscatores quosdam, qui pediculos a corporibus suis excutiebant. Cumque ex ipsis quæsivisset: *Viri Arcades, qui piscandi artem profitemini, aliquidne cepistis?* illi hoc carmine responderunt:

λγ'. *Περὶ τοῦ Ἀρκαδικοῦ ζητήματος.*

Ὅμηρος ὁ ποιητὴς περὶ τὴν Ἀρκαδίαν γεγονὼς (χώρα δὲ αὕτη τῆς Πελοποννήσου), περιέτυχεν ἁλιεῦσι φθειριζομένοις, καὶ ἠρώτησεν αὐτοὺς οὕτως· Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ἁλιήτορες, ἦ ῥ' ἔχομέν τι; Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τῆς ἐρωτήσεως οὕτος· Ὦ ἄνδρες Ἀρκάδες, ἁλιεῖς τὴν τέχνην, ἆρα ἐθηράσαμέν τι; Οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀπεκρίναντο τοῦτο τὸ ἔπος·

Liquimus acceptos, non captos ferre necesse est.

Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, τὰ δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Quo quidem versu hoc volebant, se pediculos eos quos ceperant, occidisse: quos autem capere nequiverant, in vestibus suis ferre. Quod quidem ænigma cum Homerus non intellexisset, exiguo tempore illic versatus, mœrore oppressus est. Ferunt autem editum fuisse Homero oraculum, tum ipsi vitæ finem fore, cum propositam quæstionem solvere non potuisset.

B Ὁ δὲ νοῦς τούτου τοῦ ἔπους τοιοῦτος· ὅτι Οὓς μὲν φθεῖρας ἐθηράσαμεν, ἀπεκτείναμεν ἐνταῦθα· οὓς δὲ οὐκ ἰσχύσαμεν θηρεύσασθαι, φέρομεν ἐν τοῖς ἱματίοις. Οὐκ ἐνόησε δὲ Ὅμηρος τοῦτο τὸ ἔπος, ὡς φασι, καὶ μικρὸν ἐκεῖσε γενόμενος ἀπέθανεν ἀπὸ λύπης. Λέγουσι δὲ εἶναι καὶ χρησμὸν δοθέντα Ὁμήρῳ, ὅτι ὅταν αὐτῷ προτεθείη ζήτημά τι, καὶ μὴ εὕροι, τότε ἀποθανεῖται.

34. *De Aristotele et Euripo.*

Aristoteles philosophus Platonis discipulus fuit. Qui cum se potissimum huic philosophiæ parti dedidisset, quæ in contemplanda cognoscendaque rerum natura versatur, rerum omnium subcœlestium causas naturasque explicare studuit, ut terræ, maris, aeris, ætheris, animantium, stirpium, pluviæ, nivis, terræmotus, cometarum. Hic rerum omnium, ut videtur, naturam perscrutatus, Euripi quoque naturam indagare et cognoscere voluit. Quam cum assequi non potuisset, in hanc maris partem se præcipitem dedit, atque interiit, his verbis utens: Quoniam Aristoteles Euripum minime cepit, Aristotelem Euripus habeat. Atque ita negotio infecto mortem obiit Aristoteles. Euripus porro locus est maris inter Bœotiam insulam et Atticam, qui unius diei spatio septies mutatur. Illic enim aqua suffugit, velutque absorbetur, ac rursus regurgitat cumulaturque, ut prius. Quod autem ad constructionem attinet, verbum plurale, *mortui sunt*, communiter ambobus servit, nempe Homero et Aristoteli. Homerus enim qui sibi primas poeseos arrogabat, cum in Arcadica quæstione hæsisset, mœrore contabuit. Aristoteles autem qui sibi incomprehensibilia Dei opificia cognoscere eorumque causas explicare videbatur, ad Euripum se contulit: cumque in ejus causa indaganda perplexus hæsisset, sese in mare præcipitavit, miscreque periit.

λδ'. *Περὶ τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ τοῦ Εὐρίπου.*

Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, μαθητὴς γέγονε Πλάτωνος· εἰ καὶ τὰ μάλιστα περὶ τὸ φυσιολογικὸν μέρος τῆς φιλοσοφίας ἐπιδοὺς ἑαυτὸν, ἐσπούδασε πάντων τῶν μετὰ τὰ οὐράνια σώματα τὰς αἰτίας εἰπεῖν καὶ τὰς φύσεις· οἷον, γῆς, θαλάττης, ἀέρος, αἰθέρος, ζώων, φυτῶν, ὑετοῦ, χιόνος, σεισμῶν, κομητῶν, πάντων ἁπλῶς. Οὗτος οὖν τὴν πάντων, ὡς ἔοικε διερευνησάμενος φύσιν, ἐδουλήθη καὶ τὴν τοῦ Εὐρίπου φυσιολογῆσαι· μὴ ἰσχύσας δὲ καταλαβεῖν, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς θαλάσσης, τοῦτο ἐπιφθεγξάμενος· Ἐπειδὴ Ἀριστοτέλης οὐχ εἵλε τὸν Εὔριπον, Εὔριπος ἐχέτω τὸν Ἀριστοτέλην. Καὶ τέθνηκεν οὕτως ὁ Ἀριστοτέλης. Ὁ δὲ Εὔριπος, τόπος ἐστὶ τῆς θαλάσσης μεταξὺ τῆς Βοιωτίας νήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς, ὃς ἑπτάκις τρέπεται τῆς ἡμέρας. Τρέπεται δὲ τὸ ὕδωρ τὸ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῷ ὑποφεύγειν καὶ οἱονεὶ ἀναῤῥοφεῖσθαι, καὶ πάλιν ἐξερεύγεσθαι, καὶ ἀναπληροῦσθαι πάλιν ὡς ἦν. Τοῦτο δὲ, ὡς εἶπον, γίνεται ἑπτάκις τῆς ἡμέρας.

35. *De puteo Cleanthis.*

Cleanthes quoque de numero Cynicorum philosophorum erat (1). Hic in puteo quodam sese collocans pertranseuntibus aquam hauriebat, ac pro eo panem, quo vesceretur, accipiebat. Quo nomine in summa admiratione apud philosophos erat, ut laborum patientissimus.

D λε'. *Περὶ τοῦ Κλεάνθους καὶ τοῦ φρέατος.*

Κλεάνθης εἷς ἦν καὶ αὐτὸς τῶν κυνικῶν φιλοσόφων. Οὗτος ἔν τινι φρέατι ἑαυτὸν στήσας, ἠρύετο ὕδωρ τοῖς παριοῦσι, καὶ διδοὺς πιεῖν, ἐλάμβανε παρ' αὐτῶν ἄρτον καὶ ἤσθιε. Θαυμάζεται δὲ παρὰ τῶν φιλοσόφων ἐν τούτῳ καὶ οὗτος ὡς καρτερικός.

36. *De tristitia Heracliti.*

Heraclitus et Democritus, qui eodem tempore vixerunt, physicæque operam dederunt, mundi in-

λς'. *Περὶ τῆς Ἡρακλείτου κατηφείας.*

Ἡράκλειτος καὶ Δημόκριτος, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ γεγονότες χρόνῳ, φυσικοὶ δὲ ὄντες, ὁμοίως τὴν τοῦ

(1) Imo Stoicus erat, et Zenoni successit.

Digitized by Google

κόσμου ἀλλεπαλληλίαν διέπαιξαν, ὁ μὲν γελῶν, ὁ δὲ κλαίων. Ὁ μὲν Δημόκριτος ἐγέλα συνεχῶς τὰ πράγματα, ὁ δὲ Ἡράκλειτος ἔκλαιεν. Ἦν δὲ ὁ μὲν Δημόκριτος Ἀβδηρίτης, ὁ δὲ Ἡράκλειτος Ἐφέσιος.

A constantiam æque suggillarunt, ille flens, hic ridens. Democritus Abderites erat, Heraclitus Ephesius.

λζ'. *Περὶ τῶν φαλλῶν.*

Τῷ Διονύσῳ ἑορτὴν ἄγοντες οἱ Ἕλληνες, φαλλοῖς ἐτίμων αὐτόν. Φαλλὸς δέ ἐστιν ἐκ δέρματος ῥουσίου, σχῆμα αἰδοίου ἀνδρός. Καὶ τοῦτο περιετίθουν ἑαυτοῖς καὶ ἐν τοῖς τραχήλοις καὶ ἐν τοῖς μέσοις μηροῖς, καὶ ἐξωρχοῦντο, τιμῶντες ἐκ τούτου τὸν Διόνυσον. Τὴν δὲ τιμὴν ταύτην ἦγον τῷ Διονύσῳ διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν· Ἐκ Σεμέλης τῆς Κάδμου θυγατρὸς γεννᾶται ὁ Διόνυσος· αὕτη δὲ κεραυνωθεῖσα, ἐζητεῖτο ὑπὸ τοῦ Διονύσου. Περιπλανωμένῳ δὲ τούτῳ καὶ ζητοῦντι, Πρόσυμνος παῖς οὕτω λεγόμενος περιέτυχε τῷ Διονύσῳ, καὶ ὑπέσχετο δείξειν αὐτῷ τὴν μητέρα, εἰ παιδεραστήσει αὐτόν. Ὁ δὲ Διόνυσος ὑπέσχετο τοῦτο. Λέγει αὐτῷ ὁ Πρόσυμνος, ὅτι ἐν Λέρνῃ ἐστὶν ἡ Σεμέλη. Εἶτα εἰσῆλθεν ὁ Διόνυσος ἐν τῇ θαλάττῃ, ἵνα περάσῃ ἐν τῇ Λέρνῃ. Συνηκολούθησεν αὐτῷ καὶ ὁ Πρόσυμνος. Καὶ ὁ μὲν Διόνυσος, ὡς θεὸς, οὐ τέθνηκεν· ὁ δὲ Πρόσυμνος τέθνηκε. Λυπηθεὶς δὲ ὁ Διόνυσος, ὅτι ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ τέθνηκε, πρὸς τιμὴν αὐτοῦ καὶ μνήμην αἰδοῖον ξύλινον ἐκ συκίνου ξύλου ἐπελέκησε, μεμνημένος τῆς συντελεσθείσης αὐτοῖς αἰσχρᾶς καὶ παρανόμου ἡδονῆς· καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τοῖς φαλλοῖς τιμῶσι τὸν Διόνυσον. Φαλλοὶ οὖν εἰσιν οὗτοι πάντες· ἰθύφαλλοι δέ, οἱ εἰς τοὺς μηροὺς μόνον ἐπ' εὐθείας ἐπιδεσμούμενοι.

37. *De phallis.*

Liberi patri cum festum agerent gentiles, phallis eum honorabant. Est autem phallus pellis rubra in veretri figuram efficta. Hos undique sibi ipsis tum in collis tum in mediis femoribus imponebant: saltabantque in Bacchi honorem. Hoc porro honoris genere ipsum ob hujusmodi causam afficiebant: Ex Semele Cadmi uxore Bacchus procreatus est. Hanc fulmine percussam atque exstinctam cum huc illucque oberrans Bacchus quæreret, B adolescens quidam nomine Polyymnus in eum incidit, facturumque se pollicitus est, ut ipsi matrem suam ostenderet, si venereas voluptates abs se carpi pateretur. Quod cum promisisset Bacchus, narravit Polyymnus Semelen apud Lernam esse: sicque ab ipso Bacchus constupratus est. Cumque postea mare ingressus esset, ut in Lernam trajiceret, comitem se quoque adjunxit Polyymnus (1). Ac Bacchus quidem ut deus, incolumis inde rediit: Polyymnus autem morte oppressus est. Bacchus igitur amasii mortem ægre ferens, ad ipsius honorem ac memoriam ligneum veretrum ex ficulnea cæsum ac rubro colore illitum solatii causa semper gestabat, ut non sine magna voluptate nefariæ libidinis cum ipso perpetratæ memoriam refricans. Ac pro sceptro hoc circumferebat. Atque hæc causa est, cur ethnici phallis Bacchum honorent. Enimvero phalli dicuntur veretra omnia, ithyphalli ea demum, quæ rigida atque in longum arrecta sunt: unde etiam φαλλητάρια vocantur.

C

λη'-λθ'. *Κιτὰ τῶν ἀπύγων καὶ μελαμπύγων.*

Ὁ Πειρίθους κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην διὰ τὸ ἁρπάσαι τὴν Περσεφόνην τὴν τοῦ Πλούτωνος, ἐδέθη κάτω παρὰ πέτραις τισί. Κατελθὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς, καὶ θέλων λαβεῖν τὸν Πειρίθουν, αὐτὸν μὲν ἀνείλκυσεν· αἱ δὲ πυγαὶ αὐτοῦ προσέμειναν τῇ πέτρᾳ. Ἐκλήθη οὖν ὁ Πειρίθους ἄπυγος· πυγὸς γὰρ καλεῖται τὸ κάθισμα ἑκάστου ἀνθρώπου. Ἡ δὲ κατὰ τοὺς μελαμπύγους ἐστὶν αὕτη· Δύο τινὲς ἀδελφοὶ κατὰ γῆν πᾶσαν ἀδικίαν ἐνδεικνύμενοι, ἐλέγοντο Κέρκοπες, ἐκ τῆς τῶν ἔργων δριμύτητος τὴν ἐπωνυμίαν λαχόντες. Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐλέγετο Πάσσαλος, ὁ δὲ ἕτερος Ἀκλήμων, ὡς φησι Δῖος ὁ ὑπομνηματιστής. Τούτους δὲ ἡ μήτηρ, Μήμωνις τῷ ὀνόματι, ἐωρακυῖα κατὰ γῆν πολλὰ δεινὰ ἐργαζομένους αὐτοὺς, εἶπε μὴ περιτυχεῖν μελαμπύγῳ· καί ποτε τοῦ Ἡρακλέους ὑπὸ δένδρον κοιμωμένου, καὶ τῶν αὐτοῦ ὅπλων ὑποκεκλιμένων τῷ φυτῷ, πλησιάσαντες οὗτοι τοῖς ὅπλοις, ἐπιχειρῆσαι ἐβουλήθησαν. Εὐθὺς δὲ ὁ Ἡρακλῆς αἰσθόμενος, λαβὼν αὐτοὺς, καὶ κατακέφαλα ἐπὶ ξύλου δεσμεύσας, ἐβάστασεν ἐξόπισθεν. Καὶ τότε ἐκεῖνοι τῆς ἐντολῆς τῆς ἑαυτῶν μητρὸς ἐμνήσθησαν κρεμάμενοι, τοῦ Ἡρακλέους τὴν πυγὴν μέλαιναν θεασάμενοι ἐκ τῆς τῶν τριχῶν δασύτητος· οἱ καὶ πρὸς ἀλλήλους αὐτὸ τοῦτο διαλεγόμενοι, γέλωτα πολὺν

38-39. *De Melampygis et Apygis.*

Apygorum, hoc est, natibus carentium, fabula hæc est: Pirithous cum ad inferos descendisset ob Proserpinæ uxoris Plutonis raptum, ad petras quasdam vinctus est. Cum ergo Hercules descendisset, ac Pirithoum accipere vellet, ipsum quidem sursum pertraxit: cæterum ipsius nates rupi adhæserunt. Ac proinde Apygus dictus est. Quod autem Melampygos attinet, hic sermo circumfertur: Duo fratres erant nullum non flagitii genus perpetrantes, qui a facinorum suorum acrimonia Cerconum (Cercopum legendum puto) cognomentum nacti sunt. Nam alioqui alter ipsorum Passalus vocabatur, alter Aclemon, ut auctor est Dion commentator. Mater igitur eorum nomine Memmonis cum eos plurima graviaque flagitia committere videret, cavendum ipsis esse admonuit, ne in Melampygum inciderent. Accidit forte ut Hercules positis sub arbore quadam armis somno indulgeret. Hi igitur propius accedentes armis ipsius manum injicere tentarunt. Quod cum protinus Hercules sensisset, capite arreptos, atque ad lignum quoddam obvinctos gestabat. Ac tum illis pendentibus materni mandati recordatio subiit, cum Herculis nates ex pilorum densitate nigras esse perspexis

(1) Aliter hoc narrat Clemens in *Adhort.*

Digitized by Google

sent : atque hoc inter se colloquentes maximum Herculi risum moverunt : ob idque eos confestim missos fecit.

40. *De venerando Pane.*

Penelope Ulyssis uxor fuit. Quo post Trojanum bellum huc atque illuc oberrante, permulti proci venerunt, ut Penelopen sibi matrimonio jungerent. At illa diem de die ducebat, nemini nubere volens, quod Ulyssem maritum suum exspectaret. Quo factum est, ut omnes impetu facto eam compresserint, gravidamque reddiderint : ita Panem peperit. Unde etiam hoc nomine vocatus est, quod ab omnibus satus fuerit. Alii admodum eximia forma pudicitiaque Penelopen fuisse ferunt : ideoque ipsius amore inflammatum Mercurium hirci formam induisse : ipsam autem mentis errore affectam ac furore correptam hircum adamasse, ab eoque inagitatam fuisse ; atque ex eo coitu Panem exstitisse divinitatemque a patre consecutum fuisse. Atque hic est Pan hircinos pedes habens.

41. *De Buthœna.*

Buthœnas hic Hercules est, ita ob hujusmodi causam appellatus : Cum per Dryopum regionem Hyllum filium suum humeris gestans iter faceret, ac puer fame affectus cibum a patre peteret : ille agricolam quemdam arantem nomine Theodamantem reperit, panemque ab eo postulavit. Quod ille cum non modo recusasset, sed Herculem quoque contumeliosis verbis insectatus fuisset : tum Hercules bovem unum ex his qui arabant, acceptum jugulavit, ac cum filio epulatus est. Ob eamque causam Buthœnæ cognomentum nactus est, quod totum bovem uno epulo confecisset. Hinc Herculi cum Dryopibus bellum contigit. Nam cum Theodamas ad urbem ascendisset, atque infestum hostem in regionem accessisse nuntiasset, Herculem videlicet intelligens, ad eum opprimendum egressi sunt, commissoque prælio omnes ab eo superati sunt.

42. *De Trivespero.*

Herculem tribus noctibus conceptum fuisse, et ex materno utero decidisse ferunt : atque hujusmodi quæquæ nugæ ac fabulæ de eo circumferuntur. Consimilem quoque in modum aiunt eum nocte una cum Thestii filiabus rem habuisse, omnesque ex eo peperisse : adeo ut hoc quoque nomine in deorum numerum relatus fuerit, atque hoc certamen decimum tertium appellatum sit.

43. *De Idoliano et Tauricremo.*

Quoniam Julianus Apostata præclarissimum Christianorum nomen in Galilæos commutare ac transferre studuerat : idcirco nunc quoque D. Gregorius eum irridere vult, aitque : Licet nobis quoque Julianum suis nominibus appellare, ac velut colcribus suis depingere. Proinde ipsi quoque eum Idolianum nominemus, ut idolorum cultorem, et Pisæum, ut Jovem Pisæ colentem. Jupiter enim Pisæ, quæ Elidis urbs est, colebatur. Julianum ergo, inquit, par est Pisæum vocare, quemadmodum et Adonium propter Adonidem. Nam

προσῆψαν τῷ Ἡρακλεῖ. Καὶ εὐθὺς κατὰ τοῦτο τῶν δεσμῶν ἐλυτρώσατο, καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.

μ'. *Περὶ τοῦ Σεμνοῦ Πανός.*

Πηνελόπη γυνὴ γέγονε τοῦ Ὀδυσσέως. Τούτου δὲ πλανωμένου μετὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, πολλοί τινες ἦλθον μνηστευσόμενοι τὴν Πηνελόπην. Ἡ δὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἀνεβάλλετο, μηδενὶ θέλουσα γαμηθῆναι, διὰ τὸ περιμένειν αὐτὴν τὸν Ὀδυσσέα τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Πάντες οὖν συμφρασάμενοι, συγγεγόνασιν αὐτῇ· ἡ δὲ ἐγκυμονήσασα ἔτεκε τὸν Πᾶνα· διὸ καὶ Πᾶν καλεῖται, ὅτι ἐκ πάντων ἐσπάρη. Ἕτεροι δὲ λέγουσιν ὅτι πάνυ εὔμορφος καὶ σώφρων ἦν ἡ Πηνελόπη· καὶ διὰ τοῦτο ἠράσθη αὐτῆς ὁ Ἑρμῆς, καὶ μετεβλήθη εἰς τράγον, καὶ ἐκνοήσας αὐτὴν μαγείᾳ εἰς ἔρωτα αὐτοῦ ἐκίνησε· καὶ ὠχεύθη ὑπὸ τοῦ τράγου, καὶ συνέλαβε καὶ ἔτεκε τὸν Πᾶνα. Τοῦτον δὲ ἐθεοποίησαν· οὗτος δέ ἐστιν ὁ Πᾶν ὁ τραγόπους.

μα'. *Περὶ τοῦ Βουθοίνα.*

Ὁ Ἡρακλῆς ἐστιν ὁ καλούμενος βουθοίνας· ἐκλήθη δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν· Τὴν Δρυόπιδα γῆν παρῆει ὁ Ἡρακλῆς, βαστάζων καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ὕλλον· εἶτα πεπεινακότος τοῦ Ὕλλου καὶ αἰτοῦντος τροφήν, ἀροτριῶντά τινα Θειοδάμαντα οὕτω λεγόμενον εὑρών, ᾔτησεν ὁ Ἡρακλῆς ἄρτον· ὁ δὲ οὐ δέδωκεν, ἀλλὰ καὶ ὕβρισεν. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕνα τῶν ἀροτριώντων βοῶν λαβὼν ἔσφαξε, καὶ ἐθοινήθη καὶ αὐτὸς καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ὕλλος· καὶ ἐκλήθη διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην βουθοίνας, ἐπειδὴ ὅλον ἐθοινήθη τὸν βοῦν· ἔνθεν τῷ Ἡρακλεῖ γέγονεν ὁ πρὸς τοὺς Δρύοπας πόλεμος. Τοῦ γὰρ Θειοδάμαντος ἀνελθόντος εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰπόντος, ὡς Πολέμιος ἦλθεν εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ἐξῆλθον κατ' αὐτοῦ οἱ Δρύοπες, καὶ νενίκηκε πάντας αὐτοὺς ὁ Ἡρακλῆς, καὶ λαμβάνει αἰχμάλωτον τὸν Ὕλλον τὸν υἱὸν τοῦ Θειοδάμαντος.

μβ'. *Περὶ τοῦ Τριεσπέρου.*

Λέγεται ὁ Ἡρακλῆς διὰ τριῶν ἑσπερῶν συλληφθῆναι ὁμοίως καὶ τεχθῆναι· καὶ ἐν μιᾷ νυκτὶ πεντήκοντα ταῖς Θεστίου θυγατράσι μιγῆναι, καὶ παιδοποιῆσαι ἐξ αὐτῶν πασῶν, ὥστε καὶ διὰ ταῦτα θεοποιῆσαι αὐτὸν, καὶ τοῦτο τρισκαιδέκατον αὐτοῦ ἆθλον ὀνομάσαι.

μγ'. *Περὶ τοῦ Εἰδωλιανοῦ καὶ Καυσιταύρου.*

Ἐπειδὴ ὁ Παραβάτης τὸ τῶν Χριστιανῶν κάλλιστον ὄνομα, εἰς Γαλιλαίους μεταθεῖναι ἐσπούδαζε, νῦν βούλεται ὁ θεῖος Γρηγόριος διαπαίξαι αὐτὸν, καὶ εἰπεῖν, ὅτι Ἔξεστιν καὶ ἡμῖν τὸν Ἰουλιανὸν καλεῖν ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν ὀνομάτων. Φησὶν οὖν· Καλέσωμεν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς Εἰδωλιανὸν, ὡς εἰδωλολάτρην, καὶ Πισαῖον, ὡς τὸν ἐν Πίσῃ Δία τιμῶντα· Ζεὺς δὲ ἐν Πίσῃ τῇ πόλει ἐτιμᾶτο· Πίσα δὲ, πόλις ἐστὶ τῆς Ἤλιδος. Καὶ Ἀδωναῖον διὰ τὸν Ἄδωνιν. Λέγεται δὲ σεβασθῆναι τὸν Ἄδωνιν ὁ Ἰουλιανός· οὗτος δὲ ὁ Ἄδωνις ἠράσθη ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄνθρωπος ὤν,

Digitized by Google

ἐφονεύθη δὲ ὑπὸ τοῦ Ἄρεως, διὰ τὸ ἀντερασθῆναι τὸν Ἄρεα τῆς Ἀφροδίτης. Καυσίταυρον δὲ δεῖ, φησὶ, καλεῖν τὸν Ἰουλιανὸν, διὰ τὸ ταύρους ὁλοκλήρους θυσιάζειν καὶ κατακαίειν τοῖς θεοῖς αὐτοῦ.

A Adonidem quoque summa religione a Juliano cultum fuisse narrant. Hunc porro Adonidem a Venere adamatum, atque a Marte, qui ipsius quoque Veneris amore flagrabat, interemptum fuisse fabulantur. Tauricremum denique Julianum appellare convenit, ut totos boves diis suis immolantem et comburentem.

μβ'. *Περὶ τῆς Κερδαλῆς καὶ τοῦ Μίνωος.*

Κερδὼ καλεῖται ἡ ἀλώπηξ· ἔνθεν καὶ κερδαλῆ, ἡ πονηρία καὶ ἡ κακία καὶ ἡ δολιότης· δόλιον γὰρ καὶ παγκάκιστον καὶ πονηρὸν τὸ ζῶον τοῦτο ἡ ἀλώπηξ. Ὁ δὲ Μίνως δίκαιος ἄνθρωπος ἐνομίζετο εἶναι, ὡς υἱὸς τοῦ Διός. Ὃ οὖν λέγει ὁ θεῖος Γρηγόριος τοῦτό ἐστιν· ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς τὴν ἑαυτοῦ παγκάκιστον πονηρίαν δι' ἐπιπλάστου ἤθους ἀπέκρυπτεν, ἄδικος ὢν ἐν δικαίῳ προσχήματι.

44. *De vulpina pelle.*

Κερδὼ *vulpes* vocatur : unde et κερδαλῆ, malitia atque improbitas et fraudulentia. Versutum quippe est hoc animal, miræque malitiæ et perversitatis. At vero Minos justus et integer homo habebatur, ut Jovis filius. Hunc autem sensum Gregorii verba habent : Quod Julianus singularem suam animi perversitatem humanitatis cujusdam et clementiæ larva contegebat, ac sub justitiæ specie injustus et B sceleratus erat.

με'. *Περὶ τοῦ Μελάμποδος καὶ τοῦ Πρωτέως.*

Ὁ Πρωτεὺς οὗτός ἐστιν ὁ τῆς Θρᾴκης, οὗ τοὺς υἱοὺς ἀπέκτεινεν ὁ Ἡρακλῆς. Οὗτος οὖν καὶ μάντις ἦν, καὶ γενόμενος ἐνάλιος δαίμων, καὶ οἰκῶν τὴν Φάρον· διὸ καὶ Πρωτέως νῆσος ἡ Φάρος ἐκέκλητο. Ἵνα μὴ οὖν αἰτῆται μαντείας καὶ προγνώσεις διὰ τοὺς πλησιάζοντας αὐτῷ, τὴν τούτων ὄχλησιν μὴ φέρων, μετεμόρφου ἑαυτὸν μαγείᾳ τινὶ, καὶ ἄγνωστον ἑαυτὸν ἐποίει τοῖς πρὸς αὐτὸν πλησιάζουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Μελάμπους μάντις ἦν καὶ ἱεροφάντης. Οὗτος ἐξέφηνε τὰ ἐν Αἰγύπτῳ ἱερὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἅπερ ἐμιμήσαντο οἱ Ἕλληνες. Καὶ οὗτος δὲ τῶν μεταμορφουμένων ἦν, ὡς καὶ αὐτὸς ὢν μαντομάγος. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἄνθρωποι εἶχον φύσει τοιαύτην δύναμιν πάρεδρον, ὥστε μεταμορφοῦσθαι εἰς ὃ ἂν θέλωσιν, ὥστε μὴ γινώσκεσθαι παρὰ τῶν πρὸς αὐτοὺς διαλεγομένων.

45. *De Proteo et Melampo.*

Proteus hic Thrax erat, cujus filios Hercules obtruncavit. Hic vaticinandi arte præstabat, ac marinus deus effectus est, Pharumque incoluit. Unde et Protei insula Pharus vocata est. Cum autem multi propter ipsius vaticinationes ad eum se conferrent, horum obturbationem atque importunitatem segre ferens, arte quadam magica in aliam aliamque subinde formam sese transmutabat, atque ita sui prospectum accedentibus adimebat. Eodem quoque modo Melampus vates erat hierophantes, qui Ægyptiorum sacra Græcis patefecit, eaque ipsi postea imitati sunt. Hic etiam sese C subinde transformabat, ut vates magiæque peritus. Hujusmodi quippe homines eam facultatem habebant, ut quamcunque vellent formam assumerent, ne ab his, qui eos alloquebantur, ullo modo cognosci possent.

μς'. *Περὶ τοῦ Αἰτναίου πυρός.*

Σικελία νῆσός ἐστι μεγίστη, διακειμένη περὶ Ἰταλίαν. Ἐν ταύτῃ ἐστὶ πόλις, Κατάνη οὕτω καλουμένη· ὑπεράνω δὲ τῆς Κατάνης ἐστὶν ὄρος, ἐξ οὗ ἀναδίδοται πῦρ πολύ τε καὶ διηνεκές. Καλεῖται δὲ τὸ ὄρος Αἴτνη· καλοῦνται δὲ καὶ *οἱ τοῦ Ἡφαίστου κρατῆρες*. Τοῦτο δὲ τὸ πῦρ ἔστιν ὅτε τοσοῦτον ὑπερβλύζει, ὥστε καὶ ποταμηδὸν φέρεσθαι, καὶ ῥεῖν ὡς ὕδωρ μετὰ τῆς ἀναδιδομένης πυρώδους ὕλης· ἔστι δὲ καὶ θεῖόν τι τὸ πῦρ τοῦτο. Λέγεται δὲ ὅτι πατήρ τις μεθ' υἱοῦ εὑρέθη ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, καὶ ἄφνω ἐρρύη ποταμηδὸν τὸ πῦρ, καὶ ἄπορον αὐτοῖς γέγονε τὸ παρελθεῖν. Ὁ δὲ παῖς ἔλαβε τὸν ἑαυτοῦ πατέρα καὶ ἐβάστασε· καὶ ἐρυθριάσαν τὸ πῦρ τὴν πρᾶξιν τοῦ υἱοῦ, ἀνεκόπη τῆς ἐπιῤῥοῆς· καὶ παρῆλθεν ὁ παῖς καὶ ὁ πατὴρ ἀβλαβεῖς.

46. *De Ætnæo igne.*

Sicilia maxima est insula circa Italiam sita. In ea urbs est Catana nomine : ad cujus verticem mons est, ex quo copiosus ac perpetuus ignis erumpit. Hic mons Ætna vocatur, atque etiam Vulcani crateres. Hujusmodi porro ignis adeo nonnunquam exundat, ut fluminis more feratur, atque cum materia illa ignea, quæ sursum emicat, instar aquæ fluat. Ac procul dubio divinus est ignis. Fingunt patrem quemdam cum filio suo in hoc monte inventum fuisse, atque ignem repente fluminis in D morem profluxisse, transitumque ipsis interclusisse, ac tum filium suis humeris sublatum parentem gestasse, eoque facinore ignem velut permotum ac pudore affectum cursum suum compressisse : atque ita et patrem et filium incolumes pertransisse.

μζ'. *Περὶ τῆς ἐν τῷ Μίθρᾳ κολάσεως* (1).

Τὸν Μίθραν νομίζουσι Πέρσαι τὸν ἥλιον εἶναι· καὶ τούτῳ θύουσι πολλὰς θυσίας, καὶ τελοῦνταί τινας εἰς αὐτὸν τελετάς. Οὐδεὶς δὲ δύναται τελεῖσθαι τὰς τοῦ Μίθρου τελετὰς, εἰ μὴ διὰ πασῶν τῶν κολάσεων παρέλθοι, καὶ δείξει ἑαυτὸν ἀπαθῆ τινα καὶ ὅσιον. Λέγονται δὲ ὀγδοήκοντα εἶναι κολάσεις, ἃς κατὰ βαθμὸν δεῖ τὸν τελεσθησόμενον παρελθεῖν· οἷον,

47. *De Mithræ suppliciis.*

Persæ Mithram solem esse existimant, eique multa sacrificia offerunt, quibusdamque ipsius sacris initiantur : ad quæ nemo admittitur, nisi qui prius omnia tormentorum genera pertulerit, pietatisque suæ fortitudinisque animi in perferendis doloribus specimen dederit. Aiunt autem octoginta esse cruciatuum genera, per quæ certo ordine et

(1) Similia num. 6 supra.

Digitized by Google

qui initiandus est, necessario transeundum est : verbi causa, primum ei diebus multis nataada est aqua. Deinde necessario ipsi faciendum est, ut se in ignem conjiciat, postea in solitudine versari, sibique ipsi inediam imperare necesse habet : atque ita ad alia pergere, quousque octoginta, ut diximus, suppliciorum generibus defunctus fuerit. Quibus si supervixerit, tum demum sacris Mithriacis initiatur.

πρῶτον διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ· εἶτα εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτόν· εἶτα ἐν ἐρήμῳ διατηθῆναι καὶ ἀσιτῆσαι, καὶ ἄλλα τινὰ ἄχρις οὗ, ὡς εἴπομεν, τὰς ὀγδοήκοντα κολάσεις παρέλθοι· καὶ τότε λοιπὸν ἐμύουν αὐτὸν τὰ τελεώτερα, ἐὰν ζήσῃ.

48. *De Echeti et Phalaridis crudelitate.*

Echetus Epiri tyrannus fuit : qui, ut erat insigni crudelitate, varia suppliciorum tormentorumque genera excogitabat. Ex quo efficiebatur, ut qui aliquem immanissime excruciari vellent, ad eum mitterent : quemadmodum poeta quoque ipse de eo cecinit :

μή'. *Περὶ τοῦ Ἐχέτου καὶ Φαλάριδος.*

Ἔχετος τῆς Ἠπείρου ὑπῆρχε τύραννος. Οὗτος ὠμότατος ὢν, ἐπενόει παντοίας τιμωρίας καὶ κολαστήρια. Πρὸς τοῦτον οἱ θέλοντες ἀφειδῶς κολάσαι διέπεμπον· ὡς καὶ ὁ ποιητὴς λέγει περὶ αὐτοῦ·

Ad regem Echetum mortalium omnium carnificem.

Huic non dissimilis erat Phalaris genere Siculus, ipse quoque novorum tormentorum inventor. Qui ut a Dionysio sævissimo et immanissimo tyranno gratiam iniret, bovem æreum excogitavit, in quem qui supplicio afficiendi erant, injicerentur, posteaque igni succenderentur, ut qui interna flamma exurerentur, clamorem bovis mugitui similem ederent. Cujus inhumanitatem conspicatus atque exsecratus Dionysius, ipsum supplicii auctorem in taurum conjecit, atque in instrumento suo combussit.

Εἰς Ἔχετον βασιλῆα βροτῶν δηλήμονα πάντων.

Ὁ δὲ Φάλαρις, οὗτος καινοτέρων κολαστηρίων γέγονεν εὑρετής· ἦν δὲ τὸ γένος Σικελιώτης. Οὗτος χαριζόμενος Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ, ὄντι ὠμοτάτῳ καὶ τυραννικῷ καὶ τιμωρητικῷ, ἐπενόησε βοῦν χαλκοῦν, ἐν ᾧ ἔδει βάλλειν τοὺς κολαζομένους, καὶ πῦρ ἀνακαίεσθαι· ἵνα ἔνδον ὄντες καὶ καιόμενοι καὶ βοῶντες, διατρεχούσης τῆς φωνῆς διὰ τοῦ στόματος τοῦ ταύρου, δόξῃ ὁ ταῦρος καίόμενος μυκηθμὸν ἀποτελεῖν. Τούτου δὲ τοῦ Φαλάριδος τὸ ἀπάνθρωπον θεασάμενος ὁ Διονύσιος, αὐτὸν τοῦτον ἐνέβαλεν εἰς τὸν βοῦν, καὶ καύσας ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μηχανήμασι· ὡς δὲ αὐτὸς ὁ Φάλαρις ἐν ἐπιστολῇ φησι, Περίλλαόν τινα, τὴν τέχνην βάναυσον, τοῦ τοιούτου χαλκοῦ ταύρου αὐτουργὸν, οἰόμενον αὐτῷ χαρίζεσθαι τῇ καινότητι τῆς τιμωρίας, ἐμβαλὼν εἰς τὸ τοιοῦτο χαλκοῦν κολαστήριον, καὶ ὑφάψας πυρὰν, ἀνεῖλε πρῶτον καὶ μόνον τῆς καινῆς τιμωρίας τὸν δημιουργόν· τὸν δὲ βοῦν ἐν Δελφοῖς ἀποπέμψας, ἀνάθημα τῷ Πυθίῳ καθιέρωσε.

49. *De hydra.*

Bellua quædam apud Lernam fuisse fingitur, quinquaginta, vel, ut alii malunt, novem capita serpentum habens : quam Hercules cum famulo Hyllo interfecit. Quin hoc quoque fabulantur, exciso uno capite duo altera renasci consuevisse : ita ut duplicato numero centiceps exsisteret. Quod cum Hyllus perspexisset, artem adhibuit, ignemque attulit, atque ita ut quodque caput excidebatur, in flammam injiciebat. Ita tandem bellua illa trucidata est.

μθ'. *Περὶ τῆς Ὕδρας.*

Θηρίον μυθεύεται ἡ Ὕδρα γενέσθαι περὶ τὴν Λέρνην πεντηκοντακέφαλον, οἱ δὲ ἐννεακέφαλον· τὰς δὲ κεφαλὰς εἶναι ὄφεων. Ὅπερ ἐλθὼν ὁ Ἡρακλῆς μετὰ Ὕλα τοῦ θεράποντος αὐτοῦ ἀπέκτεινε. Μυθεύεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι, τεμνομένης μιᾶς κεφαλῆς αὐτῆς, δύο ἀντ' αὐτῆς παρεφύοντο, ὥστε γενέσθαι ἐπὶ τὸ διπλάσιον ἑκατὸν κεφαλάς. Ὁ δὲ Ὕλας μαθὼν τοῦτο, ἐμηχανήσατο, καὶ πῦρ ἔφερε καὶ τὴν τεμνομένην κεφαλὴν ἐνεπίμπρα· καὶ οὕτως ἴσχυσαν τὰς πάσας ἀποκτεῖναι.

50. *De Patarica chimæra.*

Pataræ, quæ Lyciæ civitas est, mons esse commemoratur, in quo bellua quædam erat ab anteriore parte leo, a posteriore draco, a media chimæra : ignem faucibus evomens, regionique atque omnibus qui illac iter faciebant, perniciem afferens. Quo cum Pegaso vectus Bellerophon perrexisset, arte bestiam circumvenit. Nam plumbeum globum lanceæ cuspidi impositum in os chimæræ injecit. Plumbum porro ut flammæ solutum præcordia ipsius colliquefecit, atque ita belluam interemit.

ν'. *Περὶ τῆς Παταρικῆς χιμαίρας.*

Πάταρα πόλις ἐστὶ τῆς Λυκίας. Λέγεται δὲ, ὅτι ἐν ταύτῃ ἐστὶν ὄρος, ἐν ᾧ ὄρει ἦν θηρίον, ὃ πρόσθεν μὲν ἦν θηρίον, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέση δὲ ἦν χίμαιρα· ἐξ ἧς χιμαίρας πῦρ ἐκ τοῦ στόματος ἀνεδίδοτο, καὶ ἐλυμαίνετο τὴν χώραν, καὶ πάντας τοὺς παριόντας. Ὕστερον δὲ ἐλθὼν ὁ Βελλεροφόντης, ἔχων τὸν Πήγασον ἵππον, ἐτεχνάσατο καὶ τῷ δόρατι αὐτοῦ περιθεῖναι σφαῖραν μολίβδου, καὶ ἐμβαλεῖν εἰς τὸ στόμα τῆς χιμαίρας. Ἐλύθη δὲ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ὁ μόλιβδος, καὶ ἐχώνευσε τὰ σπλάγχνα αὐτῆς· καὶ οὕτως ἀπέκτεινε τὴν χίμαιραν.

51. *De Cerbero.*

Fingunt canem quemdam tricipitem apud inferos esse, ac portas custodire : atque eos quidem qui ad inferos descendunt, assentabunde mulcere, eos autem qui ascendere conantur, morsu insectari,

να'. *Περὶ τοῦ Κερβέρου.*

Μυθεύεται, ὅτι ἔστι τις κύων, ἔχων τρεῖς κεφαλὰς, ὃς καλεῖται Κέρβερος· καὶ οὗτος φυλάττει τὰς πύλας τοῦ ᾅδου, καὶ τοὺς μὲν καταβαίνοντας εἰς τὸν ᾅδην σαίνει καὶ κολακεύει, τοὺς δὲ ἀνιόντας δάκνει καὶ οὐκ

Digitized by Google

ἐξ ἀνελθεῖν. Φησὶν οὖν, ὅτι ὁ Ἡρακλῆς ὅτε κατῆλθε συναρπάσαι τῷ Πειρίθῳ τὴν Περσεφόνην, ἀνιὼν ἀπέκτεινε τὸν Κέρβερον.

νβ'. *Περὶ τῆς Σκύλλης.*

Μυθεύεται, ὅτι ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει θηρίον ἦν, ὃ ἦν γυνὴ μὲν περικαλλὴς μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν κυνῶν κεφαλαὶ προσπεφύκασιν αὐτῇ ἓξ· τὸ δὲ ἄλλο αὐτῆς σῶμα ὀφιῶδες. Ὅ, φησὶ, θηρίον τοὺς παραπλέοντας τὰ πελάγη ταῦτα κατήσθιεν ἀφειδῶς καὶ θηριωδῶς.

νγ'. *Περὶ Χαρύβδεως.*

Κατὰ τὸ Σικελικὸν καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος ἔστι τις τόπος, ἐν ᾧ ἡ θάλασσα γίνεται ἄμπωτις καὶ ραχία· καὶ διίσταται τὸ ὕδωρ, ὥστε τὸν πυθμένα τῆς θαλάσσης κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, εἴγε δυνατὸν, ὁρᾶσθαι. Ἄμπωτις δέ ἐστιν, οἷον ἀνάποσίς τις καὶ ἀναῤῥόφησις· τὸ δὲ ὕδωρ ὑπονοστεῖ ἔν τισι κοιλώμασι τῶν πετρῶν, καὶ πάλιν ἐκρήγνυται, ὃ καὶ καλεῖται ῥαχία. Ἦν δὲ οὗτος ὁ τόπος τοῖς πλέουσιν ἐπικίνδυνος καὶ θανάτου μεστός. Ὀλοβρύχιον γὰρ τὸ πλοῖον ἐγίνετο ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, εἰ συνέβη, πλέοντος τοῦ πλοίου, γενέσθαι ἀμπώτιδα καὶ ῥαχίαν. Περὶ τούτων Ὅμηρος ἔφη·

Ἔνθεν μὲν Σκύλλη, ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδις.

Ἀντίθετον δὲ ἐκάλεσε τὴν Χάρυβδιν, πρὸς τὴν Σκύλλαν παραβαλών.

νδ'. *Περὶ τῆς τοῦ Ἅδου κυνέης.*

Ὅμηρος ὁ ποιητὴς εἰσφέρει τὸν Δία ἀορασίαν τινὰ καὶ ἀφάνειαν ἐμποιήσαντα περὶ τοὺς Ἕλληνας, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι. Λέγει οὖν μυθικώτερον, ὅτι τὴν κυνέαν τοῦ Ἅδου ἤτοι τοῦ Πλούτωνος περιέβαλεν αὐτοὺς ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι· ἡ δὲ κυνέα, περικεφαλαία ἐστὶ τοῦ Ἅδου ἤτοι τοῦ Πλούτωνος.

νε'. *Περὶ δακτυλίου τοῦ Γύγου.*

Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἐν *Πολιτείαις* (ἔστι δὲ οὕτως αὐτοῦ λεγομένη πραγματεία) εἰσφέρει τὸν μῦθον τοῦτον, οὕτω λέγων· ὅτι Γύγης ἦν τις ποιμὴν περὶ τὴν Λυδίαν. Οὗτος ποιμαίνων ἔν τινι ὄρει τὰ πρόβατα, περιέτυχε σπηλαίῳ τινί· καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῷ εὗρεν ἵππον χαλκοῦν, καὶ ἔνδον τοῦ χαλκοῦ ἵππου ἄνθρωπον νεκρὸν, καὶ δακτύλιον· οὗ δακτυλίου ἡ κεφαλὴ στρεπτὴ ἦν καὶ ἐστρέφετο· ἤντινα κεφαλὴν καλεῖ σφενδόνην σαφῶς ὁ θεῖος Γρηγόριος. Ἔλαβεν οὖν ὁ Γύγης, φησὶ, τὸν δακτύλιον, καὶ ἐξῆλθε· καὶ ἡνίκα μὲν ἦν ἐν τῇ τάξει ὁ δακτύλιος ἐωρᾶτο ὑπὸ πάντων· ἡνίκα δὲ τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου ἔστρεφεν, ἀφανὴς ἐγίνετο πᾶσιν. Ὁ οὖν Πλάτων εἰσφέρει τὸν μῦθον τοῦτον· ὅτι, φησὶν, ὁ δίκαιος ἀνὴρ, κἂν τοῦ Γύγου λάβῃ δακτύλιον ἵνα μὴ ὁρᾶται ὑπό τινος, οὐδ' οὕτως ὤφειλεν ἀδικεῖν. Δεῖ γὰρ τὸ καλὸν δι' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δι' ἄλλους τινάς.

νς'. *Περὶ τῶν Λινδίων.*

Λίνδος πόλις παλαιὰ τῆς Ῥόδου· ἐν ταύτῃ τῷ ἱερεῖ τῷ θύοντι καὶ θοινωμένῳ τὸν βοῦν, οἱ θύοντες κατ-

ascensumque prohibere. Hunc Hercules, cum ad rapiendam Proserpinam simul cum Pirithoo descendisset, in reditu interemisse dicitur.

52. *De Scylla.*

In Tyrrhenico mari belluam quamdam fuisse fabulantur, quæ umbilico tenus mulier erat admodum formosa: cæterum hinc atque illinc sex canina capita ipsi adhærebant, ac reliqua corporis parte anguis erat, atque illos qui circa loca illa navigabant, immanissime devorabat.

53. *De Charybdi.*

Circa Siculum, hoc est Tyrrhenicum mare, locus quidam est, in quo mare velut in se absorbetur, vicissimque exæstuat, atque unda separatur: adeo ut ipsum maris fundum, si quidem id fieri posset, hac in parte conspicere liceat. Ἄμπωτις est quasi ἀνάποσις quædam, id est, rebibitio ac resorbitio aquæ. Unda enim in quibusdam ruplum cavitatibus subsidit, ac rursus erumpit: quod quidem *ῥαχία* vocatur. Erat autem hic locus navigantibus infestus et periculosus exitiique plenus. Illic enim navis tota deprimebatur, ac pessumibat, si currente navi reciprocatio fluctuum æstusque contigisset, de quo Homerus:

Hinc est Scylla vorax, adversa parte Charybdis.

Adversam autem Charybdim vocat, quoniam Scyllæ opposita est.

54. *De Orci galea.*

Homerus Jovem inducit caliginem quamdam atque obscuritatem Græcis magica arte offundentem, ne ab ipsis perspiceretur. Κυνέη autem galea est Orci, hoc est Plutonis.

55. *De Gygis annulo.*

Plato in *Dialogis de Republica* fabulam hanc narrat: Gyges Lydius quidam opilio erat: qui cum pecudes in monte pasceret, in antrum quoddam incidit, eoque ingressus æneum equum reperit, atque intra eum humanum cadaver et annulum, cujus pala volubilis erat. Accepto itaque annulo Gyges antro excessit; at quoties suo loco erat annulus, ab omnibus cernebatur; quoties autem annuli palam convertebat, a nemine videri poterat. Atque hanc fabulam inducit Plato, aitque, virum justum, etiamsi Gygis annulum acceperit, ne quis eum intueri possit, ne sic quidem sceleris aliquid admittere debere. Virtutem enim propter seipsam colendam atque amplectendam esse, non propter aliud quidquam. Gyges ergo cum hoc annulo in regiam Lydorum aulam profectus conversa annuli pala, conspectum sui omnibus ademit, ingressusque regem interfecit, regnumque accepit. Herodotus tamen Gygis historiam aliter exponit. Scribit enim reginæ mandato Candaulem ab eo interemptum, ipsumque imperio potitum fuisse.

56. *De Lindiis, qui Buthœnam omni exsecratione devovent.*

Lindus antiqua Rhodi urbs est: in ea sacerdotem sacrificantem ac bovem comedentem sacrificii

liris omnibus devovebant, conviciisque et nefariis verborum contumeliis proscindebant.

57. *De hospitum cæde apud Tauros.*

Tauri Scythiæ populi sunt, cujus montes Tauri vocantur, aut etiam urbes quædam. Apud hanc gentem Diana colitur. Cumque eo Agamemnonis filia Iphigenia a Diana delata fuisset, hospites omnes mactabant, ne videlicet ipsi in patriam reversi perspicuum facerent ubi esset Iphigenia.

58. *De Laconibus, qui ad aram virgis sese mutuo cædebant.*

Lacedæmonii ut liberos suos fortes ac tolerantes redderent, atque ad dolores perpetuos erudirent, plagis eos ad altaria lacerabant, eique qui non ignave et molliter, sed strenue ac generose plagas pertulisset, præmium constituebant.

59. *De Phrygum excisione.*

Apud Phryges Rhea deorum mater colebatur : cujus cum festum celebrarent, quoniam ipsi ob multa ejus scorta a Corybantibus vesica excisa fuerat, idcirco ipsi deam suam colentes femora sua humerosque concidebant. Alii autem tibiis ludebant, amasium ipsius Atyn honorantes : simul etiam ut tibiæ suavitate sensus doloris quem excisio afferebat, eluderetur.

60. *De spuriis, qui in Cynosarges abjiciebantur.*

Cynosarges locus erat Athenis, in quo de nothis judicium ferebatur, hujusne an illius filii essent. Vocant autem apud Athenienses libertinos quoque nothos, nam ipsi quoque nothi sunt, si cum ingenuis conferantur. Qui etiam ipsi censebantur et explorabantur, an omnino libertate donati fuissent. Cynosarges autem hic locus hanc ob causam vocatus est. Cum non ab eo longe loco sacrificium in templo fieret, ingressus canis carnem victimæ rapuit, atque in hunc locum tulit, illicque templum exstructum est : vocatumque Cynosarges, quasi Cynosarces, *a carnibus* videlicet et *cane*. Postea autem in locum x successit γ, ac proinde Cynosarges vocatur.

61. *De Xantho et Chalcide.*

[(1) Xanthus fluvius erat Troadis qui contra Achillem se erexit Trojanos cædentem. Chalcis vero, ut aiunt, puella quædam fuit quæ juvenem quemdam adamavit; cui cum jungi non potuisset, in lamentis vitam finiit. Illius miserentes dii eam in avim mutaverunt.]

Homerus,

Quem Xanthum superi appellant, hominesque Scamandrum.

Et alio loco :

Chalcida dii de more vocant, hominesque Cymindem.

Quæ quidem ridet Gregorius.

ηρῶντο, καὶ διελοιδοροῦντο, καὶ ὕβριζον ὕβρεις οὐχ ὁσίας.

νζ'. *Περὶ τῆς ἐν Ταύροις ξενοκτονίας.*

Ἤδη εἴπομεν, ὅτι ἔθνος ἐστὶν ἡ Σκυθία, καὶ τὰ ὄρη αὐτῆς καλοῦνται Ταῦροι, ἤτοι πόλις λεγομένη Ταῦροι (2). Ἐν ταύτῃ τιμᾶται ἡ Ἄρτεμις. Τῆς οὖν Ἰφιγενείας θυγατρὸς τοῦ Ἀγαμέμνονος ἐνταῦθα ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἀνεχθείσης, τοὺς ἀφικομένους ξένους ἔθυον, πρὸς τὸ μὴ κατάδηλον γενέσθαι τὴν Ἰφιγένειαν μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν ξένων.

νη'. *Περὶ Λακώνων ξαινομένων τῷ αἵματι.*

Ῥηθεῖσα μὲν καὶ ἤδη πρότερον, καὶ ἤδη λελέξεται· Οἱ Λακεδαιμόνιοι καρτερικοὺς τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἶναι ἐκδιδάσκοντες, μαστιγώσεσιν ἐχρῶντο, ἐκδιδάσκοντες αὐτοὺς ὀπονητικῶς (3) ἔχειν ταῖς μάστιξι· καὶ τούτους ἔξαινον ταῖς πληγαῖς παρὰ τοὺς βωμούς· καὶ τῷ μὴ ὀλιγωρήσαντι, ἀλλὰ γενναίως ἐνεγκόντι, ἆθλον ἐδίδοσαν.

νθ'. *Περὶ τοῦ κατατέμνεσθαι τοὺς Φρύγας.*

Παρὰ τοῖς Φρυξὶν ἐτιμᾶτο ἡ Ῥέα ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. Ταύτῃ (4) πανηγυρίζοντες, καθότι ἀπετμήθη αὐτὴ παρὰ τῶν Κορυβάντων τὴν κύστιν διὰ τὰς πολλὰς αὐτῆς πορνείας, θεραπεύοντες δῆθεν τὴν ἑαυτῶν θεὸν (5), κατέτεμνον ἑαυτῶν τοὺς μηροὺς καὶ τοὺς ὤμους. Ἄλλοι δὲ ηὔλουν, τὸν ἐραστὴν αὐτῆς τιμῶντες Ἄττυν· ἅμα δὲ ἵνα ὑποκλέπτηται διὰ τῆς τῶν αὐλῶν ἡδονῆς ἡ τῆς κατατομῆς ὀδύνη.

ξ'. *Περὶ τοῦ Κυνοσάργους.*

Τὸ Κυνόσαργες τόπος ἦν ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ οἱ νόθοι ἐκρίνοντο, εἰ τοῦδε ὄντως γέγονεν υἱός. Ἐκάλουν δὲ παρὰ Ἀθηναίοις καὶ τοὺς ἀπελευθέρους νόθους· νόθοι γὰρ καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ἐκ γεννητῆς (6) ἐλευθέρους· καὶ οὗτοι δὲ ἐκρίνοντο, καὶ ἐδοκιμάζοντο, εἰ ὅλως ἐλευθερώθησαν. Κυνόσαργες δὲ ἤκουσεν ὁ τόπος ἀπὸ τούτου· Θυσίας πλησίον ἐν ἱερῷ γενομένης, εἰσελθὼν κύων ἥρπασε κρέα τοῦ θύματος, καὶ ἤγαγεν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· καὶ ἐκεῖ ἐκτίσθη τις νεὼς, καὶ ἐκλήθη Κυνόσαργες, οἷον κυνόσαρκες, ἀπὸ τῶν σαρκῶν καὶ τοῦ κυνός. Ὕστερον δὲ τοῦ κ ἐξελθόντος, εἰσῆλθε τὸ γ· διὸ καὶ Κυνόσαργες καλεῖται.

ξα'. *Περὶ τοῦ Ξάνθου καὶ τῆς Χαλκίδος.*

Ξάνθος ποταμὸς τῆς Τροίας, ὃς καὶ ἐπανέστη Ἀχιλλεῖ κτείνοντι τοὺς Τρῶας. Ἡ δὲ Χαλκὶς, ὥς φασι, κόρη τις γέγονε· νέου δέ τινος ἐρῶσα, καὶ μὴ τυχοῦσα, ἑαυτὴν ὑπεξήγαγε σὺν ὀδυρμῷ τοῦ βίου· ἣν ἐλεήσαντες οἱ θεοὶ εἰς ὄρνιν μετέβαλον. Ὅμηρος·

Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Καὶ πάλιν,

Χαλκίδα κικλήσκουσι Θεοὶ, ἄνδρες δὲ Κύμινδα.

Διαπαίζει οὖν αὐτοὺς [ὁ] θεῖος διδάσκαλος.

(1) Inclusa omittit Billius.
(2) Cod. Reg. ἔθνος Σκυθικὸν ἤτοι Βούλγαροι.
(3) Id. ὑπομονητικῶς.
(4) Id. add. δέ.
(5) Id. θεάν.
(6) Id. ἐκ γενετῆς.

Digitized by Google

ξβ'. *Περὶ τοῦ Παλαμήδου.*

Παλαμήδης, Εὐβοεὺς ὢν τὸ γένος (Εὔβοια δὲ, νῆσος ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς), οὗτος εὗρε τὸ ἀριθμεῖν καὶ τὸ ταβλίζειν, καὶ κεχρῆσθαι (1) καὶ ἄλλαις πολλαῖς μεθόδοις. Οὗτος δὲ ὁ Παλαμήδης εἷς ἐστι τῶν συστρατευσαμένων ἐπὶ τὸ Ἴλιον. Ἀπέθανε δὲ ἐν τῇ Τροίᾳ κατὰ ἐπιβουλὴν τοῦ Ὀδυσσέως. Ὀδυσσέα γὰρ εἶχεν ἐχθρὸν διὰ τοιαύτην αἰτίαν· Τοῦ Ἀγαμέμνονος προτρεπομένου τὸν Ὀδυσσέα ἐπὶ τὴν περὶ Τροίαν ἔξοδον, μὴ θέλων ὁ Ὀδυσσεὺς ἐξελθεῖν (2), μανίαν προσεποιήσατο (3)· καὶ βαλὼν ὄνον καὶ βοῦν, ἐδόκει ἀροτριᾶν ἐν μανίας προσποιήσει. Ὁ δὲ Παλαμήδης ἤλεγξεν, (4) ὅτι δὴ οὐ μαίνεται· ἤλεγξε δὲ αὐτὸν, Τηλέμαχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ προθεὶς πρὸ τοῦ ἀρότρου. Εἶτα φθάσας ὁ Ὀδυσσεὺς περὶ τὸ πεδίον (5) καὶ παρελθὼν ἐν μέρει, ἐπῆρε τὸ ἄροτρον, ἵνα μὴ πλήξῃ τὸ παιδίον· καὶ ἐγνώσθη ὅτι προσεποιεῖτο (6) τὴν μανίαν. Ταύτην οὖν τὴν μῆνιν μηνιῶν ὁ Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ Τροίᾳ, ποιεῖ πλαστὴν ἐπιστολὴν, ὡς ἀπὸ Πριάμου πρὸς τὸν Παλαμήδην περὶ προδοσίας τῶν Ἑλλήνων· καὶ ὑποτίθησιν ἐν τῇ τοῦ Παλαμήδου σκηνῇ. Ὕστερον δὲ κατηγορίας ὑπ' αὐτοῦ γενομένης κατὰ Παλαμήδου ὡς προδότου, εὑρέθη ἐπιστολὴ κατακρίνουσα αὐτόν· καὶ τέθνηκεν ὑπὸ Ἀγαμέμνονος καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων.

ξγ'. *Περὶ τοῦ κολοιοῦ.*

Μῦθός τίς ἐστι τοιόσδε· Κρίσις ἦν, φησὶ, περὶ κάλλους ὀρνέων· καὶ ὁ Ζεὺς διαιτητὴς ὑπῆρχε τῆς κρίσεως. Ἦν δὲ ὁρισθεῖσα ἡμέρα ἐν ᾗ ἔδει συναυλισθῆναι (7) τὰ ὄρνεα παρὰ τὸν Δία. Τῇ προτεραίᾳ δὲ τῆς ὁρισθείσης ἡμέρας, παρὰ τοὺς ποταμοὺς φοιτήσαντα τὰ ὄρνεα, τοῖς νάμασιν ἀπενίπτοντο (8) τὰ πτερὰ, ἵνα τὸ φυσικὸν ἑκάστῳ διαλάμψῃ κάλλος· ὁ δὲ κολοιὸς (ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ὄρνεον εὖ μάλα μικρὸν μὲν τὸ σῶμα, ἀκαλλὲς δὲ τὸ εἶδος) τῶν ἐκπεσόντων παρὰ ταῖς ὕδασι πτερῶν περιθεὶς ἑαυτῷ, ἦκε καὶ αὐτὸς παρὰ τὸν Δία, ὡς ληψόμενος τοῦ κάλλους τὸ νικητήριον. Ἀνέμου δὲ ὠδὲ πνεύσαντος καὶ ἀποσκεδάσαντος τὰ ἀλλόφυλα τῶν πτερῶν, γυμνὸς ηὑρέθη τοῦ κάλλους, ἔχων δὲ μόνην τὴν ἐκ φύσεως αὐτῷ περικειμένην ἀμορφίαν, οὕτω τῆς αἰσχύνης ἀπήλαυσε.

ξδ'. *Περὶ γραὸς διασεισθείσης τὸν ὦμον.*

Γυνή τις καλουμένη, ὡς μέν τινες λέγουσι, Σίβυλλα, ὡς δὲ ἄλλοι, Φιμόνη, ὡς δὲ ἕτεροι, Φίλυρα, ἐσείσθη παρά τινος νεανίσκου. Ἡ δὲ γυνὴ ὑβριστικώτερον διενεχθεῖσα πρὸς τὸν νεανίσκον, ὕβρισεν αὐτόν. Ἦν δὲ ἡ ὕβρις ἡ λεχθεῖσα ἔμμετρος στίχος· καὶ τῆς ἁρμονίας τοῦ λόγου τῆς γραὸς ἀρεσάσης τοῖς παρισταμένοις, τὸ μέτρον τοῦ στίχου ἔλαβον· καὶ οὕτως ἐτεχνώθη τὰ περὶ τοὺς στίχους (9).

ξε'. *Περὶ Κυκλώπων.*

Ἐν τῇ Σικελίᾳ τῇ νήσῳ περὶ τὰ ὀρεινὰ αὐτῆς λέγονται γενέσθαι (10) οἱ Κύκλωπες, ποιμενικὸν μὲν βίον ἐπιτηδεύοντες, ζῶντες δὲ βιαιότερον. Λέγονται δὲ

(1) Cod. reg. Καὶ αὐτῷ τῷ ταβλίζειν κεχρῆσθαι.
(2) Id. Ἀπελθεῖν.
(3) Id. Προσποιησάμενος.
(4) Id. Ὑπὸ Παλαμήδει ἠλέγχθη.
(5) Id. Περὶ τὸ παιδίον.
(6) Id. Ὅτι νηφάλιός ἐστι.
(7) Id. συναλισθῆναι.
(8) Id. ἀπενίζοντο.
(9) Id. περὶ τοῦ στίχου.
(10) Id. γίνεσθαι.

62. *De Palamede.*

Palamedes Eubœensis erat. Est autem Eubœa insula e regione Atticæ sita. Hic numeros invenit, usumque tesserarum, ac pleraque alia artificiosa. De numero eorum fuit, qui adversus Trojam expeditionem susceperunt: atque Ulyssis insidiis apud Trojam oppressus est. Ulyssem enim inimicum ob hujusmodi causam habebat: Cum Agamemnon Ulyssem ad bellum Trojanum hortaretur, nec eo proficisci vellet Ulysses, ob idque furorem simularet, ac velut mente captus terram araret, Palamedes furoris simulationem ita deprehendit. Nam cum filium ipsius Telemachum ante aratrum collocasset: simulatque Ulysses ad filium pervenit, aratrum sustulit, ne puerum læderet. Ita fraus detecta est, patuitque eum integræ mentis esse. Quam ob causam infensus Palamedi Ulysses, cum in Troade esset, commentitiam epistolam nomine Priami ad Palamedem de Græcorum proditione conscribit, eamque in Palamedis tentorio clam liquit. Posteaque instituta adversus Palamedem velut proditorem accusatione, inventa epistola condemnatus est, atque ab Agamemnone Græcisque omnibus morte multatus.

63. *De graculo pennisque ipsius.*

Disceptabant aves de pulchritudine, ac penes Jovem hujus controversiæ arbitrium erat. Præscriptus erat dies, ad quem aves omnes apud Jovem congregari necesse habebant. Pridie autem diei illius aves ad fluvios convolantes pennas suas in undis abluebant, ut naturalis cujusque pulchritudo illustrius splenderet. At graculus avis perexigue corpore formaque minime eleganti pennis aliarum avium, quæ juxta aquas deciderant, sibi impositis, ipse quoque ad Jovem se contulit, ut pulchritudinis palmam accepturus; sed cum obortus ventus alienas pennas, quibus seipsum ornaverat excussisset, repente externa et ascitia pulchritudine nudatus, deformis, ut natura erat, inventus est, ac pro sperata gloria ignominiam retulit.

64. *De anu, quæ humero impulsa et concussa est.*

Mulier quædam Bylla nomine, vel, ut alii dicunt, Phinona, vel etiam, ut alii tradunt, Philyra a juvene quodam concussa, in eum petulantius rapta est, ipsumque contumeliosis verbis insectata est. Erat porro hæc contumelia carmen modulatum ac numerosum: qui verborum concentus cum circumstantibus arrisisset, carminis mensuram acceperunt, atque ita poesin in artem redegerunt.

65. *De Cyclopibus.*

In Sicilia insula circa montana ipsius loca Cyclopes exstitisse feruntur, pastoralem quidem vitam colentes, cæterum insolenter et importune

Digitized by Google

viventes. Ili etiam humanis carnibus vixisse atque Ulyssis socios comedisse dicuntur. Horum tres præcipuos numerant Bronten, Steropen et Argen, arte fabricandi eximios et excellentes, qui arte sua tonitru et fulgur Jovi elaborarunt. Cyclopes autem dicebantur, si Hesiodo credimus, quoniam unum in facie orbiculari forma oculum habebant; ut autem Palæphato placet, quia rotundas quasdam sedes incolebant.

A

66. *De purpura.*

In Tyro insula canis quidam pastoralis ad littus profectus inventam conchan edit, ipsiusque cruore os suum infecit. Pastor itaque canem suum vulnere affectum esse existimans, accepta lana cruorem ex ipsius ore abstergebat. Ac canem quidem nullum vulnus accepisse reperit, cæterum lanam purpurea tinctura imbutam fuisse. Quare cum pastor conchan natura sua tingendi facultate valere perspexisset, eam rem pervulgavit. Atque hunc in modum collectis in mari conchyliis nomines purpuram confecerunt.

B

67. *De agricultura et fabricandarum navium arte.*

Ceres, ut est in fabulis, Proserpinam filiam habuit, quam Pluto rapuit. Hæc ergo cum filiam quærens varia loca peragrasset, in Atticam profecta est, atque a Triptolemo quodam in Eleusine hospitio accepta ab eo certior facta est, Proserpinam a Plutone raptam fuisse. Pro quo beneficio ipsi semina dedit, hoc est triticum et hordeum, mandavitque ei ne mortalibus ea invideret, sed omnibus spargeret, ut discerent terras serere et colere, ac fructus dulces et sativos comedere. Olim enim rustici fagis victitabant. Unde etiam a fago φαγεῖν, id est, comedere dictum est. Triptolemus igitur, accepto, ut aiunt, draconum alatorum curru, Celeoque comitatus huc illucque vagabatur semina mortalibus libenter impertiens. Quod autem apud Athenienses primum inventam fuisse exstruendarum navium artem dicit Gregorius, puto eum intellexisse de belli navalis arte. Nam alioqui Phœnices primi navem ædificasse dicuntur, et triremem Semiramis.

C

68. *De Celeo et Icario.*

De Celeo superiore fabula diximus, nimirum eum cum Triptolemo ad impertienda mortalibus semina oberrasse. Quod autem ad Icarium attinet, Bacchum vini inventorem exstitisse aiunt ac proinde vitis præsidem eum esse censent. Hic ergo Athenas profectus, atque Icarium quemdam obvium habens, palmitem vitis ipsi conserendum dedit. Quem cum ipse consevisset et excoluisset, expressa tandem uva, bibit ipse ac pastoribus propinavit. At illi inebriati, nec enim ante vinum hauserant, existimantes se ab Icario intoxicatos fuisse, manus

D

οὗτοι ἀνθρωποφάγοι εἶναι, καὶ κατεδηδοκέναι τοὺς τοῦ Ὀδυσσέως ἑταίρους. Τρεῖς δὲ αὐτῶν λέγονται οἱ ἐξοχώτατοι, Βρόντης, Στερόπης, Ἄργης. Λέγονται δὲ οὗτοι αὐτοὶ καὶ ἐξοχώτατοι χαλκεῖς τὴν τέχνην· οἵτινες διὰ τῆς οἰκείας τέχνης, τὴν βροντὴν καὶ τὴν ἀστραπὴν τῷ Διὶ κατεσκεύασαν. Κύκλωπες δὲ ἐλέγοντο, ὡς μὲν Ἡσίοδος, ὅτι ἕνα εἶχον κυκλοτερῆ ὀφθαλμὸν ἐν τῇ ὄψει· ὡς δὲ Παλαίφατος, ὅτι κυκλοτερῆ τινα νῆσον ᾤκουν.

ξς'. *Περὶ ἁλουργίδος.*

Ἐν Τύρῳ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν κύων ποιμενικὴ πορευομένη, εὑροῦσα κογχύλιον ἔφαγεν. Εἶτα τὸ αἷμα τοῦ κογχυλίου ἔβαψε τῆς κυνὸς τὸ στόμα· εἶτα ὁ ποιμὴν νομίζων πεπλῆχθαι τὴν κύνα, λαβὼν ἔριον ἀπέμασσε τὸ αἷμα τοῦ στόματος τῆς κυνός. Καὶ εὑρηται μὲν ἡ κύων ἔχουσα μηδὲν (1) φαῦλον, τὸ δὲ ἔριον τὴν τῆς πορφύρας ἀναδεδεγμένον βαφήν. Εἶτα ἐγνωκὼς ὁ ποιμὴν ὅτι τὸ κογχύλιον τοιαύτην ἔχει φύσιν βαπτικὴν, ἐδημοσίευσεν αὐτὸ τοῦτο· καὶ οὕτω συνέλεγον ἐκ τῆς θαλάσσης τὰ κογχύλια, καὶ κατεσκεύασαν (2) τὴν πορφύραν· ἐκ δὲ ταύτης, τὰς ἁλουργίδας.

ξζ'. *Περὶ τῆς γεωργίας καὶ ναυπηγίας.*

Καθὼς μυθεύεται, ἡ Δημήτηρ εἶχε θυγατέρα τὴν Περσεφόνην. Ταύτην ἥρπασεν (3) ὁ Πλούτων. Περιοῦσα δὲ ἡ Δημήτηρ καὶ ζητοῦσα τὴν θυγατέρα Περσεφόνην, ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ καταλύει παρὰ Τριπτολέμῳ τινὶ ἐν κώμῃ Ἐλευσίνῃ οὕτω καλουμένῃ. Μανθάνει οὖν αὕτη παρὰ Τριπτολέμου, ὅτι ὁ Πλούτων ἥρπασε τὴν Περσεφόνην· καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς εὐεργεσίας δίδωσι τῷ Τριπτολέμῳ τὰ σπέρματα, λέγω δὴ σῖτον καὶ κριθὴν, ἐντειλαμένη μὴ φθονῆσαι, ἀλλὰ περιελθεῖν καὶ σκορπίσαι τὰ σπέρματα πᾶσιν ἀνθρώποις· ἵνα μάθωσι τὸ σπείρειν καὶ γεωργεῖν καὶ ἐσθίειν τοὺς ἡμέρους καρπούς. Πάλαι γὰρ οἱ ἄγροικοι ἤσθιον τοὺς βαλάνους ἐκ τῶν φηγῶν· ἔνθεν ἀπὸ τῆς φηγοῦ τὸ *φαγεῖν* εἴρηται. Λέγεται δὲ, ὅτι ὁ Τριπτόλεμος λαβὼν ἅρμα δρακόντων πτερωτῶν, συμπαραλαβὼν καὶ τὸν Κελεὸν, οὕτως ἐπλανᾶτο φιλοτιμούμενος τὰ σπέρματα. Λέγει δὲ ὁ θεῖος Γρηγόριος, ὅτι καὶ ἡ ναυπηγία παρὰ Ἀθηναίοις εὑρηται. Οἶμαι δὲ αὐτὸν λέγειν περὶ τῆς ναυμαχικῆς τέχνης· ναύμαχοι (4) κατ' ἄκρον Ἀθηναῖοι· ναῦν γὰρ λέγονται οἱ πρῶτοι Φοίνικες ναυπηγῆσαι· τριήρη δὲ, ἡ Σεμίραμις.

ξη'. *Περὶ τοῦ Κελεοῦ καὶ Ἰκαρίου.*

Περὶ μὲν τοῦ Κελεοῦ εἴπομεν ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἱστορίᾳ, ὅτι μετὰ τοῦ Τριπτολέμου ἐπλανᾶτο διδοὺς τὰ σπέρματα. Περὶ δὲ τοῦ Ἰκαρίου ἐστὶν αὕτη· Λέγεται, ὅτι ὁ οἶνος παρὰ τοῦ Διονύσου ηὑρηται· διὸ καὶ ἔφορον τῆς ἀμπέλου λέγουσιν εἶναι τὸν Διόνυσον. Οὗτος οὖν ὁ Διόνυσος ἐλθὼν ἐν Ἀθήναις, Ἰκαρίῳ τινὶ περιτυχὼν, δέδωκεν αὐτῷ κλῆμα ἀμπέλου φυτεῦσαι· ὁ δὲ καὶ ἐφύτευσε, καὶ ἐγεώργησεν οἶνον, καὶ ἔπιε, καὶ δέδωκε καὶ ποιμέσι πιεῖν. Οἱ δὲ ποιμένες μεθυσθέντες, διὰ τὸ ἐκ τοῦ παραδόξου πρῶτον πιεῖν, νομίσαντες φαρμαχθῆναι παρὰ τοῦ Ἰκαρίου

(1) Cod. reg. ἔχουσα μὲν οὐδέν.
(2) Id. κατέμαξαν.
(3) Id. ταύτην ἣν (*f.* οὖν) ἥρπασεν.
(4) Id. ναυμάχοι.

Digitized by Google

ἀποκτείνουσιν αὐτόν· ἡ δὲ Ἠριγόνη ἡ τούτου θυγάτηρ, διὰ τῆς κυνὸς τοῦ Ἰκαρίου γνοῦσα, ὅτι ἀπέθανεν, ἐποτνιᾶτο καὶ ἠσχαλλε, καὶ, καθὼς μυθεύουσιν οἱ πλανώμενοι Ἕλληνες, ταύτην ἐλεήσαντες οἱ θεοὶ διὰ τὸ πάθος, μετέθηκαν εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ νῦν ἐστιν ἐν τοῖς ἄστροις ἡ Ἠριγόνη. Τὸ δὲ λέγειν, Μυστήριον ὑμῖν αἰσχρὸν ταῦτα ἐποίησε, οὐ περὶ τοῦ Ἰκαρίου λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ τὴν Δήμητραν μυθολογίας. Λέγεται δὲ αὕτη, οὐ μόνον δεδωκέναι αὐτοῖς τὰ σπέρματα, ἀλλὰ καὶ θεσμόν τινα μυστηρίων διδάσκειν, ἅτινα τελοῦνται οἱ Ἕλληνες. Ὡς γὰρ παρὰ τοῖς θεοδιδάκτοις Χριστιανοῖς ἐστι τὸ ἅγιον φώτισμα, οὕτω καὶ παρ' ἐκείνοις ἡ τοιάδε. Ἡ δὲ τοιαύτη τῶν Ἑλλήνων ἑορτὴ λέγεται Δημήτρια (1).

A ipsi attulerunt. Ejus itaque filia Erigone ex paterni canis latratu mortem ipsius intelligens, quiritabatur, et in summo mœrore versabatur. Atque ut opinionis errore sibi fingunt gentiles, ipsius luctu dii permoti in cœlum eam transtulerunt : ac nunc inter astra est Erigone. Quod autem ait Gregorius, Turpe vobis mysterium fecit, hæc non ad Icarium spectant, sed ad Cereris fabulam. Fertur enim Ceres, non solum ipsis semina dedisse, sed etiam legem quamdam mysteriorum, quibus gentiles initiantur. Ut enim apud divinitus edoctos Christianos est sanctus baptismus : sic etiam apud illos hujusmodi festum dicitur et mysterium. Vocantur enim hæc sacra Δημήτρια, id est Cerealia.

ξθ'. *Περὶ τοῦ θρησκεύειν καὶ μυεῖσθαι.*

Λέγεται, ὅτι ὁ Ὀρφεὺς Θρᾷξ ὢν τὸ γένος, καὶ θεολογήσας τὰ Ἑλλήνων μυστήρια, ἐδίδαξε πῶς δεῖ τιμᾶν θεούς. Τοῦτο οὖν τὸ τιμᾶν θεοὺς ἐκάλεσαν (2) θρησκεύειν, ὡς Θρᾳκίας οὔσης τῆς εὑρέσεως (3). Ἄλλοι δὲ ἠτυμολόγησαν, ὅτι τὸ θρησκεύειν παρῆκται ἀπὸ τοῦ οἱονεὶ θεοδερκεύειν, τουτέστι Θεὸν ὁρᾶν. Τὸ δὲ μυεῖσθαι εἴρηται, ἢ παρὰ τὸ μυστήρια καὶ ἀπόρρητα τελεῖσθαι, ἢ διὰ τὸ μύοντας τὰς αἰσθήσεις καὶ ἐπέκεινα γινομένους πάσης σωματικῆς φαντασίας, οὕτως εἰσδέχεσθαι τὰς θείας ἐλλάμψεις.

69. *De religionis cultu et initiatione.*

B Orpheus quidam, ut ferunt, genere Thrax, de Græcorum mysteriis pertractavit, cultumque deorum tradidit. Hunc autem deorum cultum θρησκεύειν, vocavit, quasi θρησκεία, id est, religio hujus inventrix esset. Alii deductam hanc vocem putant, quasi a verbo θεοδερκεύειν, id est, *Deum videre;* μυεῖσθαι autem dictum est, quod mysteriis atque arcanis sacris imbuerentur, vel etiam quia μύοντες, id est, claudentes sensus, ac supra omnem corpoream speciem evecti, ita demum divinas illuminationes admitterent.

σ'. *Περὶ τοῦ θύειν καὶ ἀστρονομεῖν.*

Λέγεται δὲ ὅτι τὸ θύειν θεοῖς Χαλδαῖοι ἐξεῦρον, εἴτουν Κύπριοι· διαφορεῖται γὰρ ἡ ἱστορία· Χαλδαῖοι δὲ ἔθνος Περσικόν. Τὴν δὲ ἀστρονομίαν λέγονται πρῶτοι εὑρηκέναι Βαβυλώνιοι διὰ Ζοροάστρου· δεύτεροι δὲ διεδέξαντο Αἰγύπτιοι. Τὴν δὲ γεωμετρίαν (4) εὗρον Αἰγύπτιοι διὰ τὸ τὸν Νεῖλον τὴν αὐτῶν κατάρδοντα χώραν, συγχέειν τὰ τῆς δεσποτείας ἑκάστου γνωρίσματα· διαιροῦντες οὖν πολλάκις τὴν γῆν, καὶ ποικίλοις σχηματισμοῖς χρώμενοι, ἀρχηγοὶ τῆς ἐπιστήμης γεγόνασι. Τὴν δὲ μαγείαν, φασὶν, εὗρον Μῆδοι, εἶτα Πέρσαι. Διαφέρει δὲ μαγεία γοητείας, καὶ γοητεία φαρμακείας τούτοις· ὅτι ἡ μὲν μαγεία, ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων ἀγαθοποιῶν, πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν· ὥσπερ τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου Τυανέως θεσπίσματα δι' ἀγαθὸν γεγόνασι. Γοητεία δέ ἐστιν ἐπίκλησις δαιμόνων κακοποιῶν, περὶ τοὺς τάφους εἱλουμένων, ἐπὶ κακοῦ τινος σύστασιν· γοητεία δὲ ἤκουσεν ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. Φαρμακεία δὲ, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου, ἢ πρὸς φίλτρον δοίη, ἢ καὶ ἄλλως πως προσαχθῇ τινι διὰ στόματος.

70. *De sacrificiis, astronomia et geometria.*

Diis sacrificare quidam Chaldæorum, alii Cypriorum inventum esse aiunt : nec enim utri hoc C invenerint satis constat. Chaldæi autem Persica est natio. At vero astronomiam primi Babylonii per Zoroastrum invenisse dicuntur. Proximi eam exceperunt Ægyptii, ex immensitate terræ et locorum divisionibus prius edocti, atque ita ad scribendum adducti. Jam magiam Medi invenerunt. Differt autem magia a goetia, et goetia a pharmacia. Magia enim est bonorum dæmonum ad boni cujuspiam conciliationem et conservationem invocatio: quemadmodum Apollonii Tyanei vaticinia ob bonum exstiterunt. Goetia autem est malorum dæmonum circa sepulcra sese volutantium ad mali alicujus procurationem invocatio. Goetia autem dicta est ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων, id est, a clamoribus et luctibus, qui circa sepulcra eduntur. D Pharmacia autem est, cum exitiosum quoddam medicamentum vel amatorium poculum alicui hauriendum porrigitur.

κα'. *Περὶ τῆς ὀνειρομαντείας.*

Τελμισσὸς, πόλις ἐστὶ Παμφυλίας· αὕτη δὲ παλαιοτάτη πόλις· ἦν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ Κροίσου. Οὗτοι λέγονται πρῶτοι τοὺς ὀνείρους εὑρεῖν, καὶ διακρίνειν τὰ τέρατα. Ἔλεγον γὰρ, εἰ γέγονέ τι παράδοξον, ὅτι τόδε σημαίνει, καὶ πάντως ὡς ἂν εἶπον συνέβαινεν ἐξέρχεσθαι (5).

71. *De arte conjecturæ ex somniis faciendæ.*

Telmessus antiquissima Pamphyliæ urbs est, quæ Crœsi tempestate florebat. Hi primi rationem invenisse dicuntur, qua insomnia explorari ac dijudicari possent; si quid enim præter morem in somnis accidisset, quid illud portenderet, dicebant: ac quidquid dixissent, eventu ipso haud dubio comprobabatur.

(1) Id. add καὶ Ἐλευσῖνα (*f.* Ἐλευσίνια).
(2) Id. ἐκάλεσε.
(3) Ms. reg. 2506 αἱρέσεως.
(4) Cod. reg. add. γεωμετρεῖν.
(5) Colb. 3 γενέσθαι.

Digitized by Google

72. *De divinandi arte.*

Divinatrix scientia partim ὀρνεοσκοπητική est, quam Phryges invenerunt, partim οἰκοσκοπητική, partim ἐνόδιος, partim χειροσκόπος, partim παλματική. Ὀρνεοσκοπητική est, cum volante hac vel illa ave, ante vel retro, dextrorsum vel sinistrorsum, quid hoc significet, dicimus, quam divinationis partem Telegonus invenisse dicitur. Οἰκοσκοπητική, cum quis ea quæ in domo contingunt, enarrat, quidque hoc portendat, exponit. Verbi causa, quoniam in tecto felis, aut serpens, aut mus apparuit, aut exhaustum est oleum, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis, aut aliud quiddam, hoc significat. De quo genere opus edidit Xenocrates. Ἐνόδιος autem, cum ea quæ in via occurrunt, enarrantur. Ut si occurrerit quispiam hoc gestans, hoc tibi accidet; si autem ille, hoc tibi eveniet. De quo genere Pollux pertractavit. Χειροσκόπος vero, cum ex manuum extensione ac rugis dicimus rem hanc illum manere, vel quod ipsius nuptiæ ambiuntur, vel quod liberos procreabit, vel hujusmodi aliquid : de quo volumen conscripsit Helenus. Παλματική denique, cum ex corporis palpitatione aliquid cognoscitur. Ut, si palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut si humerus, aut reliqua pars corporis. De quo genere opus elucubravit Posidonius.

οβ'. *Περὶ τῆς οἰωνιστικῆς.*

Τῆς δὲ οἰωνιστικῆς, τὸ μὲν ἔστιν ὀρνεοσκοπητικὸν, τὸ δὲ οἰκοσκοπητικὸν, τὸ δὲ ἐνόδιον, τὸ δὲ χειροσκοπητικὸν, τὸ δὲ παλμαστικόν. Ὀρνεοσκοπητικὸν δέ ἐστιν, ὅταν πετομένου τοῦδε ἢ τοῦδε ὄρνιθος, ἢ ἔμπροσθεν ἢ ὀπίσω, ἢ δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ, εἴπωμεν, ὅτι τόδε σημαίνει· λέγεται δὲ ἐξευρηκέναι πρῶτος Τηλέγονος. Οἰκοσκοπητικὸν δέ ἐστιν, ὅταν τὰ ἐν τῷ οἴκῳ συμβαίνοντα ἐξηγήσηται καὶ εἴπῃ, ὅτι τόδε σημαίνει. Ἐπειδὴ ἐν τῇ στέγῃ ἐφάνη γαλῆ, ἢ ὄφις, ἢ μῦς, ἢ ἐκενώθη ἔλαιον, ἢ μέλι, ἢ οἶνος, ἢ ὕδωρ, ἢ τέφρα, ἢ ἄλλο τι, ὅτι τόδε σημαίνει· ταῦτα δὲ συνεγράψατο Ξενοκράτης. Ἐνόδιον δέ ἐστιν, ὅταν ἐξηγήσηται τὰ ἐν τῇ ὁδῷ ὑπαντῶντα· ὅταν ὅτι Ἐάν σοι ὑπαντήσῃ τις τόδε βαστάζων, τόδε σοι συμβήσεται· ἐὰν ὁ δεῖνα, τόδε· ὅπερ συνεγράψατο Πόλλης (1). Χειροσκοπητικὸν δέ ἐστιν, ὅταν διὰ (2) ἐκτάσεως τῶν χειρῶν καὶ διὰ τῶν ῥυτίδων εἴπωμεν, ὅτι τόδε ἢ τόδε αὐτὸν μένει, ἢ ὅτι γαμεῖ ἢ παιδοποιεῖ, ἢ τι τοιοῦτον· ὅπερ συνεγράψατο Ἕλενος. Παλμαστικὸν δέ ἐστι, τὸ διὰ τῆς πάλσεως τοῦ σώματος γνωριζόμενον· οἷον, ἐπάλθη ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς, τόδε σημαίνει· ἢ ὁ ὦμος, ἢ ὁ μηρὸς, τόδε· ὃ συνεγράψατο Ποσειδώνιος καὶ ἄλλοι πολλοί.

73. *De Scythis, qui adversus heros suos rebellarunt.*

Quidam ex nomadibus Scythis relictis famulis suis e Scythia latrocinandi causa excesserunt. Prius tamen eos excæcarunt, ac postea hoc muneris ipsis injunxerunt, ut cum eorum uxoribus hac coagularent. Cumque multum temporis interfluxisset, nec Scythæ patriam repeterent, uxores eorum cum excæcatis servis stupri consuetudinem habuerunt, ex ipsisque conceperunt ac pepererunt; atque ita pro Scythis qui abscesserant liberi nascuntur, servili tamen semine procreati. Ergo cum Scythæ illi, qui olim patria egressi fuerant, in Scythiam rediissent, hos ex servis progenitos ætate florentes repererunt, atque obviam ipsis cum armis euntes. Ac conserto inter eos certamine reduces illi Scythæ fusi et superati sunt. Qua clade accepta auctor ipsis fuit quispiam, ne armis, sed verberibus cum ipsis pugnarent. Armis enim pugnare iis demum convenire, quibus cum pari conditione hostibus res esset: at virgas ipsis intentare argumentum esse herilis adversus servos potestatis. Illi itaque, servis patribus nati, cum veteres Scythas cum virgis conspexissent, velut dominis suis sese submiserunt : sicque sublatum et exstinctum est bellum.

ογ'. *Περὶ τῶν Σκυθικῶν δούλων.*

Τῶν νομάδων Σκυθῶν μέρος τι ἐξῆλθεν ἐκ τῆς Σκυθίας πλανώμενον ἐπὶ ληστείᾳ. Εἴασαν δὲ οὗτοι οἰκέτας (3), ὥστε μετὰ τῶν γυναικῶν τυρεύειν τὸ γάλα. Τοὺς δὲ οἰκέτας αὐτῶν ἐξετύφλουν οἱ Σκύθαι ζηλοτυποῦντες, καὶ οὕτω παρεῖχον αὐτοῖς τυρεύειν τὸ γάλα. Χρόνου δὲ γενομένου, καὶ τῶν Σκυθῶν τῶν ἐξελθόντων μὴ ὑποστρεφόντων, αἱ γυναῖκες φοιτῶσι πρὸς τοὺς δούλους τοὺς ἐκτυφλωθέντας καὶ συγγίνονται αὐτοῖς, καὶ συλλαμβάνουσι, καὶ γεννῶσι· καὶ γίνονται παῖδες ἀντὶ τῶν ἐξελθόντων Σκυθῶν. Ἦσαν δὲ δοῦλοι οἱ τεχθέντες κατὰ τὸ σπέρμα. Οἱ οὖν πάλαι ἐξελθόντες Σκύθαι ὑποστρέψαντες, εὗρον τούτους τοὺς γεννηθέντας ἐκ τῶν δούλων ἡβήσαντας, καὶ ἐναντιουμένους αὐτοῖς· καὶ γενομένου πολέμου μεταξὺ τῶν δουλοσπόρων καὶ τῶν ἐπανελθόντων Σκυθῶν, ἠττῶνται πάνυ οἱ ἐπανελθόντες. Τούτοις οὖν ἠττηθεῖσιν, εἷς συνεβούλευσέ τις μὴ ὅπλοις αὐτοὺς πολεμῆσαι, ἀλλὰ διὰ μαστίγων. Τὸ γὰρ δι' ὅπλων, φησὶ, πολεμῆσαί τινας, ὡς ἀπὸ ἴσων πρὸς ἴσους ἐστὶν ὁ πόλεμος· τὸ δὲ ἀπὸ μαστίγων αὐτοῖς ἐπελθεῖν, ὡς ἀπὸ δεσποτῶν εἰς δούλους ἐστίν. Οἱ οὖν δουλόσποροι, θεασάμενοι τοὺς Σκύθας μετὰ τῶν μαστίγων, ὑπέκυψαν ὡς οἰκείοις δεσπόταις, καὶ οὕτω κατελύθη ὁ πόλεμος.

74. *De Thessala equa et muliere Lacedæmonia.*

Nulla est urbs, quæ non eximium aliquod ornamentum habeat, ut Thessalia equos, Attica argenti metalla, India auream arenam. Consimilem etiam in modum Lacedæmonii venatorios canes primæ bonitatis, et mulieres strenuas et intrepidas. Habuit etiam Sicilia fontem nomine Arethusam, cujus

οδ'. *Περὶ Θετταλικοῦ ἵππου.*

Πᾶσα πόλις, ἢ χώρα ἔχει τι ἐξαίρετον ἰδίωμα· οἷον, ἡ Θετταλῶν χώρα ἔσχε τοὺς ἵππους· ἡ Ἀθηναίων, τὰ μέταλλα τοῦ ἀργύρου· ἡ Ἰνδία, τὴν χρυσῖτιδα ψάμμον· ὁμοίως καὶ ἡ Λακεδαιμονίων, κύνας θηρευτικὰς (ἔνθεν καὶ οἱ Λακωνικοὶ κύνες), καὶ γυναῖκας ἀνδρείας καὶ ἀπτοήτους. Ἔσχε δὲ καὶ ἡ

(1) Cod reg. Colb. Πόλλις
(2) Reg. add. τῆς.
(3) Id. ἐάσαντες τοὺς οἰκέτας οἴκοι.

Digitized by Google

Σικελία πηγὴν ὕδατος Ἀρέθουσαν οὕτω καλουμένην· ἧς ἐρασθῆναι τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν μυθεύουσι· τὸ δὲ ὕδωρ τῆς Ἀρεθούσης, ἀκραιφνές τε καὶ καθαρὸν καὶ γλυκύ. Λέγει οὖν ὁ θεῖος Γρηγόριος, ὅτι ὥσπερ ἔνιαι χῶραι καὶ πόλεις ἔσχον τι κατ' ἐξαίρετον ἰδίωμα, οὕτω τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν πάντα ταῦτα, ὀρφανοτροφεῖα, ξενῶνας, νοσοκομεῖα, πτωχοτροφεῖα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀγαθά.

οε'. *Περὶ τῆς τοῦ Πλάτωνος Πολιτείας.*

Πλάτων ὁ φιλόσοφος συνεγράψατο σύνταγμα, ὃ *Πολιτείαν* ἐπέγραψεν. Ἐν τούτῳ τῷ συντάγματι λέγει, ὁποίαν δεῖ γενέσθαι πόλιν, καὶ ἐκ ποίων ἀνδρῶν συγκειμένην, καὶ ποίοις ἔθεσι καὶ νόμοις πολιτευομένην. Αὕτη δὲ αὐτῷ ἡ πόλις, λόγῳ μόνῳ συνέστη· ἔργῳ δὲ, οὔτε συνέστη, οὔτε ἐπολιτεύσατο. Ἐν ἐκείνῳ οὖν τῷ συντάγματι τοῦτο τὸ ῥησίδιον, ὅτι Ὑποκείσθωσαν ἡμῖν οἱ πολῖται τάδε φθεγγόμενοι, ἵν' ἴδωμεν αὐτῶν κινουμένην τὴν ἐπίνοιαν.

οϛ'. *Περὶ τῆς τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίας.*

Ἡσίοδος εἷς ἐστι τῶν ποιητῶν· οὗ πράττονται τρία ποιήματα· ἡ καλουμένη *Θεογονία*, τὰ καλούμενα *Ἔργα καὶ ἡμέραι*, καὶ ἡ καλουμένη *Ἀσπίς*. Ἐν τῇ οὖν καλουμένῃ *Θεογονίᾳ* ὁ Ἡσίοδος (1) ἄρχεται (2) καταριθμεῖσθαι τὰς γενέσεις τῶν θεῶν· ὅτι ἐκ τοῦ χάους καὶ ἐκ τοῦ αἰθέρος ἐγεννήθη ὁ δεῖνα· ἐκ δὲ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ Κρόνος· ἐκ δὲ τοῦ Κρόνου, ὁ Ζεὺς, ὁ Ποσειδὼν, ὁ Πλούτων. Εἶτα καταφέρει σειρὰς γενῶν καὶ θεῶν καινοτέρων ὀνόματα· καὶ ὅτι οἵδε οἱ θεοὶ, μετὰ τῶνδε ἐπολέμησαν· καὶ οἵδε ἐνίκησαν, οἵδε ἠττήθησαν, καὶ οἵδε διεσπάραξαν τόνδε ἢ τόνδε. Οἱ γὰρ Τιτᾶνες λέγονται διασπαράξαι τὸν Διόνυσον. Τὰ δὲ ὀνόματα ταῦτα, ἃ λέγει ἐνταῦθα ὁ Γρηγόριος, οἷον Κῶτον καὶ Βριάρεω, ὁ Ἡσίοδος λέγει γενέσθαι τινὰς ἀνθρώπους ἀπὸ ἑκατὸν χειρῶν ἐχοντας, οἵτινες μετὰ τῶν θεῶν ἐπολέμησαν τοὺς Τιτᾶνας. Οἱ γὰρ Τιτᾶνες μυθεύονται κατὰ τῶν θεῶν ἐπαναστῆναι, ἕως οὗ ἐκεραύνωσεν αὐτοὺς ὁ Ζεύς. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν δρακοντοπόδων Ἡσίοδος λέγει, ὅτι ἐγεννήθησαν ἄνθρωποι δρακοντόποδες. Κεραυνοφόρους δὲ λέγει νῦν θεοὺς, ἢ αὐτὸν τὸν Δία, ὡς κεραυνὸν ἐπαφέντα τοῖς Γίγασιν, ἢ Στεροπὴν (3) ἢ Βρόντην τοὺς χαλκεύσαντας τῷ Διὶ βροντὴν καὶ τὴν ἀστραπὴν, καὶ τοὺς κεραυνούς· νήσους δὲ καὶ βέλη καὶ τάφους λέγει ἐπαφεῖσθαι τοῖς Γίγασι παρὰ τῶν θεῶν. Ταῦτα οὖν μυθολογεῖ. Τὰ δὲ πικρὰ τούτων γεννήματα λέγει, ὅτι ἐκ τοῦ αἵματος τῶν Γιγάντων ταῦτα τὰ θανατηφόρα ζῶα γεγόνασιν, ἃ αὐτὸς καταριθμεῖται, οἷον τὴν Χίμαιραν, τὸν Κέρβερον, περὶ ὧν φθάσαντες εἴπομεν. Τὸ δὲ περὶ τὰς Γοργόνας, τοιοῦτόν τι ἦν· ὅτι τρεῖς ἦσαν γυναῖκες φοβερὰ τοσοῦτον ἔχουσαι τὰ πρόσωπα, ὥστε τοὺς θεωμένους αὐτὰς παραυτίκα ἀποθνήσκειν. Λέγεται δὲ, ὅτι ὁ Περσεὺς τὴν μίαν τούτων ἀνεῖλε τῷ λογχοδρεπάνῳ.

A amore captum fuisse Alpheum amnem fabulantur. Porro fontis illius aqua pura est et limpida, mirœque suavitatis. Ait ergo Gregorius : Quemadmodum nonnullæ regiones, urbes et cives proprium atque eximium aliquod decus habent : sic doctrina Christiana hæc omnia, orphanorum atque extraneorum domicilia, valetudinaria, ac loca in quibus pauperes alantur, atque omnia hujusmodi bona.

75. *De Platonis Republica.*

Philosophus Plato opus composuit, quod *De Republica* inscripsit. In eo docet qualem esse civitatem, quoque ex hominum numero constare, tum quibus moribus legibusque gubernari oporteat. Hæc porro civitas sermone solo ab eo coagmentata est : re ipsa autem nec constructa, nec gubernata. B In hoc volumine his verbis utitur : Fingamus (4) cives hujusmodi orationem habere, ut eorum consilium animique solertiam non inertem ac mortuam, sed vivam motuque incitatam videamus.

76. *De Hesiodi Theogonia.*

Hesiodi poemata tria exstant, *Theogonia*, *Opera et dies*, et *Scutum Herculis*. In *Theogonia* deorum ortus enumerare incipit, nimirum quod ex chao et æthere natus sit ille, ex cœlo et terra Saturnus, ex Saturno Jupiter, Neptunus et Pluto. Postea catenam quamdam generum deorumque recentioris nominis deducit : narratque quemadmodum hi dii cum illis dimicarint, atque hi illum aut illos discerpserint. Titanes enim Bacchum dilaniasse feruntur. Hæc porro nomina quæ hoc loco profert C Gregorius, velut Cottum et Briareum, Hesiodus homines quosdam centimanos fuisse dicit, qui simul cum diis adversus gigantes bellum gesserunt. Hos enim adversus deos insurrexisse fingunt, quoadusque tandem Jovis fulmine oppressi sunt. Consimili quoque modo homines quosdam exstitisse ait, qui draconum pedes haberent. Fulminiferos autem deos vocat, vel Jovem ipsum, ut qui gigantibus fulmen immiserit, vel etiam Steropen et Bronten, qui tonitru et fulgur Jovi fabricati sunt. Insulas porro tum pro sagittis tum pro sepulcris gigantibus immissas a diis fuisse confingit. Acerbi autem et amarulenti fetus, qui ex gigantum cruore prodierunt, mortifera hæc animantia exstiterunt, velut quæ ipse enumerat, hydram nempe (quæ centiceps ille D serpens erat, quem Hercules interfecit), chimæram, quam, cum de ea prius verba faceremus, ab anteriore parte leonem, a posteriore draconem, ac medio corpore chimæram ignem faucibus evomentem esse diximus, a Bellerophonte oppressam et exstinctam. Consimiliterque de Cerbero sermonem habuimus, nimirum canem tricipitem fuisse, qui inferorum portas sedulo custodiret, ac descendentes quidem ad inferos mulceret, eos autem qui ascendere conabantur, dentibus peteret ac devoraret : quem Hercules obtruncavit. Quod autem ad Gorgones attinet, tres erant mulieres adeo truculento atque horribili aspectu, ut quisquis eas intueretur, statim moreretur : quarum unam lancea sua Perseus trucidasse dicitur.

(1) Id. τερατώδη καὶ μάχας τῶν θεῶν διηγεῖται.
(2) Id. add. δέ.
(3) Id. Ἀστερόπην.
(4) Hæc Nonnus ipse fingit.

Digitized by Google

77. *De eo quod ait Gregorius, Orpheus transeat cum sua cithara.*

οζ'. *Περὶ Ὀρφέως καὶ κιθάρας.*

Orpheus musicus tantum suavitate cantus valuit, ut eo, vel magia potius sua quercus animantesque rationis expertes atque adeo saxa et fluvios ad se pertraheret. Hujus poemata circumferuntur, quæ pro theologia gentiles habent. In his deorum ordines seriemque ac nonnullorum facinora quædam, quæque quorumdam cæremoniæ atque initiandi ritus, et qui rerum aliquarum parentes effectoresque sint recenset. Hujus igitur Orphei nonnulla producit Gregorius quæ de Jove et Cerere dicta sunt. Priora enim de Jove dicit, posteriora de Cerere. Ac sensus quidem horum versuum qui ad Jovem spectant, est talis : O Jupiter gloriose, deorum omnium maxime, qui limo omni contineris tam ovium, quam equorum, quamque mulorum. Quo videlicet carmine Orpheus Jovem usque etiam ad pecudum ac jumentorum stercus vivificam suam facultatem emittere significabat. Carminis autem de Cerere hic est sensus: Deam sublato corpore femora sua detexisse ut amasiis suis corporis sui copiam faceret. Quibus verbis Orpheus Cereris vim ac facultatem iis a quibus expetitur, in promptu esse innuit, eamque paratam ad sese ipsis dandam, eosque explendos. Divus itaque Gregorius hoc velut fœdum atque obscenum, atque illud etiam Jovis ut impurum traducit, meritoque sugillat.

Ὀρφεὺς γέγονε μουσικὸς, Θρᾷξ τὸ γένος· ὃς λέγεται οὕτω προσηνῶς καὶ ἐκμελῶς (1) ᾄσαι, ὡς ἐπακολουθεῖν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τῇ μαγείᾳ, τὰς δρῦς, καὶ τῶν ζώων τὰ ἄλογα, καὶ τοὺς λίθους, καὶ τοὺς ποταμούς. Τούτου δὲ φέρονται ποιήματα, ἅτινα ὡς θεολογίαν ἔχουσιν Ἕλληνες. Ἐν δὲ τούτοις τοῖς ποιήμασι, διὰ μυθικῶν συμβόλων (2) λέγει τὰς τῶν θεῶν τάξεις καὶ σειρὰς, καὶ τίνων τίνα ἔργα, καὶ ποῖα τίνων τελέσματα, καὶ τίνες τίνων δημιουργοί. Τούτου τοίνυν τοῦ Ὀρφέως ἕνια ἔπη παρατίθησιν ὁ θεῖος Γρηγόριος, ἃ εἰσι περὶ τοῦ Διὸς εἰρημένα, καὶ τῆς Δήμητρος. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα περὶ τοῦ Διὸς λέγει, τὰ δὲ ὕστερα περὶ τῆς Δήμητρος. Καὶ ὁ νοῦς μὲν τῶν περὶ τοῦ Διὸς ἐπῶν, οὗτός ἐστιν· ὅτι Ὦ Ζεῦ ἔνδοξε καὶ μέγιστε τῶν πάντων θεῶν, περιεχόμενε τῇ κόπρῳ πάσῃ, ὅση τε προβάτων, ὅση τε ἵππων καὶ ἡμιόνων. Μηλείη δὲ κόπρος ἐστὶν ἡ τῶν προβάτων· μῆλα γὰρ τὰ πρόβατα. Διὰ τοῦδε τοῦ ἔπους δῆθεν ὁ Ὀρφεὺς ἐσήμανεν, ὅτι ὁ Ζεὺς ἄχρι καὶ τῆς κτηνώδους ὕλης ἐκπέμπει τὰς ἑαυτοῦ ζωογόνους δυνάμεις. Τοῦ δὲ περὶ τῆς Δήμητρος ἔπους ὁ νοῦς ἐστιν οὗτος· ὅτι Ἐπαιρομένη ἡ θεὰ, τοὺς ἑαυτῆς μηροὺς ἀνεσύρατο (λέγει δὲ περὶ τῶν ἱματίων), ἵνα, φησὶ, τοὺς ἐρῶντας αὐτῆς ἀξιώσῃ τῆς συνουσίας. Διὰ δὲ τούτων ὁ Ὀρφεὺς αἰνίττεται, ὅτι ἡ θεία δύναμις τοῖς ἐπιθυμοῦσιν αὐτῆς, ἕτοιμος γίνεται τοῦ ἐπιδοῦναι ἑαυτὴν καὶ μυῆσαι αὐτούς. Ὁ οὖν θεῖος Γρηγόριος, ὡς καὶ τούτου ὄντος αἰσχροῦ, καὶ τοῦ περὶ τὸν Δία ἀκαθάρτου, διασύρει καὶ διαγελᾷ αὐτοὺς ἀξίως.

78. *De Phanete et Ericapæo.*

οη'. *Περὶ Φάνητος καὶ Ἠρικαπαίου.*

In Orphicis poematis hæc duo nomina simul cum aliis multis inducuntur. Ex quibus Phanetem inducit penem retro circa nates habentem : aiuntque eum vivificæ facultatis præsidem atque antistitem esse. Consimili modo Ericapæum alii cuipiam facultati præesse narrant. Quod autem de eo, qui deos omnes devorabat, loquitur, non Ericapæum intelligit, sed Saturnum. Hic enim filios duos quos procrearat, devorasse, ac devoratos evomuisse dicitur. Nam cum Jovis loco saxum devorasset, subsidente saxo cunctos evomuit.

Ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ποιήμασιν εἰσηνέχθη τὰ δύο ταῦτα ὀνόματα μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν· ὧν, τὸν Φάνητα εἰσφέρει αἰδοῖον ἔχοντα ὀπίσω περὶ τὴν πυγήν. Λέγουσι δὲ αὐτὸν ἔφορον εἶναι τῆς ζωογόνου δυνάμεως· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Ἠρικαπαῖον λέγουσιν ἑτέρας ἔφορον εἶναι δυνάμεως. Περὶ δὲ τοῦ, Ὁ πάντας καταπίνων θεοὺς, οὐ λέγει περὶ τοῦ Ἠρικαπαίου, ἀλλὰ περὶ τοῦ Κρόνου. Λέγεται γὰρ οὗτος, οὓς ἔτεκεν υἱοὺς, πάλιν καταπιεῖν, καὶ ἐμέσαι οὓς ἤδη κατέπιε. Λέγεται λίθον καταπιεῖν ἀντὶ τοῦ Διὸς, καὶ τοῦ λίθου κατελθόντος ἐμέσαι πάντας.

79. *De Homero.*

οθ'. *Περὶ Ὁμήρου.*

Homerus in suis poematis sursum deorsumque Saturnum et Jovem fabulose jactat, Junonem etiam et Venerem et Palladem ac multos alios deos, quos ex poesi cognitos habemus. Comicum autem eum vocat Gregorius, quod nonnulla comice ac jocose de diis protulerit, ut quod Juno eleganti veste induta egregieque ornata ad Jovem se contulerit, eumque ut voluptuarium fefellerit, ac cum ipso dormierit. Quo quid magis ridiculum excogitari possit? Tragicum vero eumdem nominat, quod quædam tristia et luctuosa de diis commentus sit : velut quod Jupiter Vulcanum in Lemnum præcipitem dejecerit : quod Venus a Diomede vulnus acce-

Καὶ ἡ περὶ τοῦτον πολυθρύλλητος ἱστορία. Ἐν γὰρ τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ ἄνω τε καὶ κάτω, Κρόνον τε καὶ Δία μυθολογεῖ, καὶ Ἥραν καὶ Ἀφροδίτην, Ἀθηνᾶν τε ἐπὶ πᾶσι τούτοις· καὶ ἁπλῶς οὓς ἐκ τῆς ποιήσεως ἴσμεν. Κωμῳδοποιὸν δὲ τὸν Ὅμηρον ἐκάλεσεν, ὡς ἕνια ἀποσκώμματα εἰς θεοὺς εἰρηκότα (3). Τραγῳδοποιὸν δὲ, ὅτι ἕνια πένθιμα περὶ τῶν θεῶν μυθολογεῖ· οἷον, ὅτι τὸν Ἥφαιστον κατεκρήμνισεν ἐν Λήμνῳ ὁ Ζεύς· καὶ ὅτι ἐτρώθη ἡ Ἀφροδίτη ὑπὸ τοῦ Διομήδους. Ταῦτα δὲ δῆθεν δακρύων ἄξια. Τῇ μὲν γὰρ τραγῳδίᾳ ἕπεται τὰ δάκρυα· τῇ δὲ κωμῳδίᾳ, ὁ γέλως.

(1) Cod. reg. ἐμμελῶς.
(2) Id. συλλαβῶν.
(3) Id. add. ὅτι ἡ Ἥρα φορεύσασα (sic) καὶ καλλωπισμένη ἀπῆλθε παρὰ τὸν Δία, καὶ ἠσπάτισεν (f. ἠπάτησεν) αὐτὸν ὡς ἡδύβιον καὶ συνεκαθεύδησεν αὐτῷ. Καὶ τί τούτου γελοιωδέστερον; et ea legit interprcs.

Digitized by Google

perit. Quæ profecto luctu ac lacrymis digna sunt. Tragœdiam quippe lacrymæ sequuntur, quemadmodum risus comœdiam.

π'. Περὶ Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος.

Generatio divina, ineffabilis, 381. Non curiosius inquirenda, 382. Aliquid ea dignum concipere, ut possibile, 528. Silentii honore decoranda, 529. Generatio divina, initii expers; nec contrarium evincunt hæc verba: *genuit* et *genitus est*, 526. Curiose de ea pertractare, periculo non vacat, 528. Ne passiones metuamus, dum generationem in Deo confitemur, 468. Generatio divina a passione immunis, 525. Hominum generationi quam dissimilis, 525. *Vide* Trinitas. Generatio Christi, 21. Ad comparandam homini supernam beatitudinem, 23.

Generationis animalium varii modi, 562. Modus singularis quo idem animal a seipso consumitur et procreatur, 562.

Genitum et ingenitum quo sensu idem sint, quo diversa, 530. Deus quomodo genitus, 529. Ut scit Pater qui genuit, et Filius qui genitus est, 529. Quod supra hæc est, nube obtegitur, 529. An Pater Filium voluntate genuerit, 527. Geniti et ejus qui genuit eadem est natura, cur, 530.

Gentilis populus, an pullo quem Jesus conscendit significatus, 405. Gentiles, malorum dæmonum fictores, et sacerdotes et cultores, 666. Per numina quæ colunt, sibi ipsis dedecus inurunt, 680. Dæmonibus in hanc amentiam impulsi, 680. Quæ legibus vindicantur, ea ut divina venerantur, 145. Cur deos vitiorum patronos effinxerunt, 681. Tibicinum cantu plausibusque, novæ lunæ festum celebrant, 170. Ut in aliis se gerunt, 665. In festis diebus agitandis vitiosi, 731. Scelerum quæ in Christianos perpetrarunt, brevis enarratio, 166, 167. Gentiles, exstincto Juliano, non jam filios suos et filias dæmoniis immolabunt, 166. Sævo atque infenso animo, disputantium Christianorum sermones expendunt, 491. Gentilium obscenæ fabulæ; obsceniora sacrificia, 466. Fœda sacrificia, 507. Eorum fœdissimi ritus, 134. Ad cæcæ gentilitatis pudorem exposita, 134. Gentilium mysteria egregie perstringuntur, 678.

Gentilismus et Judaismus e diametro oppositi; quod Judaismus unam tantum in Deo personam, gentilismus plures deos admittat, 668, 846.

Genus. Generis splendor in eo consistit, ut divinam imaginem conservemus, 447.

Geometria, a quibus inventa, 136.

Georgius Cappadox, infensissimus Athanasii hostis, et sedis illius invasor, 394. Athanasio pulso, Ægyptum vastat; Syriam populatur; Orientis quantum potest arripit, 598. Diaboli administer, zizaniarum sator, Antichristi præcursor, 599. Episcopo eo tempore disertissimo, linguæ vice, utitur, 599. De eo episcopo variæ opiniones, 399. Opes Ecclesiæ quæ bona pauperum sunt, in flagitiosos usus insumit, 599. Eunuchorum ope utitur, 599. Quas impietatis et audaciæ suæ pœnas luerit, 405.

Gigas. Gigantum genus quoddam erat et reliquorum hominum, 274. Gigantes, unde, juxta poetas, exorti, 792. Gigantes anguipedes, Cotus, Briareus, Gyges, Enceladus, 141. Insulæ in eos injectæ, 141. Immanes eorum fetus et soboles, 141.

Glacies. E cujus utero egressa est, 312.

Gladius ebrius in cœlo, quænam facere jubeatur, 304. Gladius Christi, sermo acutus, pios ab impiis dividens, 382. Verbi divini sectio, bonum a malo dividens, fidelem ab infideli secans, filium et filiam et nurum adversus patrem et matrem et socrum excitans, 687.

Gloria futura. *Vide* Salus. Gloriam illam adeo Gregorius appetebat, ut dicere posset: *Deficit in salutare tuum anima mea*, 214. Inanis gloriæ studium magno ad

Digitized by Google

virtutem impedimento est, 38. Qui gloriam ex liberalitate collectam alteri concesserit, haud facile reperiemus, 544. Proximi oppressionem gloriam suam ducere, bono publico maxime contrarium, 434. Exigua hujus vitæ gloriola ne magnum aliquid existimetur, 565

Gloriari. De civitate sua gloriari quam insulsum, 610. Ne glorietur sapiens in sapientia sua; nec in ulla re, ex iis quæ apud mortales laudi ducuntur, quisquam glorietur 270. Qui gloriatur, hac una in re glorietur quod Deum cognoscat ac requirat, 270.

Gnossus : urbs Cretæ nobilissima, 516. Gnossius Dædali chorus, 516.

Goliath, a gigantibus oriundus, 254. A Davide prostratus, 254. *Vide* David.

Gomorrhæ ac Sodomorum celebris improbitas, celebrior interitus, 589.

Gorgonia, Gregorii Theologi soror; parentum illius encomium, 220. Sublimius disserendo, illi patria fuit cælestis Jerusalem, 221. Nobilitas, divinæ imaginis conservatio, 221. Tum in matrimonio, tum in cœlibatu, omnes ætatis suæ mulieres pudicitiæ laude superavit, 222. Carni per matrimonium copulata, non idcirco a spiritu disjuncta est, nec quia caput virum habebat, ideo primum caput ignoravit, 222. Maritum ad se pertraxit; filios et nepotes spiritus fructum effecit, 222. Gorgonia si a dotibus mulieri forti ascriptis laudetur, perinde est ac si quis ab umbra statuam laudet, 223. Virtutum quas colebat, diserta et luculenta descriptio, 225. Nullum ornatum moribus suis præstantiorem agnovit, 224. Unus illi rubor placebat quem pudor affert, unus candor quem parit continentia, 224. Nulla mulier divinas res, tum ex divinis oraculis, tum ex propria intelligentia, magis cognovit, 224. Gorgonia, vehiculo mularum furore abrepto, ossibus ac nervis conteritur, 227. Medicum alium præter Deum habere non sustinet, virorum oculos et manus erubescens, 227. Salutem a Deo consequitur, 227. Insoliti cujusdam et prodigiosi morbi, quo tenebatur, descriptio, 228. Item miraculi quo, pretiosi corporis et sanguinis antitypa lacrymis adhiscens, ab eo morbo sanatur, 229. Hoc miraculum, quandiu Gorgonia vixit, tectum et silentio compressum, cur a Gregorio patefactum, 229.

Gorgonia divina visione optatum obitus diem prænoscit, 230. Baptismum recens acceperat, 230. Baptismus pene ei soli non gratia sed sigillum fuit, 230. Ut maritus eodem sacramento perficeretur, sicque non dimidia tantum ex parte, sed tota perfecta discederet, precibus a Deo impetravit, 230. Dierum secundum Deum plena solvitur, aut assumitur, aut avolat, aut transmigrat, aut paulum ante corpus abscedit, 231. Psalmodiæ verba ad exitum pertinentia recitando. 232. De anno mortis illius conjectura, 217. Supremæ Trinitatis, totam sese toti menti contemplandam et tenendam præbentis, illuminatione perfruitur, 232. Gorgonia has unas liberis suis opes reliquit, nempe sui imitationem, et ejusdem laudis studium, 225. Exemplo suo conspicuum fecit, masculum et feminam, corporis non animæ discrimen esse, 227. Studio habebat de gratiarum donis minime se jactare atque gloriari, 227. Viri ejus nomen ignotum; patria Iconium, si Eliæ Cretensi fides, 217. De Gorgoniæ liberis quid certum habeatur, 217.

Graculus, alienis plumis detractis, nudus ac turpis est, 136.

Gradus. Graduum et functionum diversitas in Ecclesia, 286. Gradus nullus in Ecclesia parvus, 14. Gradus tres honestorum virorum : primus, eorum qui bono propter bonum conjungi exoptent; secundus, eorum qui mercede bonum faciunt; tertius, eorum qui pœnæ metu a sceleре abstinent, 104. Graduum et dignitatum diversitas utinam nulla esset, 483.

Graduum cantica, quænam, 475. Ea canere quinam mystico sensu dicantur, 475.

Græcari, nulla ethnicæ religionis lege præscriptum est, 133. Etsi præscriptum esset, non tamen ad ethnicos privatim pertineret, 133. Insulsa Juliani imperatoris sententia, quæ Græcari ethnicorum non Christianorum esse dicitabat, 131. *Vide* Julianus.

Græcismus, vox in ore Juliani Apostatæ ambigua, 133. Variæ illius acceptiones, 134.

Græcorum, qui pallio et promissa barba gravitatis speciem præ se ferunt, fastus et insolentia, 457

Grammatica plurimas artes complectitur, 788.

Grandiloquentia filiorum Zebedæi, 839.

Grandinis plaga natale Gregorii solum afflictat, 299 Gregorii ad populum ea de re oratio. 299.

Gratia, baptismi nomen, quare, 693. Gratia baptismi, per quam Christus ad nos immigravit, quot et quanta in nobis operari debeat, 716. Ob eam superbia extolli quam periculosum, 719. Ejus conservatio ex Deo et ex homine, 719. Acceptam Dei beneficio et gratia veniam qua diligentia tueri oporteat, 719. Ad gratiam a lege transeundum, 57. Gratiarum diversitas est, 745 Alia gratia opus est ad discernendum quænam sit præstantior, 745. Gratiam propheticam ad gentes migrare Jonas prophetæ cognovit, 62. Gratiam propheticam David pœnitentia conservat, 689. Gratiæ jacturam quamdam pro fratribus facere cupiebat Gregorius, 433. O mirificas divinæ gratiæ opes! mens et lingua Christum habent; illa credendo, hæc confitendo, 596. Gratia divina indigemus omnes, 257. Si fidem astruentes nihil patimur, Deo sit gratia; si patimur, sit quoque Deo gratia, 742. Gratia Spiritus sancti ad explicanda mysteria ejus necessaria, 735. Quod in morbum incidimus, humanæ infirmitatis est; quod morbum depulerimus, id nationis munus est divinæque gratiæ, 185. Gratia, boni principium. Agnosce unde habes quod sis, quod sapias, quod Deum cognoscas, 273. Alia multa ejusdem argumenti, 275. A Deo omnia, 198. Bonum omne initium a Deo ducit, 187. Recte factum, bonorum omnium suppeditatori acceptum referatur, 654. Ipsum etiam recte velle divino auxilio indiget, 654. A Deo est, 654. *Quibus datum est*, quomodo intelligendum, 654, 655. Item, *Non est volentis, neque currentis*, 654. Vulneribus per Maximi philosophi consecrationem Ecclesiæ inflictis mederi, Trinitatis opus est, 485. Christus Eunomianos imautet; pro arguitoribus credentes, ac pro iis, quales nunc nominantur, Christianos efficiat, 539. Catholicorum de Antiocheno episcopo dissidentium concordia, Trinitatis opus, 433, Deo acceptum referri debet, si sanctis ejus digna loquamur, 592, 450. Dei, qui omnia facit et mutat, benignitatis donum est quod doctrina in melius transferatur, et stoliditas rationi subjiciatur, 441. Qui dilectionis dedit mandatum, dedit et omnia præstare quæ ad observationem ejus pertinent, 246. Gratiæ quanta virtus, Paulus ex persecutore, Spiritus sancti dono, pius effectus, 742. Ex malo in bonum mutatus, ne de seipso magnifice sentiat, 840, Dicat potius cum Davide : *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*, a quo promanat quidquid ab hominibus recte et cum laude geritur, 840. Cyprianus libros magicos igne absumit, a dæmonibus secedit; Deo adjungitur, o mirificam gratiæ potentiam! 444. Idem pastor creatur, ac pastorum optimus et probatissimus; hæc Deus facit, 445. Peccatores ad vitam revocare Christi solius est, qui sua potestate mortuos vivificat, 758. *Lazare, veni foras*; magna vox Verbi qua peccatores ad vitam redeunt, et funebribus vinculis solvuntur, 718. Utinam Christus fidei pravitate mortuos suscitet, quemadmodum corpore mortuos ad vitam lucemque revocavit, 674. Gratia divina in indignos minime influit, 238. Ea scilicet quæ vivorum sacramentis confertur, 236. Sæpe fastum et elationem parit; quod omnium malorum nostrorum miserrimum est, 236. Gratia talentum vocata, 48. Gorgonia Theologi soror, studio habebat de gratiarum donis minime se jactare atque gloriari, 227.

Gregorius Thaumaturgus, divino numine afflatus, 574. Ejus de Trinitate confessio, 574.

Gregorius, Theologi pater, in Hypsistariorum errore aliquando versatur, 328, 333. Animalium simulacra aut idola non coluit, 339. Ante baptismum Christianus, 334. Fidem moribus antevertit, 334. In magnis reipublicæ muneribus versatus, ne truncio quidem facultates suas auxit, 334. Dum catechizatur, contra morem genua flexit, et qui eum catechi zt, sacerdotii orationem profert, 338. Quod futuri episcopatus ejus præsagium habetur, 338. Baptizatus et ex aqua egressus, lumine et gloria circumdatur, 339. Ex oleastro in fructiferam olivam pulchre insitus, 199. Alter Aaron aut Moyses, 199. Dives his rebus quæ oculis cernuntur; ditior iis quæ tectæ et absconditæ sunt, 199. Gregorius et Nonna uxor, filiorum simul et Christi amantes, sed Christi quam liberorum amantiores, 200. Virtutum et bonorum operum quibus ambo vacabant luculenta descriptio, 200. Hic novus Abraham, hæc Sara, quare, 220. Hic virorum, hæc feminarum exemplar, 221. Totam vitam ita instituerant, ut nihil aliud quam mortis meditatio fuerit, 216. Gregorius non repente, sed legitimo tempore interjecto, sacerdotium suscipit, 340. Ferus Nazianzenorum mores mitigat, 340, 341. Orthodoxæ doctrinæ pater et magister efficitur, 341. Novus Abraham et Cappadociæ patriarcha, 799. Templum Nazianzi exstruxit, 5. Catechumenum, a Cæsariensem episcopum electum et, cogente populo, a provincialibus ordinatum non probat, 384. Artificiose quodam hæreticorum scripto decipitur; fide tamen intus illæsa, 342. Exortam ideo in Ecclesia sua tempestatem sedat, Theologo pietatis et operæ socio, 342. Quo zelo restiterit præfecto militum a Juliano imperatore missæ, et Nazianzenum templum sibi tradi exposcenti, 383

Digitized by Google

Cedit præfectus, aliisquin calcibus cædendus, 353.
Gregorius morbo jacens, exiguum quiddam et desperatum spirans, ipsa Paschatis nocte e lecto surgit, et pro populo mysteria peragit, 350. Quod de sola recitatione liturgiæ intelligendum, 350. Miraculo sanatur, et Dominica nova cum omni populo sacrificium offert, 350. Quænam apud Græcos Dominica nova, 350. Basilium Magnum in Cæsariensem episcopum ordinari curat, 357, 793. Arianis et Valenti imperatori obsistit, 358. Morbo ultimo laborans, interdum ex sola liturgia robur concipit, 358. Prope centenarius obit, 358. Anno 374, 328. Quanta ipsius in omnium linguis et mentibus veneratio, 339. Gregorii patris eximiæ dotes, 5, 6. Mansuetus et placidus pastor fuit, 193. Patrum optimus et filiorum amantissimus, 193. Abrahæ comparatus, 59. Ira ejus apis aculeo similis, qui ita pungit, ut mortem non afferat, 346. Tanta ipsius benignitas, quanta nec ab homine postulanda videtur; minæ ejus qua ratione solverentur, 346. Stephano martyri comparatus, ob ignoscendi facilitatem, 346. Gregorius Theologus, ante ortum a pia matre Deo promissus, et statim atque in lucem editus est, consecratus, 337. Ab utero Deo consecratus, 49. Sub piis parentibus Nazianzi primum educatus cum Cæsario fratre, 201. In Palæstinam missus, ibique ob amorem artis oratoriæ moratus, Cæsario Alexandriam profecto, 201. Gregorius et Cæsarius, hic ex Græcia, ille Alexandria eodem tempore Byzantium appulsi, 202. Domum simul redeunt, 203. *Vide* Cæsarius. Gregorius Athenas advenerat paulo ante Basilium, 781. Exorta, dum navigaret, gravi tempestate, vehementer timet, ne non baptizatus e vita discedat, 352. Parentum precibus naufragio liberatus, Rhodum appulit, 352. Basilium Athenas a Deo missum excipit, 780. Quid inde lucri perceperit, 352.
Gregorius et Basilius, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones dissecti, rursus Athenas coeunt, 781. Mutuo deinceps amore saucientur, 785. Gregorius Armenios Basilium argutiis urgentes primum juvat, mox deserit, 784. Dum Athenis agunt, urbis superstitionibus non implicantur, 786. Qua de causa arctioribus amicitiæ vinculis Athenis conjuncti, 785. Duas tantum vias cognoscunt, quarum una ad ædes sacras, altera ad professores ducit, 786. Christianos esse et nominari, omnibus rebus præstantius habent, 786. Hoc inter æquales erant, quod fluvius per mare dulcis fluens, 787. Præclarissimi sodalitii præceptores, 787. Per totam Græciam celebres, 787. Oreste et Pylade celebriores, 788. Triste ac miserum spectaculum cum Athenis profecturi sunt, et domum reversuri, 789. Ut obstitere sodales et magistri, 789. Gregorius solus remanere coactus, diu miser esse non sustinet, 790. Equum Homericum imitatur, et ruptis vinculis, ad sodalem impetu fertur, 790. Uterque domum reversi, cum nonnihil scenæ dedisset, sui juris efficiuntur, 790. Basilius a Cæsariensi civitate retinetur; Gregorium pietas erga parentes ab eo abstractum tenet, 790. Gregorius linguam suam in profanis disciplinis eruditam, divinis postea nobilitat, 657. Suæ in presbyterum ordinationi consentit, 11. Die solemni presbyter consecratus, 4. In Pontum secedit, quibus de causis, 14, 15, 16. Gregorium presbyteratus non puduit ob altioris gradus cupiditatem, ut quidam forte suspicabantur, 13. Quid eum deterreat a præfectura, 47. A sacerdotio, 48. Gregorii post fugam reditus variæ causæ, 59.
Gregorius patri obedientem se præbet, et ideo benedictionem sibi reddi postulat, 61. Juliani Augusti minas non timet, 53. Postremus licet, ad persecutionem ejus cum Basilio reservatus, 174. Orto inter monachos Nazianzenos et Gregorium patrem schismate, obmutescit, procul ab omni bono remotus, 179. In Pontica solitudine, 178. Dolor ejus die ac nocte renovatur, per ipsa etiam monasticæ vitæ officia quibus schismatici vacabant, 179. Quonam id pacto, 180. Quo fine Julianum Augustum duplici invectiva proscindit, 79, 81, 82. Orationes illæ scriptæ, non palam pronuntiatæ, 75. Juliani facinora luget ob Christianos vexatos, 100. Gravius autem ob sequentis vitæ cruciatus, qui Julianum ipsum et impietatis illius socios manent, 100. Gregorius, schismate composito, silentium exuit, et fidelibus imo potius Deo sermonem offert, 181. Sermonis illius scopus est, ut, propter pacem, gratiæ Deo agantur, et fideles de bono pacis admoneantur, 183. Cæsarium fratrem oratione funebri celebrat, anno 368 exeunte vel 369 ineunte, 198. Gorgoniam sororem anno 370, 218. Basilio ab episcopo suo vexato auctor est, ut in Pontum recedat, 793. B silio in episcopum electo, domi se continet, ne invidiæ pateat, 801. Postea cum ad eum ventisset, insigniorem inter presbyteros honoris locum recusat; ob utrumque factum a Basilio laudatus, 801. Cæsarem agebat, quo tempore Valens imperator cum Basilio colloquium in Ecclesia habuit, 809. Basilium Dei voce loquentem audivit, 809. Gregorius, proposito sibi episcopali munere, acerbitate ac mœstitia impletur, 236. Eodemque modo afficitur quo pueri ad fulgetra, 238. Episcopum Sasimorum ordinari se patitur, non suasione inductus, sed coactus, 237. Ejus hac de re tum ad Basilium, tum ad alios, oratio, 256. Sasimorum episcopus esse renuit, 639. A Basilio ordinatus; cum cætera Basilii facta, supra quam dici potest, admiretur, hoc unum laudare nequit, 814. Hinc illi omnis vitæ perturbatio manavit, 814. Basilium tamen excusat, 815. Solitudinem et silentium expetit, 364. Quibus de causis, 364. Fugam post ordinationem illam capescit, 253. Quibus rationibus in solitariæ vitæ proposito aliquandiu steterit, 239. Quas cogitationes in Basilium tum animo versaret, 240. Quibus rationibus inductus sit, ut sententiam mutaret, et onus injunctum susciperet, 239, 240. Aliam ejusdem argumenti orationem habet ad Gregorium Nyssenum, 241.
Gregorius de patre ac Basilio queritur, quod ipsum in animarum forum intulerint, 358. Quare animarum cura foro comparata, 358. Gregorius, etiam post reditum e fuga, curam Ecclesiæ Sasimensis suscipere non vult, Ecclesiæ Nazianzenæ cum suo patre curam non recusat, 251. Velut magnæ aquilæ et altissime volanti pullus non inutilis, e propinquo advolans, 251. Patre mortuo, pennam suam Spiritui, quo volet, et quoquo modo volet, daturus, 251. Gregorius, propter plagam grandinis quæ natale solum affixerat, sermonem ad populum habet, 299. Medio circiter anno 375, 299. Tunc pastorum princeps, 301. Divinæ misericordiæ sponsorem se præbet, 309. In ordinatione Eulalii Doarensis, manus in se a quodam sacerdote immissas queritur, 254. Julianum præfectum in cives Nazianzenos ira commotum flectere modis omnibus tentat, habito ea de re sermone anno 373 circiter exeunte, 317. Gregorium patrem, medio circiter anno 374, funebri oratione commendat, præsente Basilio, 330. Patre vita functo, solitudinem ac silentium expetit; quibus de causis, 364. Sermonem habet ad Julianum amicum, tributis exsequandis Nazianzeni præfectum, quare, 365. In Isauriam secedit anno 375 363. Gregorius dignus habetur qui Trinitatis cultor ac sincerus præco fiat, 433. Eo animo Constantinopolim petit ut Catholicis ærumnarum socius esset, 409. Non sponte, sed invite, animarum regimen suscipit, 612. Qua lenitate ac modestia fuerit cum Arianis Constantinopolitanis, 612. Ejus mansuetudo pro amentia habetur, 642. In Christi passionibus et ignominia minoris ducit, 612. Constantinopoli receptus in domo pia consanguineorum et amicorum, apud quos Catholici ab Arianis vexati convenichant, 484. Exiguum Catholicorum gregem impense laudat, et a detractione tuetur, 613. Parvulam eorum Ecclesiam latiorem se visurum certissime prædicit, 613. Catholicos eo modo erga se affectos experitur quo ferrum erga magnetem, 634. Quæ tanti desiderii causa, 656.
Gregorius non novum fontem Constantinopolitanis rupit, sed abditum illum, quem Ariani obstruxerant, aperuit, 635. Nec jucundum nec facetum se præbuit, sed eum in quem morositatis potius et rusticitatis quam adulationis et servilis animi nota caderet, 662. Quod philosophiæ genus ea in urbe coleret, 636. Cur latebras quæreret, 636. Gregem suum sermonibus fovit, non temere jactatis, sed quos lectissimos habuit; non meretricibrum, ut a quodam perhibebatur, sed gravium et pudicorum, 756. Pro mercede, Trinitatis confessionem expetit, 756. Ita docuit, ut adversarios contumeliis aut convicis non incesseret, 757. Pacis ita studiosus, ut nihil de veritate relaxaret, 757. Hoc temporis spatio habitæ orationes multæ; in his quinque theologicæ, ex quibus Theologi cognomen adeptus est, 486. Gregorius, ut Joannes, efficitur vox clamantis in deserto, 648. Deserto prius loco, et siccitate laboranti, nunc autem valde habitabili et frequenti, 648. Lapidibus appetitus in urbe regia, pati non detrimento ducit, sed potius non pati, 423. Periculorum quæ pro Christo toleravit optimum fructum refert, populi Catholici incrementum, 428. Gregorius Maximum cynicum amanter excipit, familiarium numero ascribit, et publico encomio, sub Heronis nomine, celebrat, 455. Corpore tunc temporis æger, 454. Quid, audita illius in episcopum consecratione, egerit, 470. Gregorius ab adversariis ex omni parte tentatus, 482. Unum hanc sapientiam se scire profitetur, quæ in timore Dei sita est, 482. Ipsa paupertate dives, 482. Nusquam exsul, 482. Thronum episcopalem prompto et hilari animo nunquam se conscendisse declarat, 482. Pecuniis spoliari non poterat, cum nullas haberet, 483. Amicos suos, parcendo potius quam accipiendo, gravaverat, 484. Eos tamen experitur, alios contrarios, alios a longe stantes, 484. Solus relictus,

Digitized by Google

constanter omnia tolerat; eos tantum fugiens qui sibi molesti fuerant, 484. Parum abest quin Petrus eum abneget, 424. Petrus ille, quis, 484.

Gregorius, clamans licet et lamentans, in archisacerdotali sede a civibus Constantinopolitanis collocatur, 636. Anno circiter 379, 575. Concilii in urbe regia congregati suffragio, Constantinopolitanæ Ecclesiæ præficitur, 745. Meletio concilii præside vita functo, Antiochenæ Ecclesiæ regimen Paulino, ex condicto, dimitti obnixe rogat; quo negato, de secessu cogitare cœpit, 745. Ægyptii et Macedones eum, præter canonem, Ecclesiæ Constantinopolitanæ præpositum expostulant; datam hinc occasionem secedendi avidius arripit, 745. Votis ejus annuitur, 745. Ultimum vale dicturus administrationis suæ rationem reddere, et collegarum judicium subire paratum se ostendit, 748. Regiam civitatem salutifera doctrina imbutam concilii Patribus offert, 755. Constantinopolitanam cathedram se non affectasse multiplici ratione demonstrat, 638. Huic Ecclesiæ, ut viduæ tutor atque curator, opem ferre tantum intenderat, 639. Gregorius verum minimeque adulterinum sacerdotium custodivit, 761. Imperatorum aulas calcare non appetiit, 761. Pro laboris mercede secedendi licentiam petit, 761. Fastidii ac lassitudinis ejus causæ: prima, corpus tempore, morbo ac labore confectum; secunda, mansuetudo sibi toties in crimen versa; tertia, cum invidis hæreticis et Catholicis pugnandi necessitas; quarta, episcoporum inter se dissidia, 762. Quinta, Oriens et Occidens, Antiocheni schismatis occasione, divisi, 763. Pacis inter Catholicos Antiochenos initæ sponsorem se præbuerat, 428. Missionis libellum petit, 766. Supremum vale Ecclesiæ Constantinopolitanæ dicit, 766. Etsi lingua sileat, se tamen manu et atramento pro fide pugnaturum spondet, 767. Senectute, morbo, et Basilii desiderio confectus, 852. Ab ipso Basilio vita functo, per visiones nocturnas officii admonetur, 831. Funebris orationis tributum Basilio Magno persolvit, 771. Quibus de causis, 771. Gregorii effigies. Sapientiæ et sacrarum litterarum studiosum se profitetur, 593. Sermonibus doctrinæque studiis se delectari non inficiatur, 132. Uno sermone sapientiæ dives, ac pretiosa margarita cum omnibus aliis quæ quondam habuit commutata, 181. Alia ejusdem argumenti, 184. Dicentes audire, quam dicere paratior, 581. A suscepta narratione seipsum reprimere vix poterat, 785. In omni sermone atque actione ipsi propositum erat, ut fidei suæ commissos perfectos redderet, 219. Non quidem anathema pro hæreticis fieri, sed tamen aliquam gratiæ jacturam pro illis facere cupiebat, 433. Solitudinem ab initio amaverat, 14. Eamque in maximis gravissimisque periculis Deo voverat, 14. Ei vita privata lucris ac divitiis omnibus optabilior, 58.

Gregorius, in miraculis admittendis cautissimus, 101. Demisse de orationibus suis sentit, 371. Item de seipso, 580. Laudes suas ab alio prædicari nunquam sustinuit, 788. Oblectamenta quibus labores suos levare solebat, ambulationes in maris ripa, circa solis occasum, 477. Cum neophyti eos a quibus baptizati erant ad mensam exciperent, ipse laudabili et honesta eorum vita alii, et eo modo ab eis excipi optat, 711. Persecutionis tempore lapsos non recipit, qui vel nullo modo, vel non satis deprimuntur, nec patrato crimini parem vitæ emendationem afferunt, 690. Cumque recipit, convenientem eis locum assignat, 690. Ut se gerit in eos qui injurias intulerant, 761. Referendæ injuriæ potestatem, satis gravem pœnam existimat, 764. Gregorius petulantiæ ab Arianis accusatur, 607. Circa hominum de se existimationem ita affectus, ut, si quidem ea contingeret, non illiberaliter acciperet, 641. Sin minus, valere juberet, nec quidquam de rei veritate propter hominum opinionem detracturus esset, 641. Quam alienus semper fuerit a mutanda, pro temporum diversitate, fidei et doctrinæ forma, 614. De corporis in se tyrannide apud Deum deplorat, 868. Inde mœstus est, unde alii gaudent, 764. Nec mirabitur, si quando morosus aut mœsto plenus a plerisque audiat, quare, 764. In crimen ei datur quod Arianis pœnarum vicem non reddiderit, 764. Gregorio exprobratum est quod nec mensa opipara, nec magnifica veste uteretur, nec splendide in publicum prodiret, 765. Criminationem diluit, et præpositos ita viventes perstringit, 765. Seipsum ad vulgi mores inflectere non vult, 765. Pastor timidus et circumspectus habetur, eamque ob causam, cautionis, tanquam ignaviæ notam subit, 474. Qua ratione notam illam expungat, 474. Deum rusticitatis suæ patronum invenit, 610 In seipsum collectus, Dei posteriora vidit: quidnam sit illud, 497.

Gregorius Nyssenus, virtutum omnium norma et exemplar, 243. Theologo in episcopum Sasimorum ordinato, Nazianzum venit ut eum consoletur, 213 Serius quam res postularet accessit, ut Theologo visum est, 245.

Gregorius Magnus multa ex Theologi Apologetico excerpsit, 10.

Gregorius quidam, consilium, ut hominum sermo est, capit adversus Athanasium insurgendi, 894. Cum tamen magnam apud eum gratiam et auctoritatem obtineret, 594. Utrum ex iis fuerit qui fabulam de manu Arsenii contexerant, res dubia et incerta, 595. Gregorii Cappadocis, Alexandrinæ sedis invasoris, prava indoles, 595.

Grex fidei concessionem retinens, pastoris sui defensio est ac gloriæ corona, 641. Item bene ordinatus, 759. Grex Catholicorum exiguus, a detrahentium lingua defensus, 613.

Grus. *Vide* Palamedes.

Gubernari. Tribus his rebus gubernamur, supplicii metu, salutis gloriæque spe, et cultu virtutum, 553.

Gustus, ut, et qua de causa purgandus, 722.

Gyges annuli conversione Lydiorum tyrannus efficitur, 786.

Gynæcea omnia, simplicitatis alumna, Eunomianorum disputationibus turbata, 488.

Gypsum aqua permistum, et lactis colorem mentiens, subdolæ fidei confessionis imago, 895.

H

Habacuc. Gregorius stylum ejus imitatur, et quandoque specula cum eo diligenter observat, 845. Habacuc acriori oratione utitur propter judicum iniquitatem, 42.

Habitus. Ei qui bono habitu penitus imbutus fuerit, in malum labi difficilius est, quam ab initio bonum fieri, 426.

Habitus malus. Progressam improbitatem excindere quam difficile, 598

Habitus (vestimentum). Quo habitu simus, philosophico an communi, nihil refert, 458.

Hæreditas Domini terram universam operuit. 802. A pravo et agresti apro devastata, 802. Eam tollere Julianus aggreditur, 107.

Hæreses priorum sæculorum bellum pro bono adversus Creatorem gerebant, 460. Earum enumeratio, 460. Aliæ, prima propositione, auctorum suorum consilia produnt; aliæ virus suum per ea quæ nobiscum habent communia defendunt. 893. Istis nihil periculosius esse potest, 893. Primæ vinci facile possunt, vel facile vitari, 895.

Hæretici, sycophantæ, 865. Aliis etiam titulis a Gregorio designati, 865. Eorum variæ de Christo sententiæ, 673. Pro uno Christo multos introducunt, 982. Quid eos induxit ut Christum proprie Deum esse negarent, 545. Christus pro hæreticis gratis mortuus est, 672, 865. Ob id ab hæreticis contemptus propter quod honorari debuerat, 647. Qualia ab eis patiatur, 673. Hæretici inter se concordes, ac discordes, 556. Instar fluviorum, qui a se divisi rursus coeunt, 556. Quibus in rebus consentiant, aut in quibus contendant, plane intelligi nequit, 556. Hæreticorum, qui prioribus sæculis Ecclesiam turbaverant, nugæ ac præstigiæ suomet profundo absorptæ ac silentio traditæ, 460. Quænam in his profundi ac silentii vocibus allusio, 460. Hæreticorum commune ut viperæ virus fugienda, 605. Non corpus lædit, sed intimos animæ recessus inficit, 605. Ecclesias ab hæreticis occupari, maxima reipublicæ pernicies est, 823. *Vide* insuper Ariani, Eunomiani, Sabelliani, Macedoniani.

Hebræi, litterarum, ut quibusdam videtur, inventores, 136. Ut nomen *Jehova* reverebantur, 552. Quidquam Deo inferius, iisdem ac Dei nomen litteris scribi non sustinebant, 552. Juvenes suos a quibusdam Scripturæ libris arcebant, 600. Non cuivis ætati quamlibet partem Scripturæ legere concedebant, 55. Idque non lege, sed consuetudine introductum, 55. Ægyptus propter eos cruciatur, mare sciuditur, solis cursus inhibetur, 445. Hebræorum ritus qua ratione a Christianis celebrati, 734.

Hecatæ caliginosa spectra, 679.

Heli sacerdos, quibus verbis utatur filios suos increpans, 170. Sceleris eorum pœnas solvit, 377.

Heliodorus presbyter, sub Valentis Ariani persecutione, mediis in fluctibus igne consumptus, 461.

Heliopolitarum in Christianos concursio, sub Juliano imperatore, 121.

Heraclidæ, Herculis posteri, 772. Nihil essent in eam paratione majorum Basilii Magni, 772.

Heraclitus, ob humanas miserias flere solitus, 112.

Hercules Buthœnas dictus, id est, boum vorator, 146. Trivesperus, 146. Herculis rogus unde excitatus, 108. Ejusdem ortus et infortunia, 108. Turpia certamina, 146. Herculeæ columnæ. *Vide* Columna.

Digitized by Google

Hercules, exstincto Juliano Apostata, rursus furit, vel furere desiit, 168.
Hermaphroditus deus a Valentino et Marcione inductus, 560.
Hero. Heronis nomine inscripta oratio, qua Gregorius Maximum laudat, 431. Auctorum ea de re opiniones, 481. *Vide* Maximus cynicus.
Heronis scripta, 212.
Herodes persecutor, 108. Furit, et in odium Redemptoris, eos qui redimendi erant e medio tollit, 371. Infantes occidit, 735. Herodis furor in Joannem, 828. Si ad Herodem adductus fuerit Christi discipulus, plerumque ne verbum quidem unum respondeat, quare, 675.
Herodiani de censu Christum interrogant, 648
Herodiadis saltatio inhonesta non imitanda, 171. Baptistæ necem attulit, 171.
Herodotus memorabile quiddam de Samiorum tyrannide scripsit, 157. Herodoti linguam exoptat Gregorius, ut improbitatem Juliani futuro tempori tradat, 126.
Heroes paganorum. Quod in ipsis maxime speciosum est, fide caret; quod autem creditur, probrum et contumelia est, 772. Heroes ac dæmones calamitatibus tantum et fabulis celebritatem consecuti, 455. Heroes, a Centauro educati, 779. Heroes in Basilii Magni genere multi, 772.
Hesiodi Theogonia, et alia commentata, 141.
Hexaemeron Basilii Magni creationis rationes aperit, 821.
Hiems impietatis invida et inamœna, 85.
Hieronymus (S.) Epiphaniorum vocem aliter ac Gregorius intelligit, 662.
Hippocratis et Galeni, et eorum qui ipsis adversantur dogmata non amplius pertractare, nulla Cæsario medico vita functo calamitas est, quare, 212.
Hircus, Ægyptiorum deus. *Vide* Mendesium. Hircus Mendesius, 680.
Histiæi Samii a Persis defectio, et Herodoti ea de re sententia, 157.
Historiæ sacræ non temere, aut ad oblectationem solam, fabularum gentilium instar, conscriptæ, 60. Sed ut in eis submonitiones et documenta habeamus, 60.
Holocaustum. Simus holocausta ratione prædita, 723.
Homerus, divinarum comœdiarum et tragœdiarum scriptor, 142. Hujusmodi fabularum expositio, 142. Refelluntur qui abstrusiorem et abscondituin in eis sensum esse volunt, 143. Homerus voces quasdam vocibus nostris præstantiores diis attribuit, 135. Cum Arcadicam quæstionem solvere non posset, pro mœrore obiit, 111. Homerus corona lanea per Platonem cinctus, atque dimissus, 458.
Homines. Homo, animal ex invisibili et visibili natura, mente ac sensu, a Deo fabricatum, 850. Contrariorum mistio, et sapientiæ sublimioris argumentum, 849. Priusquam crearetur, omnes summæ bonitatis divitiæ nondum apparuerant, 849. Homo, velut angelus alter, superis subditus, rex eorum quæ in terra sunt, 850. Quo Dei consilio mentem et corpus, atque arbitrii libertatem acceperit, 850. Homo, animal ex invisibili ac visibili natura, Verbo artifice, fabricatum: ex corpore et ex Dei spiraculo, quod intellectualem animam Deique imaginem Scriptura vocat, 669. Homo mundus alter, in parvo magnus; mistus adorator, 669, 850. Aliæ hominis egregiæ dotes, et excellentiæ ejus insignia, 669, 850. Homo animal caducum et immortale, Deum attingens nec comprehendens, appropinquans et procul recedens, 49. Mistus adorator, visibilis naturæ spectator, intellectualis mystes, 850. Parvus mundus, qui variis affectibus tanquam legibus gubernatur, 513. Parvus et magnus, humilis et excelsus, mortalis et immortalis, terrenus et cœlestis, 214. ος, id est, *lumen*, dictus, quod ratione præditus sit, 693. Hominis mirabilia, 397. Hæc etsi quis cognovit, adhuc timeat religionis mysteria investigare, 398.
Homo creatur, divina manu et imagine ornatus, ut non superi tantum, sed etiam inferi adoratores essent, 685. *Vide* Creatio. Homo fabricatus, 850. Ut Verbum artifex omnes bonitatis divitias ostenderet, 819. Rerum omnium, quæ in terra sunt, dominus et rex a Deo constitutus, 273. Hominem post alia omnia creatum esse mirum videri non debet, 837. Prius tanquam regi construendum palatium erat, 837. Hominis vita ex sapientia provenit, 884. Homines, sublimes et excelsi creati, quare, 367. Primus homo in paradiso collocatus, plantarum immortalium cultor, 670. Hoc est fortasse, divinarum cogitationum 670. Hominem primum qualem creari decebat, 670. Vitii et infirmitatis expertem esse conveniebat, 850. Hominum communis infelicitas, unde, 882. Homo, si quod erat permansisset, effectus fuisset quod non erat; immortalis ac Deo adjunctus fuisset, 837. Invidia diaboli a Conditore suo misere separatus, 683. Lex, quasi materia, ejus libero arbitrio tradita, quid præscriberet, 670. Ut primus homo ejus memoriam abjecit et ab esca victus est, 670. Quæ hujus peccati pœnas dedit, in misericordiam ceseserunt, 670.
Homines liberi sunt, ex eadem terræ massa cognomentati, et ejusdem vitæ hæredes, 572. Quod alii imperio teneantur, dum alii imperant, grave jugum et primi peccati pœna est; cui nihil acerbitatis a rerum administratoribus addendum, 572. Homo in labore et ærumna nascitur, vivit et moritur, 573. Homo Nautilus terrestris dictus, quare, 517. Labori natus, 473. Pauci sunt homines Dei, quamvis omnes Dei figmentum, 587. Novarum rerum studio quoddammodo delectantur, 814. Homines quibusdam dæmonibus necare, apud ethnicos in more positum, 278. Quænam ab omnibus hominibus vehementer expetantur, 396. Hominis modum excedit omni vitio carere, 310. Homini magnum est, si minus ut nihil peccet; saltem peccat, emendari atque ad viam reduci, 15. Hominis instauratio. Quemadmodum nos primum creavit Deus, ita creatos instauravit, ac refinxit, 695. Et quidem figmento diviniori, primumque figmentum superanti, 695. Hominis reformationem quo pacto fieri oportuit, 854. Homo Deus esse jubetur, 806. Hominem Deum fieri oportet, qua ratione, 215. Quatenus id assequatur, 847. Quo sensu speculum Dei fiat, 376. Nihil tam divinum habet quam benignitatem ac beneficentiam, 523. Homo apud te jumento vilior non est, o homo, quod cum in foveam incidit aut aberravit, erigere ac reducere tibi lex præscribit, 278. Homo calamitosis fit Deus, Dei misericordiam imitando, 276. Quæ homini salutis ratio, 891. Hominem cum Christo sepeliri oportet; Filium Dei esse, atque adeo Deum ipsum, 215. Cur Filius Dei homo vocatus, 555, 900.
Homoousios quid sit, 899. Admitti debet, etiamsi non in Scripturis repertum, 899. In Scripturis invenitur, 899.
Homoousion, id est, aliud ipsum, 901.
Homonymia inter Deum Patrem et Filium, ab Eunomianis per fraudem introducta, 533, 534. Eunomianis ab uno homonymiæ genere ad aliud, ratiocinando transire convicti, 533.
Honestum. Si honestum alterius causa sectemur, virtus instabilis est, 641.
Honor. Qui latebras quærunt ut præstantiori honore digni habeantur, cum iis comparati qui eximias formas paululum ostensas statim ex oculis subducunt, 636.
Horrea divitum, Basilii Magni cohortationibus aperta, 798.
Horrendorum quæ peccatores manent enumeratio, 511.
Hospites apud Scythas occisi, 679.
Hospitalis domus, a Basilio Magno prope Cæsaream constructa luculenta descriptio, 817. Nullum ex septem orbis miraculis ei comparandum, 818.
Hospitalitatis cultor, Lot Sodomita, 258. Hospitalitas Raab meretrici, alioquin parum laudata, justitiæ laudem attulit, 705.
Humanitas a Deo propter nos susceptа, 541, 548.
Humani generis lapsus et redemptio in summa declarantur, 867. Humanæ res velut orbis quidam volvuntur, 319. Mutationi obnoxiæ sunt, 320. Humanæ affectiones quo sensu Deo tribuantur, 570.
Humeri, ut et qua de causa purgandi, 722.
Humilis ac Deo submissus facile contemnitur, 69.
Humilitas publicanum extulit, nullo alio nomine commendatum, 703. Humilitatem gloria comitatur, 92. Humilitatem præ se ferre, et in divinis disputationibus tyrannidem sibi vindicare turpissimum est, 592. Humilitatis ac modestiæ laus, cui præcipue tribuenda, 592. Humilitatis exempla multa passim exstant, ac præ aliis omnium Salvator, 259. Humilitatis falsæ descriptio, 545.
Hur, Moysis manus cum Aarone in monte suffulciens, 248.
Hydram nemo unquam lenem et mansuetam dixit, quod novem capita pro uno proferret, 127. Hac similitudine refelluntur qui Julianum a persecutionis crimine vindicant, quare, 127.
Hymni, pro tympanis in Christianorum festis assumendi, 171.
Hypostasis nomine, substantia sive essentia quandoque intellecta, 894. Catholica vocis illius explicatio, 759. Hypostasis, sive persona, 684. Essentia una et tres hypostases pie ab Orientalibus dicebantur, quod primum divinitatis naturam; alterum trium personarum proprietates declararet, 409. Hypostasim ab essentia distinguere Latini non poterant, 109. *Vide* Latini. Hypostases tres.

Digitized by Google

sive tres personæ in uno Deo confitendæ; et quidem unaquæque cum sua proprietate, 579.

Hypsistarii, unde sic dicti, 528, 535. Variæ de illis opiniones, 528. Hypsistarii, radix minime laudabilis, ex gentili errore et legali vanitate conflata, 535. Idola rejicientes, ignem et lucernas colunt, 553. Sabbatum et quorumdam a nonnullis cibis abstinentiam observantes, circumcisionem aspernantur, 535.

I

Idololatræ magis contemnendi quam ea quæ ipsi adorabant, 507.

Idololatriæ origo, 506. Genus multiplex, 506. Idololatriæ consuetudo temporis longinquitate firmata, pro lege habita est, 506. Subsidium ei et patrocinium ex fabulis, 506.

Idolorum cultus, omnium malorum extremum ac primum, 671.

Ignavis nimiæ curiositati præponenda, 595.

Igniculus veritatis post primam Valentis persecutionem superstes, Basilius Magnus, 805.

Ignis pro Deo habitus et cultus, 506. Utrum angelos velut ignem materiæ expertem et incorporeum existimare oporteat, 668. *Vide* Angeli. Ignis purgans, ad quem mittendum Christus venit in terram : quæ vis ac virtus ejus, 720. Scelerum ultor, quotuplex, 720. Ignis Sodomiticus, quem sulphure et procella permistum Deus in peccatores omnes fundit, 720. Ignis diabolo et angelis præparatus, 720. Ignis divinitus immissus Eliæ sacrificium absumit, 734. Ignis sempiternus, 721. Alius eo mitior, 721. Ignis æterni baptisma, 690. Deum tanquam ignem videt, qui eum ut lucem minime cognovit, 587.

Ignorantia ad præteritorum purgationem non sufficit, si in hæreticorum fraudem inciderint, 401. Vulgo fortasse ignoscendum, si fraudem hæreticorum per errorem admiserit; at doctori quo tandem modo id concedatur, 401. Romanorum legem nemini, quamlibet rustico et indocto, ignorare licebat, 401. Nulla lex exstat, quæ criminibus ex juris ignorantia commissis opituletur, 401. Qui Arianæ fraudis auctoribus scienter manus dederunt, minus excusabiles quam qui ex ignorantia iisdem assensum præbuerunt, 401.

Illuminatio, baptismi nomen, quare, 693. Varia et multiplex in baptismo, 721.

Imagines imperatorum adorari solitæ, quo cumulatior ipsis imperatoribus veneratio redderetur, 116. Quid imaginibus illis imperatores, pro suo quique affectu, appingi gauderent, 116.

Imago. Dei Filius imago Patris et bonitatis, 535. Homo, Dei manu et imagine ornatus, 685. Imago Dei in homine, spiraculum Dei corpori insitum, seu anima rationalis, 669. Imago Dei a nobis accepta nec custodita; quomodo restituta, 852. Imaginis divinæ conservatio, vera nobilitas, 221. Imago nulla ex rebus creatis assumpta, Deitatis ac Trinitatis veritatem assequi potest, 432.

Imitatio. Probis viris non exiguam laudem affert summorum virorum vel parva imitatio, 828.

Immensitas Dei, ratione principii et finis consideranda, 818.

Imperator subditis suis se Deum præbeat, 612. Alia ejus officia, 642. Inter postremos apud Deum censeri satius est et sublimius quam apud terrenum imperatorem primas ferre, 204. Imperatores ab Arianis contumeliose spreti, 761. Publicis statuis apud Romanos ornati, 116. Quænam his imaginibus imperatores appingi gauderent, 116. Imperatore indigno est conatus suos et intentiones arte occultare, 117.

Imperatoriæ largitionis dies, tum anniversarius, tum ex tempore aliqua de causa institutus, 117.

Imperium sacerdotale regali præstantius ac perfectius, 323. Imperii ecclesiastici quo major dignitas, eo majus periculum est, 17. Imperium Romanorum, ante adventum Christi, in unius principatum non plane devenerat, 94. Cum adventu Christi simul ingressum est : cum Christianorum rebus incrementum simul accepit, 94. Ab extera natione vastatur, ob improbitatem Christianorum et vigentem adversus Trinitatem impietatem, 415. Imperium et philosophiam in unum coire oportere, sententia est pravo consilio a Juliani amicis usurpata, 97.

Imperare omnes velle, et neminem imperium suscipere par malum est, 13. Imperandum subditis tanquam conservis, 314.

Impietas, ad excogitanda mala solers et ingeniosa, atque ad aliquid aggrediendum mire audax, 594. Paris impietatis est, vel Sabellii more personas divinas connectere, vel Arii instar naturas distinguere ac separare, 576. Multa ferenda priusquam alios impietatis damnemus, 599. Impietatis chirographa ab episcopis exacta post Seleuciense concilium, 800.

Impius. Gravis error cum impius prudens æstimator, 886. Impii sero damnum suum intelligent, 729. Supplicii barathrum impiis in inferno destinatum, 878. Impiorum, qui nihil præter hanc vitam cogitant, vani sermones, 890. Omnino fugiendi, 884. Eorum, inter morbi cruciatus, confessiones et inutiles pœnitentiæ, 148

Impossibile dicitur, quod habita virium, temporis ac personæ ratione, fieri non potest, 546. Quod plerumque non fit, 546. Quod justitiæ atque rationi adversatur, 546. A quo nostra voluntas abhorret, 546. Quod cum Dei voluntate fieri possit, natura non potest, 546. Quod nulla omnino ratione fieri potest, 546.

Impostura dæmonis in quo posita, 507. Facile impostoram facit quidquid delectat, 149.

Improbitas, flammæ comparata quæ materiam, cujus fetus est, absumit, 426. Considerationis expers, 96. Improbitatem non suspicatur, cujus animus ab improbitate liber ac purus est, 94.

Improborum calamitates et nocendi prurigo, 877.

Impudentia enim, in quo domicilium habet, odio dignum esse coarguit, 885.

Impuro rem puram attingere periculosum, 489. Ut ægris oculis solis radios intueri, 489.

Incantamentis opus non est ad infantium conservationem, 703. Diabolus cum incantamentis illis in leviorum hominum animos irrepsit, 703.

Incarnatio Filii Dei, quo summæ bonitatis consilio peracta, 851. Hujus mysterii consilium fuit, ut hominem instauraret, Deique notam in nobis geramus, tantum ab eo informati, ut ex ipso solo agnoscamur, 215. Ut nobis salus pareretur, 541. Incarnationis causa, Dei benignitas in hominem, invidia diaboli a Conditore suo misere separatum, 685. Incarnationis totius œconomia medicinæ loco nobis est, 25. Mysterium hoc exponitur, 685. In eo Deus homo efficitur, 685. Deus nostra causa humanitatem suscipit, 215. Jesus nostri causa homo factus, 258. Verbum Dei, compositum, nostra causa inanitum, imo etiam humanatum, 557. Cur deinde exaltatum, 557. Quod erat permansit, quod non erat assumpsit, 557. In principio sine causa, propter quam esset, 557. Qua de causa postea natus, 557. Cur humanitas in unam cum eo personam assumpta, 557, 541.

Incarnatio, nova et inaudita mistura, et admiranda temperatio, 671, 852. Alia hujus dispensationis miracula, 671, 852. Divinæ bonitatis in eodem mysterio divitiæ, 671. Citra hæresim Arianam accipienda, qua ratione, 905. In ea Dei Filius hominem induit, 905. Id est, carni et animæ, personæ unitate, sociatus est, 905. Humanam naturam suscepit pro hominum salute, 904. Dei Filius, nostri causa, hominis quoque filius factus est, 727. Arcano modo, ac sine ulla spurcitie ex Virgine Maria progressus, 727. Totus homo, idemque Deus, pro toto homine læso, 728. Impatibilis divinitate, patibilis assumptæ humanitatis ratione : alia ejusdem argumenti, 728. In incarnatione procreatio virginitati admista, 685. Angelicæ virtutes ac potestates incarnationis conscie fuerunt, 865. Incarnationis reprehensores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam imperiti; ingratæ creaturæ, diaboli figmenta, 672. Alia multa ejusdem argumenti, 671.

Incertum et inæquabilitas prosperitatis humanæ, 276. Instabilibus ventis fides potius haberi possit, 270. Ideo a Deo permissa sunt, ut iis perspectis ad futuræ vitæ portum contendamus, 271.

Incessus. Modum quemdam ac decorum in incessu tenendum esse, 491.

Incunabulum quoddam sapientiæ, timor Domini, 589.

Indigentia, cupiditatis mater, 573

Infantes sine baptismo defuncti, supplicio non affecti, quare, 708. Quando baptizandi, 713. Quando referendis actionibus obnoxii, 714. *Vide* Baptismus. Infantes ab Herode occisi, ut coætanea Christo victima, et pro eo cæsa, venerandi, 675.

Infelicitatis apud homines maxime grassantis principium, 882.

Infirmitas fratris qua ratione toleranda et curanda, 600 Infirmitates fraternæ, quatenus tolerandæ et curandæ, 600.

Ingenitum et Deus idem non sunt, 551. Ingenitum et genitum inter se opponuntur, ut habitus et privatio, 551. Ingeniti vox in Scriptura non exstat; sed ex ea colligitur, 570.

Inimicitia. Ob inimicitiam facile decipimur; non secus ac it qui vertigine laborant, 417. Absurdum fuerit existimare, dum inimicitiarum et simultatum amore tenemur, Deo qui pro nobis mortuus est, rem gratam fieri, 424.

Digitized by Google

Inimicus minime suspectus letalius vulnus infert, 763. De inimici casu lætari lex vetat, 100.

Iniquæ judiciorum regulæ. *Vide* Contentio, Iracundia, Inimicitia, Aspectus, Insanire, Criminatio, Vertigo, Impostura.

Iniquitas ex Babylone a senioribus judicibus egressa, 45. De quibusnam illud hodieque intelligendum, 45.

Initiationes superstitiosæ a Thracibus inventæ, 137.

Injuria. Referendæ injuriæ potestas, satis gravis pœna in eo qui injuriam intulerunt, 764. Injuriarum condonatio, cum eas ulciscendi potestas adest, rari admodum exempli, 172.

Innovare. Quibus virtutum operibus non innovari oporteat, 838, 840, 841. Innovatæ apud Isaiam insulæ, gentium Ecclesiæ recens constitutæ, 833. Innovatus, apud Jeremiam, murus æreus, anima firma, recensque ad pietatem compacta, 835. *Vide* Encænium.

Ino Græcorum, eadem quæ Isis Ægyptiorum, 621.

Inobediens Christus quo sensu dicatur, 542.

Inobedientia. Graves pœnæ gravesque minæ adversus inobedientiam intenduntur, 62.

Inopia eorum qui altari ministrant quibus de causis sublevanda, 475. Turpe sane est hæc ei ministros altarium exposcere, et fideles non elargiri, 476. Inopia pressus quibusnam divitiis splendidissimum quemque superare possit, 754. Inopia externa a Christianis multis, instar omnium opum, colitur, 146.

Insanire. Libenter omnibus omnia concedimus, hac lege et conditione ut nobiscum insaniant, 418.

Insolentia comitem habet calamitatem, 92.

Insulæ innovatæ, quid apud Isaiam, 833.

Intellectualia. Mens per res sensibiles ad ea evehitur, 505. Intellectualia percipere quantumvis in seipsam collecta mens humana contendat, sensibile quoddam semper irrepit, 505. Intellectualibus, absque rerum corporearum admixtione, mente conjungi, iis impossibile qui corporibus conjuncti sunt, 505. Hinc allegorica Dei nomina, Spiritus, Ignis, Lux, etc., 505.

Intemperantia et libido corporis, sapientes etiam viros furore afficit, 442. Equulei petulantis et indomiti more, rationem secum arripit, 442.

Invidia probum virum sequitur, 879. Fructuum ejus demonstratio ab exemplis, 657.

Invidus spiritus cum virtute decertans in homine justo, 396.

Invocationis sanctorum exemplum, 450. Item beatæ Mariæ, 443

Iphigenia virgo, cum Dianæ in sacrificium offerretur, qua ratione e periculo extracta, 775. Fit Dianæ sacerdos, et hospites ei immolare discit, 775.

Ipse dixit, summum Pythagoricis dogma, aureisque carminibus præstantius, 153. Verborum illorum sensus, 153. Recens arrogantia, 494.

Ira cito compressa, apis aculeo similis, 546. Adversus dæmonem solum gerenda, 839. Ira et mœrore impletur Gregorius propter Christum, quare, 647. Eorum qui per iræ impotentiam cæcutiunt agendi ratio, 406. Ira, calix in manu Domini appellatur, 500. Doceat pastor quomodo peccatis proportione respondeat, 300. Ira Dei in confessione præoccupanda, 509. Ira Dei naturæ repugnat, 509. Quo sensu Deum irasci Scriptura dicat, 570. Iræ divinæ quamdam fœcem audimus, hoc est, commotionis adversus eos qui ea digni sunt residuum, 546.

Iracundia et contentio, iniquæ judiciorum regulæ, 417.

Iris, pacis ac fœderis a Deo nobiscum initi signum, 870.

Isaac, antequam in lucem ederetur, promissus, 825. A patre oblatus, a Deo non acceptus, ariete in locum ejus substituto, et sacrificio permutato, 862. Basilius Magnus ei comparatus, quare, 825.

Isagogicus Eunomianorum libellus, 523.

Isaias, vocis sublimitate prophetas omnes antecellit, 78. Ad vocationem prompte obedivit, quia vocantis ope confisus, 64. Dominum in gloriæ throno sedentem vidit, 510. Quid sit illa visio incertum, 510. Cæterum nec Isaias, nec alius ejusdem ordinis, Dei naturam aut vidit, aut aliis patefecit, 510. Quam orationem adhibuerit, cum Dei gloriam et cingentes eum seraphinos conspexit, 235. Quinam ab eo ventriloqui dicantur, 55.

Isis Ægyptiorum, eadem quæ Ino Græcorum : ejus sacra, 621. Infortunia, 680.

Ismael potione refectus, Ecclesiæ per Athanasium refectæ imago, 389.

Israel, primogenitus filius appellatus ; sed non eodem sensu quo Christus Dominus, 896.

Israel populus, quare Filium Dei per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis vidit, 902. Vultus Moysi gloriam ferre non potuit, 682. Infans, dum lege teneretur, 181

Israelitæ obdurati, 389. Quot et quantis virtutibus ornati, et Dei beneficiis affecti, dum pacem inter se et cum Deo habuerunt, 190. Quot et quanta perpessi, postquam in seipsos furere et in multas partes dividi cœperunt, 190. *Vide* Captivitas. Israeli a prophetis objiciebatur quod filios suos et filias dæmoniis immolarent, 166. Israeli, seminis et radicis loco, relicti prærules, qui post Seleuciense concilium Arianorum frandi restiterunt, 401.

Israelitarum sub Romanis quanta depressio, 191.

Isthmica pinus miseros adolescentes olim ornabat, 450.

Ithamar, Aaronis filius, sacerdotii oleo delibutus, 248.

Ithyphalli : turpe nomen quod pudor exponere non sinit, 114.

Ixionis cruciatus, 173. Terrores ethnicorum ipsis philosophis etiam placentes, 175.

J

Jacob, patris benedictionem subripiendo, rem bonam non bene per insidias captavit, 59. Quod tamen ab Augustino excusatum, 59. Sublimem quamdam scalam et ascendentes angelos in somnis conspicatus est, 509 Columnam non sine mysterio quodam unxit, 509. Fortasse ut lapidem salutis nostræ causa unctum significaret, 509. Cuidam loco nomen imposuit, *Domus Dei*, 509. Aut *Facies Dei*, quare, 509. Pro pietatis præmio, Israelis nomine nuncupatus, 509. Nec ipse, nec quisquam eo sublimior, gloriari potuit se totam Dei naturam vidisse, 509. Jacobi scala et cum Deo colluctatio, quæcunque tandem illa sit, 825. Forte humani modali cum divina sublimitate comparatio, 825. Jacob pro duabus virginibus, quatuordecim annis Laban Syro serviens, labore non frangebatur, quare, 479. Duodecim patriarcharum parens, 825. Non tantis lacrymis venditum Josephum revocabat, quantis Gregorius pacem absentem, 414. Jacobi cirra oves artificium, felicitas, duodecim ex eo nati patriarchæ, benedictionum partitio cum egregia futurorum prædictione conjuncta, 826. Jacob alter, Basilius Magnus, quare, 825.

Jannis et Jambris arrogantia, non jam adversus Moysen, sed adversus veritatem arma induentium, atque adversus sanam doctrinam insurgentium, 52.

Jebus, Jerusalem effecta, 766.

Jehova, quid significet, 552. Quanta apud Hebræos hujus nominis reverentia, 552.

Jejunare. Christus paulo ante tentationem jejunavit ; nos ante Pascha, 715. Jejunium unum idemque est ; at utriusque temporis non parva est differentia, 715. Illic jejunium adversus tentationum impetus objicit ; nobis autem jejunium hoc præstat, ut cum Christo commoriamur, ac festum præcedat purgatio, 715. Ad virium nostrarum modulum jejunium attemperavimus, 715. Quidam tamen ultra viriam facultatem in jejunando prosiliunt, 715.

Jephte : sacrificio filius magnificentius erat quod Machabæorum mater obtulit, quare, 296.

Jeremias, receptissimus prophetarum, 901. Prophetarum omnium ad commiserationem propensissimus, 317. Non sorte quadam ac fatali lege sanctificatus, 655. Prophetiæ munus prius subire non audet, quam vim et facultatem a Deo acceperit, 64. Quomodo sacerdotes malos reprehendat, 46. Matri succenset, se in lucem editum dolens, 211. Quousque Jerosolymam defleat, 166. Rebus insanis luctum imperat, ac muros ad lacrymas invitat, 166. Jeremias alter ad complorandas quæ orthodoxi Alexandriæ sub Valentis persecutione passi sunt adhibendus, 464. Jeremiæ Threnorum lectio lacrymas movet, 191. Jeremiam aliquem exoptat Gregorius, qui lamentationes suas Ecclesiæ calamitatibus exæquare possit, 595.

Jeroboam, peccati servus : quis eo nomine a Gregorio signetur, 638.

Jerusalem a gentibus conculcata, 415. Templum illius, si quibusdam fides est, rursus extruendum, et sedes Antichristi futurum, 872. Jerosolymæ solum, qualenus Judæis sub Romanorum jugo pateat, 191. Per diem duntaxat ipsis conspicuum est, ut solitudinem ejus lugeant, 191. Jerusalem superna, una excelsis viris patria, 611. Jerusalem quæ mente percipitur, una est magnorum et excelsorum virorum patria, 447. Civis illius Christus est, et concives Ecclesiæ primitivorum, 221.

Jesu, filius Nave, successor Moysis ab ipso Moyse designatus, 248. Septem tubis, totidemque sacerdotibus muros Jericho evertit, 733, 734.

Jesus, nostri causa homo factus, 258. *Vide* Christus, Filius Dei, Incarnatio. Jesus pura perfectio est, 734. Cui baptismi aqua tinctus, supernо testimonio coronatus, tem-

Digitized by Google

tatus, 24. Eum qui vicerat devincit, 24. Jesus baptizatur, simul descendamus, ut simul etiam ascendamus, 600. Omnium ejus baptismi circumstantiarum moralis explicatio, 866. Jesus baptizat in Spiritu, 668. Jesus qui piscatores elegerat, ipse quoque piscatur, 645. Alia multa de Jesu, 645. Jesus a navigio per Petrum sblegatus, quare, 378. Quid discipulis suis ad prædicationem eos mittens præscribat, 47. Exemplo suo testis est pulchram rem esse fraternum amorem, 238. Benevolentiam erga homines, 238. Longanimitatem, 238. Corporis castigationem, 239. Orationem et vigilium, 239. Castimoniam et virginitatem, 239. Humilitatem, 239. Inopiam et pecuniarum contemptum, 239. Cum sublimioribus rebus discipulos initiaret, cur mysterium eis in cœnaculo impertit, 740. Ei qui a Petro percussus fuerat aurem restituit, 258. Jesu præcursor Joannes, 286.

Jezabel, in diebus Eliæ, adversus prophetas Domini cædem saheians, 650. Cur eam inspirata divinitus historia proscindit, 650. Naboth vineam mœrenti Achab tradidit, ut ex vinea hortum faceret, luxus ornamentum, mulichres delicias, 631. Jezabeli similes Arianæ mulieres, 650. Quare, 631.

Joanna, diluculo lacrymas profundens, Christianis imitanda proponitur, 864.

Joannes Baptista, vir inter natos mulierum maximus, 618. In lucem editus Zachariæ silentium solvit, 182. Vox est lucerna, Verbi luciaque prævia, 183, 309. Præcursor Jesu, ut vox Verbi, et ut lucerna luminis, 828. Coram ipso in ventre exsiliens, et ad inferos per Herodis furorem transmissus, 828. Quas functiones obierit, 865. Lucerna ante lucem; vox ante Verbum; mediator ante mediatorem; medius inter Vetus et Novum Testamentum, 387. Quid militibus præscribat, 369. Joannis baptisma, nec judaico more, nec tamen in Spiritu collatum, 688. Joanni mors illata per saltationem, 171. Martyrii sui, et illud secuturæ passionis Christi præscius fuit, 687. Novus Elias, et plus quam propheta, quare, 687. Desertum ejus a Gregorio exoptatum, 239. Reliquiæ, sub Juliano Apostata, igni traditæ, 167. Joannis Baptistæ æmulus Basilius Magnus, 828.

Joannes evangelista, cur Verbi præcursor a Gregorio appellatus, 411. Excelsum et sublime de Verbo insonat, 626. Qui hesterna die Joannes erat, *Vide* Dissidia.

Job, ad cruciatum postulatus, 442. Tentatus, confectisque certaminibus victor pronuntiatur, 826. Calamitatis ejus descriptio, 396. In eo virtus cum invido spiritu multis de causis decertabat, 396. In fine certaminis, sanctus vir illustri præconio victor pronuntiatur, 397. In calamitatibus philosophatur, 266. Theologus memoriæ lapsu verba ejus Salomoni tribuit, 573.

Joel sacerdotibus luctum indicit, 42. Altaris ministros, premente fame, in luctu versari jubet, 43.

Jonas, fugitivus propheta, 828. Fugiebat a facie Domini, vel potius fugere putabat, 60. Triduana sepultura, majoris mysterii figuram gerente, comprehensus, 60. Ideo fugit, et Ninivitis prædicare distulit, quod Israelis prolapsionem perspiceret, et gratiam propheticam ad gentes migrare sentiret, 62. Ob eam causam venia fortasse dignus, 62. Jonam concionantem audiamus, ne igne et sulphure velut aquis obruamur, 310.

Jonathas non magis deflctus a Davide, quam pax absens a Gregorio Theologo, 414.

Joppe. Jonas in Joppen, et Joppe rursus in Tharsum, qua causa ductus, 61. Joppe apud Hebræos gaudium significat, 62.

Jordanis cursus intercisus, 86. Aquæ, Christi baptismo purificatæ, 673. Quare, 687.

Joseph ascendit in Bethlehem, ut cum Maria sibi desponsata uxore profiteretur, 371.

Joseph patriarcha : ejus historiæ synopsis, 86. Odio habitus ac venditus, 752. In eo elucet divinæ munificentiæ argumentum, cum ex rebus perditis ac deploratis iter secundis aperire vult, 752. In Ægyptum a Deo ductus; in femina exploratus, etc., 445. Frumenti distributor, sed Ægypti duntaxat, neque id sæpius, nec nisi corporeo modo, 826. Ex servo frumenti distributor, et innumerabilium copiarum pater, 610. Benignitate Ægyptum emit, 799. Joseph alter Ægyptiis, Petrus Alexandrinus, Athanasii successor, 620. Josepho similis Basilius Magnus, 798.

Joseph Arimathæus, ut imitandus, 864.

Josephi Judæi liber de imperatrice ratione, a Gregorio laudatus, 287. Qui hesterna die Joseph erat, *Vide* Dissidia.

Josue, populi antistes, 38. Tubæ illius septem, 733. Militare imperium habuit, et portionum distributionem, 827. *Vide* Jesu filius Nave.

Jovianus, vir ut aliis rebus, ita pietate clarus et insignis, 156. Juliano imperatore in expeditione Persica mortuo, imperator in ipsis castris, atque in ipsa periculorum flamma renuntiatur, 156. Cladis hæres effectus, 156. Nec manus cum Persis conserere, nec progredi ullo modo potest, 156. Castra movere copiasque reducere satagit, 156. Totus in eo est ut exercitum servet, nervosque Romanis relinquat, 157. Fœdera cum Persis inire cogitur, conditionibus turpibus sane, Romanorumque potentia indignis, 157. Hoc nisi fecisset, ne ignifer quidem, ut dici solet, exercitui superfuisset, 157. Alia in Joviani excusationem, 157. Jovianus mira pietate animique lenitate præditus, 408. Veritatem in sexcentas opiniones distractam quærit, ut aut universum orbem conciliet, aut optimæ parti se adjungat; excelse simul ac magnifice de rebus maximis cogitans, 408.

Jubilæus annus. *Vide* Annus

Judæus, in festis celebrandis litteræ soli addictus, 731.

Judæi, Dei hostes, 108. Per totum orbem hospites et peregrini, 415. A Juliano imperatore in Christianos immissi; templi scilicet instaurationem ex libris suis fatalem esse persuasi, 149. In id opus et manu multa, et animi alacritate ac labore incumbunt, 149. Uxores eorum, omni ornatu in operis structuram collato, nec teneris membris parcentes, pietatis officiis sese fungi existimant, 149. Repentina terræ agitatione simul una repelluntur, 149. Vicinum templum ingredi conantes, ignis e templo occurrens alios absumit, allos præcipuis membrorum partibus truncat, 150. Hoc uno jam ore omnes referunt, 149. Nec fidem quisquam derogare potest, 150. Clarius adhuc miraculum, lux in cœlo crucem in orbem describens, 150. Aer eodem signo sanctificatus, 151. Vestes eorum qui hæc narrabant vel audiebant crucis notis consignatæ, 150. Infideles multi, hoc miraculo perculsi, ad sacerdotes properant, et baptismo purificantur, 150. Astrologi, astronomi et mathematici ad hujus signi contemplationem provocati, 150.

Judaica parcitas est, si ingenito solo divinitatem circumscribamus, 579. Judaicæ sapientiæ est, relictis rebus syllabas consectari, 571.

Judaismus et gentilismus e diametro oppositi. *Vide* Gentilismus. Judaismus, theologiæ morbus, cujus Arius Alexandrinus auctor, 30.

Judas, cur filius perditionis dictus, 871. Invidia laqueo dignus et proditor effectus, 638. Judæ imitator Julianus, 108. Nisi quod non laqueo, ut Judas, pœnitentis animi significationem dedit, 108. Judas alter, Maximus cynicus, 483.

Judex. Homo rerum suarum tardus judex, 589. Idemque alienarum diligens explorator, 589. Judices non judicandi, 369. Judices, populi Hebræorum antistites, 38. Judices multi magnis et excelsis viris gravissima quæque facilius condonant, quam humilibus quidquam levissimi momenti, 245. Judicum iniquitas, apud Deum expostulandi causa, 42.

Judicium. Dei de nobis judicium magis curandum, quam mortalium omnium in unum coactorum, 640. Judicia Dei tum universam rerum machinam, tum res quoque nostras gubernantis, cur inaccessa et inscrutabilia, 320. Ultimi Dei judicii descriptio, 305.

Judico. Amantes et non amantes de iisdem rebus non eadem judicant, 417, 418

Jugum Christi suave et onus leve, qua ratione, 859.

Julianus imperator, draco, Apostata, magna mens, Assyrius, communis omnium hostis, 78. Mala quæ fecit, quare lugenda, 100. Gregorii duæ in eum orationes scripiæ tantummodo, non coram habitæ, 73. Julianus, exercitu in proceres armato, cum Gallo fratre servatus, nec Deo ob salutem, nec imperatori per quem salutem acceperat, gratias habuit, 86. Inde mali labes, 86.

Julianus et Gallus, velut generis reliquiæ, a Constantio ad imperium servati, 87. Splendide in imperatoria domo educati, 87. Christianæ philosophiæ operam dederunt, et in clerum ascripti divinos libros plebi lecitarunt, 88. Gallus natura ferocior, vere tamen pietatem colens; Julianus mansuetudinis obtentu morum pravitatem occultans, 88. Ambo æqualibus expensis, non pari voluntate, Ædem sacram exstruunt, 88. Galli munus, ut Abelis, acceptum, Juliani repudiatum, 89. Idque miraculo declaratum, 89. Miraculum, novum illud quidem, sed tamen verius quam mirabilius, 89. Complures ejus testes oculatos Gregorius offert, 90. Julianus Christi discipulus fuerat; multaque ad salutem spectantia partim dixerat, partim audierat, 100. Ad virilem ætatem progressus, majorem impietatis partem, id exigente imperatoris disciplina, occultat, 91. Quæ tamen interdum sese prodit, 91. Instar ignis in materia latentis, et aquæ in subterraneis compressæ, 90. Fidis amicis mentis arcanum aperit, 91

Digitized by Google

De religione disputando plus quam æquum est, pro ethnicis contendit, 91. Iis omnibus gaudet quibus morum impietas exprimitur, 94. Gallo fratre Cæsare facto, pro animi libidine perniciosis studiis et præceptoribus operam dat, 91. Siderum scientiam et præstigiarum artem colit, 91. Magistri ejus ex triviis et barathris collecti, 96. Dum Athenis versaretur, Gregorii Theologi eruditionem et pietatem cognovit, 206. Multa mala imperio Romano portendere Gregorio visus est, 161. Quæ morosi et commotioris ingenii signa præberet, 162. Gregorii verba, ut hæc conspexit : *Quantum malum sibi alii Romanum imperium*, 162. Eorum testes appellat Gregorius, quotquot Athenis cum eo erant, 162.

Julianus Gallo fratri, ob illicitas molitiones interempto, in Cæsarea dignitate succedit, 92. Constantii deliberatione, 93. Constantius ob id per apostrophen a Gregorio increpitus, 93. Tum excusatus, ob lenitatem et probitatem quæ minime suspicax est, 94, 95. Julianus Epaminondæ et Scipiones intuitus, iter cum exercitu carpit, victum tenuem amplectitur, eorum belli gerendi rationem laudibus effert, 109. Ne ad intuendas Christianorum philosophorum, id est, monachorum, virtutes compellatur, 110. Quibus ex rebus benevolentiam concipere debuit, ex his ad majus odium incensus est, 96. Hæc eum philosophi docuerunt, 96. Non tam de fratris interitu, quam de secundis Christianorum rebus dolebat, 97. Fratrem ut hostem, propter religionem, habebat, 97. Philosophiam et imperium in unum coire oportere dictitans, quare, 97. Julianus, primus Christianorum ut adversus imperatorem rebellaret in animum induxit, 137. Ut quondam Scytharum servi adversus dominos suos rebellasse feruntur, 137. Primum illius arrogantiæ facinus fuit, quod sibi ipse diadema imposuit, 98. Tum ab Occidente pedem movet; quo prætextu; quo fine, 98. Ingenti celeritate regionem suam et barbaricæ oræ partem aliquam peragrat, transitumque, fallendo potius quam vincendo, rapit, 98. Aulæ imminere incipit, dæmonum promissis fretus, an structis Constantii vitæ insidiis, 99. Progredientem exercitus Constantii circumstat, eique fugam omnem præcidit, 99. Interea Constantius obit, de sua in Julianum benignitate se excusans, 99. Quem tamen sibi successorem designat, 99. Julianus, ut Constantii corpus celebri pompa delatum ad urbem regiam accessit, ei obviam procedere cogitur, 159. Detracto diademate, demissoque, ut decebat ante imperatorem, aspectu, 159.

Julianus vix imperium adeptus est, cum impietatem palam profitetur, 101. Initiationi Christianæ exsecrabilem initiationem opponit; impuro sanguine baptismum abstergit, 101. Quidquid sanctitatis per baptismum et Eucharistiam contrahere potuerat, eradere conatur, 101. Per incisiones et sacrificia imperialem aulam constituit, 101. Rumor de coronata cruce, quam ipsi sacrificanti victimarum exta ostenderunt, 101. Gregorius hac de re dubii et ancipitis animi, 101. Prodigium, si falsum est, in auras abeat, 102. Julianus in aditum horrendum, impostore comite, descendit, 102. Spectris et nescio quibus magis perterritus, seipsum cruce signat, 102. Cedunt dæmones; rursus audacia, terrores, signaculum, dæmonum fuga, 102. Sinistra veritatis interpretatio ab antistite sacrorum, 102. Julianus ad exitii voraginem ductus, ab eo die dæmonibus oppletus, 103. Enthusiasmis asciptus, 103. *Vide* Enthusiasmus. Julianus, primus imperatorum Christianorum adversus Christum furore percitus, 407. Statim atque imperator declaratus, erga Constantium improbe, erga Deum improbius se gerit, 407. Persecutionem omnium quæ fuerunt teterrimam excogitat, certaminis honores martyribus invidens, 407. Julianus, Ecclesiæ persecutor, 103. Vim non bene successuram animadvertit, quare, 103. Callide et artificiose bellum gerit, 103. Delatos martyribus honores invidet, 104. Quo plura adversus honores illos commiscitur, hos eo majores reddit, 104 Maximæ stoliditatis per apostrophen arguitur, quod Christi hæreditatem et mysteria tollere aggressus sit, 107. Nec magnos Christi pugiles veritus sit, 108. Neniarum quas, spreta religione, admiratur, descriptio et irrisio, 109. Julianus, ante omnia gloriam Christianorum nominisque celebritatem insectatur, 105. Impietatem edicto non profitetur, verum turpiter et ignave pietatem vexat, 105. Vim et tyrannidem populari turbæ permittit, velut proposita lege non scripta id se velle promulgans, 105. Suadendi partes sibi assumit, crudeli usus lenitate et violenta persuasione, 105. Æthiopis instar iguis ardorem non abjicientes, 105. Aliæ comparationes, 105. Christianis, in quidvis, præter clementiam, se vertit, 105. Melampo vel Proteo similis, 118. Christianos, contumeliæ causa, Galilæos vocat, 112. Ita vocari lege constituit, 114. Quod perquam juvenile ac leve et imperatore indignum, 114. Absurde cogitavit nomen illud pudori vel dolori futurum esse Christianis, 115. Multa nomina, ab ejus vita petita, Christianis adversus eum supeperant, 105. Victimarius, Pissus, Adonæus et Tauriceromus a quibusdam appellatus est, 105. Miru est hujus rei facilitas, 105. Id vero ad scenam et theatra remittendum, 116.

Julianus Christianos sceleratum agmen vocat, quo dissoluto Romanum imperium in prisca felicitate conservetur, 137. Hæc verba improbitatem lenitate tectam resipiunt, 138. Stratagemate omnibus persecutoribus familiari, a domesticis exordium sceleris ducit, 106. Ex magnatibus qui benevolo erga Constantium animo fuerant, alios interficit, alios expellit, 106. Præcipua judiciorum illorum causa, Christianismus, 106. Militum partem non minimam ad se pertrahit, 104. A multis, tum proceribus tum plebeiis, ut levis quædam machina a firmissimo muro repellitur, 107. *Vide* Cæsarius. In Labarum vexillum audacia effertur, 107. Leoninæ pelli vulpinam, aut Minois larvam injustitiæ prætexens, leniter vim affert, 106. Imaginibus suis dæmones adjungit ut cum eo dæmones honorentur, aut ipse affectus contumelia videatur, 117. Fraus ad notandum infamiæ perpetuæ imperatorem abunde sufficiens, 117. Hunc impietatis laqueum pauci effugiunt; ob eam rem pœnis addicti, 117. Pietatis pars videbitur in condenda illius temporis tragœdia vel comœdia laborare, 116. Julianus fraudem militibus donativum accepturis facit, ut idolis thus incendant, 118. Exercitus totus parvo igne atque auro, ac per exiguum sufflitum corruit, 118. Hoc nefario consilio perfecta sunt quæ Persarum myriades et omnia tormenta efficere non potuissent, 118. Milites quidam, agnita fraude, eam detestantur, 119. Eorum ad Christum oratio, 119. Ad Julianum, 119. Exsilio tantum mulctati, ne martyres fiant, 120. Julianus vim ad impietatem accipit ex petulantia Christianorum, 91. Ejus persecutio sævissima, 461. Hoc unum proceribus ad gloriam abunde fuit, quod imperatoris voluntatem sua crudelitate superassent, 461. A dæmonibus sæpe prostratus, ab eis gratiam inire studet, 112. Versutis ac sophisticis argutiis persecutionem tegit, 555. Nunc allicit, nunc comminatur, 353. Præfectus militum ab eo missus, Nazianzenum templum sibi tradi exposcit, 563. Gregorio seniori urbis episcopo cedit, alioquin calcibus cædendus, 353. Juliani furor varius et inconstans; Ætnæo igni similis, 120. Edicta in ædes sacras proponit, 120. Seditionum pluribus in locis adversus Christianos hinc exortarum lamentabilis enarratio, 121. *Vide* Alexandrini. Gazæi. Heliopolitæ. Arethusii. Provinciæ præfectum exsilio mulctat, quod, seditione in Christianos exorta, multis Christianorum in judicium raptis, in nonnullos etiam gentilium animadvertisset, 127. *Nihil grave* esse judicat, *si manus una gentilis decem Galilæos interfecit*, 127. Nullum persecutionis edictum hoc verbo expressius et formidabilius, 127. Quam incaute ac imprudenter auctorem illius a persecutionis crimine quidam absolvant, 127. Adhuc inhumaniora facere instituit, 128. Alia iniquo peragit, alia spe et minis velut adumbrat, 128. Draconi et fulmini hac in re similis, 128. Quæ nec Diocletianus, nec quivis collegarum ejus in animum induxerunt hæc ille cogitabat, 129. Consilia ejus adversus Christianos, 552.

Julianus Christianos libertate spoliare, ab omnibus conventibus, foris, publicis cœtibus, ipsisque adeo tribunalibus arcere constituebat, 129. Insulsæ rationes quibus consilium illud culpa vacare contendit, 129. Scripturæ loca profert, quibus injurias ulcisci prohibemur, et similia, 130. Ratiocinationis hujus lepida et solida refutatio, 130. Quo prætextu Christianos humanioribus litteris tum docendis, tum discendis interdixerit, 179. Quo fine id egerit, obscurum non est; at inde timiditas ejus et ignavia clarescunt, 80. Christianos Attice loqui prohibuit, ne vera loquerentur non impedivit, 80. Nihil est in quo magis, quam in litterarum doctrina Christianis interdicenda, iniquum se præbuerit, 131. Lata lege sermones Christianis eripuit, 132. Inde factum est ut quare sibi maxime gloriandum existimabat in ea maxime ineptiret, 132 Sermones et *Græcari*, gentilium; stoliditatem et rusticitatem, Christianorum esse contendit, 132. Nec quidquam aliud, quam *crede*, sapientiæ Christianorum esse, 133 Refellitur 1°. Sermones et Græcismum quorumdam præ aliis esse, insulsa est opinio, 133. 2° *Crede* Christianorum Pythagorici non irriserint, quibus *ipse dixit* dogmatum omnium maximum est, 133. 3° *Crede* Christianorum divinæ est auctoritatis, 133. Julianus invidia in Athanasium concitatur, 407. Christianos imperio subjicere parvum ducit; Athanasium superare gloriosum, 407. Palam aperteque eum a civitate exturbat, 407. Rapsaces alter, 158. Ut omnes alliciat, blande loquitur, et Christianorum instituta imitari cogitat, 407. Non tamen ultra cogitationis somnum procedit, 159. Ethnici, nonnisi simiarum instar, Christianorum sanctiones, divina potestate vim adeptas, imitari possunt, 407. Idque Julianus

Digitized by Google

expertus esset, 407. Conventus ethnicorum, ad imitationem Ecclesiæ Christianæ ordinati, et eorum quæ ibi decerentur, longa et ridicula descriptio, 140. Julianus sic animo comparatus erat, ut ad præsentes acerbitates aliquid quotidie gravius excogitaret, 147. Duorum juvenum, sub ejus persecutione, constantia, 175. Furit in dies vehementius adversus Christianos, non secus ac fluctus super fluctus excitans, 148. Alia ejus facinora, quibus describendis Herodoti ac Thucydidis otium et linguam adhiberi oporteret, 126. Orontes fluvius nocturnas cædes, socia imperatoris opera, occultat, 126. Concavæ ac semotissimæ aulæ partes, lacus, putei, fossæ, mysteriis scatent dissectorum puerorum et virginum ad magicas operationes, 126. Hæc omnia premere atque occultare satagebat, 126. Quæ in Cæsarienses ob dirutum Fortunæ templum admisit, et objicere fortasse non æquum fuerit, quare, 126.

Julianus *Misopogonem* adversus Antiochenses, qui barbam ejus irridebant, una cum Libanio componit, 175. Opus, vivente Juliano, ab adulatoribus commendatum; eo extincto, ut mera barba cum suis auctoribus spretum, 175. In eo Julianus magnopere se inflat, quod nunquam ex nimia saturitate eruditatem contraxerit, 175. Quod Christianos tam acerbe vexaverit, consulto præteriri, 175. Gregorii ea de re sententia, 176. Julianus Judæorum quoque nationem in Christianos immittit, 149. Inveterato nostri odio in eorum pectoribus clam flagrante utitur, 149. Eorum in patriam reditum, et templi instaurationem ex ipsorum libris fatalem esse affirmat; idque facile persuadet, 149. Miraculorum, quibus in id opus incumbentes repulsi sunt, enarratio, 149. *Vide* Judæi.

Julianus ad ipsum calamitatum suarum caput tandem devenit, 151. Prosperi cujusdam adversus Occiduos barbaros bellici successus occasionem rapit, 152. Duplicem exercitum ipse movens, alterum militum, alterum dæmonum, adversus Persas expeditionem suscipit, 153. Rebus Romanis adhuc exulceratis, alienam regionem cogitat, 153. Salmoneo similis, 152. Trajanos et Adrianos sibi ob oculos proponit, 152. Carus et Valerianus in Persarum finibus oppressi in mentem ei non veniunt, 152. Totus in eam expeditionem fertur, omni divinationis et sacrificiorum vanitate in unum collecta, 153. Christianos omnes dæmonibus subjicere vovet, si modo propositi compos existat, 153. Eos dæmonibus, instar cujusdam victimæ, promittit, 164. Basilius et Gregorius conatuum et artium illius adversarii, postremi quoque ad persecutionem reservati, 174. Inter hæc, Christianorum defensio una est, spes in Deum, 164. Quas voces in eum emitterent, 164. Quibus gemitibus cum eo expostularent, 165.

Julianus ob expeditionem Persicam publicis et scurrilibus vocibus exagitatus, 159. Assyriæ partem, quam perluens Euphrates illic cum Tigride miscetur, capit et pervastat, 155. Persis incursionis ejus celeritate deceptis, aut consulto eum allicientibus, quædam castella diruit, 153. Ad Ctesiphontem castra ponit, 153. Arcem firmissimam, cui ex arce alia fortissima Cochen appellata robur accedit, 153. Eam inexpugnabilem repertam, cum ultra procedere non posset, a tergo relinquit, 153. Euphrate Tigridi juncto, naves e fluvio ad fluvium tuto pervectas conservat, 154. Persicæ copiæ, viæ transitibus occupatis, eum ne porro progrediatur inhibent, 154. Quo se vertat non habet, 154. Cujusdam Persæ transfugam se simulantis oratio ad Julianum, ut naves incendat, et frumenta projiciat, 154. Julianus, credula levitate, maxime autem Deo exagitante, dictis fidem habet, 154. Languet exercitus, animis concidit, in imperatorem accenditur; nihil bonæ spei reliquum est, 155. Quædam de eo sermonem commemorant, quasi Romanis ipsis salutem invideret, 155. Sermonis filius tenor, 156.

Julianus letale vulnus accipit, 156. Hoc mirum est eum, ut artis divinatoriæ peritum, non prævidisse, 156. De vulneris hujus auctore varii et incerti rumores, 156. Graviter ex vulnere ægrotans, in fluminis ripa jacet, 156. Eos imitari contendit qui ex hominum oculis se subduxerunt, eamque ob causam pro diis habiti sunt, 156. In profluentem corpus suum projicere conatur, 156. Id minime prætermittendum, quia maximum perditæ illius amentiæ argumentum habet, 156. Eunuchus, hac re cognita, aliisque patefacta, conatui obstitit, 156. Julianus cum sic et imperium gessisset, et bellum administrasset, sic quoque a vita discedit, 156. Vis Numinis ultricis eum ad Persas ablegavit, illicoque causam disceptavit et mortuum reduxit, 407. Julianus finem amentiæ suæ dignum tulit, 162. Deo consueta patientia erga eum uti nolente, quare, 162. Aruspicinæ quam colebat, et eorum omnium quæ in Christianos et Persas constituerat, quanta vanitas, 163. Angelorum opera exstinctus est, 78. Obitus ejus, quo tempore, 73. Juliani cum turpis et fœda expeditio, tum vero turpior atque ignominiosior reditus, 152. Funeris illius cum Constantii funere comparatio, 157. Julianum mortuum histriones et mimi ducunt, probris et ludibriis incessunt, 159. Eique fidei abjurationem, cladem et vitæ finem exprobrant, 159. Tarsensis civitas eum excipit, 159. Hic illi fanum ignobile, ac ne piorum quidem oculis spectabile, 159. Julianum mortuum, si cujusdam narrationi fides, terra nequidem ad sepulturam assumit, sed æstu vehementi projicit, 408. Eo exstincto, carbones ejus molestiam adhuc inferebant, 658.

Juliani compendiosa imago, 159. Regum omnium impiorum vitia in se collegisse videtur, 148. Defectionem Jeroboam, crudelitatem Achab, duritiem Pharaonis, sacrilegium Nabuchodonosoris, 149. Nulla unquam natura ad malorum inventionem illius natura uberior fuit, 149. Post Herodem persecutor, post Judam proditor, post Pilatum christicida, post Judæos Dei hostis, 166. Nabuchodonosor alter, 759. Cur Christum invisum habuerit, 759. Per impietatem et pervicax vitii studium, nominis splendorem sibi conciliare obnititur, quare, 95. Homo, judicio suo, mortalium omnium facundissimus, 79. Orationes illius nefariæ; magis nefaria sacrificia, 79. Sapientia insipiens, 79. Altaris ignem accendens vetulis mulieribus sufflationes et reflationes ostentat, 161. Buccæ illius indecore tumentes risum ingentem ipsis etiam genti fibris excitant, 161. Propinationibus et poculis meretrices palam publiceque provocat, vicissimque provocatur; mysterii obtento petulantem libidinem obvelans, 161.

Julianus tale monstrum fuit, quale nunquam antea visum fuerat, 162. Duobus aut tribus aulicis impietatis mercedem ita persolvit, ut omnes Romanorum terras expilaturi viderentur, 159. Latrociniis et avaritia Centimanos vincebant, 159. De aulicis illis etiam ethnici querebantur, 159. Provinciarum imperia crudelissimis hominibus committit, 139. Ad hæc obtinenda unum suffragium erat, a fide defectio, 160. Ob gloriæ studium omnia sibi arrogat et jus dicere vult, 160. Hinc causæ multæ, interjecto unius noctis spatio, commutatæ, non secus ac fluctuum reciprocationes, 160. Judicis munere fungens, aulam clamoribus ac membrorum strepitu implet, 160. Quod Elysiis campis et Rhadamanthi gloria, quam affectabat, prorsus indignum, 160. Sodales multos ex Asiaticis scholis, quasi beneficiis eos ornaturus, accersit, 160. Cum absunt illud *sodalis* multum propinat, calculorum præstigias et oculorum ludificationes ostentat, ac præterea nihil, 160. Multos rusticorum ad se, ut plebis mos erat, accedentes palam pugno ferit, calcibusque impetit, 161. Juliano exstincto, sermonum et præstigiarum ejus vanitas demonstratur, 167. Ethnicæ religionis mysteria et oracula ludibrio rursus habentur, 168. Item et falsi dii, 168. Deorum illorum nomina et attributa, 168. Qui Christianos persecuti sunt, vulgi et civitatum clamoribus exagitantur, in theatris, in foro, in conventibus, 175. Ab ipsis etiam qui persecutionis socii fuerunt, ipsimet dii, deprehensa fraude, præcipites deturbantur, 168. Juliano interfecto, quid Christianis incumbat, 163. Ut impiorum exitum ingemant, et hostes suos benignitate prosequantur, 165. Ut calcitatem eorum defleant, et futurum cruciatum deplorent, 166. Ne quidquam eorum quæ perpessi sunt faciant. 172. Ne præteritus castigationis obliviscantur, 170. Sed ad seipsos redeant, atque hoc tempus tranquillitatis prudenter ac moderate consituant, 170. Quonam pacto id assequantur, 170. Gravissimæ Gregorii ea de re ad Christianos admonitiones, 169. His tamen non obstantibus, ad triumphalem cantum sese convertere debet oratio, 169. Quibus canticis Gregorius utatur, 169. Julianus, tributis exsequandis præfectus, Gregorii amicus, iisdem cum eo magistris ac disciplinis usus; pia patria et familia ortus, 373. Litteris et doctrina semper ad optima quæque doctus, 374. Julianus alter, totius Cappadociæ procurator, 316. Hunc in Nazianzenos iratum Gregorius oratione aggreditur, ut eum ad mansuetudinem revocet, 316.

Junonis meretricii mores, 142.

Jupiter. Exemplum ejus honori parentibus debito contrarium, quare, 145. Item pudicitiæ et continentiæ, 145. Item sobrietati, 146. Jovis partus et subreptio, 678. Quantum mysteria nostra hujusmodi nenias antecellant, 678. Jovis sepulchrum in Creta ostenditur, 169.

Jusjurandum omni ratione fugere convenit, 885. Idque præsertim quod in Dei nomine concipitur, 885 Jusjurandum Christianis solis interdictum, quare, 146. Qualem jurisjurandi formam Spiritus sanctus episcopis condiderit, 471.

Justificatus parabolam spiritus immundi contemnetur, 719.

Justina virgo et martyr, qualis fuerit, 442. Quibus modis a Cypriano tentata, 443. Statim atque insidias intelligit, Deum adversus detestabilem amorem sponsum asse-

Digitized by Google

nit, 443. Virginem Mariam supplex obsecrat ut periclitanti virgini opem ferat, 445. Quod proprie et absque figura dictum, 457. Aliis operibus Deum sibi propitium reddit, 445, 444. Victrix e certamine discedit, 445, 444.

Justitia, nomen Filio Dei attributum, quare, 555.

Justus. Mira res, cum injuriarum et calumniarum ignibus hic non exploratur, 597.

Justi sicut luminaria sunt in mundo, qua ratione, 691. Persæpe impiorum manibus ac potestati deduntur, non ut illis honor habeatur, sed ut horum virtus exploretur, 555.

Juvenis prudens regi stolido anteponitur, 880. Juvenes quibusnam disciplinis vel ad virtutem, vel ad vitium erudiantur, 786. Juvenes duo, sub Juliano Apostata, crudelibus pro fide suppliciis vexati, 175. Juvenes viduæ a matrimonio per Novatianos arcebantur, 690. Juvenum consilia, senum sententiæ male prælata, 640.

Juventuti quid agendum ne malis seipsam tradat, 890.

L

Laban Syrus. Jacob ei quatuordecim annis serviens haudquaquam labore frangebatur, quare, 472.

Labari vexilli descriptio, 107.

Labefactare ac perdere facilius est quam conservare, 475. Constituta labefactare facilius, quam labefactata restituere, 814.

Labor quandoque sanitatem affert; idque novo exemplo declaratur, 800. Quod non sine labore atque industria partum est, arctius tenetur, 504. Labori homo nascitur, 475.

Laborare. Hoc ipsum, amplius laborare, amplioris mercedis loco habendum, 706. His quidem certe, qui animo sunt non omnino illiberali et sordido, 707.

Labyrinthus Cretensis, poetarum figmentum, 516. Quinam exitus et ambages illius in comparatione favorum, quos apis, admiranda prorsus industria, ordinare novit, 515.

Lacedæmonii, ad Dianæ aram virgis lacerari pium habebant, 134.

Lacæna mulier, ut omnes alias antecellit, ita Christianorum ritus omnibus humanis adinventionibus præstant, 139.

Lacrymæ afflictorum cur non spernendæ, 859. Lacrymæ philosophorum Christianorum (monachorum) peccati diluvium, et mundi piamentum, 110. Lacrymæ, pro hæreticis obstinatis fundendæ, 690. In lacrymis seminandum, ut in exsultatione metamus, 510. Lacrymis ad Deum fusis misericordia vicissim rependi solet, 444.

Lacte quidam alendi sunt, 54.

Laici ne levissima quidem errata Ecclesiæ pastoribus concedunt, 589. Laicorum officia erga sanam doctrinam, 659.

Lamech : cur pœna septuagies septies de eo repetita, 755.

Lapis angularis. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus, 900.

Lapsus proximi non ridendus, quare, 840.

Largitionem, non oblatæ rei pretio, sed offerentis affectu et facultate Deus metitur 568. *Vide* Eleemosyna.

Latini, ob linguæ suæ angustias et verborum inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non poterant, 409. Ideo, ne tres substantias admittere viderentur, personarum vocabulum induxerunt, 409, 410. Quæ jejuna de vocibus altercatio diversæ fidei speciem præbuit, 410. *Vide* Sabellianismus, Arianismus.

Latro cruci cum Christo simul affixus, qua ratione imitandus, 864. Cum Jesu paradisum ingressus, 864.

Lavacrum, baptismi nomen, 695.

Laudatio. Res laudatione crescunt, quatenus, 770.

Laus rerum honestarum, prima bene merendi ratio est, 454. Æmulationem parit, 454. Quominus bonorum qui extremum diem clauserunt laudes prædicentur, invidiæ metus impedire non debet, 219.

Lazarus quispiam, si quando ad domus fores provolvatur, qua de causa reficiendus, 716. Lazarus pauper, quam periculose hic contemnatur, 645. Lazarus in sinu Abrahæ, 741. Dives per magnum et inextricabile chaos a Lazaro sejunctus, 741. Eum rogat, nec tamen ejus opem impetrat, quare, 476. *Lazare, veni foras* : magna vox Verbi, qua peccatores ad vitam redeunt, et funebribus vinculis solvuntur, 718. Ut Lazarum quatriduo mortuum Deus ad vitam revocavit, sic Maximum cynicum quadriennio exsulem in patriam reduxit, 485.

Lebes Delphica, exstincto Juliano, non jam vaticinatur, 168

Lectoris in Ecclesia officium, 792. Lectorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ concinnitas a Gregorio commendata, 756.

Legalem sanguinem aquæ baptismi puritate superant, 698. Evangelium legalibus præceptis laboriosius et æruminosius esse nemo dixerit, 859.

Legationes pro pace a Basilio missæ, 803.

Leno. Lenonum ministeria dæmones exercent, 443.

Lenocinium. Quam lenocinii mercedem ambiant dæmones, 443.

Leo Magnus (S.). Præclara ejus verba ad dignoscendam in Christo utramque naturam, 556.

Leo. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus, 900. Leo in siderum numerum ascriptus, quid in comparatione crucis in cœlo fulgentis, 150. In Ezechielis visione vim irascibilem designat, 870. Leo rapiens et rugiens, quis, 497. Non accusandus quod non simiæ vultum præferat; quid inde? 820. Summum virum a rebus minimis commendare, idem est ac leonem ab unguibus laudare, 223. Leonum furor a Daniele, in lacu, vinctus, 828. Ut leonum et cæterorum animantium non iidem sunt motus atque impetus : sic nec præfectorum et subditorum, 401.

Leoninæ pelli vulpinam prætexere, 116.

Leontius, Cæsareæ Cappadociæ episcopus, 338. Unus ex illis erat a quibus Gregorii pater salutis auxilium poposcit, cum Nicæam ad concilium generale contenderent, 338.

Lepra, hoc est, deformis pravitas, 718. Qui ea solutus est, purgationem sacerdoti ostendat, quare, 718. Lepra vel morbo sacro laborantes, cur in pretio habendi, 282.

Leprosus septem diebus purgatur, 734. Leprosus, grave et miserandum spectaculum, 263. Leprosorum pauperum lamentabilis status, 265. Gemitus eorum internis templi cantibus ex adverso respondet; atque adversus mysticas voces miserabilis luctus excitatur, 266. Benevolentia erga leprosos vario argumentorum genere suadetur, 266. Leprosus decimus, quanquam Samaritanus esset, alios tamen grati animi officio vicit, 718. Hic, præ cæteris, imitandus, 719. Leprosorum tristis imago, 818. Basilius Magnus eos osculatur, et ut fratres amplectitur, 818.

Levi, in lumbis Abrahæ, 529. Qua ratione in lumbis patris esset, antequam in lucem prodiret, 582.

Leviathan. Diabolus hoc nomine vocatus; non ideo Jesu, qui agnus et margarita dicitur, præferendus, 688.

Levitæ, gradibus et officiorum varietate distincti, eximium ordinis ac disciplinæ specimen, 591. Arcam gestabant, 591.

Levitatis opinionem subeunt, qui facili momento in contrarias sententias feruntur, 192.

Lex. Deus Legem, prophetas, ac prius etiam naturalem legem non scriptam, eorum quæ geruntur censorem dedit, 276. Legis mandatum, lucerna et lumen est, 694. Lex, arbitrio Adami præscripta, 867. Quasi materia, libero arbitrio tradita, 850. Lex vetus homini data, velut maceria quædam inter Deum atque idola interjecta, 854. Cum primum ferretur, terrores multi eos qui ad montem acciti erant inferiori loco sistebant, 55. Lumen typicum erat, veritatem adumbrans, 694. Futurorum et spiritualium umbra fuit, 855. Difficile est suam cuique figuræ allegoriam excogitare, 855. Lex rudis infantem Israelem multis arietum millibus tenebat, per cruenta sacrificia futurum adumbrans, 181. Lex Moysi data, iisque qui e vulgo sunt, litteralis; iis qui supra vulgus ascendunt, spiritualis, 55, 577. Mysteria Paschæ Domini Jesu adumbravit, 862. Ad Christum deducebat, 855. Præcepta ejus multa integritatem animæ significantia, 56. Peccatorum fines duntaxat prohibet; nobis vero ipsæ etiam peccati causæ crimini vertuntur, 859. Legis participatio, alia evangelica, alia litteralis; prior affectanda, 865. A lege ad gratiam transeundum, 57. Legis et prophetarum caput est unitas spiritus in vinculo pacis, 458. Summa legis, charitas, 260. Lex animarum dispensatoribus rectæque doctrinæ arbitris a Gregorio præscripta, quænam, 757. Velle imperatoris lex est non scripta, et quidem scriptis legibus firmior atque valentior, quare, 127. Legis nostræ non est, vi et coacte, sed sponte gubernari, 251. Qui legem legunt, legem non intelligunt; qui se legis interpretes prolitentur, magistris aliis opus habent, 648. Legisperiti Jesum Christum de perfectione interrogant, 648. Suprema et prima Dei lex imitanda, quænam, 274.

Libanus. Juliano exstincto, rursus Ecclesia canit : Pudefactus est Libanus, 166.

Libellus repudii. *Vide* Repudium.

Liber viventium et pereuntium, 575. In eo jam inscri-

Digitized by Google

pti sumus pro vitæ actæ merito, 373. Libri nonnulli Scripturæ sacræ juvenibus apud Hebræos interdicti, 600.

Libera voluntas ad laudem obtinendam necessaria, 656.

Libertas arbitrii, cur homini data, 850. Libertati quasi materia lex est, 850. Libertas et divitiæ primi hominis in sola mandati observatione sitæ erant, 275. Libertas et regnum est, dominationem probe agnoscere, 432.

Liberum arbitrium. Qui hominem primum creavit, liberum eum suique arbitrii reliquit, sola mandati lege coercitum, 275.

Libido, sapientes etiam viros furore afficit, 442. Equulei petulantis et indomiti more, rationem secum abripiens, 442. Saturitatis filia, 439. Sub deorum nomine culta, 507. Mysteriorum obtentu a Juliano imperatore obvelata, 161. Turpe est, cum ætate consenueris ac defluxeris, libidinem tamen minime consenuisse, 703.

Libra. Divinitatem ad libram expendere non licet, 794.

Licentia principe carens eximenda, 12.

Lignum scientiæ intempestive perceptum, nos a ligno vitæ removerat, 25. Christus ideo crucem conscendit, ut ligno sanctitatem afferret, 459. Adamus per Christum ad vitæ lignum adductus, 25. Per ignominiæ lignum, ad vitæ lignum, unde exciderumus, revocati sumus, 609.

Lingua nisi ratione gubernetur, in lapsum facile impellit, 71. Linguæ parcere quam præclarum sit, 880. Ac necessarium, 881. Linguæ prurigo, ætate Gregorii vigens, 376. *Vide* Constantinopolitani. Linguæ prurigo Eunomianis objecta, 492. Cur manibus vinctis linguam armavimus, 492. Vetus linguarum divisio, laudabilis; quæ in Pentecoste evenit, laudabilior, 743. Varietas linguarum quibus apostoli loquebantur, signum infidelibus erat, non fidelibus, 742. Ista locutio : *Audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes*, ambiguitatem habet, 743. Quomodo intelligenda, 743. In linguis apparet Spiritus sanctus, propter cognationem quam cum Verbo habet, 740. In linguis igneis, an propter purgationem, vel propter essentiam divinam, 740. In linguis dispertitis, ob gratiarum diversitatem, 740. Nec diabolo aditum aut ansam, nec improbis linguis licentiam dare oportet, 427. Cum linguis pugnare sacerdoti non vacat, 641. Sacerdos ne sacrificium altaris offerat, priusquam lingua ejus exsultatione impleta sit, divinæque melodiæ plectrum effecta, 57. Linguæ Latinæ inopia effecit, ut Occidentales hypostasim ab essentia distinguere non possent, 409.

Littera. De litterarum inventoribus conjecturæ, 136. De litteris disputare, quam turpe, 737. Hæreticorum erga litteram studium, impietatis est obtentus, 557. Litteræ Judaico more serviunt, qui relictis rebus syllabas consectantur, 571. Litteræ vetustas fugienda, ut spiritus novitati serviatur, 57. E littera surgendum ut spiritum sequamur, 646. Litteram duntaxat prospicienti Christus petra offensionis est, 522.

Liturgia Basilii Magni, 797. Liturgia pro remedio a Gregorio seniore adhibita, 558.

Novati discipuli pœnitentiam non admittunt, 689. Perstringuntur, 689. Lapsos, ne martyrio quidem perfunctos, non admittunt, 689. Juvenibus viduis ineundi matrimonii potestatem non faciunt, 690. Refelluntur, 690.

Novitas non captanda, 597.

Novus Adam, Christus, 685. *Vide* Adam, Christus.

Nox Paschæ, sacra nox, noctisque hujus, qua præsens vita suffunditur, inimica, 856. Noctis Paschæ miracula, 856. Noctis futura vitanda, quænam, 721.

Noxa. Non solum septies, sed etiam sæpius noxas remittere jubemur, 424. Noxas suas elucrari, quid, 814.

Nubere expedit, annon? Utrumque appositissime dici potest, quare, 651.

Nubes. Quis aquam in nubibus alligat, 518. Nubes olim inter Ægyptios et Hebræos, mediæ inter nos et Deum caliginis obductæ figura, 504.

Nudus, qua de causa vestiendus, 716.

Numerus, non rerum naturam, ut Eunomianis placet, sed subjectorum quantitatem explicat, 567. Septenarius Hebræis venerandus, 732. Quaternarius Pythagoricis, 732. Octonarius et tricenarius Simonianis ac Marcionitis, 732. De septenario multa ex Scripturis, 735.

Nuptiæ. Nuptias secundas dissuadere Scriptura videtur, 650. Non tamen damnat, 690. Tertiæ præter legem; ultra hunc numerum excedere, porcinum est et rari exempli, 650. Nuptiis, quas bonus pater bono sponso celebrat, quinam adesse recusant, quinam ab eis arcentur, 729.

Nuptiale cubiculum sibi ipsi male præoludit anima, quæ ingrediendi tempus in lampadum adornatione consumit, 729.

O

Obedientiæ lex, tam terrena quam cœlestia tuetur atque conservat, 369. Obedientiam didicit Christus ex his quæ passus est, 543.

Digitized by Google

Obedire. Obediendum, Deo quidem omnibus de causis; æqualibus nostris propter charitatis fœdus; principibus propter ordinem, publicæque disciplinæ rationem, 321.

Objurgare haud magnum; sententiam vero suam confirmare, viri pii est ac mente præditi, 322.

Objurgatio sapientis unius, choro canentium improborum optabilior, 883. Objurgatio crebrior desperationem et audaciam parit, 27. Aut contumaciam et audaciam, 27.

Obtemperare. Ut servi heris suis, et uxores viris, et Ecclesia Christo, et discipuli magistris et pastoribus obtemperare jubentur: ita nobis etiam præscribitur ut sublimioribus potestatibus pareamus, 321.

Occidens, tragœdiam in Alexandrina Ecclesia post Athanasii obitum excitatam deflevit, 464.

Occidentales, et quidquid in Oriente vitale est, fidei confessionem Joviano imperatori ab Athanasio oblatam admittunt, 409.

Occidui barbari a Juliano Cæsare victi, 151.

Oceanus, Junonis opera, in gratiam cum Thetide rediens, 142. Oceani, apud ethnicos, quinam, 566.

Oculus, organum omnium promptissimum atque avidissimum, 442. Cum sit tantillus, cur tamen longe pertingat, intellectu difficile, 597. Oculus cæcorum erat Job, 225. Mirabiles et ineffabiles oculorum proprietates, 513. Oculi Dei in pauperem respiciunt, 283. Inter oculos Dei et palpebras ejus quid discriminis, 283. Oculi septem, quibus Zorobabelis lapis ornatur, 733. Oculis ægris solis radios intueri periculosum, 489. Oculus lascivus et impudicus virginitatem minime servat, 652. Oculi procaces, ea etiam quæ attingere nefas est attingunt, 442. Oculorum procacium aspectus, multos de mentis gradu dejiciunt, 882. Oculorum ludificationes a Juliano Apostata adhibitæ, 160.

Odor vitæ in vitam; odor mortis in mortem, Christus, 902.

Odor insuavis ex improbitate nascens, 600.

Offensionis petra Christus est iis qui litteram duntaxat prospiciunt, 322.

Og, rex Basan, exiguus princeps, 78.

Oleum minus suave corpori, quam animæ fama, 883. Oleum sacerdotii, 184. Pontificis caput sacræ unctionis oleo perfusum, 251.

Olfactus, ut, et qua de causa purificandus, 722.

Olympica oliva miseros adolescentes olim ornabat, 450. Olympius Thersites, exstincto Juliano, rursus claudicans et deformis, 168. In Olympiis victor non magis exsultat, quam Machabæorum mater, filiis suis martyrio perfunctis, 294.

Olympus, nigrorum Jovis supercilliorum nutu concussus, 142.

Omnipotens solus aut Altissimus, ab Hypsistariis religione cultus, 333.

Onager legibus suis vivens, philosophicæ libertatis exemplar, 481.

Operari usque modo Pater dicitur et Filius, quo sensu, 547.

Operarii non eadem hora vocati, 705. Refelluntur qui eorum parabola abutuntur, 706.

Operationes sancti Spiritus, 735.

Opes, fluxæ et caducæ sunt, 459. Sexcentorum malorum occasiones, 881. Quodnam in eis bonum agnoscendum, 272. Tunc tantum in tuto positæ, cum Deo et pauperibus erogantur, 333. Opes Ecclesiæ, bona pauperum sunt, 599. Opes, vel ob Christum deponendæ, vel Christo in persona pauperum communicandæ, 269. Inopia extrema a Christianis multis, instar omnium opum, colitur, 146.

Ophiuchus, Æsculapii nomen, quare, 150.

Opinio. Multitudo, fervidiore fide prædita, prius omnia projecerit, quam opiniones eas quas domo secum affert, 31. Veritas in sexcentas opiniones distracta, cum Jovianus, exstincto Juliano, imperium suscepit, 408. Nihil de rei veritate propter hominum opinionem detrahendum, 641.

Oppressio. Proximi oppressionem gloriam suam ducere, bono publico maxime contrarium, 424.

Opus sermone fortius est, 641.

Opera Dei veritas et judicium, 541. Fides sine operibus mortua est, quemadmodum et opera sine fide, 728.

Orare et adorare spiritu, quid, 563. Quid oremus quemadmodum oportet nescimus, 563. Orabo spiritu, orabo et mente, id est, in mente et spiritu, 563.

Oratio, pulchra res; hujus rei fidem faciat Jesus, ante passionem precibus incumbens, 239. Ad assequendam et conservandam justificationis gratiam necessaria, 716. Quam Deo grata, et nobis utilis, 716.

Oratio quæ auditores omnes, fervente disputationum æstu, concinnet, ac scientiæ lumine collustret, quam difficilis, 31. Oratio funebris, qualis esse debeat, 331, 332. Quibusnam debeatur, 770. Oratio funebris in laudem Basilii, ubi et quando habita, 769.

Orator. Prima ejus sapientia est sapientiam in sermone ac dictionum strophis, atque adulterinis et supervacaneis figuris sitam aspernari, 300. Qui pauca de virtute verba facit, multa vero operibus exhibet, fidem et auctoritatem sermoni suo conciliat, 301.

Orbis. Res nostræ velut orbis quidam volvuntur, 270.

Orci galeam induere, proverbium, 128. Callidus Ecclesiæ persecutor nulla ratione se occultabit, licet Orci galeam induat, 128.

Ordo optimus est, ut qui rem aliquam auspicatur, a Deo initium ducat et in Deo conquiescat, 11. Quod ipsis etiam ethnicis probatum, 11.

Ordinis elogium, 584. Et mirabiles in toto orbe effectus, 584. Ordine, graduum diversitas in Ecclesia constituta, 586. Ordinis in Ecclesia tenendi exempla, ex veterum accessu ad montem, 590. Ex ordine sacerdotali, 590. Ex ordine Levitico, 591. Ex Christi discipulis, 591. Ordinis perturbatio, celeberrimæ et ultimæ corruptionis causa futura est, 185.

Orestes et Pylades, 788. Basilius et Gregorius eis celebriores, 788. Sancti Orestis proventus colligere magnum Anthimo Tyanensi videtur, 814.

Organum. Sincerus verbi minister organum divinum est, organum a Spiritu sancto concors redditum ac pulsatum, 248.

Orgia Thracum, 680. Gentiles religionem ab eis natam esse dicunt, 680.

Oriens et Occidens animo et voluntate divisi, 763. Gregorius Theologus pro eis et ab eis oppugnatur, 767.

Orientalium agendi et sentiendi ratio multiplex, 409.

Originalis peccati præmia, 372, 375. *Vide* Peccatum.

Orion. Maceriam ejus quis novit, 521.

Oriones, infelices venatores, 778.

Orontes fluvius, Juliani imperatoris opera, cadaverum acervis compressus, poetica locutio, 126.

Orphani et viduæ non misereri, peccatum est iram Dei provocans, 513.

Orpheus, gentilium theologus, 168. Cum cithara et cantu omnia trahere perhibetur, 141. Theologia ejus irridetur, 141. Orphei sacra et mysteria; lyra ipsi a gentilibus ficta, 680.

Osiris, deus Ægyptiorum, a Typho deo dilaceratus, 621, 680.

Osseum quidquid est, in agno paschali non confringendum, 858. Quantum ad historicum sensum, nec os Jesu confractum est, 858. Osseum, minimeque ad edendum aptum, dogmata significat quæ difficillime intelligi possunt, 858. Id non confringetur, hoc est male dividetur; alia ejusdem argumenti, 858.

Ossium ac nervorum compactio, de qua Ezechiel disseruit, futuræ corporum resurrectionis argumentum est, 213.

Ostium, nomen Christo attributum, quare, 550.

Otus et Ephialtes, magnæ proceritatis gigantes, 788.

Ovis. Cur Christus eo nomine vocatus, 556. Ovis, ne pastorem pascat; satis ei est si recte pascatur, 569. Ovium erga pastorem officia, 6.

Oza, arcam tangere ausus, incolumem eam servat; ipse vero interit, 377.

P

Pacificator verus, a littera ad mentem traducit, 759

Pacifici, in electorum ordine, soli filii Dei vocantur, 424.

Pactum cum Deo initum in baptismo, 695.

Palamedes, aciei instruendæ artem gruibus præceptoribus didicisse fertur, 515. Mathematicarum disciplinarum inventor, ob idque morte multatus, 136. Palamedes Eubœus annon, 136.

Palæstræ leges imitandæ, quæ athletas humi jacere jubent, ut iis qui supra sunt victoriam extorqueant, 424.

Palladius, Ægypti rector, Catholicos afflixit, 604. Quas in Alexandrina Ecclesia strages ederit, nec oratio ut par est exprimere, nec auris capere potest; earum brevis et lamentabilis descriptio, 465. Hujusmodi adversus Christianos contumelia, quasi victima quadam, vir ethnicus dæmoniis litabat, 465.

Pallium fuscum vel atrum vita sancta prætendit, 417.

Pallor, sublimium virorum flos, 417. Palloris quippiam et cautiei philosopho decet, 482.

Palpebræ. Inter palpebras et oculos Dei quis discriminis, 283.

Digitized by Google

Pan, a contumelia nomen, ut par erat, consecutus, 114.

Panis, in deserto pluviæ instar tectus, 86. Panem e cœlo fundere, Moysis erat, 798. Quinque panibus multa hominum millia pascere, Christi Domini, a quo ad Moysen quoque hujusmodi potestas manaverat, 798. Quinque panibus in deserto quinque hominum millia nutriuntur; ac rursus septem panibus quatuor millia, 258, 734. Panis spiritualis ab oratore Christiano fractus, 257. Item panis angelorum, 258. Verus panis et veræ vitæ auctor, Jesus, 258. Panis benedictio. *Vide* Benedictio.

Parabola de operariis non eadem hora vocatis, 705. Ea abutuntur, qui baptismum licentioris vitæ causa differunt, 705. Refelluntur, 706. Parabola immundi spiritus, a justificato semper consideranda, 719.

Paradisi plantæ immortales, quid significent, 850. Paradisi plantæ, quas primus homo colebat, fortasse divinæ cogitationes, 670. Paradisum cum Jesu latro ingreditur, 864.

Parallogismus Eunomianorum, 534.

Parasymbamata, propositiones quæ sensum integrum non efficiunt, 458.

Parcimoniæ tum in victu, tum in vestitu, elogium; testes ejus Elias, Joannes et Petrus, 259.

Pardus, notis et maculis variegatus, 497.

Parentes, post primam ortus causam colendi et venerandi; idque ratio docet ac theologia persuadet, 145. Parentibus honorem omnem haberi divina lex jubet, 777. Filiorum virtutes parentibus ascribere æquissimum ac justissimum est, 288.

Parrhasius, pictor insignis, 515.

Parvuli sine baptismo defuncti, nullo supplicio affecti, quare, 708.

Pascha. Nominis illius explicatio secundum historicum et secundum spiritualem sensum, 852. Ut ea vox ex Hebræa, *Phase*, formata est, 853. Pascha usque tertio annuntiatur, in honorem Trinitatis, 846. Festivitas tanto cæteris omnibus superior, quanto sol stellas antecellit, 846. Pascha Domini, totius mundi piaculum, 868. Paschæ dies, omnium maximus, 846. De die paschæ oratio Gregorii, simul et plenissima et contractissima, 877. Paschæ noctis mysteria, 856. Paschæ mysteria, 845, 867. Qualia nobis sint, 862. Eorum explicatio, 4. Pascha novum nunc tantum intelligitur; plenius in regno Dei a nobis percipiendum, 863. Typice adhuc illius participes sumus; apertius tamen quam in veteri lege, 863. Pascha legale, novi paschatis in cœlo percipiendi figura obscurior, 863. Paschæ victima. *Vide* Agnus.

Passio Christi, 857. *Vide* Christus.

Pastor. Cur Christus hoc nomine vocatus, 575. Pastorum princeps, Christus, 64. Veri pastoris exemplum, Paulus apostolus, 38. Regularum pastoribus a beato Paulo traditarum synopsis, 46, 47. Quas Jesus ipse tradiderit, cum discipulos ad prædicandum misit, 47. Boni pastoris imago, 43. Pastori via regia incedendum, 28. Qualis debeat esse pastoris animarum in oves suas affectus, 472, 473. Pastoris armentarii cum animarum pastore comparatio, 16, 17. Hujus officia longe graviora et difficiliora, 17.

Pastoris prima cura, ut nihil inordinatum in seipso gestet, 17. Vitium ejus facile, virtus ægre communicatur, 17. Pastori primo cavendum ne virtutis malus pictor exsistat, neve aliis mederi tentans, ipse ulceribus scateat, 18. Sic se comparet, ut quod ex virtute gerit, ad legis divinæ normam, non ad alios pastores expendat, 19. Ei summa virtute opus est, in qua semper proficiat, 19. Ab illo non solum hoc requiritur ut malus non sit, verum etiam ut virtute præstet, 19. Ut magis virtute antecellat, quam honore ac dignitate superet, 19. Virtutis suæ præstantia multitudinem ad mediocritatem tracturus est, 19. Non per vim imperaturus, sed persuasione allecturus, quare, 19. Pastoris vitium est non esse quam optimum, 19.

Primum pastoris munus, verbi prædicatio, 29. Pastori maxime necessaria scientia theologica, 29. Synopsis eorum quæ circa theologiam optime callere debet, 29. Pastoris variæ formæ ad lucrandas animas, 27, 28. Cum grege gaudente gaudere, et cum mœrente ingemiscere jubetur, 312. Quæ optima sit pastoris defensio, 749. Gloria ejus et defensio, grex veræ fidei confessionem retinens, 641. Gregis bonum ab eo ad pastorem, ut in radiorum solarium refractione accidere videmus, sese reflectit, 475.

Pastoris boni officia, præsertim in tempore malo, 238. Magnum illi de animarum salute certamen, 21. Unde oriatur, 27, 278. Pastores ne vitium gladiumque supervenientem dissimulent, 45. Quam verenda, in assumendo pastoris officio, celeritas, 48. Variis Scripturæ locis et figuris hoc declaratur, 48. Ne longa quidem senectus efformando pastori præstituta, longum tempus censeri debet, 48.

Pastoris tum improbitas, tum imperitia, sibi et quibus præest valde periculosa, 28. Pastoris alieni descriptio, 6, 474. Scelerati pastoris est lac comedere, lana indui, pinguissima quæque jugulare aut vendere, reliqua autem bestiis aut præcipitiis relinquere, 238. Malo pastori metuenda pericula, ex Osea et Michæa, 41. Ex Joel et Habacuc, 42. Ex Malachia, 43. Ex Zacharia, 44. Ex Ezechiele, 45. Ex Jeremia, 46. Pastori terrorem incutiant etiam Pharisæi probris onerati, et Scribæ redarguti, 47. Probrorum illorum summa, 47.

Pater, prima S. Tr. persona. V. T. Deum Patrem aperte, Filium obscurius prædicabat, 572. Pater in bonum et opificem a priscis novatoribus dissectus, 624. Uno tamen omnium consensu, modo Deus agnoscitur, 624. Pater nec aliunde nec a seipso esse habet, 380. Elias in hæc verba Commentarius, 380. Forte pro *nec a seipso, sed* legendum *a seipso*, 380. Pater vere Pater, ac multo quidem verius quam qui apud nos in nomen obtinent, quare, 467. Pater, principii expers, quippe cujus essentiæ origo nulla reperiri potest, 525. Proprie pater est; quod de homine dici nequit, 526. Pater, principii expers, id est, causæ; fons, lumen sempiternum, 380. Lumen sempiternum ingenitum, 380. Pater semper Pater fuit, 536. Pater semper ingenitus; Filius semper genitus, 382. Pater, ne masculus Deus dicatur, quia Pater nominatur, 560.

Pater, nec essentiæ nec actionis nomen est, 535. Sed relationem eam indicat quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem, 535. Etsi essentiæ vel actionis nomen dicitur, Eunomiani causam suam non obtinent, 533. Etsi Filium habere Deus dicitur, non idcirco terrena cognationis nostræ nomina in Deum transferenda, 560. Pater ingenitus, nihil eorum quæ corporibus conveniunt, in gignendo patitur, 430, 431. Pater deitatis quæ in Filio et Spiritu sancto consideratur causa est, 30, 379. Causa, id est origo, 30, 379, 380. Unio est Pater, ex quo et ad quem ea quæ deinceps sequuntur, referuntur, 758.

Pater et Filius, etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen et substantia unum sunt, 901. Unitas substantiæ Patris et Filii credenda, licet res ipsa quæ est inenarrabilis, definiri non possit, 899. Ipsum esse, commune atque æquale est Filio cum Patre, licet alioqui hoc a Patre Filius habeat, 547. Patris et Filii communis est divinitas, 549. Patri principii dignitas non imminuenda, quam ut Pater et genitor habet, 579. Pater non ita amandus, ut illi paternitas adimatur, 379. Nullius Pater est, si Filius ab eo natura diversus dicatur, et una cum reliquis creaturis abalienetur, 379. Deo Patri, ut primæ causæ, multo majus est divinitatis, quam rerum creatarum, principium esse; ac per interpositam deitatem ad res creatas venire, quam ut horum causa deitas condita fuerit; quemadmodum Arianis placet, 429. Quænam Arianorum vox hic arguatur, 429. Deum Patrem minus honorat qui ipsum inferiorum principium constituit, quam qui natura et gloria æqualium, 429. Quare, 429, 430. Deo Patri nihil præstabilius quam Filii Patrem esse; quod quidem gloriæ accessio est, non decessio, quemadmodum et Spiritus productorem esse, 430. Pater solus Deus dicitur, non ad exclusionem Filii, sed ut tollantur qui falso dii appellantur, 549. Qua ratione *major* dici possit, 725. Vox *major* in hæreticorum ore suspecta, quare, 725. Pater major Filio quantum ad causam, 534. Paralogismus ab Eunomianis inde conflictus, 534. *Vide* Eunomiani. Filius Dei. Trinitas.

Patres antiqui qua ratione Filium Dei viderunt, 902. Spiritum sanctum agnoverunt, 569. Patribus ita Dei Filius apparuit, ut futura, suis quibusque temporibus complenda, in illo cernerentur, 902.

Pati. Cum Christo et pro Christo pati, quam cum aliis in deliciis versari, præstat, 864. Quæ pro Christo patimur charitatem perficiunt, et ad sequentia certamina velut arrha exsistunt, 621.

Patiens. Nihil persecutorem ita superat, ut patientis alacritas, 455.

Patria una est magnis et excelsis viris: nempe Jerusalem illa quæ mente percipitur, 477, 611. Omnis vitæ conversatio ad veram patriam referenda, 482.

Patriarcha. Nullius patriarcharum gloriari potuit se totam Dei naturam animo percepisse, 509. Patriarchæ duodecim ex Jacobo nati, 826. Patriarcha, episcopus senior, 764.

Paulus persecutor, Spiritus sancti dono pius effectus, 742. Cur oculorum sensu orbatus, 682. Breviati Verbi præco et assertor; piscatorum discipulus ac præceptor, 488. Qua mente Evangelium quod prædicabat cum aliis apostolis communicaverit, 748. Principio circumcidens ac purificans, more medicorum; deinde circumcisionem

Digitized by Google

auferens, 572. Paulus gentium Apostolus, 611. Gentium concionator et Judæorum patronus, 40. Omnes zelo prosequitur, 40. Majus aliquid pro suis secundum carnem fratribus ausus est; quidnam illud, 40. Paulum unum proferamus, atque in eo quanta et qualis res sit animarum cura consideremus, 58. Paulus, veri pastoris exemplum, 58. Tribulationum quas pertulit elegans enumeratio, 38. Ejusdem in animarum regimine mirifica varietas, 39. Immensa charitas, 40. Optavit ut, si fieri posset, Israel in locum ejus subrogatus ad Christum introduceretur, 600. Charitas ejus erga scelestum Corinthium, 689. Juvenibus viduis ineundi matrimonii potestatem facit, quare, 690. Omni hominum generi, ætati et conditioni leges posuit, 39. In Epistola ad Timotheum leges imponit, quibus futuros Ecclesiæ antistites informat, 591. Paulus spectaculum angelis et hominibus, medius inter homines ac Deum constitutus, 39. Pro illis videlicet dimicans, Deo autem peculiarem populum concilians, 39. Cur pristinarum suarum persecutionum mentionem faciat, 441. Paulus, divinas tres personas nonnunquam connumerat; eamdem nunc prænumerans, nunc subnumerans, quare, 627. Cur Dei operationem Spiritui sancto ascribat, 627. Quibus verbis utatur, cum personas distinguit, item, cum unam deitatem colligit, 627. Paulus, mortificationis exemplum, 259. Quo sensu non se vivere, sed Christum in ipso vivere dicat, 378. Nulli alii quam Christo vixit; paradisi spectator fuit; perfectionis causa. mortis desiderio flagravit, 590. Ad sublimitatis ejus mensuram mortalium nemo pervenit, 383. Ea quæ ad tertium cœlum raptus vidit, in vulgus efferre prohibitus, 511. Non Dei naturam, sed solum judicia assequi conatur, eaque nullius ingenio comprehendi posse fatetur, 512. Variæ de Paulo antitheses: nunc luget, nunc lætitia afficitur; nunc apostolorum minimus est, nunc experimentum pollicetur Christi in se loquentis, 39. Ejusdem generis alia multa, 39. Ecclesia, Gregorii ævo, in multos Paulos divisa, 582. Etsi Paulum honoramus, non tamen Pauliani vocamur, 656. Pauli plantatio. *Vide* Apollo.

Pavo, cur medicus appellatus, 514. Pulchritudinis suæ non ignarus, 515. Ut elegantiam et gloriam affectat, 514.

Pauper. Nihil apud Deum magnum est quod non pauper quoque donare possit, 711. Pauper et pane carens, quibus de causis reficiendi, 716. Pauper, cur non repellendus, 839. Divitiæ non amandæ, nisi pauperibus opem ferant, 839. Ut Deo, ita nobis derelictus est pauper, 277. Qui nihil habet, saltem lilacrymando, pauperi succurrat, 277. Pauper in simplicitate ambulans, et fatuo prælatus apud Salomonem, cujus imago, 597. Pauperis ac divitis comparatio, 881.

Pauperes omnes sumus, divinaque gratia indigemus, 257. Pauperes in partem divitiarum vocandi, ut opes nostræ sanctitate quadam imbuantur, 269. Pauperes cito et in hilaritate reficiendi, 282. Ad eos, quocunque morbo laborent, cum fiducia et ex charitate accedendum, 277. Charitatis præcipua pars in eo sita est, ut pauperes amore et benevolentia complectamur, 260. Omnibus pauperibus, quacunque de causa incommodis premantur, viscera ex divina lege aperienda sunt, 250. Misericordiæ in pauperes maximum, et constans, et sincerum præceptum est, et ab omnibus sacris auctoribus non semel, sed iterum ac sæpius commendatum, 282. Christus in pauperibus honorandus et reficiendus, 285. In eis etiam parce nutritis Christus alitur, 515. Pauperes membra nostra sunt, tametsi calamitate curventur, 277. In manus nostras intuentur, ut nos ipsi in Dei manus cum re aliqua egemus, 261. Benevolentia erga pauperes vario et multiplici argumentorum genere suadetur, 262. Pauperes contemnere ac præterire alienum a nobis est, qui Christi oves sumus, 267. Alienum item ab humana natura, quæ commiserationem veluti lata lege sanxit, 267. Pauperes, nostri secundum Deum fratres, etiamsi nolimus, 266. Eamdem nobiscum naturam nacti, 266. Mysteriorum Christi participes effecti, 266. Alia ejusdem argumenti, 266. Pauperum et divitum antithesis, ut divitum erga pauperes viscera moveantur, 267. Pauperum lepra laborantium descriptio, 263. *Vide* Leprosus. De pauperibus infirmis locus obscurior, et interpretum de eo sententiæ, 268. Sunt qui religionis prætextu pauperes acerbis verbis insectantur, ipsisque insultant. 278. Gravis ad eos admonitio, 278 Pauperes oppressi, quia timor Dei rarus est, 881. Pauperum vexatio, præcipua iræ Dei provocationis causa, 313.

Paupertas et divitiæ, ac cætera hujus generis nomina, simul cum vitio in hominum genus irrepserunt, 275. Morbus ad paupertatem accedens, malum atrocissimum ac votis omnibus aversandum, 262. Paupertatem cum virtute conjunctam laudemus, cum qua Lazarus salutem assequitur, atque in sinu Abrahæ locupletatur, 282.

Pax. Dei nomen est, quo admonemur ut virtutem illam, quæ proprie Dei est, comparare studeamus, 187. Pax Dei; Deus pacis; pax Deus, 414. Pax, bonorum præstantissimum atque utilissimum, 580. Pax, bonum ab omnibus laudatum, a paucis conservatum, 414. Pax populo a sacerdote data et vicissim ab eo recepta, 414. Pax, imperium est in animi passiones, 424. Non omnis pax amanda ac complectenda, sed ea quæ boni causa initur, ac Deo copulat, 192. Bello ac paci tempus a Salomone statutum, 423. Pax illa colenda, quam pacificus hinc discedens quasi legatum quoddam nobis reliquit, 424. Nihil perinde grave est atque acerbum, ut pax pulsa et fugata, 415. Ut optima quædam dissensio, ita pax quædam perniciosa, 415. Ea scilicet qua impiis et male affectis assentimur, 415. Pax a latronibus culta, 415. Pacis studiosi ad Deum et divinas mentes accedunt, quare, 187. Pacis et unitatis studium aliis operibus, etiam pro fide susceptis, præstantius, 410. Pacis et concordiæ bonum omnia prædicant; mundus partium suarum ordine atque concentu, 188. Anni tempestates sibi invicem placide succedentes; dies et nox, 189. Aliaque permulta, 189. Necnon et ipsa rerum naturalium perturbatio, 189. Reipublicæ etiam Christianæ nihil melius quam pacis bonum. 424. Ad pacem et concordiam Israelitarum malis erudiri nos oportet, 190. Ut omnia pace conservantur, ita dissidiis funditus evertuntur, 189. Pacem absentem quibus lacrymis revocet Gregorius, 414. *Vide* Jacob, David.

Peccare hominis est, quare, 695. Fieri non potest quin aliquid peccemus, ut homines, 427. Nemo est qui non interdum labatur, 884.

Peccator. Varia peccatorum ingenia: alii, servi'em in modum, peccatum suffurantur, 22. Alii excusationes in peccatis excusant, 22. Alii aures suas obstruunt, ne sapientiæ remediis curentur, 22. Postremo, qui majore audacia sunt, nudo capite, ut est in proverbio, in flagitium omne prorumpunt, 22. Gravis ad eos omnes admonitio, 21. Peccatores a Gregorio non recepti, cum patrato crimini parem vitæ emendationem non afferunt, 690. Vere pœnitentibus convenientem locum assignat, 690.

Peccatum, est animæ interitus, 361, 660 Peccatum, Christi morte, ligno crucis affixum est, 439. Eum vitæ statum qui omni prorsus peccato vacaret, Deus supra humanæ naturæ modum constituit, 169. Dei solius est omni peccato vacare, 793. Peccati vel ipsa suspicio cavenda, 12. Peccati fuga, magni vitii medicina, 512. In peccatum relabi quam periculosum, 717. *Vide* Cicatrix. Peccata duplicia de manu Domini tribuuntur, 503.

Peccatum originale. Primi hominis peccatum, vitii radix, ex qua multa peccata pullularunt, 671. Adamus sibi et posteris cœlum clauserat, 688. Homo invidia diaboli atque acerbo peccati gustu, a Deo misere separatus, 685. Genus nostrum, propter vitii accessum, a bono deturbatum atque dejectum, 457. Homo totus cecidit, atque ob primi hominis inobedientiam et diaboli fraudem condemnatus est, 422. Pulcher erat ad aspectum fructus ille qui mihi mortem attulit, 839. Ira tibi adversus serpentem solum exsistat, per quem excidisti, 839 In paradiso decepti fuimus, quoniam commodis nostris invisum est, 867. Opus habuimus Deo qui moreretur, ut vivamus, 867. Per scientiæ lignum minus tempestive perceptum, a vitæ ligno exturbati sumus, 681. Diaboli invidia mors in mundum intravit, hominemque per fraudem illexit ac circumvenit, 837. Si quod eramus permansissemus, ac præceptо paruissemus, effecti fuissemus quod non eramus, immortales et Deo conjunctiores, 857. Nemo, saltem in natura generatione procreata, omnino a sorde purus est, 279. Peccati originalis præmia, 372, 373. Malæ cupiditates ex primo illo gustu, qui nobis interitum attulit, originem traxerunt, 439. Quemadmodum mandato parere recusavimus, ita licentiæ erroris traditi sumus, 681. Omnis generis vitiorum sedes effecti sumus, 681. *Vide* Adam, Eva, Primus homo.

Pedes, ne ultra vires conetur, 597. Peditem ad Lydium currum currere, proverbium, 787.

Pegasus Argivus, 787. *Vide* Argivus.

Pelagus quoddam essentiæ immensum et interminatum, Deus, 667.

Pelopidæ, unde nobilitati, 109. Nihil essent in comparatione parentum Basilii Magni, 772. Pelops laniatus, 108. A Tantalopatrediisin cibum appositus, 679.

Pennarum propter volatus sublimitatem liquefactio, cui timenda, 505.

Pentecostes, magnum et venerandum Christianis mysterium, 735. Pentecostes diem Hebræi colunt, ac nos item colimus; illi quidem typice, nos autem mystice ritum illum peragimus, 734. Dierum hebdomades Pentecosten pariunt, 732.

Digitized by Google

Penuria efficit ut ad Deum nosmetipsos conferamus, 521.
Perdere ac labefactare facilius est quam conservare, 473.
Peregrinus domo carens, qua de causa excipiendus, 716. Christus pro peregrinis peregrinatus est, 839.
Perfectus Viri perfectissimi est, privatæ utilitatis cum publicis commodis conjunctam habere rationem, 457.
Peripatetici, quid Julianum imperatorem edocuerint, 96.
Perjurium adeo atrox et nefarium apud Christianos censetur, ut jusjurandum quoque ipsum iis solis interdicatur, 146.
Persa quidam Zopyri erga Cyrum facinus imitatur, et Juliano persuadet ut naves onerarias cum frumentis incendat, 154. Ejus ad Julianum oratio, 154.
Persæ, magicæ artis inventores, 137. Magna tolerantia in bello perstantes. 112. Aut a Juliano delusi, aut Julianum consilio allicientes, cum Julianus ita progressus est ut ad Ctesiphontem castra poneret, 153. Juliano imperatore interfecto, Romanos ad manum habebant, 157. In victoria moderate se gerunt, 156.
Persecutio Maximini, omnium atrocissima, 773. Prima Arianorum in Catholicos persecutionis causa, undenam, 750. Persecutionem omnium teterrimam Julianus excogitat, 407. Ea persecutio, multitudinis peccantis castigatio fuit, 84. Valentis imperatoris persecutio quid singulare habuerit, 750.
Persecutiones Christianam religionem potius illustrarunt quam debilitarunt, 103. Ecclesiam illustriorem splendidioremque per supplicia reddebant, 460.
Persecutores una vincendi ratio est, in Christo gloriari, et pro Christo mortem oppetere, 53. Stratagema omnibus persecutoribus familiare fuit, ut a domesticis et satellitum manu sceleris exordium ducerent, quare, 106.
Persia causam, quæ inter Christianos et Julianum Apostatam agebatur, disceptavit, 461.
Persica Juliani expeditio, 152.
Persona. Catholica vocis illius explicatio, 759. Persona in Christo nonnisi una, 904. Personæ Trinitatis. *Vide* Trinitas.
Perturbationes animi, ut compescendæ, 659.
Pes. Pro pede hospitale munus; quidnam hoc, et unde assumptum, 174. Pedes discipulorum a Christo abluti, quo consilio, 866. Pedes, qua ratione purificandi, 722.
Petavius episcoporum auctoritatem contra Salmasium egregie defendit, 9.
Petra. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus, 900. Petra offensionis, Christus, iis qui litteram duntaxat prospiciunt, 322. Petra fontis ritu scaturiens, 253.
Petrus, discipulorum omnium charissimus, 372. Ad Christi agnitionem animi ardore alios anteibat, 510. Eo nomine beatus prædicatus est, et res maximas in fidem accepit, 510. Ecclesiæ fundamenta in fidem suam accepit, 591. Petrus, Ecclesiæ columen, cur Christum a navi amandaverit, 235. Jesum a navigio ablegat, tanquam ejus præsentia minime dignus, 378, 682. Quod gladium sustulisset objurgatus, 258. Circa Salvatoris passionem humani aliquid perpessus, 689. Ut abjurationem sanavit, 689.
Petrus et Joannes, ad sepulcrum Domini properantes, ut imitandi, 864.
Petrus et Andreas piscatores, Christo per Spiritum sanctum irretiti, orbem universum sermonis retibus complexi sunt, 742.
Petrus et Paulus, magni Christi discipuli, 38. Una cum gubernatione gratiam acceperunt; omnibus omnia facti sunt, ut omnes lucrifacerent, 58. Evangelii promulgationem ita inter se partiti sunt, ut pauperes interim communi animorum studio complecterentur, 285.
Petrus Judæorum apostolus, 611. Lupinis unico asse emptis alebatur, 259. Parcimoniæ exemplar, 259. Sententia ex Constitutionibus apostolicis sub nomine Petri a Gregorio prolata, 274. Etsi Petrum honoramus, non tamen Petriani vocamur, 656. Petri zelum imitatur Basilius Magnus, 829.
Petrus Alexandrinus, Athanasii successor, e sede sua a Lucio expulsus, 462. Athanasii in throno et in doctrina successor, 620. Petrus non minus virtute quam nomine, Ægyptiis Joseph alter, 620. Ejus et Athanasii eximia laus, 620. Petrus Romam fugit, signa immanitatis quam Alexandrini Catholici experti fuerant, Occidenti speciandæ proponit, 464. Cruentas occisorum vestes Ecclesiæ Romanæ profert, ac per tacitam accusationem omnibus lacrymas movet, 464. A Damaso pontifice benigne exceptus, 464. Episcopos ex Ægypto mittit, ut Maximum Cynicum Constantinopolis episcopum consecrent, 617. Errorem suum agnoscit, et cum Gregorio Theologo in gratiam redit, 617.
Petulantia sermonis Gregorio Theologo ab Arianis objecta, 607.
Phalaris, Agrigentinorum tyrannus, crudelitatis nomine celebris, 125.
Phallus Deus. In pulchri Proshymni amorem propensus, magnum ethnicorum mysterium, 168. De eodem, 114, 679.
Phanetes apud ethnicos, quinam, 566.
Pharao, Josephum honore afficit, 445. Pharaonis Deus, Moyses, 86, 589, 590. Pharaonis durities, 149. Pharao ad divinæ adversus impios vindictæ specimen reservatus, 502. Pharao alter, Julianus Apostata, 148.
Pharisæus damnatus, et ex arrogantia depressus, 819. Pharisæum non solum genus, sed etiam morum vitæque ratio efficit, 651. Pharisæi probris onerati, pastoribus Ecclesiæ timorem incutiunt, 47. Pharisæi, tum judaici tum nostrates, multis et præclaris rebus offenduntur, 651.
Phidias, nobilis statuarius, 515.
Philagrius, alteram Ægypti præfecturam gerens, maximis honoribus Alexandriæ exceptus, 404. Dubium an imperator, imo magnus quoque Athanasius pari honore introductus esset, 404.
Philosophari maximum est, sed non omnibus datum, 204. Extra tempus philosophari, cum autem opus est, philosophiæ expertem apparere, turpissimum, 478.
Philosophia, excelsa scientia, et procul gradiens, 788. Non in vultus tristitia, sed in animi firmitate ac mentis puritate sinceraque ad bonum propensione consistit, 458 Perturbationum animi domina, 456. Philosophiæ operam dare oportet, aut philosophiam honore complecti, 454. Philosophia nihil fortius est, inexpugnabilius nihil, 481. Philosophiæ caput primarium, quodnam, 508. Philosophiæ studium deificationem quamdam conciliat, 387.
Philosophia Christiana, humilis quidem in specie et abjecta; cæterum in occulto sublimis, atque ad Deum ducens, 457. Fructus illius non iidem qui profanæ; istorum enumeratio, 458. Philosophia profana, habitus obtentu veritatis umbras assimulat, 457.
Philosophicus animus, ex eo quod passus sit, generosior redditur; atque ut candens ferrum aqua frigida, ita periculis obdurescit, 466.
Philosophus eo ipso vincit quod se vinci patitur, 481. Philosopho quid agendum, si Samaritanus vocatur, 481. Philosophi sensi officia, 479. Veri philosophi magnifica descriptio, 478. Philosophi cum onagro legibus suis vivente comparatio, 481. Vegetus et corpulentus philosophus, ingratum Gregorio Theologo spectaculum, 482. Philosophus quidam a gentilibus laudatus, quod toto die stans soli preces adhibuerit, 111. Alius quod hieme, in speculatione pernox, ne vim quidem frigoris propter mentis abstractionem senserit, 111. Philosophus imperatorius Alexandrinis auctor est, ut templum Christianorum duplici cruore, victimarum et hominum, impleant, 121. Pythiodorus ei nomen erat, si cuidam manuscripto codici fides, 121.
Philosophi gentiles, philosophis Christianis, id est, monachis, longe inferiores, 110. Philosophorum gentilium errores et vitia, 111. Artes eorum, velut Ægyptiacæ quædam plagæ, in Ecclesiam introductæ, 596. Philosophorum absonæ de Deo, de providentia et de virtute opiniones, 97. Philosophi multi providentiam vel omnino vel ex parte negant, 281. In absurdis sermonibus celerem et expeditam linguam habent, et novitate delectant, 281. Eorum commenta refelluntur, 280.
Phinees, pulchri zeli exemplar, 259, 295. Madianitidem una cum Israelita gladio transfixit, 259. Unde nomen habuit, 259. Zelo magnam sibi famam peperit, 516.
Phocylides, improbitatem inconsideratam esse scripsit. 96.
Phœbadius Agiunnensis Tractatus de fide orthodoxa contra Arianos auctor, 893.
Phœbus. Sine ære Phœbum minime vaticinari, gravis ac veneranda ethnicorum sententia, 145.
Phœnices, litterarum, ut quibusdam placet, inventores. 156.
Photini terrenus Christus, 614.
Phryges, avium volatum et motum primi observarunt, 137. Phrygum exsectiones, 109, 678. Phrygum initiantium et initiatorum furor, 422.
Phrygia fabula, de Mida nihil præter aurum possidente, 786.
Physici, maris mirabilia expedire non possunt, 517. Dum res tantas ex ingenio suo æstimant, cyatho mare metiuntur, 517.
Pictor. Ut pictores ex intervallo tabulas melius perspi-

Digitized by Google

ciunt, sic mutuum desiderium disjunctione melius exploratur, 438. Pictoris nomen non statim obtinetur, quid inde, 791.

Pietas maximum vitæ præsidium, 465. Communes apud Deum divitiæ, quibus pauper splendidissimum quemque superare potest, 754. Quare, 754. Pietas non in exiguis rebus, verum in animi firmitate ac mentis puritate sinceraque ad bonum propensione consistit, 458. Non in multis de Deo sermonibus posita est, 71. Pietas major ac perfectior pro pietatis præmio accepta, 200. Pietas dimidiata improbatur, 657. Pietatem edicto sancire multo melius est, quam eadem comprimere, adulterium coercere, furtum castigare, 659.

Pilatus Christicida; ipsius imitator Julianus, 108. Pilatus, in hoc verbo: *Quod scripsi, scripsi*, ut imitandus, 795.

Pindarus, quid columnas aureas vocet, 785.

Pinus Isthmica miseros adolescentes olim ornabat, 450.

Pisæus, nomen Juliano Apostatæ inditum, 115.

Piscatores et pauperes multis divitibus præstant, 610.

Piscatorio, non Aristotelico more docet Gregorius, 433.

Piscium varii affectus, et contrariæ, tam in formis, quam in nominibus, proprietates, 514.

Pius. Hominibus piis altæ sedes assignatæ, 878. Viri pii laudandi, 388. *Vide* boni. Pius ac Deo carus animæ est divinis rebus humana omnia submittere, 336.

Plaga cordatis hominibus doctrina efficitur, 810. Plagis afflici grave est; sed plaga meliorem non fieri gravissimum, 511.

Plantæ per vim in diversum inflexæ, et cum laxantur ad sese recurrentes, eorum imaginem præbent qui, sublato schismate, ferventioribus animis ad seipsos accurrunt, 183. Plantarum varia genera, utilitas et pulchritudo, 516.

Plato, civitatem quæ reipsa consistere nequit, sermone fingit, 97. Dionysii Syracusii tyrannidem tantum non adorat; et supra deos obolum effert, 97. Materiam æternam esse confinxit, 529. Quibus verbis causæ secundæ a prima processionem declaret, 524. Platonis dictum de primo rerum motore ac moderatore, 508. De Dei perceptione, 498. De licentia eximenda, 12. De sole, 520. Platonis ideæ, reminiscentia, animorum in alia corpora transmigratio, 494. Liguritio, ob quam ipse venditur, 111. Gibbositatem ejus quidam olim imitabantur, 829.

Platones Quid Julianum imperatorem educuerint, 96.

Platonicæ facundiæ præstigiæ, 596.

Plausus vulgi ac theatri, a Gregorio relicti, 439. Plausibus quasi pennis in sublime ferri, 765. Illis privari, Gregorio grave non erat, 765.

Pleiadis vinculum quis novit? 521.

Plinius, quid de salamandra tradiderit, 787.

Pluviæ cum sermone comparatio, 500. Pluviæ parens mensuris suis ac bilancibus omnia regit, 519. Pluvia sua omnes æque alit Deus, 370.

Poderis, indumentum pontificale, 241.

Pœna. De Deo pœnam aliquam infligente queri non licet, 885. Pœnam vitare abjectis animis amplum videtur; excelso animo præditi ad mercedem quoque aspirant, 699.

Pœnitentia, cur ab Ecclesiæ ministro aliis eroganda, 689. Apostrophe ad Novatianos qui eam non admittunt, 689. Impiorum, inter morbi cruciatus, confessiones et inutiles pœnitentiæ, 148. Pœnitentiæ baptisma, asperum et laboriosum, 688. Opera pœnitentiæ, 689. *Vide* Cicatrix. Hoc apud Deum in more positum est, ut supplicii dilatione pœnitentiæ tempus et locum aperiat, 812. Pœnitentiæ gratiam propheticam Davidi conservavit, 689.

Poesi jucunditas ex fabulis et deorum probris conciliata, 143.

Poetæ profani, in deos contumeliosi a gentilibus tamen laudati, 143.

Pollicitatio pro voto facta, finem per opus accipiat, 881.

Polyarchia, Dei loco, a quibusdam introducta, 523.

Polygnotus, nobilissimus pictor, 515. Nonagesima Olympiade floruit, 515.

Polypus, petrarum ad quas accesserit colores referens, cujus imago, 641, 782.

Pontifex. Cur Christus eo nomine vocatus, 556. Pontifex. *Vide* Pastor, Præfectus, Sacerdos.

Pontificale indumentum, poleris, 241.

Pontus. Multa majorum S. Basilii præclare facta suppeditat, 772. Basilii Magni patria, Basilium ejus patrem virtutis magistrum habet, 778. In Ponto silvæ multæ sunt et profundæ, ac longe se porrigentes, 774. Majores Basilii Magni, grassante persecutione, ad eas confugiunt, 774.

Porcus est, qui egregias et pellucidas veritatis margaritas conculcat, 497.

Porphyrii mendacia et deliramenta, quibus gentiles tanquam divinis vocibus exsultant, 175.

Porus. Indorum rex, 96. *Vide* Alexander.

Posse vel non posse: varia et multiplex earum locutionum significatio, 545. *Vide* Impossibile.

Potentia. Cur Filius Dei hoc nomine vocetur, 554.

Potestas. Imporum manibus ac potestati persæpe justi deduntur, non ut illis honor habeatur, sed ut horum virtus exploretur, 595. Potestates in Ecclesiis a Deo constitutæ, 12. Ut Ecclesiæ membra unum corpus Christo dignum exsistant, 12. Potestatibus sublimioribus parere jubemur, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, 521. Idque ex doctrinæ nostræ lege cumprimis laudanda, et a Spiritu Sancto præclare constituta, 521.

Potidæa, urbs ad Thraciam sita, 111.

Potidæates quidam philosophus, in speculatione pernox, vim frigoris non sentit, 111.

Præceptorum omnium primum maximumque, charitas, 260.

Prædicator Evangelii quibus virtutibus studere debeat, 860.

Præesse. Quantacunque scientia et virtute quis sit instructus, præesse aliis reformidet, 29.

Præfectura. Apostoli eorumque posteri, non sine laboribus et sudoribus, præfecturæ munus obierunt, 38. Præfecturam deponere non tutum, 63. Quis horumce verborum sensus, 63. Præfecturæ nec facile acceptandæ, nec obstinatius recusandæ, 62. Præfecturam obstinatius recusanti quid verendum, 63. Præfecturam sibi delatam ex veteribus sanctis alii prompte, alii mora injecta susceperunt, 64. Istorum non culpanda timiditas, nec illorum alacritas reprehendenda, 64. Præfecturam ex obedientia suscipiens, et spem omnem in Deo repositam habens, in perfectum ac numeris omnibus absolutum antistitem a Deo componitur, 63.

Præfectus. Imperiales præfecti in Ecclesiam contumeliosi, 764. Mutatis rebus non mutati, 765. Præfectorum nimia multitudo in dissolutam vivendi licentiam recidit, 569. Præfectos provinciarum socios in religione habere, quatenus amplum et honorificum, 807.

Præscientia. Dei consilium ac præscientia magnarum rerum materiam longe ante præstituit, 589. Præscientia Dei præclarum argumentum in templo quod Gallus et Julianus pariter exstruebant, 89. Præscientiam futurorum ex nubibus et ventis quærere vanissimum est, 889.

Præsepe adorandum, per quod, cum rationis expertes essemus, a Verbo nutriti sumus, 674.

Præsepium, in quo Christus nascitur, propter paradisum; res parva et conspicua, propter magnam et ab oculis remotam, 24.

Præsidere. Qua difficultate premantur qui in Ecclesia præsident, 588.

Præstigiarum artes a Juliano Apostata colebantur, 91.

Præsulis indigni descriptio, 590.

Presbyteri et episcopi appellatio, quoadusque communis, 9. Presbyteri consecratio die solemni agebatur, 4. Presbyteri, quo sensu pietate miseri, et dignitate infelices a Gregorio dicti, 15. Presbyteri una cum navi, cui ab Arianis impositi erant, conflagrantes, 461, 606, 764, 895. Presbyteri Ecclesiæ Constantinopolitanæ a Gregorio laudati, 756. Presbyterorum nimia, ævo Gregorii, multitudo, 15.

Primitiæ. Hoc nomine vocabantur sacrificia quæ veteres pro mortuis agebant, 450. Primitiarum nomen cur orationi de sancto Cypriano attributum, 450. Primitiis frugum Deus non fraudandus, 515.

Princeps imperio sacerdotis, Christi lege, subjectus, 522. Principum officia erga sanam doctrinam, 659. Principum edicta quandoque plus valent adversus hæreticos, quam theologi sermones, 659. Si videli cet male docentibus os obstruant, persecutione oppressis opem ferant, et interfectores animarum reprimant, 659, 660. Principibus obsequendum propter ordinem, publicæque disciplinæ rationem, 521. Propter conscientiam, 521. Idque lege a Spiritu Sancto præclare constituta et cumprimis laudanda, 521.

Principatus verus in hoc positus est, ut salutis inimicus vincatur, 447.

Principium. Tria principia ethnicorum more non constituenda, 379. Quod in principio erat, semper fuisse credendum est; nec aliunde esse quam ex eo qui principium non habet, 896. Principia rerum considerandæ, et de fine quidquam statuamus, 589.

Probitas familiares suos mirum in modum oblectat, 881.

Digitized by Google

Probus, ne malum quidem facile condemnaverit, 595. Etiam in hac vita felix est, 877. Eum invidia sequitur, 879.

Proceres, potentiorem timete, 840.

Processio Spiritus sancti, vox perspicuitatis causa recens introducta, 684. Processio Spiritus sancti a Patre, 561. A Filio, 903. Citra generationem, 553. Non anxie inquirenda, 582.

Procrastinatio in iis qui verbi divini participes fiunt, laudem non habet, 858.

Profanus. Apud profanas animas nihil pulchri fidem invenire potest, 359.

Profundum et Silentium, duo Valentini Æones, 460.

Prophetæ inter Christum et legem interjecti, 23. Cum Paulus ipse spiritus prophetarum eis subjici affirmet, non est cur de ea re dubitemus, 587, 748. Verisimile non est Jonam, cum propheta esset, Dei consilia circa Ninivitarum conversionem ignorasse, 61. Visio a propheta requiretur, 45. Prophetæ, ob prophetiæ munus, populi antistites, 38. Prophetæ, boni et mali, 791. Prophetarum finis, charitas, 260. Ad prophetiæ munus vocati, partim alacri animo vocationi paruerunt, partim oblatæ gratiæ moras injecerunt, quare, 64.

Propinquos lædere minime pium est; scelus in eos perpetratum, omnium maximum esse judicatur, 219.

Propositio nec vera nec falsa : Nunc ego mentior, 529.

Proserpinæ raptus, 679.

Prosopopœia, Scripturæ familiaris, 340.

Prosperitas. Fallacibus noctis insomniis fides potius haberi potest quam hominum prosperitati, 270. Aliæ comparationes, 270.

Proteus, Ægyptius, sophista fabulosus, 105. *Vide* Melampus.

Proverbia Salomonis, pædagogica sapientia, 222.

